This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

L 9

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

FROM THE LIBRARY OF
JAMES JACKSON HIGGINSON
(CLASS OF 1857)
OF NEW YORK

JUNE 15, 1917

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN VIGESIMUM SECUNDUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1828.

Digitized by Google

L 9

Harvard College Library
June 15, 1917
From the Library of
James J. Higginson
New York

Digitized by Google

adscita. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

§ 6 *Ad Lyncum stativa posuit prope flumen Bætum*] Ego *ad Lichnydum* legendum puto, quod etiam XXVII. 32. admonuit Sabellicus. Alii *Lingum* restituerunt: sed non recte, meo quidem judicio. Cæterum de 'Bæto,' pro quo quidam *Aretum* habent, quidam *Athacum*, nonnulli *Bævum* restituerunt, nihil habeo, quod certum affirmem. Ego, si conjectare in re tam prisca licet, suspicor esse nomen fluvii alicujus obscuri, in Haliacmona labentis; nisi quis id ipsum nomen *Haliacmon* eo reponendum putet, quippe vel apud ipsum hunc fluvium, vel non longe ab eo hæc gesta sunt. *Glar.* Pro *Lingum* reponendum censet Glareanus *Lychnidum*, pro *Bevum*, *Haliacmona*, scilicet quia nusquam hæc nomina legerit, at illa in Dassaritiis legerit. Ego contra, pro *Lingum*, *Lycum* repono, pro *Haliacmona Bevum* defendo. *Lycum* habent libri veteres, et Plutarchus in Quintio p. 370. ubi hujus rei meminit: Ἦσαν μὲν οὖν οἱ τὸν Τίτον ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς Δασσαρητίδος κατὰ λύκον εὔπορον ὁδὸν καὶ ῥᾳδίαν ἐπιχειροῦντες. De Bevo fluvio sic Stephanus; Βεύη πόλις Μακεδονίας, καὶ πρὸς αὐτῇ Βεῦος ποταμός. Sigon. *Ad Lincum*, vel *Ad Lyncum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quod probat Palmer. Græc. Ant. I. 35. pag. 194. *Lingum* prima exhibet ed. Mogunt. Deinde *Baccum* Voss. et Lov. 1. *Bactum* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Blancum* Hearnii L. 1. *Hacum* Lov. 6. *Bætum* vel *Betum* Lov. 2. 5. et edd. antiqq.

§ 8 *Quam in conspectum venirent*] *In conspectu essent* Voss. et Lov. 1. Supra II. 40. 'Non, quum in conspectu Roma fuit, subcurrit?' At vulgatum, quod servant reliqui, firmatur ex VII. 40. 'Ubi primum in conspectum ventum est.'

§ 9 *Æquis viribus per aliquot horas pugnarunt*] *Equis viribusque per aliquas horas pugnaverunt* Voss. et Lov. 1. *viribus equisque per aliquas horas pugnaverunt* Lov. 6. *equis viribusque* etiam Lov. 2. Tum *pugnaverunt* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frob. a. 1535.

CAP. XXXIV. § 2 *Ut conspiceretur ab omnibus funeris honos*] Vox *funeris*, quæ tamen necessaria videtur, deficit in Voss. Lov. 1. 5. et edd. Camp. ac Rom. a. 1472. Paullo ante § præc. *τὸ se* omittebat Lov. 1. Sed excidisse videtur ob similitudinem vocis sequentis. Certe omnes reliqui servant. Alibi tamen hoc pronomen subintelligi, vidimus ad IV. 10. § 1. Insuper § seq. *ad subeundum omnem dimicationem* Gaertn. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad subeundam dimicationem omnem* Lov. 6. Vox *omnem* omittitur in Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. a. 1472.

§ 4 *Qui hastis sagittisque et lata lanceis vulnera facta vidissent*] Lege *et rara lanceis*. Gelenius. Ut Gelenius emendat, legunt omnes codd. et edd. usque ad Mogunt. qui *lata* substituerunt. Tum *facta vulnera* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Detruncata corpora brachiis abscissis] *Abscisis* legit Gifan. in Observ. Ling. Lat. voce 'Abscisus:' et sic citat Lipsius de Milit. Rom. III. 3. Hæc sæpe permutari, nemo non adnotavit. Quod apud Justin. XV. 3. in vet. lib. scriptum esse testatur Gifan. *abscisisque auribus*, viri docti, qui Justinum ediderunt, in suis non videntur invenisse. Ego inveni in scripto chartaceo Academiæ Duisburgensis, et pro eo, quod ibidem alii habent, *finxisset*, *eumque truncatis crudeliter omnibus membris*, in eodem *finxisset*, *et crudeliter omnibus laniatum membris*. Duk. *Brachiis abscisis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Passim etiam in melioribus membranis *abscisus* exaratum obcurrit, ubi vulgo legitur *abscissus*. Exempla vide ad IV. 10. § 4. c. 19. § 5. c. 28. § 8. VIII. 25. § 5. XXIV. 30. §

Digitized by Google

12. XXV. 36. § 6. XXXII. 4. § 5. c. 5. § 12. XXXV. 32. § 6. c. 45. § 6. XLI. 11. § 4. XLV. 37. § 9. Duker. ad Flori I. 18. § 9. et Corte ad Plinii I. 20. 19. Duo autem sunt verba 'abscidere' et 'abscindere,' ut olim notavi ad Silii XV. 473. Vide etiam Gronov. ad Livii XLIV. 5. § 5. præsertim in prima ed. nott. Duker. ad Flor. II. 2. § 2. et Vorst. ac Torren. ad Val. Max. I. 1. 18. Similiter etiam Mss. sæpe *abscidere* servant, ubi vulgo editur *abscindere*. Vide ad Livii IX. 23. § 12. XXXVII. 41. § 7. et XLV. 25. § 9. Adde Rhodium ad Scribon. Larg. Compos. 100. Quænam autem inter utraque hæc fuerit differentia, non per omnia convenit. Vide Oudend. ad Front. I. 4. 7. Arntz. ad Aur. Vict. Epit. Cæs. c. 13. § 3. et quos ibi laudarunt. Hic *abscisis* recepi. Mox *disjecta* Lov. 6. in contextu. Vide ad Silii XV. 729. Sed reliqui omnes stant pro vulgato. Tum *divisa corpora capite* male Lov. 1.

§ 5 *Adversus quæ tela quosque viros pugnandum esset*] *Pugnandum foret* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 6 *Quod in Pelagoniæ faucibus erat, ut iis copiis suas augeret*] Ita Aldus primus edidit. Omnes priores *in faucibus Pelagoniæ;* et ita omnes codd. præter unum forte Gaertn. unde nihil in excerptis notavi. Præterea *ut iis suas copias augeret* Lov. 6. Et ita *præsidium, iis* pertineret ad illud genus loquendi, de quo egi ad XXVII. 51. § 1. At uni huic cod. fidem tuto habendam non puto. Mox *aperuit*, pro *patefecit*, Gaertn. quod ex glossa interpretis natum videtur.

§ 7 *Ipse, cum viginti millibus peditum, quatuor millibus equitum*] Sic quidem libri: at ego scripsisse Livium aio, *ipse cum viginti millibus peditum, quatuor equitum*, resecto τῷ *millibus* posteriore. Hic enim perpetuus ejus mos est. Lib. XXI. c. 38. 'Qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt: qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum.' XXII. 46. 'Numerus omnium peditum, qui tum steterunt in acie, millium fuit quadraginta, decem equitum.' XXIII. 13. 'Præmissus est ad conducenda viginti millia peditum, quatuor equitum.' XXIV. 35. 'Ad Heracleam, quam vocant, Minoam quinque et viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit.' Sic, si vacat inspicere loca, XXVII. 28. XXIX. 35. I. XXX. capp. 6. et 29. I. XXXIV. capp. 21. et 59. XXXVI. 14. lib. XLII. capp. 51. et 52. aliisque innumeris locis. *J. F. Gronov. Peditum, quatuor millibus equitum* in solo est Lov. 5. *peditum, et quatuor centum equitum* legit Hearnii L. 1. *peditum, octo millibus equitum* Gaertn. *peditum, octo equitum* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *peditum, CCCC. equitum* Victor. apud Crevier. *peditum, et CCCC. equitum* Lov. 1. *peditum, et quatuor equitum* Voss. quem admodum Gronov. scribendum conjecit, et edidit. Ita III. 31. 'Damnatus Romilius decem millibus æris, Veturius quindecim.' X. 29. 'Cæsa eo die hostium viginti quinque millia, octo capta.' XXI. 59. 'Duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem educit.' c. 60. 'Sex millia hostium cæsa, duo capta.' XXII. 24. 'Sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum.' Similiter XXIX. 25. § 11. XXXVI. 4. § 7. XXXVII. 46. § 3. XXXIX. 7. § 1. XLIV. 16. § 2. et 4. et Epit. Liv. lib. LXVII. Solent autem librarii etiam aliis locis perperam hanc vocem iterare. Vide ad XXVI. 21. § 14. XXIX. 32. § 1. et 13. cap. 35. § 10. XXXVIII. 16. § 9. aliisque locis. Esse tamen et alia loca, ubi verisimiliter ipse Livius eam vocem bis adhibuit, videbimus ad XXXVII. 39. § 9.

Paullo plus ducentis passibus a castris Romanis] Audreas *paullo plus ducentos passus a castris Romanis*, non *ducentis*

Digitized by Google

passibus. Et illud amat potius. Ut XXXIV. 9. 'Totum orbem muri minus quadringentos passus patentem habebat.' XXXVI. 40. 'Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæsam.' Et similia, quæ cuivis observare pronum. *J. F. Gron. Paullo plus CC.* vel *ducentis passibus* servant Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. alterum est in reliquis codd. meis, Victor. Crevierii, et omnibus excusis usque ad Aldum, vulgatæ auctorem. Infra cap. seq. 'Quum aberat acies eorum paullo plus quingentos passus.' Vide ad XXIX. 25. § 2. et XLI. 12. § 8. Similiter etiam *minus* construitur. Vide ad III. 64. § 10. et X. 37. § 3. Videtur et error esse in numero. Nam cap. seq. Romana acies *paullo plus quingentos passus* abesse dicitur. Roëllius putabat vel ∞ *CC. passus*, vel ∞ *passus* legendum. Mox *Achaco*, pro *Athaco*, Lov. 1. *Achæo* Voss. et Lovel. 5. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Areto* ed. Mediol. 1505.

§ 8 *Et descripta suis quæque partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum intervallis*] Vide Lipsium de Milit. Rom. v. 1. Quid sint 'partes' castrorum, quid 'ordines,' docet Schelius ad Hygin. de Castram. pagg. 1032. et 1041. tom. X. Thes. Græv. *Duk. Disrupta*, pro *descripta*, corrupte Voss. *discreta* Lov. 1. et Gaertn. Sed *describere*, in quam vocem reliqui Mss. conspirant, hic notat 'dividere,' 'distribuere.' Supra I. 19. 'In duodecim menses describit annum.' XXX. 26. 'Magnam vim frumenti vicatim populo descripserunt.' Cap. 37. 'Decem millia talentum argenti, descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta, solverent.' XXXI. 14. 'Veteranis militibus voluntariis ex Africano exercitu in legiones descriptis.' XXXIX. 38. ex emendatione Gronovii, 'Quum eos in legiones quatuor descripsissent:' ubi alia vide. XLV. 15. 'In quatuor urbanas tribus descripti erant libertini.'

§ 9 *Biduum consul et rex, alter alterius conatus exspectantes*] *Bidue* edd. ante Aldum. Sed recte codd. vulgatum tuentur. Vide ad X. 21. § 6. Deinde *spectantes* Mead. 2. quomodo sæpissime variant librarii. Vide ad VI. 33. § 1. Mox *tertia die* Lov. 1. Sed vide ad VIII. 11. § 15. Præterea *omnes in aciem copias eduxit* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn.

CAP. XXXV. § 1 *Quadringentos Triballos, Illyriorum*] Vet. lib. habent *Trallas*, quam vocem qui ignorarunt, *Triballos* fecerunt. Sunt autem Tralles Illyrici, ut ait Stephanus, populi, his verbis: Τραλλία μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας· λέγονται καὶ Τράλλοι, καὶ Τράλλεις παρὰ Θεοπόμπῳ. Itaque et XXXVII. 40. in auxiliis Antiochi numerandis conjungit etiam Livius *Trallas* et *Cretenses*, ut hoc loco, cum ait, 'Tum levis armatura trium millium, pari ferme numero pars Cretenses, pars Tralles.' *Sigon. Tralles* ex vestiglis cod. Victor. legendum esse, conjicit Vales. ad Exc. Peiresc. p. 90. Sed *Trallos* legisse videtur Gronov. ad XXXIII. 4. § 4. Sane et 'Tralli' et 'Tralles' gens illa vocabatur, ut ex loco Steph. quem Sigon. laudavit, et aliunde constat. Quin etiam pro Gronovii lectione facere videtur, quod ejus vestigia in corrupta scriptura *Triballos* supersint; quodque a Livio ita etiam vocentur XXVII. 32. et XXXIII. 4. Nihilominus cum Valesio præfero *Tralles*. Nam *Trallis* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. quas vidi, omnes usque ad Mogunt. qui *Trallos* substituit; et huic demum Aldus *Triballos*. Quin et alibi apud Livium *Tralles* vocantur. Vide ad XXXVII. 39. § 10. et XXXVIII. 21. § 2. Insuper, ubi vulgo *Tralli* nunc legitur, etiam *Tralles* non minus recte, partim aperta Matorum auctoritate, partim ex eorum vestigiis, legi posse, ad ipsa illa loca aut

Digitized by Google

supra jam vidimus, aut infra dicendum erit. *Trallas* Sigonii in nullo cod. mihi obviam fuit, neque id ullæ, nisi Sigonianæ, editiones receperunt. *Tralleis* dedit Gruteri postrema ed. idque Gronovius servavit. Paullo ante *Rex vero tam celerem* primus edidit Aldus, cui consentiunt plures codd. Priores excusi omittunt *vero*, concinente Lov. 5. *Rex motam celerem* legunt Voss. et Lov. 1. *Rex non tam celerem* Lov. 4. quod videtur probandum. Si enim tam celerem aleam universi certaminis timuisset, quietos non lacessivisset. Solent autem n'o, id est *vero*, et nō, id est *non*, commutari in membranis. Vide ad X. 5. § 14.

Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus] Id dixit XXVII. 32. 'Contracto jam inter Ætolos et Trallos (Illyriorum id est genus) certamine.' Prima vox perperam deerat in Voss. ejus loco *Illorum* legebat Lovel. 1. Deinde *id est gens* Lov. 2. in marg. Lov. 5. et edd. principes: *genus* jam inveni in ed. Ven. 1498. Mediol. 1505. et hinc in reliquis: quam etiam lectionem veriorem esse evincit, præter aliorum codd. auctoritatem, locus Livii laud. *Genus* hic est 'populus,' 'gens.' Supra VIII. 29. 'Erat genus omne abunde bello Samnitibus par, Marsi, Peligniqne, et Marrucini.' XXXIV. 17. 'Ferox genus nullam vitam rati sine armis esse.' XLIV. 11. 'Erant in præsidio Cassandreæ octingenti Agrianes et duo millia Penestarum Illyriorum: bellicosum utrumque genus.' Alia exempla vide ad XXXIV. 17. § 6. ubi et librarios voces 'genus' et 'gens' confudisse dicendum erit. Mox *primum numero equitum* omnes codd. mei, et edd. usque ad Ascens. qui a. 1513. *pari* substituit. Deinde *ad lacessendum hostium equites* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 2 *Ab Romanis, quum aberat acies eorum paullo plus*] Homini polito non potest non illud *quum aberat* suspectum esse. Mss. cum Andrea et Aldina *Ab Romanis autem aberat*. Scribe *Ab Romanis item* (*aberat acies eorum paullo plus quingentos passus*) *velites et equitum duæ ferme alæ emissæ*. Quia rex periculo summam rerum committere noluit, sed electos ad tentandam fortunam prœlii in campum emisit: pariter Romani haud fere dispari numero equitum peditumque excretam manum iis opposuerunt. *J. F. Gron. Ab Romanis autem* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. omnes usque ad Froben. qui a. 1535. vulgatam lectionem primus recepit. *Ab Romanis quidem* Lov. 1. Clericus, voce *autem*, quam, uno excepto, codd. omnes constanter servant, ejecta, edidit *Ab Romanis* (*aberat acies, &c.* Sed id, quod nos ex plerisque Mss. recepimus, probarunt etiam Doujat. et Crevier. quorum posterior ei similiter in contextu locum dedit, testatus tamen, recte Gronov. suspicatum videri, *item* pro *autem* legendum esse: quod nec mihi displiceret, si codd. auctoritas accederet. In Mstorum lectione id minus probo, τοῖς *Rex vero tam celerem* nunc subjungi *Ab Romanis autem*. Magis itaque, quod codd. obferunt, placebit, si in initio cap. cum uno cod. legere liceret *Rex non tam celerem*. Si autem ibi vulgatum servandum est, hic voce transposita legam *Ab Romanis* (*aberat autem acies, &c.* De simili usu voculæ 'autem' in connectenda parenthesi vide ad VII. 41. § 8.

§ 3 *Credidere regii, genus pugnæ, cui adsueverant, fore*] Scripti omnes *quo adsueverant*. Cæsar de Bello Civ. I. 44. 'Cum Lusitanis reliquisque barbaris genere quodam pugnæ adsuefacti.' Cic. de Oratore III. 15. 'Homines labore assiduo et quotidiano assueti.' Ovidius Met. XIII. 554. de Polymnestore: 'prædæque assuetus amore:' quod mutare non ausim. Florus I. 1. 'Assuetas sanguine et præda volucres:' ubi Freinshemius.

Digitized by Google

Quæ omnia videntur dici cœpta per intellectum infinitivi; ut in propositis exemplis, 'exerceri,' 'fatigari,' 'duci,' 'ali.' *J. F. Gron.* Sed et Mss. Thuan. *adsuerat*. Jac. Gron. Ut vulgata hoc loco lectio, ita Livius etiam XXXVIII. 34. 'Disciplina Lycurgi, cui per septingentos annos adsueverant, sublata.' Nihilominus *adsuerat* etiam Voss. quod consuetudine Livlana ductus exprimi curavi. Vide ad IV. 45. § 4. Præterea *quo*, pro *cui*, etiam Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Liv. XXI. 16. 'Primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale duce adsuetum.' Curtius III. 9. § 4. 'Tria millia delectorum equitum adsueta corporis custodia sequebantur:' ubi vide Snakenb. Plin. H. N. XXIII. 1. 'Simias quadrupedesque, quibus digiti sunt, negant crescere adsuetas meri potu.' Justin. XXXI. 1. 'Adsuetum imperio et inmoderata licentia militari.' Flor. IV. 12. § 17. 'Ille barbarus et iguis militaribus, et disciplina, armis etiam Romanis adsueverat.' Vide etiam Burm. ad Nason. Met. XIII. 554. Hanc locutionem etiam Livio vindicare conati sunt J. F. Gron. ad XXIV. 48. § 12. et Jac. Gron. ad X. 17. § 10. Similiter construitur 'insuescere' apud Colum. l. VI. c. 4. 'Maxime tamen habetur salutaris amurca, si tantumdem aquæ misceas, et ea pecus insuescas.' Præterea *Crederunt regii* Lov. 1. *Credere regii* Voss. Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *refugientesque* omittunt Lov. 2. 4. Mead. 1. et Gaertn. Deinde *Crstenses invehentem se effuse in hostem* Voss. et Lov. 6.

§ 5 *Tota acie dimicarent, et velites, emissis hastis, cominus gladiis rem gerebant*] *Dimicaretur* Lov. 6. Sed vide ad XXXVIII. 40. § 1. Tum *emissis in hostes cominus* Lovel. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *emissi in hostes cominus* Lov. 1. qui mox *rà in hostem* non agnoscit,

§ 6 *Ita nec eques regius equiti par*] *Eques regis* Vossian. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harleian. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Ita 'præfectus regius' et 'regis:' vide ad lib. XXXII. c. 16. § 12. 'præsidio regio' et 'regis' XXXVII. 12. § 5. 'legatus regius' et 'regis' c. 56. § 9. 'pecuniæ regiæ' et 'regis' Epit. Liv. XXXVIII. Vide ad XXXII. 6. § 6. Deinde *itaque nec* Lovel. 2. et Harl. Vide ad XXI. 53. § 7. *Ita neque* Voss. Mox *pariterque ad se tuendum* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad II. 44. § 3.

CAP. XXXVI. § 1 *Uno deinde intermisso die*] *Uno inde* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Mox *peltes*, pro *peltastas*, Gaertn. *speltas* Lov. 2. et Mead. ambo: *paltas* Voss. et Lov. 1. *peltatos* Lov. 6. a m. pr. *peltas* a m. sec. quod etiam superest in Lov. 4. ac 5. Supra l. XXVIII. c. 5. 'Quemdam ex regiis ducibus cum mille peltastis (pelta cætræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit.'

§ 4 *In castra sese recepit. Postero die omnibus copiis consul in aciem descendit*] *In castra se recepit* Lov. 4. *in castra sese recipit* Lov. 6. *ad castra sese recepit* Lovel. 5. et edd. ante Aldum. Deinde *consul omnibus copiis* Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. uterque: *consul cum omnibus copiis* Gaertn. quod non est necesse. Vide ad I. 14. § 8. Mox *locatis elephantibus* Lovel. 1. Livius eadem forma 'elephas' dixit XLIV. 5. et 'elephantes' ibid. c. 41. At reliquis omnibus locis Livio constanter, nisi fallor, 'elephantus' placuit. Vide etiam ad XXXV. 32. § 4. c. 43. § 6. XXXVI. 4. § 7. c. 10. § 4. c. 18. § 4. c. 19. § 4. XXXVII. 39. § 13. XXXVIII. 14. § 2. c. 38. § 8. et alibi. Unius igitur cod. fides hoc loco levior est, quam ut eum sequar. Ejus autem librarium eo modo peccasse puto, quo *penatibus* pro *penatis* datum est XXII. 8. § 7. ubi plura vide. Nec reliqua duo loca Livii suspicione carent, præsertim quum ista pars operis Liviani unius tantum codicis ope nobis servata sit, cujus librarius facile aberrare potuit eodem modo,

Digitized by Google

quo hic Lov. 1. Præterea vox *Romani* non adparet in Lov. 2. et Mead. 2.

§ 5 *Postquam ne tum quidem potestas pugnandi dabatur*] *Postq. metu quidem potestas pug. non dabatur* Voss. Paullo ante *sensit* deficit in Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. ambobus, Gaertn. et edd. ante Mogunt. Præterea *lacessit*, pro *successit*, Lov. 2. in margine, et Lov. 6. *Ubi ad latentem intra vallum exprobrans metum successit* legit Harl.

Quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat] Si ita scripsit Livius, supplendum est *hosti*. Sed quia hoc supplementum aliquanto durius videbatur, veniebat in mentem *quia hostium tam propinquis stativis.* XXIII. 17. 'Ne quis, tam propinquis hostium castris, Capuam quoque recurrat.' Duæ postremæ syllabæ vocis *hostium* ab adfinitate sequentis *tam* intercidere potuerunt, et deinde e prima *ex* fieri. *Duker. Parum tuta statio erat* Voss. Lov. 1. et 6. in contextu a m. pr. hærente adhuc in animo scribarum præcedente voce *stativis*. Mox *dispersis militibus per agros extemplo revocatis* Lov. 6.

§ 6 *Octo ferme inde millia intervallo*] Puderet monere, nisi sic servarent omnes, quos vidi, editi, scribendum esse *millium*. J. F. Gron. Conjecturam hanc Gronovius in contextum recepit, et reliqui editores servarunt. Potuit etiam facile oriri ex compendio solito. Sæpe enim millenarius numerus in Mss. una litera *M* notari solet; quæ *millia* reddita fuit, quum deberet *millium*. Vide ad XXV. 9. § 16. Verum expresse omnes codd. totidem literis *millia*, nulla per notam *M*. Omnes autem ita pertinaciter in hoc facillimo sensu errasse, in animum inducere nequeo. Puto igitur priscam lectionem servandam, et addita interpunctione adjutam ita deinceps legendam esse *octo ferme inde millia, int. tutiorem frum. habiturus, castra ad Oct. movit.* Id igitur exprimi curavi. Ceterum *fere* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 38. § 5.

Castra ad Atabolum movit] Exemplaria scripta *Octolophum* habent. *Gelen.* Editionum Gelenio antiquiorum lectionem unus servat Lov. 5. *Athalobum* Mead. 2. et Gaertn. *Achalobum* Hearnii L. 1. *Actalobum* Voss. et Lov. 1. *Actalabum* Lov. 6. *Attalobum* Lov. 4. *Atalobum* Harl. Mead. 1. et Lov. 2. Vide ad c. 40. § 9. et XLIV. 3. § 1. Præterea *id loco*, omissis vocibus *est* et *nomen*, Voss. et Lovel. 1. Earum posterior excidisse potuit ob similitudinem sequentis *movit*: sed *id loco nomen est* Lov. 6.

§ 7 *Intra vallum suos tenuit, ut cresceret simul et negligentia cum audacia hosti*] Suspectum erat primo *et*, eo quod illud nusquam alibi in hoc genere loquendi adhibitum inveniebam. Terent. Enn. II. 2. 10. 'Simul consilium cum re amisisti.' Cic. Tusc. II. 18. 'Quod si cui simul animus cum re concidit.' Deinde nihil tentandum credidi. *Negligentia cum audacia* idem est, quod 'negligentia et audacia:' *consilium cum re, animus cum re*, idem quod 'consilium et res, animus et res.' Jam vero non dubito quin recte dicatur *ut cresceret simul et negligentia et audacia hosti*. Scio, quid ad XXVI. 43. scribat Gronovius. Sed ostendi ibi, Ciceronem, Livium, et Suetonium eo uti, quod ille unius libri scripti auctoritate improbat. Si tamen hoc loco Livii a quibusdam libris abesset *et*, per me liceret id in exilium agi. *Duker. Ut cresceret simul gloria cum audacia* Mead. 2. Reliqui nihil mutant, nisi quod *neglegentia* sit in Lov. 4.

§ 9 *Partim ad consectandos vagos frumentatores*] *Partem* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. Et ita edidit Froben. 1535. quod proximi editores servarunt usque ad Paris. qui *partim*, ut legunt principes edd. et reliqui codd. revocarunt, ceteris, qui postea secuti sunt, editoribus tacite eamdem lectionem adprobantibus ac retinentibus; nisi quod Dou-

Digitized by Google

jatius *partem* legendum conjectet. Certum est *partim* pro *partem* veteres dixisse, et ita quidem, ut ei jungerent genitivum. Vide ad XXVI. 46. § 8. ita etiam, ut, quum in priori membro dixissent *partim*, in secundo, ejus loco, adhiberent vocem *alia*. Vide Gronov. Obs. III. 2. Non memini tamen, me notare exemplum, ubi post *partim* infertur *cum parte*. Dukerus etiam se simile exemplum non invenisse testatus est. Tot itaque codicum testimonio firmatam scripturam *partem* interim, donec in alteram adcuratius inquiratur, admisi. Mox *ne vivum relinquerent* Lov. 1. *ne unum relinquerent* Lov. 6. Vide ad X. 36. § 8. *Ne quem unum relinquerent* edd. Mediol. 1480. et Ven. 1498. *ne quem virum relinquerent* Harl. Sæpius voces 'vivum' et 'virum' librarii commutarunt. Vide ad IV. 59. § 7. XXXV. 51. § 4. et adde Burm. ad Suet. Ner. c. 30. Vesp. c. 19. Domit. c. 12. Deinde *subsistit* Voss. et Mead. 1.

§ 10 *Refugientes in regiam stationem incidebant*] *Fugientes* Mead. 2. Male. Supra XXII. 59. 'Sunt etiam de nostris quidam, qui ne in acie quidem refugerunt.' XXIII. 39. 'Ad Philippum captiva navis ex cursu refugit:' ubi antea etiam perperam edebatur *fugit*. Cap. 47. 'Quum refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur.' Paullo ante *cædes et fuga* Lov. 5. Gaertn. et edd. ante Aldum.

§ 11 *Plures ab obsidentibus vias, quam ab emissis ad cædem, interficiebantur*] *Quam emissis ad cædem* Mead. 2. Sed Livium præpositiones potius iterasse, vidimus ad VI. 28. § 6. Mox τὸ *hostium* non adparet in Lov. 5. et edd. Aldina prioribus.

CAP. XXXVII. § 1 *Qua quisque posset, opem ferre*] *Quam quisque posset* Lov. 2. 6. Mead. 2. et Hearnii L. 1.

§ 2 *Dispersi equites per agros quidem aberrarunt*] Hæc lectio primum obvia fuit in ultima Gruteri ed. eamque recentiores omnes adoptarunt. Antea edebatur *quidam aberrarunt*, quod superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. Id vero sensum requirere, palam est: *Equites quidam aberrarunt, pars obvios habuerunt hostes*. Mox *pugna oritur*, pro *cæpta est*, Lov. 5. et edd. ante Froben. 1535.

§ 3 *Atrocissimum prælium edebat*] *Atrocissimum bellum* Harl. Vide ad III. 61. § 2. Mox *prope hastata acies erat* Lov. 1. 5. et Lov. 2. in margine, Voss. insuper et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm.

§ 5 *Si modum in insequendo habuissent*] *In sequendo* Voss. Lov. 1. Harl. Gaertn. et ed. Ven. 1498. Male. Vide ad IV. 30. § 12. Mox *in summa etiam belli profectum foret* Harl. Sed vide ad III. 61. § 12.

§ 6 *Intemperantius insecuti, in prægressas, &c. cohortes Romanas incidere*] *Imperantius* est in Voss. et Lov. 1. Præterea *secuti* omnes codd. quos consului, cum edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Supra XXIII. 1. 'Hegeas præfectus equitum, intemperantius cedentes secutus, cecidit.' Deinde *progressas* Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. ac Parm. Vide ad IX. 10. § 7.

§ 8 *In paludes quidam conjecti*] *Collecti* Voss. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXVI. 12. § 4. *Collapsi* Lov. 6. in contextu, altero *conjecti* inter versus adscripto. Mox *abhausti sunt* Mead. 1. *absumpti sunt* Mead. 2. et Gaertn. Supra XXII. 2. 'Per præaltas fluvii, ac profundas voragines, hausti pene limo, inmergentesque se, tamen signa sequebantur.'

§ 9 *Præceps ad terram datus*] *In terram* Lov. 5. et edd. ante Froben. a. 1535. Alterum tuentur omnes scripti. Ita *dare ad terram* Plaut. Capt. IV. 2. 17. 'Genu ad quemque jecero, ad terram dabo.' Mox § seq. *desilivit* Harl. et Mead. 2. Sed vide ad II. 10. § 11. Tum *perit* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. 1. Vide ad V. 8. § 3.

Digitized by Google

§ 11 *Rex circumvectus paludes pervias inviasque*] Ita prima exhibet ed. Froben. a. 1535. Antea edebatur *per paludes*, consentientibus Voss. Lov. 1. 5. Harl. et Hearnii L. 1. *circumvectus pavens per vias inviaque* Lov. 2. *circumvectus pavensque per vias inviasque* Lov. 6. *pavens* etiam Mead. 1. in margine, et Gaertn. Quid si legamus 'circumvectus paludes per vias inviaque?' Supra l. XXIII. c. 17. 'Per vias inviaque in urbes Campaniæ perfugerunt.' XXXVIII. 23. 'Ruunt cæci per vias, per invia.'

§ 12 *Octoginta admodum ornati equis, spoliisque simul armorum relictis abducti*] Syncera lectio: *equi, spoliis simul armorum relatis, abducti*. Gelen. Pal. 1. *LXXX. admodum oranti equis, spoliis simul armorum relictis, abducti*: alter, *LXXX. admodum ornatis equis spoliis simul armorum relictis aduxit*. Antiq. ed. *ornati equis spoliisque simul armorum relictis*. Gebh. *Ornati equis, spoliis simul armorum relictis, abducti* Voss. et Lov. 1. *ornati equites, spoliis simul armorum relictis, abducti* Mead. 1. et Gaertn. *ornati, spoliis simul armorum relictis, abducti* Lov. 6. a m. sec. et Mead. 2. *ornati equi, spoliis simul armorum relictis, abducti* Lov. 2. et 6. a m. pr. Verissimum videtur, quod Gelenius restituit: a quo non aliter differunt duo postremi codd. quam quod solito scribarum errore habeant *relictis* pro *relatis*. Vide ad II. 20. § 9. In codd. vero qui *equis* præfernnt, sibilus in fine vocis adcrevit ex initio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2.

CAP. XXXVIII. § 1 *Fuerunt, qui hoc die regem*] *Fuere* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Tum *eo die* Harl. Mox *Philippo quiescendum esse* Lov. 2. *Philippo quiescendum venisse* Voss. *Philippum quiescendum venisse* Lov. 1. Hinc *paucis diebus post* Gaertn. Denique *ad ultimum inopia eventuros* Voss. et Lov. 1. *ad ultimum inopiæ eventuros* Lov. 2.

§ 2 *Quum equitatum hostium*] Ultimam vocem ignorat Lov. 1. qui idem simul cum Voss. omittunt *ac prope regem ipsum cepisset*. Mox *ducere voluisse* legit Lov. 2.

§ 3 *Debellarique momento temporis potuisse*] *Debilitarique momento temporis debuisse* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Gaertn. *debuisse* etiam Mead. ambo. Paullo ante *pulsos*, pro *perculsos*, Lov. 2. Harl. et edd. ante Aldum, nisi quod totus hic § omittatur in edd. Camp. et Rom. 1472. ut et in Msto Lov. 5.

§ 4 *Vioti metuque perculsi ex prælio intra vallum*] Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjecit *metuque compulsi*. Si vulgatum displiceret, legerem potius minori mutatione *metuque pulsi*. Solent enim librarii voces 'pculsus,' sive 'perculsus,' et 'pulsus' inter se commutare. Exemplum modo habuimus § præc. aliud obcurrit XXVIII. 33. § 7. Sed invitis libris a recepta lectione non puto recedendum: potius ad hæc verba ex sequentibus retraho τὸ *fugerent*, ut sit, *metuque perculsi* (fugerent) *ex prælio intra vallum; protinus inde victorem hostem fugerent*. Mox *supervadentem in munimenta* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui recte præpositionem expunxit. Infra XXXII. 24. 'Ruinas muri supervadebant.' Deinde *victorem hostemque fugerent* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum.

§ 6 *Inpetum in frumentatores palatos per agros fecit*] *In frumentatores Romanos*, addita voce, Lov. 5. *in frumentarios Romanos* edd. usque ad Aldum. Tum *palatos fecit* Mead. 2. et Lov. 2. *palatos fecit per agros* Gaertn. Mox *prosperatæ pugnæ* Voss. et Lov. 1.

§ 9 *Minus tutam morum in iisdem stativis fore*] *In his stativis fore* Lov. 5. et edd. ante Aldum, nisi quod *in iis stativis fore* legat ed. Parm. *in iisdem stationibus fore* Voss. Mox *abire idem*, pro *inde*, Lov. 4. sollemni scri-

Digitized by Google

barum aberratione. Præter exempla superius notata ad I. 19. § 7. vide etiam ad III. 21. § 8. IX. 2. § 3. c. 14. § 5. c. 23. § 10. XXI. 33. § 7. XXIII. 31. § 8. XXIX. 27. § 12. XXXVI. 45. § 1. XXXVII. 50. § 5. Deinde in fine cap. *abit*, pro *abiit*, Lov. 1. 4. 6. et Voss. Vide ad XXVI. 28. § 2.

CAP. XXXIX. § 2 *Ad præcipiendum iter Philippo data est*] *Ad recipiendum iter* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *ad percipiendum iter* Lov. 1. 6. Harl. et edd. Mediol. 1480. Tarv. utraque, et plures Ven. *ad præripiendum iter* Voss. et edd. Ascensii plures; quod eo sensu dictum esse posset, quo 'rapere viam.' Locutionem hanc inlustravi ad Silii IX. 33. Rectius tamen reliquos scribas dedisse puto *ad præcipiendum iter*, quod Mediol. ed. 1505. Mogunt. Ald. et mox reliquæ probarunt. XXII. 41. 'Dum ipse longius spatium fuga præciperet:' ubi plura vide. Paullo ante *responso tamen dato* Lov. 5. Mead. 2. et edd. vett. pro quo recte Aldus *tantum* reposuit. Vide ad IX. 12. § 6.

Montes, quam viam non ingressurum gravi agmine Romanum sciebat, petit] *Qua viam non ingressurum* Voss. et Lov. 2. quod probari posset, pro qua parte. Ita mox hoc cap. 'Ignarus, qua sequeretur.' Vide ad X. 14. § 4. Posset etiam legi *qua via non ingressurum*. Vide ad X. 35. § 4. Sed vulgatum potius præfero. XXXI. 6. 'Viam antiquam criminandi Patres ingressus.' XXXVIII. 43. 'Veterem et obsoletam viam ingressos Ambracienses dixit.' XXXIX. 28. 'Longe aliam ingressus disserendi viam.'

§ 3 *Haud ita multo post abisse hostem*] Voculam *ita* perperam omittunt Voss. et Lov. 1. 2. ac 6. Infra c. 42. 'Non ita multos in dispersa fuga error intulit in Macedonum equites.' XXXVII. 58. 'Haud ita multo post L. Scipio ad urbem venit.' XXXV. 11. 'Non ita multo post duceretur.' Similiter 'nec ita multo post' XXXVI. 45. XXXVIII. 3. et similia passim. Paullo ante *abiisse* Gaertn. Vide ad XXVI. 28. § 2.

§ 4 *Stuberam deinde petit*] Stubera, Plenvina, Bruanna, Osphagos, Erduæa, nomina sunt, majore ex parte mihi suspecta, quamquam vetustate interiisse poterant. Erigonii autem amnis, qui Axium influit, est mentio apud anthores. *Glar.* Suspectum nomen habet hoc Glareanus, ut cætera nomina quæ sequuntur; esse autem oppidum Illyriorum, apparet ex verbis Livii XLIII. 18. cum ait, 'Perseus, ratus, si domuisset proximos Illyriorum, Gentium quoque regem in societatem perlici posse, cum decem millibus peditum Stuberam venit.' Meminit ejus etiam Strabo VII. 327. et Suidas, et Στόβηρον vocant. *Sigon.* Pall. et antiq. ed. *Stuberram.* Gebh. *Stuperna* Voss. *Stupernan* Lov. 1. *Stuberram* Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. vett. Στύβερρα memoratur Polyb. Exc. Legat. num. LXXVI. 'Thyrsis Stuberæus' Livio XL. 24. ubi etiam codd. plures duplici litera canina *Stuberræus* scribunt. Tum *inde* Lov. 2. Harl. et Mead. 2.

Inde ad Pluinam est progressus] *Pluinæ* nemo meminit, *Pellinæ* omnes. Itaque *Pellinam* restituo, auctore maxime Arriano, qui I. 7. ita scribit: Ἔχων δὴ παρὰ τὴν Ἐορδαίαν τε καὶ τὴν Ἐλυμιῶτιν, καὶ παρὰ τὰ τῆς Στυμφαίας καὶ Παραιβίας ἄκρα, ἑβδομαῖος ἀφικνεῖται ἐς Πελλίνην τῆς Θετταλίας. Pellinam item statuit Stephanus in Phthiotide in Thessalia. *Sigon.* Pall. et antiq. ed. *Pluinnam.* Gebh. *Pluinnam* Lov. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. *Pluvinam* Lov. 2. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et reliquæ, quas vidi, edd. usque ad Sigon. *Pluviniam* Lov. 1. *Pliniam* Voss. *Pelimam* Hearnii L. 1. quod quidem proxime ad Sigonii *Pellinam* accedit; ipsum tamen gravissime hic halluci-

Digitized by Google

natum esse, monnit Jac. Gronov. ad d. l. Arriani: non enim consulem hic idem iter habuisse, quod ibi describitur de Alexandro. Accedit urbem *Pellinam* sive *Pelinnam*, ut alii rectius scribunt, alio nomine *Pellinæum* vel *Pelinnæum* adpellari, eoque potius usum esse Liv. l. XXXVI. capp. 10. 13. 14. Priorem igitur lectionem, a Sigonio expulsam, sed plerorumque codicum auctoritate fultam, revocavi. Mox *quamnam regionem* Harl.

§ 5 *Quum primo ad Bruannam stativa habuisset*] Strabo VII. 327. ut 'Stuberæ,' sic 'Bryanii' meminit oppidorum ad Erigonem flumen. Quamquam Stephanus sit, Βρυάνιον esse oppidum Thesprotiæ. *Sigon. In primis* Hearnii L. 1. An voluit librarius *in primo*, de quo vide Gronov. ad X. 14. § 17. Sed reliqui stant pro vulgato, quod servo. Deinde *ad Bruanium* Gronov. 1665. in contextum recepit, quum in prioribus fuisset *Bruannam*, vel *Bruanam*; quod etiam servant Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Brumaniam* Lov. 6. *Brumam* Lov. 1. *Heruaniam* Hearnii L. 1.

Ad Osphagum flumen posuerunt castra] Haud secus antiq. ed. Sed Pal. 1. *ad Opagum:* alter *ad Ophagum*. Gebh. *Ad Ophagum* Voss. et Lov. 1. ac 4. *ad Ospagum* Lov. 2. cum edd. Mediol. 1480. ac Ven. 1498. *ad Osphagum* Mss. ceteri cum plerisque reliquis edd. etiam antiquissimis.

§ 6 *Erigonum incolæ vocant*] Ex Strabonis VII. 327. et Arriani I. 5. *Erigonem* legendum. Quamquam Ptolemæus Ἐρίγωνον vocat. *Sigon.* Antiq. ed. *Erigonium*. Gebh. *Grigonium* Hearnii L. 1. *Egonum* Harl. *Erigonium* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo Frob. 1535. *Erigonum* substituit, consentientibus reliquis scriptis. Quum autem ipse Sigonius fateatur Ptolem. hunc fluvium Ἐρίγωνον vocasse, necesse non erat, ut, invitis omnibus libris, legeret *Erigonem*. Vide etiam ad XXXIX. 54. § 1. Mox *tendit*, pro *consedit*, Lov. 5. et edd. Frobeniana 1535. vetustiores.

§ 7 *Erdnæam petituros Romanos*] Polybius XVII. 19. satis indicat, *Heordæam* esse legendum, ubi verba T. Quintii, quibus ad Cynocephalas pugnaturus milites accendit, exponit. Ea sunt hæc: Οὐχ οὗτοι Μακεδόνες εἰσὶν, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν Ἑορδαίαν ὑπερβολὰς ἐκ τοῦ προφανοῦς μετὰ Σουλπικίου βιασάμενοι πρὸς τόνους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε, πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες; Et Stephanus, Ἑορδαῖαι δύο χῶραι Μακεδονίας. Et Plinius in Macedonia IV. 10. 'Heordensium,' et Arrianus I. 7. meminit Ἑορδαίας. *Sigonius.* Pall. *Erdumeam*. Gebhard. *Adducam* Hearnii L. 1. *Arduæm* Gaertn. *Erduacum* Lov. 2. *Erduacam* Mead. uterque. *Erducam* Harl. *Erdua eam* Voss. et Lov. 1. *Erdumeam* Lov. 4. et 6. Sigonii conjecturam Gron. recepit, abjecta tamen adspiratione *Eordæam* scribens. Vide etiam ad cap. seq. § 1.

§ 8 *Ibi alia vallo, alia fossa, &c. opere permuniit*] *Ubi alia* Voss. et Lov. 1. Vide ad XXVII. 5. § 2. Præterea vocem *opere* iidem codd. cum Lov. 6. a m. pr. non agnoscunt: quam etiam Crevier. superfluam et molestam vocans, pridem suspectam habuit, tamquam ex vitiosa repetitione primæ syllabæ verbi sequentis male natam, et tandem auctoritate cod. Victorini eam respuentis ex contextu recidit. Sequitur etiam mox 'operibus:' quo libentius præeuntem, trium meorum auctoritate accedente, secutus sum.

§ 10 *Prælongis hastis velut vallum ante clipeos objecit*] *Perlongis hastis* Voss. et Lovel. 6. Male. XXII. 46. 'Dispares ac dissimiles gladii: Gallis prælongi ac sine mucronibus.' XXXVII. 42. 'Inpeditus intercursu suorum usus prælongarum hastarum.' XXXVIII. 7. 'Per operculi foramina prælongæ hastæ eminebant.' cap. 17. 'Prælongi gladii.' De errore hoc

Digitized by Google

scribarum vide ad IX. 10. § 7. De longitudine hastarum, quibus utuntur Macedones, vide Vlit. ad Gratii Cyneg. 118.

§ 11 *Thraces quoque romphææ, ingentis et ipsæ longitudinis, &c. impediebant*] Ita primum exhibuit ed. Gronovii 1665. sine dubio operarum errore, quem tamen secuti editores servarunt, nisi quod modo Crevier. recte *Thracas* restituerit, quemadmodum præferunt edd. priores, et cum Hearnii L. 1. omnes mei, nisi quod quidam vitiosa orthographia *Trachas* scripserint pro *Thracas*, qua forma Livius alibi utitur. XXXIII. 7. 'Cum omnibus præter Thracas auxiliis.' XXXVI. 40. 'Thracas præda ipsa impeditos ad cædem præbet:' etiam c. 41. et alibi. Et ita in Livio emendandum esse, ad calcem codicis sui Jac. Perizon. monuit. Deinde *rumphee*, vel *rumphææ*, Gaertn. et Hearnii L. 1. *rumphye* Harl. et Mead. ambo: *rumphie* Lov. 2. 4. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *rimipe* Lovel. 1. *ïpie* Lovel. 6. *rumpie* Voss. Videtur igitur Livius voluisse *rumpiæ*. Vide Nic. Heinsium ad Val. Flacc. VI. 98. De ea vide etiam Bochart. part. I. Hieroz. II. 8. p. 137.

§ 12 *Sed quæ quoque ipsa*] Lectio hæc ex Gruteri postuma per reliquas omnes edd. perperam propagata est. Priores præferunt *sed ea quoque ipsa*: quod quum etiam omnes codd. servent, priscam scripturam Livio reddere non dubitavi. Mox *neque ad trajiciendum* Voss. et Lov. 6. Vide ad IX. 9. § 14.

§ 15 *Brevi circuitu quum in jugum collis evasissent*] Duæ priores voces omittuntur in Lov. 2. Deinde *quum jugum collis evasissent* Lov. 1. 6. et Harl. De ea locutione videbimus ad XLV. 41. § 4. Ea tamen hic non videtur probanda. Non enim Romani 'evaserant jugum collis,' sed connitendo in jugum collis pervenerant, quod recte effertur 'in jugum collis evasissent.' Vide ad IV. 34. § 1. Præpositio itaque, quæ in tribus illis codd. deerat, vel intercepta est ab ultima litera vocis præced. (vide ad X. 13. § 3.) vel a duabus initialibus vocis sequentis: quale exemplum habuimus XXVI. 3. § 10.

CAP. XL. § 1 *Ita angustiæ minore certamine, quam quod animis proposuerant, superatæ*] *Ita angustias, &c. superavere, et in* Mead. 2. *Ita angustiis, &c. superare et* Voss. *Ita angustiis, &c. superatis, et in* Lov. 6. *Ita angustiis, &c. superatis in* Lov. 1. quæ vera videtur lectio esse. Præterea *proposuerunt* idem Lov. 1. Mox *et Mordumeam* Voss. *in Orduma* Lov. 1. *et in Erdumena* Lov. 2. *et in Erdumeam* Gaertn. *et in Erdumeam* Lovel. 4. 6. Harl. ac Mead. ambo. Vide ad cap. præc. § 7.

In Elymeam se recepit: inde impetum in Orestidem fecit] *Elyma* apud Ptolemæum III. 13. nomen, sed longe ad occidentem Macedoniæ. Livius, quasi ab expeditione redlens, ac rursus in Orestidem impetum facturus sit consul, hæc narrat. *Glar.* Stephanus hanc urbem Ἐλίμειαν, Ptolemæus Ἐλίμαν vocant, Arrianus I. 7. agrum ejus Ἐλυμιῶτιν nominat. *Sigon. Elmina* Gaertn. *Elimina* Mead. uterque: *Eliminam* Hearnii L. 1. *Elumiam* Lov. 4. *Elimiam* Voss. Lovel. 1. 2. 5. 6. et edd. vett. 'Elimea' etiam memoratur XLII. 53. et XLIII. 21. ea autem voce regionem Illyrici, sed Macedoniæ contributam, indicari, docuit Cellar. Geogr. Ant. l. II. c. 13. p. 660. Vide etiam ad priorem Livii locum. Præterea *recepit* et *facit* Voss. *facit* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 2 *Angustis faucibus unde ex continenti iter est*] Lege *unum ex continenti*. Gelen. Ita et omnes mei, excepto solo Lov. 5. qui cum edd. vett. legit *unde*. Mox, transpositis dictionibus, *abnuere imperium* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Digitized by Google

§ 4 *In Dassaretios processit, urbemque Pelium vi cepit*] *Pelium* duplex tradit Stephanus, unum in Thessalia, alterum in Illyrio. Nunc de Pelio Illyrico intelligendum est. Nam Dassaritios inter Illyrios nominat Appianus in Illyrico. *Sigon. Processit, prælio urbem cepit* Lov. 2. *urbem prælium vi cepit* Voss. *urbemque prælium vi cepit* Lov. 4. *urbemque prælii vi cepit* Lov. 6. Harl. et Mead. ambo: *urbemque vi prælii cepit* Gaertn. *Pelium urbem vi cepit* Lov. 1. De urbe *Pelio*, vel *Pellio*, vide Jac. Gronov. ad Arrian. de Exp. Alex. M. I. 5.

§ 6 *In loca jam pacata ad Apolloniam, unde ortum bellum erat*] Lege *in loca pacata ad Ap., unde orsus bellum erat:* non *jam pacata*, neque *ortum*. Gelen. Pall. et antiq. ed. *in loca jam pacata ad Ap., unde ortum bellum erat.* Gebh. Ita et omnes mei, nisi quod *in loca tam pacata* sit in Lov. 1. Emendationem Gelenii Froben. 1535. recepit, eamque reliqui editores servarunt usque ad Gronov. qui *jam pacata* revocavit, sed *orsus* retinuit. Supra XXVI. 43. 'Quod ab urbe potissimum obpugnanda bellum orsus esset.' Infra XXXII. 29. 'Ab Liguribus orsus est bellum.' XXXV. 51. 'Magnoque principio sibi orsus bellum videbatur.' Solent autem 'ortus' et 'orsus' commutari. Exemplum habuimus lib. XXI. c. 60. § 3.

§ 7 *Philippum averterant Ætoli, et Acarnanes*] Lege *Ætoli, et Athamanes:* nam Acarnanes partium Philippi erant. *Gelen. Athamanes* etiam omnes mei, exceptis Lov. 5. et Mead. 2. qui vitiosam priorum edd. lectionem ostentant: *averterant* est a Romanis alio verterant. Verum *adverterant* est in Voss. et Lov. 1. quod foret, 'ad se verterant.' Vid. ad XXX. 8. § 1. Quum tamen maxima Matorum pars vulgatum servet, idque optimum sensum efficiat, nil temere mutandum arbitror.

Tot bella repente alia ex aliis locis exorta] Τὸ *repente* expungit Harl. Male. Vide ad IX. 31. § 8. Est etiam vir doctus, cujus judicio plurimum tribuo, qui præpositionem abesse mallet. Verum omnes codd. eam tuentur. Ita XXXIV. 47. 'Alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus.' Livium vero in regimine præpositionem, cum qua verbum componitur, addere solitum esse, vidimus ad Præfat. § 11.

§ 9 *Moræ ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat*] Vox *auctor* deficit in Lovel. 2. Harl. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, Venetis nonnullis, et Ascens. priore. Mox *Octolophum* primus dedit Frob. 1535. quum ab Aldo ad eum *Atabolum*, ante Aldum *Eccalobum* editum fuisset, quod in uno exstat Lov. 5. *Atholobum* habet Lov. 6. *Ethelobum* Lov. 2. et Harl. *Ettolobum* Mead. ambo: *Otolobum* Voss. et Lov. 1. *Octolobum* Lov. 4. et Gaertn. Vide ad c. 36. § 6.

§ 10 *Ad hæc classis Romanæ adventum in Oreum*] Lib. XXVIII. c. 7. fuit, 'Et Attalus primo Oreum est profectus.' Andreas autem hic, et Voss. *adventu in Oreum*. Ergo delete præpositione scribe *ad hæc classis Romanæ adventum Oreum*. Ut lib. XXII. extremo, (c. 61.) 'Neque ante consulis Romani adventum, nec postquam is rediit:' ubi idem genus vitiaverant. Cicero ad Att. IX. 4. 'Sunt ista quidem, quæ disputas, difficillima: iter ad superum, navigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc fugisse, mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videamur.' *J. F. Gron. Adventum Oreum* clare Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *adventu in Oreum* Lov. 1.

CAP. XLI. § 1 *Cercinium obsedere*] *Circinium* hic et mox Lov. 2. et Harl. *Cortinium* utrobique Lov. 6. *Cerrimum* hic Voss. et mox *Certenium*. At Hearnii L. 1. *Certemium*.

§ 2 *Incertum vi, an voluntate*] Verba sunt Freinsh. in Indic. Flori voce

Digitized by Google

'Dubium:' 'Cum duo contraria, quorum uno proposito, alterum non potest ignorari, eloqui volumus; hac phrasi ita utimur, ut alterutrum tantum exprimamus: sic, 'occisus Remus, dubium an jussu fratris.'' In sequentibus deinde non tantum exempla hujus locutionis plura laudat; verum etiam aliis, ubi utrumque exprimitur, interpolata ea existimans, mederi conatur. Verum regulam hanc non semper observatam fuisse, optimis exemplis evicit Dukerus ad Flori II. 14. § 8. quibus et hoc Livii addi potest; ubi, quum dicere potuisset, *incertum an voluntate*, utrumque exprimere satius habuit. Mox cap. 43. 'Incertum cura gentis, an ut adversaretur Scopæ.' Et ita fere XXXIV. 5. 'Ut in dubio poneret, utrum id matronæ sua sponte, an nobis auctoribus fecissent.' cap. 19. 'Quum incertum, bellum an pax cum Celtiberis esset.'

§ 3 *Qui superfuerant e magna clade*] *Qui superfuerunt* Vossian. Lov. 2. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldinam. Mox voces *inter ceteram prædam* non adparent in Harl. Supra cap. præc. 'Servitia inde cum cetera præda abduxit.'

§ 4 *Bœben paludem*] Stephanus Βοίβη λίμνη ἐν Μακεδονίᾳ. *Sigon.* Viri docti monuerunt, Βοίβην, paludem Macedoniæ apud Stephanum, ab aliis Βόλβην vocari. Quæ autem hic memoratur, sita fuisse videtur in Thessalia. Verisimile igitur, illam indicari, quæ *Bœbeis* vocatur. Vide de ea Burm. ad Valer. Flacc. I. 449. et Oudend. ad Lucani VII. 176. Putatur etiam eadem esse atque illa quæ Βοιβιὰς vocatur Pindaro Pythion. III. 60. Cellarius Geogr. Ant. II. 13. 691. se de urbe Bœbe et lacu Bœbeide superius egisse testatur, quum Pherarum situm describeret. De Pheris autem agit p. 682. sed ibi nihil de Bœbe, vel Bœbeide. Ceterum *Borebem* legit Hearnii L. 1. una litera minus *Bœbem* Gaertn.

§ 5 *Inde aversi, in Perræbiam iter perg unt*] *Perræbiam* scribendum: ita enim Græci. Pars Thessaliæ est. Stephanus. *Sigon. Perhabiam*, et mox *Fœbia* Lov. 1. *Perrhebiam*, et *Perrhebia* mox Lov. 5. *Perhachiam*, et mox *Perhachia* Lovel. 6. *Perrahebiam*, et mox *Perrahebia* Mead. 1. *Pærebiam*, et mox *Parebia* Mead. 2. et Harl. *Perebiam*, et mox *Perebia* Gaertn. *Racbuam*, et mox *Pharbeia* Hearnii L. 1. Vocula *inde* deest in Vossian. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Mead. 1.

Cyretias in via capiunt] In Ptolemæi codice est *Chyretiæ*, ut et *Gomphi*. Illud *Phecadum* autem, quod sequitur paulo post, apud nullum authorem invenio. *Glar.* Χυρετίαι statuit Ptolemæus III. 13. inter Estiotas Thessaliæ populos. *Sigon.* Andreanus *in via capiunt*. J. F. Gron. *In via capiunt* Lov. 5. omnesque edd. usque ad Aldum, qui dedit *ibi vi capiunt*, consentientibus reliquis meis: *ibi via capiunt* Hearnii L. 1. Cyretiarum etiam meminit Liv. XXXVI. 10. § 5. et alibi. Mox *Malcolam* Harl. *Maleam* Lovel. 4. 5. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *Maloneam* Lov. 6. *malo eam* Voss. et Lov. 2. *Mallœam* primus Frob. 1535. vulgari curavit. Vide ad XXXVI. 13. § 3.

§ 6 *Gomphos petendi Amynander auctor erat*] Oppidum est Thessaliæ. Stephan. *Sigon. Auctor fuit* Gaertn. Mox *videbanturque expugnari sine magno certamine posse* Voss. et Lov. 1. ac 4. quasi referendum foret ad præcedens *Gomphos*, ac proxima *et imminet Athamania huic urbi* parentheseos notis circumscribenda forent; quod verisimilius fiet, si liceret voculam *et* delere, quam etiam expungit Lov. 2. *Videbaturque expugnari sine certamine ullo posse* Harl.

Athamania] Alii Illyrii, alii Thessaliæ partem esse Athamaniam tradunt. Stephanus. *Sigon.*

Digitized by Google

§ 7 *Quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine ac cura muniendi, posita*] *Quo sors* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. usque ad Gronov. qui *fors* vulgavit. Voces illas vel millies in Mss. confundi, omnes norunt. Vide ad I. 4. § 4. et c. 9. § 15. ubi Gronov. in priori ed. nott. *fors* hoc loco legendum esse, recte monuit. Deinde *sine discrimine aut cura* Lov. 1. 6. et Voss. *aut cura* etiam Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *tulisset loco sita*, reliquis omnibus omissis, Lov. 2.

§ 8 *Subjicientes eos castra Phecado urbi*] In nomine urbis nihil mutant mei. Sed *Pherodio* est in Hearnii L. 1. Esse eam urbem, quam *Phecam* vocat Livius XXXII. 14. Sigonius ad eum locum monuit.

§ 9 *Paullo plus quingentorum passuum inde*] Legendum videtur *quingentos passus;* quod et sibi placere, Crevierius testatur. Nulli quidem codd. huic lectioni favent: facile tamen ita librarii errare potuerunt, si numerum per notas, vocem autem *passus* per compendium *P.* exaratam fuisse meminerimus.

§ 12 *Loricas plerique non induerent*] Pal. 1. *non inducerent*. Gebh. Errori librarii tribuendum. Vide ad XXX. 18. § 12. Paullo ante male etiam *vagabantur*, pro *prædabantur*, Harl. *præliabantur* Voss.

§ 13 *Quum sexcentorum ægre simul equites peditesque numerum explessent*] Lego *universi sexcentorum ægre:* ubi *universi* dictio interciderat. *Gelenius.* Excluso τῷ *universi*, Pall. uterque, et antiqua ed. *cum sexcentorum ægre.* Gebh. Vocem a Gelenio adscitam repellunt omnes mei, et Hearnii L. 1. Mox *numero, armis, animisque* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. Deinde § seq. *vix cepto certamine*, pro *vix tentato*, Lov. 1.

CAP. XLII. § 2 *In vicemque manipulos levis armaturæ aquatum ire et prandere*] Sine copula Pall. *invicem manipulos.* Gebh. Eamdem copulam non admittunt Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quin et altera expulsa *aquatum ire, prandere* legunt Voss. et Lov. 1. Paullo ante § præc. *propera celeritate* est in Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. Sed vide ad XXII. 19. § 10. Mox § 8. verba *tardius ductum propter gravitatem armorum* exsulant a Vossian. et Lov. 1.

§ 4 *Binis ternisve ad summum ex manipulis aquandi caussa missis*] Lege *ternisve summum*, non *ad summum;* sic enim Livius loqui solet. *Gelen.* Pall. *binis ternisque simul ex manipulis.* Sed vulgata lectio sincerior est, approbatore quoque prisco editore. *Gebhard. Binis ternisque simul ex manipulis* Mead. 2. *binis ternisve simul manipulis* Gaertn. *binis ternisve simul ex manipulis* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *binis ternisveximum ex manipulis* Lov. 1. *binis ternisve summum ex manipulis* Voss. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. quod, recte a Gelenio vindicatum Livio, probat etiam Gronov. ad XXI. 35. § 9. ubi, ut et in pr. ed. nott. ad h. loc. genus loquendi pluribus inlustravit. Eamdem locutionem Livio Gelenius restituit lib. XXXIV. c. 32. § 6. Similiter etiam 'ultimum,' 'minimum,' 'postremum' usurpantur. Vide ad XL. 42. § 10.

§ 5 *Quæ per agros multitudo sparsa fuerat, receperat se*] Pall. multitudinis numero *receperant se.* Gebh. *Sparsa multitudo fuerat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Deinde *receperant* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque typis excusi usque ad Mogunt. Solet ita sæpe τὸ *multitudo*, perinde ac si nomen conlectivum esset, adsciscere verbum plurale. Vide ad VI. 19. § 7. Hanc lectionem probare videtur Gronov. ad XXXVI. 16. § 6. Mox *spectant* Harl. et Lov. 6. a m. pr. *despectant* Lov. 2.

§ 6 *Per aversam partem castrorum*

Digitized by Google

ad tumulum, ad castra Athamanum perfugiunt] Forte *in tumulum*. Vel *ad tumulum in castra Ath. perfugiunt*. J. F. Gron. Quem etiam vide ad IX. 5. § 9. Quum tamen omnes, quibus utor, Mss. stent pro recepta lectione, nihil necesse puto, ut eam cum Gronovio mutemus. Nam Livius ita etiam alibi locutus est: ut v. 47. 'Vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos.' VIII. 7. 'In castra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit.' XXVI. 48. 'Relicto consilio ad tribunal ad Scipionem accedit.' Pari modo repetitur præpositio in XLII. 36. 'In ædem Bellonæ in senatum introducti.' Præterea *per adversam partem castrorum* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Male. Vide Gronov. ad XXXIV. 47. § 1. et quæ notavi ad IV. 22. § 4. Paullo ante *parati instructique* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. Tum *repente omnes* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 7 *Die, &c. per direptionem castrorum absumto*] *Sumto* Lov. 1. *consumto* Lov. 6. quod ferri posset, si plures codd. id firmarent. Vide ad XXIX. 33. § 9. Nunc vulgatum præfero. Vide ad XXVII. 13. § 3.

§ 8 *Maxime usui fuit Amynander*] Pall. *Maximo usui fuit*. Gebh. Thuan. *Maximo*. Sic sane maluit loqui etiam XLII. 59. 'Thessalorum equitatus, inclinata re, maximo usui fuit.' *Jac. Gron*. Non aliter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui id ejus auctoritate recepit. Supra XXVI. 43. 'Nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit.' Infra XLIV. 16. 'Ad Romanos transfugit: magno usui consuli fuit.' Cic. ad Att. I. 1. 'Fuit et mihi et Quinto fratri magno usui.' Ep. 2. 'Ad eorum voluntatem mihi conciliandam maximo te mihi usui fore video.' Nepos in Eumen. c. 2. 'Non dubitans, si eum pellexisset, magno usui sibi fore in his rebus.' Justin. XX. 5. 'Gentem suam magno usui futuram.' Sallust. Jug. c. 14. 'Eniterer domi militiæque quam maximo usui esse populo Romano:' ubi etiam quosdam codd. *maxime* præferre, viri docti observarunt. Eodem modo 'maximæ invidiæ esse' Livius dixit XXXII. 5. et *non minima Ætolorum opera fugati*, pro *non minimum*, scribendum conjicit Gronov. ad XXXIII. 6. § 6.

Per colles ignotos sequentibus eos hostibus] Restat in Pall. nec non antiq. ed. *quo duce Athamanis it. peritis summis montibus per calles ignotos seq. eos host. in Æt. perduxerunt*. Τὸ *calles ἀντὶ τοῦ colles* mihi quoque allubescit. Infra XXXVIII. 2. 'Quidam, per notos calles breviore via prægressi, transitus insedere.' *Gebh*. Scribe cum Andrea et Aldina *per calles ignotos*. Quod et nonnullæ recentiores habent. Lib. XXXV. c. 27. 'Egressus callibus notis nocte Pleias pervenit.' XXXVI. 16. 'Ne quos per imminentia juga calles inveniret ad transitum Romanus.' Memineris etiam τὸ *sequentibus* interpretari, si sequerentur: neque enim longe secuti sunt. Sic IX. 18. 'Adulationes etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus.' Nempe 'etiam victis' est, etiamsi victi essent. Sic XLII. 29. de Prusia: 'Nam neque pro Romanis æquum censere se adversus fratrem uxoris arma ferre, et apud Persea victorem veniam per sororem impetrabilem fore.' Hoc est, si victor fuisset. *J. F. Gron*. *Per calles* servant omnes mei, Oxonn. Hearnii, Victor. Crevierii, et quæcumque ante Gruterum prodierunt edd. nam is demum operarum, ut videtur, errore *colles* vulgavit. XXXVIII. 40. 'Romanos iniquitas locorum, barbaris per calles notos incursantibus, et latentibus interdum per cavas valles, prodebat.' Solent autem 'calles' et 'colles' confundi. Vide ad III. 8. § 6. XXXVIII. 2. § 10.

Digitized by Google

et Torrent. ad Suet. Cæs. c. 19. Præterea *per calles ignotas* est in Voss. et Lov. 1. Vide ad XXII. 14. § 8. Recte autem Gronov. *sequentibus* interpretatur, 'si forte sequerentur.' Plura notavi ad IX. 18. § 4. Adde Jac. Gronov. ad XXXI. 7. § 1. et J. Fr. Gronov. ad Senec. de Benef. I. 10.

§ 9 *Non ita multos in dispersa fuga error*] *Haud ita multos* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. *Ita non multos* Lov. 2. Male. Vide ad c. 39. § 3. Deinde *dispersa fuga*, omissa præpositione, Lov. 1. 6. a m. sec. et Voss. qui iidem codd. mox *videt* legunt, pro *vidit*.

CAP. XLIII. § 2 *Dein, postquam Dardani conversis signis direxere aciem*] Vox *Dardani* hic supervacua esse videtur. *J. F. Gron.* Vocem illam abesse posse, verum est: non tamen propterea delendam existimo. Sæpius enim similes dictiones, quæ tuto omitti poterant, perspicuitatis caussa Livius repetivit. Ita cap. præc. § 6. sine damno sensus abesset τὸ *Ætolorum*, quum de fugientibus Ætolis agi præcedentia docerent. Idem dicendum de voce 'Bomilcar' XXV. 27. § 12. de voce 'Elatiam' XXXII. 19. aliisque passim. Præterea *deiñ*, vel *deinde*, est in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. et primis edd. pro quo Froben. 1535. *dein* reposuit. Vide ad III. 3. § 6.

Oneratos inmobilibus armis] Pall. *ornatos*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. a m. pr. sine dubio scribarum errore. Vide ad XXXII. 11. § 2. Paullo ante *talis* deest in Lov. 6. et Harl. *tale auxilii genus* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Mox § seq. *excesserunt*, pro *excedunt*, Hearnii L. 1.

§ 5 *Ab Alexandria magno cum auri pondere ab rege Ptolemæo missus*] *Ab Alexandrea* Voss. et Lov. 1. Ita optimus cod. exhibet VIII. 24. § 1. eamdemque orthographiam in posterioribus Livii libris, ex unico cod. vulgatis, primas edd. servare, videbimus ad XLIV. 10. § 11. Servat etiam Torrentii liber opt. apud Suet. in Calig. c. 49. ubi eum vide. Priscian. Gramm. II. quum p. 587. observasset, Latinos *ei* diphthongum ante *es* in vocabulis Græcis vel more Ionico aut Attico mutare in *e* longam, vel in *i* longam, deinde p. 588. addit, 'Inveniuntur tamen auctores frequenter in nominibus urbium in A desinentium apud Græcos varie proferentes, Alexandria et Alexandrea, Nicia et Nicea, Antiochia et Antiochea.' Hoc modo extulerunt 'Antigonea' et 'Antigonia;' vide ad XXXII. 5. § 9. 'Chæronea' et 'Chæronia;' vide ad XXXV. 46. § 3. 'Spercheus' et 'Sperchius;' vide ad XXXVI. 14. § 15. 'Scarphea' et 'Scarphia;' vide ad XXXVI. 19. § 5. 'Maronea' et 'Maronia;' vide ad XXXVII. 60. § 7. 'Heraclea' et 'Heraclia;' vide ad XXXVIII. 1. § 7. 'Apamea' et 'Apamia;' vide ad XXXVIII. 13. § 5. 'Cassandrea' et 'Cassandria;' vide ad XLIII. 23. § 7. 'Laodicea' et 'Laodicia;' vide ad Epit. Liv. l. CXXI. 'Antiochea' et 'Antiochia;' vide Ursin. ad Cic. ad Fam. II. 10. Similia vide apud viros doctos ad Front. I. 3. 9. et Nic. Heins. ad Maron. Æn. I. 201. Pari modo extulerunt 'Dareus' et 'Darius;' vide ad IX. 17. § 16. 'Parorea' et 'Paroria;' vide ad XLII. 51. § 5.

Sex millia peditum et equites mercede conductos Ægyptum avexit] [Vide Lectt. Var.] Gronovii suspicionem veram puto. Uter tamen numerus interciderit, incertum est. Et hunc et illum, notis numeralibus *ID.* et ∞ scriptum, librarii, tamquam incognitum, sæpe omiserunt. De priori vide ad XXXVII. 40. § 11. de posteriori ad XXXIX. 42. § 3. Præterea *evexit* Lov. 1. 2. 6. a m. pr. et Voss. nempe ex patria evexit. Alterum tamen non displicet. l. XXXVIII. c. 42. 'Traditi sunt legatis et Karthaginem avecti.' Vide ad IX. 4. § 1.

Digitized by Google

§ 7 *Partem juniorem castigando domi continuisset*] Ita primus edidit Dan. Heinsius apud Elzevir. servantibus ejus lectionem omnibus recentioribus præter Crevier. qui *juniorum*, ut olim edebatur, recte revocavit. Et ita legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. quod etiam Dukerus præferebat.

Hæc ea æstate a Romanis Philippoque gesta erant] Ultima vox suspecta esse potest, quod ea non solet uti Livius, narrationem rerum vel toto anno, vel parte anni gestarum claudens. XXII. 23. 'Hæc in Hispania quoque secunda æstate Punici belli gesta.' XXIII. 30. 'Hæc eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania vario eventu acta.' XXIV. 39. 'Hæc in Sicilia usque ad principium hiemis gesta.' Adde hoc lib. cap. 47. XXIII. 49. XXIV. 43. XXVII. 20. XXVIII. 38. *Duk.*

CAP. XLIV. § 1 *Classis a Corcyra ejusdem principio æstatis*] Ultima vox exsulat a Gaertn. quasi illa ex proximis verbis cap. præc. repetenda foret. Reliqui codd. servandam suadent. Ut XXIII. 30. 'Hæc eo anno in Italia, &c. acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus a senatu postulavit.'

Malea superata, circa Scyllæum agri Hermionici] *Malea* et *Scyllæum* promontoria, *Hermione* oppidum est, omnia Peloponnesi. Stephanus, Strabo, Plinius, alii. *Sigon.* Hearnius observat, promontorium Scyllæum non 'Hermionensibus,' sed 'Trœzeniis,' adscribere Scylacem in periplo p. 20. ed. Oxon. ad quem locum id jam occupavit Vossius. *Duk.* A Strabone tamen VIII. 373. vocatur Σκύλλαιον τὸ ἐν τῇ Ἑρμιόνῃ· et X. 484. Τὸ Ἑρμιονικὸν ἀκρωτήριον τὸ Σκύλλαιον. Secundum Eustath. etiam ad Dionys. Perieg. vs. 420. Σκύλλαιον est τόπος ἐν Ἑρμιόνῃ τῇ κατὰ Πελοπόννησον. Vide eumdem ad Hom. Il. B. vs. 560. p. 217.

§ 2 *Cui odio in Philippum per metum jam diu moderata erat*] Pall. duo *quæ odio;* non *cui odio*, quod certe ego non capio. *Gebh. Quæ odio* etiam Lov. 2. 4. 6. et Harl. Vulgata lectio, quam Gebhardus non capiebat, etiam librarii non intellexerunt, quod eruditior esset; et hinc perperam mutarunt: 'Cui odio moderata erat, id omne effudit,' dictum est pro 'effudit id omne odium, cui moderata erat.' Ita XXI. 18. 'Vos enim, quod C. Lutatius consul primo nobiscum fœdus icit, negastis vos eo teneri:' pro 'negastis vos teneri eo fœdere, quod icit nobiscum.' XXIV. 1. 'L. Atilio præfecto præsidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis:' pro 'L. Atilio et militibus Romanis, qui cum eo erant, deductis.' XL. 20. 'Inquisitumque missi de iis, quorum Perseus Demetrium insimulasset sermonum:' ubi plura vide. *Cui odia in Philippum per metum jam diu moderata erant* perperam Hearnii L. 1. Mox *id omnem jam auxilii præsentis spem effudit* Voss. Forte *id omne jam in auxilii præsentis spem:* vel *id omne jam auxilii præsentis spe effudit.* Sed omnes reliqui codd. vulgatum defendunt, quibus cedo.

§ 3 *Nec umquam ibi desunt linguæ promtæ ad plebem concitandam*] Demagogos designari putat H. Stephanus in Dicæarchi Sympractore p. 65. ed. Steph. *Duk. Nec umquam ibi desunt promti* Mead. 2. Deinde *ad plebem incitandam* Gaertn.

§ 4 *Plebsque scivit*] Ita demum dedit ultima Gruteri, quod omnes postea diligenter servarunt. Priores Livium dedisse testantur *plebesque*, idque firmant Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. Ea autem forma Livium sæpissime hanc vocem extulisse, vidimus ad I. 20. § 6. pluribusque aliis locis. Quare id ipsi etiam hic restituimus.

Nominaque earum] Non satis intelligo cur addatur *earum*. Nam, sub-

Digitized by Google

latis statuis imaginibusque, etiam nomina earum tollebantur. Propemodum credo *earum* ab aliquo adautum, et *nomina* esse ea, quæ aliis operibus inscripta erant: nam hoc quoque factum fuisse, ex eo cognosci potest, quod paullo post dicit, 'loca, in quibus positum aliquid INSCRIPTUMVE honoris ejus caussa fuisset.' Ex his omnibus nomina Philippi eradi, quemadmodum statuas imaginesque tolli voluerunt; quod apud Romanos quoque non semel factum est. De diebus festis et sacris, honoris regum principumque caussa institutis, multa habet Spanhem. Epist. v. ad Morellum. *Duk.* Crevier. vel per *nominaque earum* intelligebat titulos statuis Philippi et imaginibus honoris ejus caussa inscriptos; vel, quum Victor. cod. legat *nominaque eorum*, lectione hac recepta, voces easdem hoc modo transponit: 'imagines omnes, item majorum ejus virilis ac muliebris sexus omnium, nominaque eorum tollerentur:' intelligit autem nomina majorum Philippi, et ejus ipsius, ex omnibus monumentis publicis sublata: quod recte ipsi magis placet. Præferrem tamen Dukeri conjecturam. Mox *diesque festi, sacra, sacerdotes* Voss. Lovel. 1. 4. et Mead. ambo: *diesque festi, sacra, sacerdotesque* Lov. 2. *dies festi, sacra, sacerdotesque* Harl.

§ 5 *Loca quoque, in quibus, &c. detestabilia esse*] *Detestabilia essent* Lov. 5. et edd. antiqq. ut scilicet conveniret præcedentibus 'tollerentur,' 'delerentur,' 'profanarentur.' Froben. postea 1535. dedit *detestabilia esse*, qua forma sequuntur, 'detestari,' 'exsecrari:' et ita est in omnibus reliquis Mss. Illa autem omnia pendent ab eo quod mox sequitur, 'placere.' Hæc etiam diversitas constructionis, 'scivit ut tollerentur,' &c. 'et placere loca detestabilia est,' &c. nulli displicere poterit, qui ad Livii stilum animadvertit. Plura exempla dedimus ad XXXIX. 14. § 9.

Neque in iis quidquam postea poni dedicarique placere eorum, quæ in loco puro poni dedicarique fas esset] Hæc sententia prius dimidia sui parte truncata fuit. *Gelen.* Ante Geleniam, cujus emendationem Froben. 1535. expressit, edebatur *neque in iis quidquam postea poni dedicarique fas esset*, mediis omissis ob vocem *poni dedicarique* repetitionem: de quo errore vide ad IX. 11. § 11. Similiter peccatur in Voss. Lov. 1. 2. Harleian. et Mead. 2.

§ 6 *Sociisque, et exercitibus, et classibus eorum precarentur*] Pal. 1. *sociisque, eorum exercitibus, et classibus precarentur.* Alter truncate *sociisque eorum precarentur.* Gebh.

§ 7 *Additumque decreto*] Ita primum editum vidi ab Aldo ejusque adseclis usque ad Froben. qui a. 1535. priscam lectionem restituit. Sed Aldinam revocarunt Lugdunenses 1553. quæ postea a Paris. 1573. recepta, et hinc per omnes omnino edd. recentiores propagata est. Primæ edd. et hinc Frob. ediderunt *additum decreto* sine copula. Quod quum etiam tueantur omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. ita denuo vulgandi auctor fui. Mox *Si quid postea ad notam, &c. pertineret, ferretur* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§ 8 *Qui occidisset eum, jure cæsurum*] Pall. perperam scriptum continent *jure censurum.* Gebh. Similiter errant Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1.

Eadem in Philippo servarentur] Pal. 1. *eadem Philippo servarentur.* Alter *eadem de Philippo servarentur.* Gebh. *Eadem Philippo servarentur* Lovel. 4. *eadem in Philippo pronunciarentur* Voss. *eadem in Philippo probarentur* Lov. 1. et 6. a m. pr.

§ 9 *Quibus solis valent*] H. Stephanus in Dicæarchi Sympractore p. 65. ed. Steph. mavult *quibus solis tum valebant.* Nihil mutandum videtur. Non tum solum, sed semper lingua plus

Digitized by Google

valere, quam armis, et promtiores ad dicendum, quam ad res gerendas esse existimati sunt: quo nomine etiam Demosthenes eos notavit. Vide Victor. Var. Lect. IX. 16. *Duk.*

CAP. XLV. § 2 *Ac quæ in iram adversus hostem fuerant*] Aliquid hic scabri. Videtur sermo Latinus exigere, *atque in iram*, si verbum referas ad τὸ *decretis*: aut *quæ in ira adversus hostem fecerant*, si ad τὸ *Atheniensium*. Et solent hæc verba inter se mutari. Apud Phædrum LXXIV. legitur, 'Canes (confusus subito quod fuerat fragor)' quam legendum sit, *Canes confusos subitus fecerat fragor. Repente odorem*: vel *Canes (confusos subitus fecerat fragor) Repente odorem. Confusos* est perturbatos. Possis etiam *ac quæ ira adversus hostem fecerat, Atheniensium decretis*. Ut XXXIV. 6. 'Legem illam scripsisse inopiam civitatis.' *J. F. Gron.* 'Fui' et 'Feci' sæpe in scriptis commutari, videbimus ad XL. 50. § 5. Similiter 'futurus' et 'facturus,' ut probabimus ad XXXIII. 8. § 15. Nihilominus præferenda est prima Gronovii conjectura *atque in ira adversus hostem fuerant*. In nullo enim cod. *fecerant*, quum contra *atque in iram* legant Lov. 2. 4. et Gaertn. *ac quæ in ira* Lov. 1. Harl. et Mead. ambo: *atque in ira*, ut Gronov. conjecit, Voss. Lov. 6. a m. sec. et Victor. apud Crevier. quorum fide lectionem hanc recepi. Mox *navigarent* Lov. 2. Mead. uterque, et Gaertn. *navigaverunt* Lov. 1. *navigarunt* Voss. Lov. 4. 5. 6. et priscæ edd. pro quo Froben. 1535. substituit *navigant*.

§ 3 *Quem Gauvelon vocant*] *Gauvelon* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. *Garulon* ejusdem L. 1. Γάβριον τῆς Ἀνδρίας χώρας memoratur Xenoph. Hist. Græc. I. p. 440.

§ 4 *Omnique adparatu urbium expugnandarum*] Pall. et antiq. ed. *apparatuque omni urbium oppugnandarum*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 5. et Mead. 1. cum edd. ante Aldum, qui subposuit *omnique apparatu urbium expugnandarum* uno consentiente Gaertn. *apparatuque omnium urbium oppugnandarum* Mead. 2. *apparatuque omni urbium expugnandarum* Lov. 2. et Harl. *apparatuque urbium omni expugnandarum* Lov. 6. Id, quod nunc vulgo exstat, est a Gronov.

§ 5 *Animique militum, tam promte succedentium muro, terruere*] Non insuper habendum, quod est in Voss. et apud Andream *succedentium muros*. Ut VII. 12. 'Utrimque aciem subeuntium jam muros aggrediuntur.' XXII. 28. 'Prima levis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco succedens tumulum.' XXVII. 18. 'Adsuetudine succedendi muros et pertinacia animi subierunt primi.' *J. F. Gron.* Verbum 'succedere' hoc sensu sæpe cum casu tertio construitur, etiam apud Livium. Exempla vide lib. IX. capp. 14. et 31. et XXVII. 42. Ea tamen lectio hic servari nequit, quum nata sit ex ed. Ascensii 1510. et debeatur vel ejus ingenio, vel operarum aberrationi. Certe omnes priores edd. omnes scripti mei, unusque Crevierii, cum Hearnii L. 1. et N. constanter *muros*. Ita XXXVIII. 9. 'Id quum per colloquia principum succedens murum parum proficeret:' ubi plura vide. Eam igitur lectionem recepi. Præterea vocem *militum*, quæ a Lov. 5. et prioribus edd. exsulat, primus admisit Aldus; qui etiam paullo ante edidit *signa armaque*, quum *arma signaque* legerent priores, adsentientibus Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. utroque.

§ 6 *Urbe hostes potiti*] *Urbes* Voss. et Lov. 1. Sed vulgatum non damno. Quamvis enim ita scriptores interdum loquantur, ut docuerunt Sanctius Minerv. III. 3. pag. 369. et viri docti ad Nepot. Emmen. c. 3. non alibi tamen Livius huic verbo junxit nisi casum sextum, vel interdum etiam secundum, ut docui ad XXV. 14. § 5.

Digitized by Google

Delium Bœotiæ] Steph. Δήλιον, πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Ταναγρᾳ, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. *Sigon.* Vide ad XXXV. 51. § 1.

§ 7 *Ea ab Romanis regi Attalo concessa: prædam ornamentaque urbis ipsi avexerunt*] Pal. 1. *Et a Romanis regi Attalo concessa præda, ornamentaque urbis ipsi auxerant.* Alter, *Et ab Romanis regi Attalo concessa præda, ornamenta urbis ipsi hauserant.* Gebh. *Et a*, vel *ab Romanis regi Attalo concessa præda, ornamentaque urbis ipsi auxerant* Voss. Lov. 4. 5. 6. *Et ab Romanis regi Attalo concessa præda* Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1535. *Et ab Romanis regi Attalo concessam prædam* Gaertn. *Ea ab Romanis regi Attalo concessa præda* Harl. *Ab Romanis regi Attalo concessa præda* Lov. 2. Deinde *auxerant* Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn. *avexerant* Harl. et Mead. 2. Sed lectio, quam Froben. restituit, genuina est.

§ 8 *Qui ex pacto transvecti eo fuerant*] *Trajecti* Lov. 5. et edd. ante Aldum. De locutione 'trajicere aliquem' vide ad II. 11. § 2. Hic tamen *transvecti*, quod reliqui servant, verius esse puto. Solent autem hæ voces a librariis commutari. Vide ad XXIV. 21. § 7. et XXXII. 6. § 1. Similiter 'adjectus' et 'advectus;' vide ad XXII. 22. § 1. 'circumjectus' et 'circumvectus;' vide ad XXXVI. 9. § 12. 'conjectus' et 'convectus;' vide ad X. 29. § 18. 'dejectus' et 'devectus;' vide ad XXIX. 31. § 11. 'injectus' et 'invectus;' vide ad IX. 40. § 14. 'subjectus' et 'subvectus;' vide ad VI. 24. § 5. 'jactus' et 'vectus;' vide Pier. ad Virg. Æn. I. 376. et II. 24.

Quum desiderium quoque patriæ facilius ad credendum inclinaret animos] Lege *faciles ad credendum.* J. F. Gron. Omnes codd. τὸ *facilius* tuentur. In quo quum commodus sensus sit, illis invitis nihil mutandum puto. Supra I. 51. 'Sunt inclinatis ad credendum animis.' Cic. de Senect. c. 6. 'Quum sententia senatus inclinaret ad pacem et fœdus faciendum cum Pyrrho.' Ad Att. XII. 29. 'Ecquid inclinent ad hoc meum consilium adjuvandum.'

§ 9 *Ab Andro Scyrum trajecerunt*] *Cythnum* lege. Idem error, qui supra. *Gelen.* Has insulas c. 15. Philippi teneri præsidio dixit, propterea nunc a Romanis vexantur. *Sigon. Scyrum* est a Mognntinis; qui ita etiam perperam ediderunt c. 15. § 8. Priores dederant *Cydnum*, quod superest in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii N. *Cythnum* habuisse videntur Voss. et Lov. 1.

§ 10 *Ad Prasias* (*continentis Tanticeris locus est*)] Qui *Tanticeris*, pro *Atticæ is locus est*, scripsit, non legit apud Strab. IX. 399. unum ex maritimis Atticæ demis esse, ad Eubœam versum. *Gelen.* 'Prasiarum,' populi Atticæ, meminere Pausan. in Attic. XXXI. et Stephanus, aliique plures. At hoc in loco non video, quo pacto ea profectio intelligi possit, si *Prasias* legerimus. Vide num legendum *abcessere Phalassiam* (*continentis Eubœæ is locus est*). Nam *Phalassiam* Ptolemæus III. 15. in Eubœæ orientali latere e regione Scyri ponit. Nec *continentis* simpliciter dixit, sed *Eubœæ*; et postea, peracta navigatione, dicturus est (hoc cap.) 'Eubœam repetunt.' Fieri etiam potuit, ut in Romana historia ex locorum ignorantia is error inciderit. *Glar.* Iccirco ita ait, quia, ut ait Stephanus, alterum hujus nominis oppidulum est in Peloponneso, Πρασίαι, δῆμος Ἀθήνησι Πανδιονίδος φυλῆς· ἔστι καὶ Λακωνικὸν πολίχνιον. Glareanus temere *Phalassiam* emendat. ['Glareanus regionis situm declarat, de aliis dubitat.'] *Sigon. Tanticeis*, pro *Atticæ is*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *Tanciteis* Mead. 2. et Gaertn. *Tanticeris* cum vett. edd. solus Lov. 5. Sed veram lectionem Gelenius restituit: post quem depravatæ adhærere, ac vitiosam interpunctionem sequi Gla-

Digitized by Google

reanus non debuerat. Vana etiam ejus conjectura est; vanior ratio, qua eam adstruit ex verbis ultimis hujus cap. Medio enim loco Livius refert, classem tenuisse Geræstum, nobilem Eubœæ portum. Non mirum igitur, in fine cap. post enarratam omnem expeditionem maritimam addi 'Eubœam repetunt.'

Issæorum viginti lembi] Issa una est oppidum in Lesbo insula, altera ipsa est insula ad Illyrium, de qua Polyb. lib. II. et Stephan. de qua nunc Livius. *Sigon. Ysiacorum* perperam Voss. et Lov. 1.

Geræstum] Pall. *Gerestrum*. Gebh. Ita etiam peccatur in Lovel. 2. 4. Mead. utroque, et Gaertn. *Gerestium* est in Hearnii L. 1.

§ 11 *Præter Scyrum insulam Icum pervenere*] *Icus* insula una ex Cycladibus, Eubœæ adhærens. Stephanus. *Sigon.* Strabo IX. 436. Πρόκεινται δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ' ἐν ὀνόματι Σκιαθός τε καὶ Πεπάρηθος, καὶ Ἶκος, Ἀλόννησός τε καὶ Σκῦρος. *J. F. Gron. Itum* Voss. et Lov. 1. *Isitum* Lov. 6. *Hicum* Mead. 2. *Teum* quædam edd.

§ 12 *Ubi prima tranquillitas data est*] Sic XXV. 27. 'Ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concursure.' *Duker.* Vox *prima* perperam deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Mox *direptamque* a *Philippo* Harl. *direptamque Philippo super* Voss.

§ 14 *Inde Cassandream petentes, primo ad Mendium, &c. tenuere*] Quidam *Mendin* emendarunt: at *Mendam* locum ad Potidæam, quæ postea Cassandrea dicta est, tum Herodotus VII. 123. tum Thucydides IV. 123. et alibi, commemorant, et Plinius item IV. 10. Quod vero continuo subjungit Livius, 'Inde cum superato promontorio ad ipsa mœnia urbis circumagere classem vellent,' Canastræum intelligo, (quod Cassandream in citeriore latere ponat Ptolemæus,) id quidam corrupte *Canastrum* scribunt. At quæ deinde dicit 'Irrito incepto regressi Canastræum Pallenes trajecere,' aut corrupta sunt, ut ego puto, aut Livio vel non bene nota, vel indiligenter descripta. Illud etiam *ad* cur appositum sit, non equidem video, cum *Mendam tenuere* melius intelligatur. *Glar.* Stephanus Κασάνδρεια πόλις Μακεδονίας πρὸς τῇ Θράκῃ. Item, Μένδη πόλις Θράκης, Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φησιν. *Sigon.* Præpositionem *ad*, quam Glareanus deletam volebat, omiserunt Voss. Lov. 6. a m. pr. et Crevierii Victorin. Eamdem tamen, quæ in reliquis codd. superest, defendit etiam Gronov. ad Livii XXIV. 3. § 9. Locutionem inlustravit quoque Jac. Gronov. ad I. 1. § 4. Deinde *Mendeum* Voss. Lov. 1. 4. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Menedeum* Lov. 6. *Medeum* Lov. 2. *Mendum* Mead. 2. *Mendium* Lov. 5. et edd. ante Mogunt. quæ *Mendin* emendat: quomodo æque ac *Mendam*, quod Glarean. substituit, vocari ex Stephano, quem Sigon. laudavit, constat. Perperam autem Glareanus verba Livii *ad ipsa mœnia urbis* intelligit de *Canastræo*, quo nomine non urbs, sed promontorium fuit. Accipienda igitur sunt de urbe *Cassandrea*. Eam classis petebat; sed primo tenuit ad Mendin, mox ad ipsam urbem, nempe Cassandream, accedere voluit. Mox *circumagere classem*, omissa voce *vellent*, Voss. et Lov. 6. a m. pr. *circumagerent classem* Lov. 1.

§ 15 *Canastrum Pallenes trajecere*] Canastrum promontorium, reliqua oppida Thraciæ sunt: itemque, qui sequitur, Acanthus. Stephanus. *Sigon. Anastraum* Lov. 2. *Anestreum* Harl. *Cananastrum* Gaertn. *Castaneum* Lov. 5. *Cancisoceum* Hearnii L. 1. *Canastra eum* ejusdem N. *Canastreum* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et edd. antiqq. Omnium codd. vestigia eo

Digitized by Google

ducunt, ut credamus, *Canastræum* esse a manu Livii, qui etiam 'Canastræum promontorium' memorat XLIV. 11. Et ita etiam scribendum conjecit Wasse ad Thucyd. IV. 110. Κάναστρον tamen hoc promontorium vocari, ejusque gentile formari Καναστραῖος, docet Steph. Byz. ea voce. Addit autem gentile obstare, ne verum videatur, promontorium Καναστραῖον dictum esse, nisi forte hic exceptio sit a regula, ut in paucis aliis. Sed viri docti ad eum locum observant, apud scriptores Καναστραῖον et *Canastræum* pro promontorio usurpari, idque dici potuisse per ellipsin τοῦ ἄκρον ac *promontorium*; quare hic codicum vestigia secutus sum. Deinde *Pallanes* Lov. 2. *Pallantes* Mead. 2. et Gaertn. *Palenes* Hearnii L. 1. Mox *Coronæ promontorio* codd. omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. cum edd. antiquis, pro quo Moguntinus, Aldus, et eos secuti *Coronæ*, Frob. a. 1531. *Toronæ* substituerunt. Et recte. Intelligitur enim unum eorum promontorium, quæ finiunt sinum, ad quem sita est urbs Torone, et quidem forte, quod vocabatur Derris.

§ 16 *Vi capta ac direpta*] *Atque direpta* Lov. 5. et edd. principes: *ac dirupta* Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 30. § 5. *Ac diruta* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. Vide ad Epit. Liv. l. LXXIX. Mox *rò enim* exsulat a Lov. 1. 6. a m. pr. et Voss.

CAP. XLVI. § 1 *Signum Maliacum intravere*] Perspicue patet *sinum* legi oportere. Verum quia plures sic habent, idcirco lector obiter admonendus fuit. *Sabell.* Μαλιακὸν κόλπον Græci appellant. *Sigon.*

§ 2 *Sipyrrhicas Ætolus princeps legationis ejus fuit, qui*] Pall. *Sipurichus.* Antiq. ed. *Sipyrricas.* Gebh. Male in recentissimis erat omissum τὸ *ejus*: sed etiam scribe *quæ ad communicanda.* Ut referatur ad legationem. *J. F. Gron.* Illud *ejus* omiserat ultima Gruteri ed. Omnes codd. id servant, at quidam transponunt. Nam *ejus legationis* est in Lovel. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Deinde *qui* uno consensu habent omnes scripti.

Heracleam, &c. venit] Innumeræ sunt hujus nominis urbes. Hæc in Thessalia ad sinum Maliacum est. *Sigonius.*

§ 5 *Inde consultari de Oreo obpugnando cœptum*] Pall. *Inde excitari.* Gebh. Sensus constat; sed manus Livii quæritur. Liber Thuan. *Inde excitari.* Quod haud dubie innuit 'Inde agitari.' VI. 1. 'Tum de diebus religiosis agitari cœptum.' IX. 36. 'Tum de persequendo hoste agitari cœptum.' X. 21. 'Tum de præsidio regionis agitari cœptum.' XXII. 43. 'Tum de insequendo eo consilia agitari cœpta.' Et passim. *Jac. Gron. Inde exorturi* Voss. *Inde exsreitari* Hearnii L. 1. *Inde excitari* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. ad quorum codicum lectionem magis accedit Gronovii *agitari*, quam vulgatum *consultari.* Verbum id eo sensu Livio frequens. II. 32. 'Agitatum dicitur de consulum cæde.' IV. 13. 'De regno agitare.' IX. 29. 'De inferendo bello agitat.' XXI. 30. 'De Rhodani quoque transitu agitare animadvertit.' XXII. 43. 'De fuga in Gallium dicitur agitasse.' XL. 21. 'Quidquam a se agitari de Romano bello.'

§ 6 *Post expugnationem Andri*] Pall. *Mandrii.* Iidem statim *cum præfecto Agesimbro.* Gebh. *Mandri* Lovel. 2. prima litera perperam ex fine præcedentis adsumta. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Alii ulterius corruperunt. *Mandrii* dederunt Lov. 4. 5. et Mead. 1. *Mandrei* Gaertn. *Mandirii* Lov. 1. 6. et Voss. Deinde *Hage simbro* Hearnii N. *Agesibro* ejusdem L. 1. *Agesimbro* omnes mei, et antiqq. edd. pro quo *Agesimbroto* dedit Frob. a. 1531. quomodo multi codd. et cap. seq. et alibi præferunt.

§ 7 *Ad Zetasium miserunt, (Isthmia*

Digitized by Google

id super Demetriadem] Mirum nominem authorem Zelasii meminisse, quod equidem sciam. Ptolemæus III. 13. 'Posidium' promontorium ponit inter Demetriadem ac Eubœam, in qua Oreus est, quod legere malim: quamquam *super Demetriadem* suo modo intelligendum. Illud autem *Isthmiæ* corruptum suspicor. Quare inspiciendi omnino vetusti codices sunt. *Glar.* Antiq. ed. et Pal. 1. *ad Gelasium.* Amplius Pal. 1. *Hysinie id super Demetriadem est peroportune obtectum.* Alter *ad Zelasium miserunt. Id super Demetriadem est oportune obtectum.* Gebh. Glareanus *Posidium.* Sed quæsivit in Thessalia, quæ in Eubœa quærenda erant. Scribe *ad Phalasiam miserunt*, (*Istiæa id.* Nam Ptolemæo III. 15. Ὄρος, Φαλασία ἄκρα, Δῖον ἄκρον. *Istiæa* Strabonis τῆς Ἱστιαιώτιδος. X. 445. Χωρίον δὲ τῇ Ὠρίᾳ καλουμένῃ τῆς Ἱστιαιώτιδος. Quare possis suspicari *Istiæotidis super Demetriadem.* Etenim Ἱστιαῖα etiam πόλις Εὐβοίας Stephano, et coluit cum Oreo, ut iidem Ἱστιαεῖς, qui Ὠρεῖται, teste Strabone. Qui tamen mox (p. 446.) ut de diversis loquitur: Ἐπεὶ δ' ἡ Ἑλλοπία τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἱστιαίας καὶ τοῦ Ὠρεοῦ προσηγόρευσε ἡμᾶς ποιήσασθαι, τὰ συνεχῆ λέγομεν τοῖς τόποις τούτοις. Pausanias VII. 7. Εὐβοέων Ἐρετριέων πόλιν. *Super Demetriadem* est e regione Demetriadis in alto mari. *J. F. Gron. Ad Celaxium miserunt* Hearnii L. 1. *ad Elusium miserunt* ejusdem N. *ad Zeulasium miserunt* Lov. 6. Voces *Zelasium miserunt*, quas reliqui codd. servant, omiserunt Voss. et Lov. 1. Deinde *Hysinie ad super* Lov. 4. *Ismie id super* Lov. 5. *ad Histime id super* Lov. 6. *Ystinie id super* Hearnii L. 1. *Yshinie id super* Mead. 1. *His bime id supra* Mead. 2. *Istimæ id super* Harl. Nihil propius video, quam ut cum Gronov. legamus *Phalasiam miserunt* (*Istiæotidis super Demetriadem.* In simili enim parenthesi pronomen demonstrativum sæpe additur, sæpe etiam omittitur. Vide ad XL. 57. § 8. De Phalasia et Istiæa vide Cellar. Geogr. Ant. II. 14. 811. et 812.

§ 9 *Regii adversus vallem inter duas jacentem arces*] Id est, e regione istius vallis. Supra VII. 14. § 9. 'Ut adversus montes consisteret hostis:' ubi alia vide. XXIV. 49. 'Extremi prope oceanum adversus Gades colunt.' XXXII. 33. 'Regio est continentis adversus insulam.' XLIII. 16. 'Parietem in Sacra via adversus ædes publicas demoliri jussernnt.' Paullo ante *Eraclitus*, pro *Heraclides*, Mead. 2. Male. Vide ad c. 33. § 2.

Qua et muro intersepta urbs est] *Intersepita* Voss. quod et voluit scriba Lov. 1. qui tamen corruptius *intersepita* dedit. Vide ad XLIV. 39. § 8.

§ 10 *Et cuniculos, et quidquid aliud*] His verbis asteriscum apposuit Aldus: nec enim 'jaci' dicuntur cuniculi, sed 'agi.' Suspicor superesse τὸ *jaciebant*, et scripsisse Livium, *regii bal. eat., et alio omni genere torm. tela ing. et pond. ing. saxa, et cuniculis.* Nisi potius, *tela ingerentes* (*et pondere ingenti saxa jaciebant*) *et cuniculis et quicquid.* J. F. Gron. Si alterutra conjecturarum Gronovii probanda est, merito priori præferenda est posterior; tum quia minus a vulgato abit, tantum *cuniculos* in *cuniculis* mutans, tum quia simili parenthesi sæpius Livius usus est. Vide ad XXVII. 1. § 2. Verum non tantum *jaciebant* constanter superest in omnibus Mss. verum iidem etiam tuentur *cuniculos.* Vide igitur an potius Livius ad duas res designandas uno tantum usus sit verbo, quod alterutri conveniat, ita ut commodum aliud ad alterum subintelligendum sit. Ergo *saxa jaciebant, et cuniculos*, nempe agebant: quod etiam Crevierio in mentem venit. Alia exempla vide ad XL. 42. § 12.

§ 11 *Tuebantur urbem, sed etiam*] Pall. *Caterum non plures tantum Mac.*,

Digitized by Google

quam ante, tueb. urbes arcesque. Gebh. Meliores scripti, *Cæt. non plures tantum Mac., quam ante, tueb. urbem arcesque.* Habebat enim Oreum duas arces, ut constat ex superioribus. Alii alludentes *arcem regesque.* J. F. Gron. Vulgatum servant Lov. 2. 5. 6. a m. sec. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *tuebantur urbs regesque* est in Voss. *tuebantur urbes regesque* in Hearnii L. 1. *tuebantur urbem regesque* Lov. 1. et 6. a manu 1. *tuebantur urbem arcesque* Lov. 3. et Hearnii N. *tuebantur urbes arcesque regesque*, duplici lectione juncta, Lov. 4. De duplici arce Orei vide etiam Liv. XXVIII. 6.

Et castigationibus regis in admissa culpa, et simul minarum, simul promissionum] Quid est ' tuebantur urbem castigationibus?' aut Macedones ' præsentioribus animis et castigationibus?' Scribe, *et castigationis regiæ in admissa culpa simul minarum, simul promissionum in futurum memores.* Quum peccassent antea, Philippus eos sermonibus ita castigavit, ut partim minis, si culpam iterarent, partim pollicitis, si fortiter facerent, ageret. Hujus castigationis memores illos dicit. Vide XXVIII. 8. *J. F. Gronov. Regis* pro *regIs*, vel *regiis*, sæpe librarios dedisse, videbimus ad XXXII. 6. § 6. Lenior tamen multo erit emendatio Gronovii, si, *regis* et particula *et* post vocem *culpa* servatis, tantum *castigationibus* mutemus in *castigationis.* Hunc enim errorem innumeris locis in membranis Livianis committi, vidimus ad XXII. 8. § 7. Memores erant et castigationis regis, et simul minarum simul promissionum, sive et partim minarum, partim promissionum, castigationibus his propositarum. *Castigatio regis*, qua ipsos castigarat. Ut XXXVI. 9. ' Revocati deinde castigationibus principum ad perseverandum in proposito.' Verum nec *castigationibus*, quod in omnibus membranis exstat, mutari necesse est. Sola tantum particula *et* post vocem *culpa*, quam etiam præeuntibus Lov. 2. Harl. et Mead. 2. omisi, expuncta, legendum puto *et castigationibus regis in admissa culpa simul minarum simul promissionum in futurum memores.* Macedones, qui urbem arcesque tuebantur, non tantum nunc plures, quam ante, erant, sed etiam præsentioribus animis, et insuper simul minarum simul promissionum castigationibus, sive propter castigationes, regis memores. Idem sibi placuisse etiam Dukerus monuit. Doujatius legebat, *ex castigationibus regis in admissa culpa et simul minarum et promissionum in futurum memores.* Ita jungendum erit, *præsentioribus animis ex castigationibus regis in admissa culpa.* Verum omnes iterum codd. *et castigationibus* tuentur.

§ 12 *Relictis, quod satis videbatur, ad opera perficienda, trajicit*] Non moverem, si scirem, qua auctoritate vel Gryphius vel Curio desecuissent post *perficienda* vocem *militibus*, quam habent veteres libri. Scribe, *relictis, quot satis videbantur ad opera perficienda, militibus, trajicit.* J. F. Gron. Non dubito quin male omissum sit *militibus.* Sed *quod satis videbatur* puto ita accipi posse; *quod militum*, vel *eorum*, satis videbatur ad opera perficienda: in quo *quod* idem est ac ' quantum,' ut sæpe. Vide Perizon. ad Sanctii Minerv. III. 6. 1. et IV. 4. 77. et Burmann. ad Ovidii Her. VIII. 5. Adde ad Livii XXIV. 40. *Duk.* Priscæ edd. legunt *relictis, quod satis videbatur ad opera perficienda, militibus:* quod meorum unus Lov. 5. et Hearnii N. exhibent. Primus autem neque Gryphius, neque Curio, sed Froben. 1535. vocem *militibus* omisit, forte ex auctoritate Gelenii, quem ad dictionem illam expungendam codd. sui permovisse videntur. Certe deest etiam in meis Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. quorum quidam quo

Digitized by Google

satis videbantur, alii *quod satis videbantur*, alii *quot satis videbantur* legunt, sed *quæ satis videbantur* Hearnii L. 1. An igitur legendum *relictis, quot satis videbantur ad opera perficiendâ, trajicit?*

Sed alteram, quam Cremasten vocant] Strabo IX. 435. Κρεμαστὴν Λάρισσαν vocat, interpres vertit, *Pensilem*. Glar. Ptolemæus III. 13. et Stephanus Κρεμαστὴν Λάρισσαν hanc Pelasgiorum esse tradunt. *Sigon.*

§ 13 *Ægeleon, nihil minus, &c. timentibus, obpressit*] Ægeleon haud scio in continentene, an in insula Eubœa locum dicere velit: nemo certe, quod meminerim, nepiam eum ponit. *Glar. Ægelon* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *Aecalon* Lov. 1. *Egelum* Lov. 2. *Ægeleon* Hearnii L. 1. *Ageleon* Mead. 2. Ceterum male structam locutionem existimans Crevierius scribendum conjicit *Ægeleon, nihil minus, &c. timentes.* De locutione hac 'Ægeleon timentes' vide ad XXXVIII. 29. § 11. Codd. *timentibus* servant.

§ 15 *Quodque super portum est, in aream perruperunt*] *Quod super portum est* Lov. 2. 6. a m. pr. et Voss. Deinde *prorsperunt* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. principes, pro quo recte jam Ven. 1498. *perruperunt.* Vide ad IX. 43. § 15. *Perrumpunt* Mead. 2. et Gaertn.

CAP. XLVII. § 1 *Sinus Euboicus, quem Cœla vocant*] Pall. *sinus Eubocinus, quem Cœra vocant.* Gebh. De Cœlis Eubœæ obscuram esse multis quæstionem, seque aliquando pluribus de iis quæsiturum, scribit Casaub. ad Strab. X. 445. An promissum præstiterit, non scio. Loca Euripidis in Troad. vs. 84. Dion. Chrys. Orat. VII. Philostr. in vita Apollonii I. 24. III. 23. et Heroic. X. 11. Lucani V. 195. 230. seqq. et aliorum de iis collegerunt Leopard. Emend. XIII. 21. Ortelius in Thes. Geogr. et Interpretes Philostrati ac Valerii Max. I. 8. 10. *Sinum Euboicum*, itidem ut Livius, vocat Orosius VI. 15. Euripid. κοιλὸν Εὐβοΐας μυχὸν, de naufragio Græcorum ad Capharea in reditu a Troja loquens; nam circa hunc proprie fuisse, quæ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοΐας, et κοίλη Εὔβοια dicebantur, ex Dione et Philostr. in Heroic. patet. Et sic diserte ad hunc laudatus ab Oleario Tzetzes ad Lycophr. vs. 384. ἦψε φρυκτὸν περὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοΐας, καὶ ἦν ἂν εἴκομεν Καφηρέα. Strabo lib. X. in princ. auctor est Εὐβοΐας τὰ κοῖλα vocari τὰ μεταξὺ Αὐλίδος (Bœotiæ) et τῶν περὶ Γερεστὸν (Eubœæ) τόπων. Hoc non placet Casaub. qui pro τὰ μεταξὺ Αὐλίδος ex Epitome Strab. τὰ μεταξὺ Καφαρέως legit. Sed Αὐλίδος fortassis defendi potest; nam latine productam fuisse hanc appellationem, ex Valer. Max. Lucano, Philostrato vita Apollon. I. 24. et iis quæ ibi adnotavit Olearius, intelligi potest. Credo tamen recte sentire Casaub. quia, si Αὐλίδος scripsisset Strabo, *Capharea* potius, quam *Gerastum*, nominaturus fuisse videtur. *Duk. Sinus Eubœus* Lov. 2. et 6. *sinus Eubœnius* Gaertn. *sinus Eubocius* Voss. et Lov. 1. *sinus Eubocinus* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo. Tum *quem Occreta vocant* Hearnii L. 1. *quem Cora vocant* Lov. 1. *quem Cœra vocant* Vossian. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. antiqq. pro quo Mediol. 1505. prima *Cœla* dedit.

§ 2 *Super Muleum navigat apud Corcyram*] Post *Corcyram* distinguendum, et *Maleam* legendum, et *ad Corcyram:* quod non admonuissemus, nisi codex Aldinus etiam ita haberet. Corcyræ hybernabat consul. Attalus autem ad Eleusina mansit sacrorum gratia. *Glar.* Sic XXVIII. 8. 'Ipse ab Cenchreis præter terram Atticam super Sunium navigans:' ὑπὲρ τὴν Μαλέαν dicunt Græci. Vide Victor. et Manut. ad Cic. ad Fam. IV. 12. In Luciani Navig. haud longe a principio multæ edd. perperam habent ὑπὲρ τὸν

Digitized by Google

Μαλέα πλεύσαντας. Nec melius inscriptio in Append. Marm. Oxon. num. XXIII. *Πλεύσαι ὑπὲρ Μαλέαν εἰς Ἰταλίαν πλοὺς ἑβδομήκοντα δύο.* Duk. Infra XLII. 56. 'Fratre cum classe super Maleam Chalcidem jusso petere.' *Super Maleam* perperam Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes; pro quo jam Frob. 1531. ante Glarean. *super Maleam* dedit. Deinde olim edebatur *navigat: apud Corcyram regem.* Et ita Voss. Lov. 1. 5. 6. et Harl. *navigat, post Corcyram regem* Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *navigat ad Corcyram. Regem* Frob. 1531. at quadriennio post *navigat Corcyram. Regem*, ut nunc vulgo recte exstat.

Ut sacris interesset] Majoribus mysteriis, quæ autumno, mense Boëdromione, celebrabantur. Vide Scalig. de Emend. Temp. I. p. 29. et v. 318. et Meurs. Eleusin. c. 7. Duk. Paullo ante vox *Cereris* deerat in Harl. in seqq. vero *donum* in Mead. 2.

§ 3 *Adjuvantibus rege Attalo et Rhodiis*] Pall. *et rege Attalo et Rhodiis.* Gebh. Ita et Lov. 4.

§ 6 *Quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret*] Comparet in Pal. posteriore *nihil erat, quod gereret.* Gebh. *Quia in Etruria* Lov. 6.

Quem absente consule] Hic τὸ *quem* videtur in sequentibus exposcere *rebatur.* Scribe ergo, *simul Gall. tr. imminens, eumque absente consule irato atque inv. fac. imp. posse ratus.* J. F. Gron. *Eumque* se in L. 1. invenisse, Hearnius testatur; nisi manus ejus aberrans codicem memorarit pro Gronovio; cujus, contra quam semper solet, nullam mentionem facit. Certe omnes mei *quem* retinent. Mox *inopinatus quum venisset* Harl.

CAP. XLVIII. § 2 *Avidilate rapiendi per occasionem triumphi*] Pall. et antiq. ed. *utilitate rapiendi.* Latet aliquid. *Gebhard. Utilitate rapiendi* etiam omnes codd. mei, Hearnii L. 1. et primæ edd. pro quo jam Ven. ed. a. 1495. recte *avidilate* substituit. Deinde *rapiendi occasionem triumphi* in ultima Grut. ed. vulgatum est, quod omnes recentiores adoptarunt usque ad Crevier. qui priorem lectionem *per occasionem* optime revocavit; quam etiam firmant omnes mei, et Oxon. Hearnii. Locutio est Livio frequens. Ita III. 49. 'Spe per occasionem repetendæ libertatis.' v. 26. 'Interdum per occasionem impetus oppidanorum in Romanas stationes fieri:' ubi alia exempla vide. XXXI. 46. 'Magis per occasionem, quam aperta vi, quidquam ausurus.' XXXIII. 36. 'Adpareret, ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam, habere.' c. 39. 'Quod ad eas civitates adtineret, quas, a Philippo possessas, Antiochus per occasionem intercepisset.' XXXIV. 17. 'Ceteras quoque civitates ratus per occasionem idem facturas.' Similiter *per occasiones* numero plurali, ubi sensus exigit, Livium dixisse, vidimus ad II. 11. § 2.

§ 3 *Exspectandum fuisse consulem, dicebant*] *Censebant* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox § seq. *potuisse eum castris*, pro *potuisse enim castris*, Lov. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XXVII. 17. § 11. Tum *tutando coloniam* Harl. Vide ad I. 53. § 3. Hinc *acie non dimicaret* idem Harl. quod ex glossa natum est.

§ 6 *An in magistratu cuisque auspicils gessisset*] Pall. et antiq. ed. *an in magistratu suis quis auspiciis gessisset.* Gebh. *Suis quis auspiciis* Voss. Lov. 1. 2. 5. Mead. 1. Gaertn. et edd. vetustissimæ: *suis cuisque auspiciis* Lov. 4. 6. et Harl. quod Ascens. 1513. Mog. Ald. aliique receperunt usque ad Frob. qui a. 1535. id, quod vulgo exstat, ei subposuit. Mox *censebat*, pro *censebant*, Harl. Male. Vide ad V. 38. § 5.

§ 7 *Quum una direpta et incensa es-*

Digitized by Google

est] Pal. posterior *directa, incensa esset*, sine copula. *Gebh. Directa una et incensa fuisset* Mead. 2. *Mox trajectumque*, pro *trajectarumque*, Voss. Lov. 6. et Harl. Deinde *prætori* exsulat a Voss. et Lov. 1.

§ 8 *Si non cum prætoris, sed consulis, exercitu rem geri voluerit*] Aliquid mendi hic esse videtur Crevierio; rem enim profecto gestam esse consulari exercitu, ut constat ex capp. 11. et 21. sed ductu auspicioque prætoris, absente consule. Libenter itaque legeret, *si non ductu prætoris, sed consulis, rem geri voluerit*. Plurimum ea lectio a codd. scriptura recedit. Nihil enim hic mutant, nisi quod *si cum non prætoris* exhibeant Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. An itaque *cum* vel *quum non prætoris, sed consulis, exercitu rem geri voluerit*, vocula *si* ejecta? quum, altera conjectura probata, τὸ *cum* in *ductu* mutandum, et *exercitu* expungendum sit. In hac autem locutione tuto præpositio deest. Modo hoc cap. 'Quod alieno exercitu rem gessisset.' Vide etiam an *si* accipi possit pro 'siquidem,' 'quoniam;' de quo vide ad VII. 13. § 6.

Ita finire senatusconsultum] Videndum est an melius sit *senatusconsulto. Senatum ita potuisse finire senatusconsulto*, non *finire senatusconsultum* quarto casu, nec *senatusconsultum ita finire* casu primo. Nam vix dici credo, 'senatus ita finit senatusconsultum, ne,' &c. aut 'senatusconsultum ita finit, ne,' &c. Cic. Famil. XV. 9. 'Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et lege et senatusconsulto finisti.' *Liv.* X. 13. 'Quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent.' *Senatusconsultum* oriri potuit e compendio *SC.* quod edd. quædam habent. *Duk.* Mox *ne per prætorem, sed consulem*, pro *sed per consulem*, Lov. 5. et edd. ante Aldum. Sed vide ad VI. 28. § 6.

§ 11 *Pugnam ipsam eventumque pugnæ spectari oportere*] Uterque Pal. et antiqua ed. *spectari debere*. Gebhard. *Exspectari* Lov. 1. 6. a m. pr. et Voss. Sed vide ad VI. 23. § 1. *Spectare* Mead. 2. Deinde *deberi* Heinsii L. 1. *debere* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et edd. ante Aldum. Mox *hostemque debellatum* Lov. 1. Male. 'Debellare' sæpe apud Livium pro bello finem imponere usurpatur. Liv. II. 26. 'Prælio uno debellatum est.' c. 31. 'Eodem impetu castra capta, debellatumque est.' III. 70. 'Nolle irrumpere, antequam scias debellatum et in sinistro cornu esse.' VII. 28. 'Prima itaque acie debellatum.' IX. 4. 'Tum Pontius, debellatum esse, respondit.' Ita XXII. 14. XXIII. 18. XXVI. 37. XXIX. 14. XXXI. 22. XXXII. 28. XXXIII. 20. et passim.

§ 12 *Quod bene ac feliciter, non quod male ac temere*] Pal. posterior *per triduum supplicationes habitas, quod male* (forte interponenda negativa, *quod non male*) *ac temere respublica a L. Furio prætore gesta esset*. Gebh. Immo potius librarii ejus cod. fraudi fuit repetitio voculæ *quod*. Vide ad IX. 11. § 11. Sollemnis autem est formula 'bene,' 'feliciter,' 'prospere,' 'fortiter rempublicam gerere.' Vide Brisson. de Form. II. 206. Voces *ac feliciter, non quod male* perperam etiam desunt in Voss. et Lov. 1.

CAP. XLIX. § 2 *In ærarium tulit trecenta viginti millia æris*] Pal. *Et in ærarium tulit*. Gebh. Ita et Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *centum triginta millia æris* Gaertn. Mox *argenti centum millia quingenta*, omissa voce *pondo*, Heinsii L. 1. quæ eadem vox etiam exsulat ab ejus N. ut et a Lov. 2. 6. Harl. et Mead. utroque: ejus loco *cōd* præferunt Voss. et Lov. 4. *mōd*. Lov. 1. Paullo ante vox *prætor* deest in Lov. 5. et edd. Rom. 1472. ac Camp. Superius vero § præcedenti *frequentes* in Lov. 6.

§ 4 *Quos consul in Africa scripserat*]

Digitized by Google

Proconsul legendum censeo: neque enim consul in Africa fuit, ut liquet ex superioribus. *Glar.* *Consul* hic accipiendum est pro eo, qui cum consulari prorogato imperio esset, siquidem numquam consul in Africam venit Scipio. *Sigon.* Immo *proconsul*: neque enim satisfacit explicatio Sigonii. Etiam Muretus codici suo adscripsit *proconsule*. J. F. Gron. Sigonius hoc jam ad XXVIII. 38. ita explicuerat. Cum eo sentit Perizon. Animadv. Hist. c. 8. p. 309. *Dukerus.* Vide superius etiam notata ad XXVI. 38. § 4. Omnes codd. constanter *consul* legunt. Clericus *proconsul* ex virorum doctorum conjectura audacter in contextum recepit.

§ 6 *In singulos annos bina jugera acciperet*] Ex agro Samniti Appuloque, quod ejus publicum esset. Supra c. 4. *Duk.* *Singulos annos*, omissa perperam præpositione, Harl. Paullo ante *in Hispania aut Africa militasset* Mead. 2. Sed vide ad VI. 28. § 6. *In Africa aut in Hispania militasset* Gaertn. *aut in Africa aut in Hispania militasset* Lov. 6.

Eum agrum decemviri adsignarent] Pal. alter *absignarent*. Gebh. Similiter errat Lov. 4.

§ 6 *Triumviri inde creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum*] Pall. *Triumviri item creati.* Gebhard. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. Tum *ad supp. Venusibus col. numerum* Voss. *ad supp. Venusio col. numerum* Lov. 1. *ad supp. Venusinorum col. numerum* Lov. 6. a m. pr. Mox τὸ *quod* deest in Lov. 2. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Ejus loco *quia* legunt Lov. 4. et 6. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Præterea *fuerant*, pro *erant*, Mead. 2.

T. Quinctius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio. Ii colonos Venusiam adscripserunt] *Flamininus*, ut dixi, scribendum est. Item vet. lib. habent, *Hi colonos.* Pro *Venusia* Plutarchus edit in Quintio p. 369. *Narniam* et *Cosam: διὸ καὶ πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις Ναρνειάν τε καὶ Κόσσαν ὁ Τίτος ἄρχων ἠρέθη καὶ οἰκιστής*: de quibus post Livius. *Sigon.* Seu Vennsiæ, ut ait Livius, seu Narniæ et Cosæ, ut putat Plutarchus, notante Sigonio, restituendæ præfuerit hic Quintius, apparet omnino Titum fuisse, non Lucium, sive Plutarchum aspicias, sive priores Livii edd. quibus accedit clarę Ms. Thuan. Itaque, ejecto *Lucio*, *Titum* reponere æquum censuimus. *Jac. Gronov.* Recte Sigonius *Flaminius*, quem vide ad Livii XXII. 33. § 8. XXV. 2. § 2. et XXXI. 4. § 5. Male autem ultima Gruteri ed. ei prænomen *Lucii* dedit; pro quo recte, consentientibus omnibus scriptis, *Titi* prænomen Jac. Gronov. restituit. Voces *Cn. F.* omittunt Lov. 2. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Earum loco *C. F.* legunt Lov. 5. et edd. antiqq. *Co. Fulvius* Lov. 4. *consul Fulvius* Lov. 1. 6. et Voss. Tum *Hi colonos* etiam omnes nostri. Tandem *conscripserunt* Mead. 2. Præstat vulgatum. Vide ad IV. 11. § 7.

§ 7 *Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat*] Pall. *Hispaniam continebat.* Gebh. In eumdem errorem incidit etiam librarius Lov. 4. Præterea prænomen Cornelii *C.* omittitur in Hearnii L. 1. at *consul Cornelius* exhibent Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. pr. *Co. Cornelius* Lov. 4. Vide ad XXII. 14. § 13. Mox *signa militaria capta octo et LXXX.* Hearnii L. 1.

§ 8 *Venisset, ut id novit, quod animis præceperat, questus est*] Vetus lectio, *non id, quod animis præceperat.* Gelen. Vet. lib. *præceperant*, id est, Romani. *Sigon.* Lectionem, quæ ante Gelen. exstitit, servat solus Lov. 5. *venisset, novit non id, quod animis* Voss. et Lov. 1. Sed *novit* natum est ex vocibus sequentibus *non id.* Deinde *animis perceperat* Voss. et Lov. 1. *animus perceperat* Lov. 2. et 6. *animus præceperat*

Digitized by Google

Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed recte *præceperant* Sigonius, quod ex eo etiam adstruit Doujat. quia, si de uno locutus esset, dixisset *animo præceperat*. Recte etiam *præceperant*, non *perceperant*. Vide ad x. 26. § 4. Caussam loco corrumpendo fuisse puto, quod non viderent librarii, quo *præceperant* referendum foret. At Livium ita sæpe, nullo præcedente nomine, numero plurali dixisse videbimus ad XXXIV. 56. § 11. Deinde *conquestus est* Gaertn. a m. pr. Id verbum Livio frequens esse confiteor, uni tamen cod. et quidem testimonium dictum revocanti, fidem habendam non puto. Locutionem 'queri aliquid' inlustravi ad XXIX. 19. § 5.

§ 9 *Ita triumphum decrevisse senatum*] Pall. uterque non absurde *decresse*: qualibus syncopis utitur et alibi Livius. *Gebh.* Hanc lectionem recepi, partim quia eamdem obfert etiam Lov. 4. partim quia, ut Gebhardus observat, et in hoc, et in aliis verbis similes contractiones captavit Livius. Vide ad II. 27. § 8.

Haud eorum, qui bello interfuissent, verba audiret] *Et eorum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. a m. pr. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. contra sensum Livii. Deinde *audirent* Voss. et Mead. 2. ut τῷ *senatus*, tamquam collectivo, addatur verbum plurale; de quo vide ad IV. 58. § 4. Verum, quum reliqui omnes dissentiant, vide num potius paucorum codd. librarii *audirent* dederint, ut conveniret præcedenti *interfuissent*. Vide ad XXXI. 8. § 10.

§ 10 *Majores ideo instituisse*] Quædam de hoc dicta sunt ad XXVI. 21. et XXVIII. 9. *Duk. Majores vero instituisse* Mead. 2. *Majores igitur instituisse* Gaertn. Tum *tribuni, centuriones*, media voce omissa, Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Denique τὸ *triumpho* exsulat a Lov. 2.

Ut virtutes rerum gestarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice viderentur] Vet. lib. *videret*. Cæterum vox *virtutes* ineptum continet sensum. Itaque pro certo habeo *veritas* esse reponendum, et, pro *videret, videretur* esse legendum. Instituisse enim majores ait, *ut leg., trib. mil., cent., mil. denique tr. adessent, ut veritas rerum gest. ejus, cui tantus honos hab., publice videretur*. Itaque subdit neminem huic triumpho affuisse, quem percunctari senatus potuerit, quid veri prætor vanique referret. Lib. XXXV. c. 2. 'Nisi quod aut prætores ex provinciis scriberent, aut legati renunciarunt, nihil ratum haberi debere.' *Sigon.* Pall. uterque pro *veritas* continent *virtus*. Antiq. ed. *ut virtutes rerum gestarum, &c. viderentur*. Gebh. *Ut virtus, &c. videretur* Lov. 2. 4. 6. a m. sec. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *virtutes, &c. videret* Lov. 1. 6. a m. pr. et Voss. Lectionem, quæ ante Sigonium exstitit, sine senau esse, Sigonium autem mentem Livii adtigisse, sed verba non satis feliciter restituisse, neque emendationem ejus Livianam manum sapere, existimat Crevier.

§ 11 *Neque ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaverit, militem unum saltem fuisse*] Legendum, *Equem ex eo ex., qui cum Gallis pugn., si non militem, lixam saltem fuisse*. Gelen. Pall. *Neque ex eo exercitu, q. c. G. pugnaverit, sine milite unum saltem fuisse*. Gebh. *Hec quem ex eo exercitu* Voss. et Lov. 1. *Nec ex eo exercitu* Mead. 2. Tum *si non milite una saltem fuisse* Voss. *si non militem unum saltem fuisse* Lov. 1. *si non milite unum saltem fuisse* Lov. 4. *milite unum saltem fuisse* Lov. 5. et Harl. *sine milite unum saltem fuisse* Lov. 2. 6. a m. pr. Mead. uterque, et Gaertn. *sive milite unum saltem fuisse* Lov. 6. a m. sec. Gelenii emendationem, si ex fide est codicis, verissimam puto.

Quid veri prætor vanive referret] Pall. *quid veri prætor inanisve referret*. Gebh. Barberin. et Pet. *quid veri prætor inanisve referret*. Cicero de

Digitized by Google

Divin. II. 62. 'Falsa et inania.' *J. F. Gron.* Sed idem etiam Cic. de Fin. II. 14. 'Omnia vera diligimus, &c. tum vana, &c. odimus:' et Tusc. III. 2. 'Ut vanitati veritas, et opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.' Livius XXXIV. 12. 'Sæpe vana pro veris, maxime in bello, valuisse.' *Duk. Inanive* Lov. 4. *inane* Lov. 1. *nanque* Gaertn. *eanique* Mead. 2. Reliqui constanter *eanive*. Vide ad I. 51. § 6.

§ 12 *Comitiis deinde diem indixit*] Pall. *diem edixit*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Hasl. Mead. 1. et Gaertn. 'Edicere comitia,' 'concionem,' 'delectum,' 'senatum' Livio in usu fuisse, vidimus ad III. 38. § 13. Et ita 'edicere diem,' nempe ad conveniendum militibus, XXII. 11. 'His, per magistrum equitum scriptis, Tibur diem ad conveniendum edixit.' XXIII. 31. 'Ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius consul Cales ad conveniendum diem edicret.' XXVIII. 5. 'Larissam diem ad conveniendum exercitui edixit.' XXIX. 1. 'Diemque iis, qua equis armisque instructi atque ornati adessent, edixit.' XLI. 17. 'Eodem et Q. Petillius consul ad conveniendum exercitui diem edixerat.' Quin et, plane ut hoc loco, 'edicere diem,' ubi de comitiis sermo est, XXVI. 18. 'Diemque comitiis consules edixerunt.' Sed 'indicere diem concilio' habemus XXVII. 30. et XXXVI. 6. Solent autem 'indicere' et 'edicere' etiam alibi commutari in Mss. Vide II. 45. § 8. III. 38. § 13. aliisque locis. *Edixit* igitur tot codicum fide hic in contextum recepi.

P. Julius Appulus] Quidam hunc *P. Villium Tappulum*, quod plebeius, nec quicquam cum Julia gente conjunctus, nominant. Est autem is, qui ad finem lib. XXIX. fit prætor, hic vero consul. *Glar. A. Appulus*, medio nomine omisso, Harl. *Avilius Titus Appallus* Lov. 1. *Aulius Titus Appulus* Voss. *Julius Titus Apulus* Hearnii L. 1. *A. Julius Titus Apulius* Lov. 2. *A. Julius Titus Appalius* Mead. 2. *A. Villius T. Appalius* Gaertn. *A. Villius Titus Appallus* Mead. 1. *A. Villius Titus Appalus* Lov. 4. et 6. *A. Julius Apulus*, vel *Appulus* primæ edd. cum Lov. 5. pro quo Mognnt. *P. Julius Appulus*, Froben. a. 1535. *P. Villius Tappulus* ediderunt. Passim *Villius* in Mss. abiit in *Julius*. Vide ad XL. 44. § 1. In cognomine autem vel eodem, vel simili modo passim erratur. Vide ad XXXI. 4. § 3.

L. Villius Tappulus, C. Bæbius Pamphilus] Bæbium prætorem quidam *Pamphilum*, quidam *Tamphilum* libri habent: mihi autem nihil certi constat. *Tamphilus* quid sit, ignoro. Et eo tempore cœperunt Romani Græcas res mirari, ut quis etiam Græcum nomen affectasse videri queat, ut sunt hominum varii mores, mira ingenia, diversæ voluptates. *Glar. Cn. Bæbius Tamphilus* ex consulatu ejus Capitolino. *Sigon.* Pall. *Publius Villius, Gn. Bæbius Tamphilus.* Alter *Tamphylus.* Antiq. ed. *L. Julius Tappalus, C. Bæbius Tamphilus.* Gebh. In prioris nominibus varie iterum peccarunt codd. sed monstra lectionum recenseri tæderet lectorem. Deinde *Tanvilus* Gaertn. *Tamphilus* omnes reliqui cum edd. antiqq. pro quo demum Mediol. 1505. dedit *Pamphilus.* Id mox Ascens. 1513. in contextum recepit, altera lectione in marginem rejecta. Licet vero Sigon. *Tamphilus* legendum docuerit, et ita ediderit, *Pamphilus* tamen recentiores servarunt usque ad ultimam Gruteri ed. Vide ad XXI. 6. § 8. XXXII. 7. § 5. XXXIV. 45. § 3. XXXIX. 56. § 4. XLIV. 17. § 5.

CAP. L. § 1 *Sex. Ælius Pætus*] Hic biennio post consul fuit a. IDLV. Vide ad XXXII. 7. *Duk.*

Binis aris] Barthius admodum inepte *aveis.* Vide Gronov. de Pec.

Digitized by Google

Vet. IV. p. 355. *Duk.*

Populo diviserunt] Lipsius de Magnit. Rom. II. 12. scribit Suetonium tenuem plebeculam, quæ ad largitiones frumentarias admittebatur, 'præter morem antiquum' vocare 'populum.' Non solus Suetonius, verum etiam Livius, eum hoc nomine vocat et hic, et c. 4. hujus lib. et XXXIII. 42. quæ omnia loca ipse Lipsius Elect. I. 8. ex eo descripsit. Adde XXX. 26. 'Magnam vim frumenti ex Hispania missam M. Valerius Falto et M. Fabius Buteo ædiles curules quaternis asris vicatim populo descripserunt.' Qui locus videtur facere ad illustrandum Sueton. Cæs. c. 41. et August. c. 40. Suetonius faecem hanc populi sæpe appellare 'populum,' etiam Casaub. ad illius Cæsar. c. 41. et Aug. c. 42. adnotat, sed non addit eum hoc 'præter morem antiquum' facere. Et Rualdus ad Plutarchum Animadv. XXIV. Livium quoque eadem significatione voce 'populus' in hac re uti observat. *Duk.*

§ 2 *Ex multaticio argento in ærario posuerunt*] Voces *in ærario* sibi suspectas esse, Jac. Perizon. ad marginem Livii monuit. Omnes tamen codd. eas constanter servant.

§ 3 *L. Terentio Massa*] 'Massaliota' est Terentii cognomen. *Gelenius.* Hac ducunt nos omnium codd. vestigia, quamvis errore infecta. *Massio Licca* est in Voss. *Massio Liocu* in Lov. 1. *Massio Lista* in Lov. 4. et 6. *Massiolista* in Lov. 2. *Massiolicta* in Heurnii L. 1. *Massioliota* in Harl. et Mead. 2. *Massiliota* in Gaertn. Id autem verum esse, dicam ad XXXVIII. 42. § 4. In contextum igitur hic et passim, ubi ejus mentio fit, recepi. Antiquissimæ edd. præferunt *Masso.* Frobenius 1535. ex sententia Gelenii substituit *Massaliota*, Gruterus in ed. postrema, quem recentiores omnes secuti sunt, *Massa*, ex sententia, sine dubio, Pighii; qui eum passim ita in Annal. vocavit. Vide ad a. IDLIII. p. 243. et a. IDLXVI. p. 298. Ipse tamen Pighius in indice ejusdem operis auctor est, 'Massam' Bæbiorum, 'Massaliotam' Terentiorum cognomen esse.

§ 4 *Mortis M. Valerii Lævini causa, a P. et M. filiis ejus facti*] *Mortis Valerii Lævini causa* Mead. 1. et Gaertn. *causa mortis Valerii Lævini* Lov. 2. Harl. et Mead. 2. *mortis causa Valerii Lævini* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. et edd. principes. Addite deinde prænomine *mortis causa M. Valerii Lævini* Mogunt. et mox id, quod nunc in edd. exstat, Aldus vulgarunt. Ceterum, P. et M. Valerios Lævinos fuisse majores M. Lævini bis consulis filios, Pighius opinatur in Annal. ad a. IDLXIII. p. 286. utrosque autem postea præturam obtinuisse: et quidem Marcum prætorem memorari apud Livium XXXIX. 56. et XL. 1. Publium vero XLI. 8. ubi perperam vulgo *C. Valerium* vocari dicit. Quin et tertius ejusdem M. Lævini bis consulis filius C. Valerius Lævinus memoratur XXXVIII. 9. qui et ipse prætor refertur XL. 44. Vix tamen hæc simul stare possunt. Nam ex ordine, quo hic memorantur, Publium ante Marcum genitum fuisse credibile fit: et tamen Marcus præturam obtinuit anno IDLXXI. Publius anno IDLXXVI. quin et Caius utroque junior præturam gessisse dicitur a. IDLXXIV. Jam autem verisimile non videtur, ambos fratres minores Marcum per quinquennium, Caium per biennium ante Publium fratrem maximum ad præturæ honorem evectos esse. Quin et ipse Pighius postea sententiam mutasse videtur. Publium enim Marci et Caii fratrem non fuisse innuit; sed, quum hos Marci filios, Publii nepotes vocarit, illum Publii filium, Caii nepotem statuit in Ann. ad a. IDLXXVI. pag. 345. et nos remittit ad ejus quæsturam, quam confert in a. IDLXVI. ubi pag. 301. docet eum filium fuisse P. Valerii, qui legatus M-

Digitized by Google

Lævini proprætoris a. IↃXXXIX. Tarentum, ad Hannibalem deficere volentem, servavit. Ex hac igitur sententia M. Lævinus bis consul tres habuit filios, Publium, Marcum, et Caium: quorum primus vel moriens vel aliam ob causam honores nullos adeptus est; secundus ultra præturam non pervenit; tertius post præturam etiam consulatum, sed subfectum, obtinuit a. IↃLXXVII. Verum ita nondum, quod ad P. Valerium prætorem anni IↃLXXVI. res ad liquidum perducta est. Non potest enim filius esse istius P. Valerii, qui legatus M. Lævini proprætoris fuit, quemadmodum Pighius statuit. Eum enim non ex familia Lævinorum, sed Flaccorum fuisse, pluribus docui ad XXIII. 32. § 17. Certum itaque est, prætorem a. IↃLXXVI. fuisse ex familia Lævinorum ob Livii locum XLI. 8. Sed prænomen et pater incerti sunt. Vide etiam ad d. l. Livii.

Munus gladiatorium datum ab iis] *Munus gladiatorum* Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. ac Rom. 1472. Vide ad XXXIX. 42. § 9. Utrumque dici potest: eam itaque lectionem, pro qua stant plerique codd. sequor. Deinde *pugnaverunt* Lov. 2. 6. Hasl. et Mead. 2. Sed vide ad XXI. 44. § 7.

§ 5 *In ejus locum M. Attilius Glabrio subfectus*] Legendum *Acilius Glabrio*, non *Attilius*. Gelen. *M'. Acilius* ex consulatu ejus Capitolino. *Sigon.* Vide etiam Spanhem. de Præst. et Usu Numism. Diss. X. p. 26. Omnes quidem codd. vel prænomen una litera *M.* vel plene perscriptum *Marcus*, aut *Marckus* exhibent, sed librarios passim *M.* vel *Marcus* pro *M'.* vel *Manius*, quod minus notum erat, scripsisse, sæpissime monui. Vide ad XXVII. 25. § 2. Nomen etiam in multis est *Atilius*, *Attilius*, *Accilius*, vel *Actilius*. Sed *Acilius* legunt Voss. Lov. 5. et edd. principes, quod Mogunt. primi in *Attilius* mutarunt. Vide ad XXXV. 24. § 5. Præterea in *cujus locum* Lov. 2. et Mead. 2. Paullò ante *M. Aurelius Cottæ vir mortuus*: ubi litera *X.* numeri denarii nota, male cum præcedenti *Cotta*, sive ut scribebant *Coeta*, coaluit, quum jungi deberet τῷ *vir*. *Sacrorum* etiam deest in Lov. 1. et Hearnii L. 1.

§ 6 *Statim accipere magistratum non possent*] *Occipere* legendum est, quod est idem atque 'inire.' Sic enim XLI. 17. 'Collegam, qui extemplo magistratum occiperet, creavit.' Et XXIII. 31. 'Creatur Marcellus, qui extemplo magistratum occiperet.' *Sigonius.* Pall. et antiq. ed. *accipere*, quod et Sigonius repudiat. Tacit. Ann. VI. 45. 'Supremi Tiberio consules, Cn. Acerronius, C. Pontius magistratum occepere.' *Gebhard. Statim magistratum*, omissa media voce, unus Mead. 2. reliqui mei, et Hearnii L. 1. *statim accipere magistratum*. Sed viris doctis *occipere* emendantibus adsentior, quod verbum, quamvis apud Livium satis frequens, tamen librariis minus notum exstitit, et ubique ab iis in *accipere*, vel *cæpisse* mutatum est. Ita I. 7. 'Ex loco infesto agere porro armenta occepit:' ubi vide Gebhard. c. 49. 'Inde L. Tarquinius regnare occepit.' III. 19. 'Consul creatur, qui magistratum statim occiperet.' c. 55. 'Consules creati L. Valerius, M. Horatius, qui extemplo magistratum occeperunt.' V. 9. 'Tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent:' quibus aliisque locis plura notantur.

Num C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, quum Hispaniam obtineret provinciam] Hic 'proconsul' paulo superius c. 49. dicitur, hic fit ædilis curulis: ut minus mirum sit, prætorem in superioribus prælatum proconsuli. Sed scilicet prætura ac ædilitas magistratus erant, non autem proconsulatus, ut videtur: cujus exemplum est de Scipione ex Hispania redeunte, cum triumphum petere non auderet XXVIII. 38. item de L. Cor-

Digitized by Google

nelio Lentulo, in hoc etiamnum libro c. 20. Cæterum de C. hoc Cornelio nusquam Livius mentionem fecit, quando in Hispaniam sit missus, cum tamen paulo ante c. 49. cum pugnasse cum hostibus Hispanis in Sedetano agro memoret: præterea et L. Cornelium Lentulum rediisse ex ea provincia, et denegato triumpho ovasse, cap. 20. ut apud me non sit dubium, huic libro aliquam deesse partem. *Glar.* Multa affert hoc loco Glareanus, ut probet, aut huic libro partem deesse, aut Livium parum in scribendo vigilantem fuisse: quæ quia, tota re diligenter inspecta, vana esse animadvertimus, ne quis in errorem ab eo impellatur, operæ pretium me facturum esse duxi, si, qui per hæc tempora in Hispania cum imperio deinceps fuerint, ex Livii sententia exposuero. ['Glareanus, ut solet, Academicam agit, nihil asseverans de hoc loco.'] Anno IↃXXXII. P. Cornelius Scipio consul Hispaniam sortitus est, ut ait Livius XXI. 17. 'Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.' Eodem anno Cn. Cornelius Scipio, Publii frater, in Hispaniam venit: sit enim c. 32. 'Ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Asdrubalem misit.' Anno IↃXXXIII. P. Scipio in Hispaniam venit, prorogato post consulatum imperio. Anno IↃXXXVIII. ambo fratres interfecti sunt, ut Livius XXV. 36. 'Anno sexto postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem est interfectus.' Anno IↃXXXIX. P. Scipio P. F. qui post Africanus dictus est, cum imperio extra ordinem pro consule missus est in Hispaniam, M. Junius Silanus proprætor ei ad res gerendas adjutor datus. Anno IↃXLIIII. P. Scipio, L. Lentulo et L. Manlio Acidine provincia tradita, Romam redit, et, quia sine magistratu res gesserat, triumphum non impetrat. Livius XXVIII. 38. Anno IↃL. L. Lentulus proconsul, rediens ex Hispania, ob res bene per multos annos gestas, quia sine magistratu eas gesserat, triumphare non potest: permissum est, ut ovans urbem iniret. Hæc cum scripserit Livius XXXI. 20. dum anni IↃL. res gestas exponit, tamen in eodem libro post c. 49. subdit ita: 'Eodem anno C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit.' Et paulo post hoc cap. ita: 'Comitiis ædiles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent. Nam C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, cum Hispaniam obtineret provinciam.' Et paulo post, 'Et de altero ædile plebiscitum est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut C. Cornelius ædilis curulis ad magistratum gerendum veniret, et L. Manlius Acidinus de provincia decederet multos post annos. Plebes Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania jussit.' Ex his verbis intelligi potest, L. Cornelio Lentulo, qui ovans ingressus est, C. Cornelium Cethegum, C. autem Cethego Cn. Cornelium Lentulum in citeriore Hispania successisse, L. autem Manlio Acidino post multos annos L. Stertinium in ulteriore. Anno IↃLIII. sex prætores creati sunt, id est, cum quatuor antea crearentur, bini additi sunt, quorum alter citeriorem, alter ulteriorem Hispaniam sortiretur. M. Helvius L. Stertinio, Cn. Sempronius Tuditanus Cn. Lentulo suffectus est, atque ita deinde prætores quotannis in Hispaniam missi sunt, nisi cum provincia graviore forte vexata bello consulare imperium desideravit. Anno IↃLIIII. Cn. Cornelius Lentulus, qui pro consule obtinuit Hispaniam

Digitized by Google

ante Cn. Sempronium Tuditanum, ovans urbem iniit. L. Stertinius ne triumphi quidem spem tentavit, lib. XXXIII. c. 27. *Sigon.* Sigonius recte ex Livio ordinat successionem eorum, qui Hispaniis præfuerunt: sed non tollit, quod in narratione Livii de L. Manlii Acidini et L. Cornelii Lentuli successoribus difficile et obscurum est. Hi Scipioni successerunt in Hispania XXVIII. 38. ubi quum quinque annos fuissent, senatus a. IↃLII. (ita Pighius et Sigonius ipse in commentar. in Fastos; nam ad Livium alias rationes sequitur) decrevit, 'uti consules cum tribunis agerent, ut plebem rogarent, cui juberent in Hispania imperium esse' XXX. 41. Rediit ex ea a. IↃLIII. Lentulus, accepto successore Cn. Cornelio Cethego, lib. XXXI. capp. 20. et 49. et relicto in provincia Acidino, qui demum post annum, quam Lentulus redierat, a. IↃLIV. ex Hispania decessit, XXXII. 7. Hæc ita tradita sunt a Livio, ut, quidquid dicat Sigonius, in iis desiderari possit illius diligentia: nam mutilatum esse quadam parte hunc librum, quod hic Glareanus, et Pighius ad a. IↃLIII. p. 245. suspicati sunt, non credo. Primum enim non narrat, an, quod senatum decrevisse XXX. 41. scribit, factum fuerit. Deinde, si de successore Lentuli latum fuit, quod factum fuisse ex eo intelligitur, quod post decessionem illius Cethegum Hispaniam pro consule obtinuisse hoc loco, et cap. præcedenti dicit, non ostendit, cur, quum tam de Acidino, quam de Lentulo ex Hispania revocando eodem tempore SCtum factum fuisset XXX. 41. tamen Lentulo soli successor datus fuerit, non etiam Acidino, de cujus successore diu post, ac demum Lentulo jam consule creato, plebiscitum factum fuisse hic refert. Denique, quum hic et cap. præcedenti ex abrupto nominet Cethegum, cujus nullam ante mentionem fecerat, e quo Glareanus et Pighius maxime in eam, quam dixi, suspicionem venerunt, incertum relinquit lectorem, utrum ille ex privato, an quum magistratum aliquem gereret, quod Pighius putat, qui quæstorem Lentuli fuisse conjicit, imperium in Hispania acceperit. Hoc tamen non magnum pondus vel ad confirmandam illius et Glareani suspicionem, vel ad reprehendendum Livium habet. Nam etsi apertius de Cethegi successione in locum Lentuli, et de ceteris, quæ dicta sunt, exponere debuisset, tamen non magis debuit dicere, quis Cethegus fuerit, quam quis Stertinius, quem, quum nusquam antea nominasset, cum Cn. Cornelio Lentulo in Hispaniam missum in fine hujus cap. prodit. *Duker.* Cethegi prænomen *C.* omittunt Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Aldina priores.

§ 7 *C. Valerius Flaccus, quem præsentem creavant*] Iidem libri, scripti et editi, etiam Flacci prænomen omiserunt. Deinde *creaverant* legunt omnes Mss. mei, et Hearnii L. 1. cum edd. usque ad Gruteri ultimam; cujus *creavant* substituentis lectionem recentiores omnes servarunt. Quamvis autem sæpissime Livius his contractionibus in verborum præteritis usus sit, priorem tamen lectionem revocavi, partim quia a scriptis recedere in his, quæ arbitraria sunt, religio est, partim quia Livius etiam alibi hunc morem neglexit. Vide ad XXIX. 37. § 1.

Quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat] Id eo ait, quia et magistratui in leges jurandum est, se eas observaturum, neque violaturum. Et Diali Flamini jurare nefas erat. Gellius X. 15. *Turneb.* Advers. XXVII. 7. Rationem reddere conatur Plut. in Quæst. Rom. c. 48. Mox *magistratus autem* Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Aldo priores.

§ 8 *Ut, si ædilis, qui pro se juraret, arbitratu consulum daret, consules, si eis*

Digitized by Google

videretur] Vitiose *ut sibi ædilis, q. p. s. j. arbitratu consulis daretur, consul, si eis videretur* legunt Voss. et Lov. 1. *sibi* et *daretur* etiam Lov. 5. et edd. ante Ald. Tum *consulis* quoque Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *daretur* Lovel. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *cum Tito Romuleo populo*, pro *cum tribunis plebis*, Lov. 1. 6. a m. pr. et Voss. Vide ad XXXI. 6. § 4.

§ 9 *L. Valerius Flaccus prætor*] Ita Ms. Thuan. ita princeps ed. cum aliis. Cur igitur posteriores cognomen omittunt? *Jac. Gron.* Ultima Gruteri ed. multis omissis vocabulis, dederat *L. Valerius scivit, ut perinde esset.* Perperam neglecta, etiam in Elzev. Heinsii, et Blavian. edd. interposuit iterum J. F. Gronov. sed simul revocare vocem *Flaccus*, quam etiam omnes codd. mei servant, oblitus erat. Mox *plebsque scivit* Voss. Lov. 2. 6. et Mead. 2. *plebesque statuit* Lov. 1. quod est ex glossa. Hinc vocula *ut* exsulat a Mead. 2. quam interceperunt ultimæ vocis prioris literæ. Vide ad XXIV. 16. § 17. Tandem *ipse jurasset*, expulsa media dictione, Lov. 6.

§ 10 *Et de altero ædile plebiscitum est factum*] Pall. uterque *scitum plebis est factum.* Gebh. Lectionem illam Gronov. recepit, quæ et in nonnullis meorum, Lov. 1. 5. 6. et Voss. exstat. 'Supra III. 67. 'Scita plebis injuncta Patribus.' X. 22. 'L. Volumnio ex senatusconsulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est.' Inserta etiam voce *scitumque plebis* restituit et inlustravit Gronov. ad Liv. XXII. 26. § 4. Inversis etiam vocibus 'plebis etiam scitum' XXXV. 20. 'Plebis etiam scito permutatæ provinciæ sunt.' Duabus etiam vocibus, nulla alia interposita, 'plebis scitum' dixisse antiquos, videbimus ad XLII. 21. § 8. Insuper *ædili* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Vide ad III. 31. § 5. Mox *in Hispaniam ad exercitum ire*, subpressis duabus vocibus, Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *in Hispaniam cum imperio ad exercitum ire* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. reliquæ ante Aldum. Consentit et Mead. 2. nisi quod insuper præferat *in Hispania.* Præterea Cornelli prænomen *C.* deest in Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. Aldo prioribus.

§ 11 *Multos post annos plebes Cornelio Lentulo*] Libro XXXIII. postea (c. 27.) hic Cornelius Lentulus redit ex Hispania, multa onustus præda. Cum igitur hic sit annus secundus hujus belli, ipse sequente anno, hoc est, tertio, missus est in Hispaniam. Nam Cn. Sempronius post eum venit in Hispaniam anno quarto hujus belli, ut postea dicturus est Livius. Non igitur *multos post annos*, ut hic legitur, sed anno sequente venit in Hispaniam. Idem de Stertinio ex iisdem locis ostenditur. Quum autem prænomen omissum sit, certum sciri non potest, aliusne sit ab hujus anni consule, qui antea proconsul fuit in eadem provincia: quamquam trimphus hoc libro negatus dicitur. Solebant enim ex consulibus libenter facere proconsules, prorogato imperio, non magistratu. Libro tamen sequente Livius ejus rei ne verbo quidem meminit. Sed de his dubitatum est satis. *Glar.* Hunc Pighius eum esse putat, qui a. DLII. consul fuerat. *Duk.* Dubitatio Glareani inde orta est, quod unus sit edd. quæ perperam ita distinguebant: *de provincia. Multos post annos plebs.* Sed interpunctionem recte mutavit Frob. 1535. eam adoptans, quæ postea semper servata est. Deinde *plebs* edidit J. F. Gronov. sed *plebes* est in Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quare id revocavi. Insuper Lentulo *Cn.* prænomen prima tribuit

Digitized by Google

ed. Frob. 1535. Id ignorant Lov. 1. 5. 6. et Voss. *C.* dicitur in Lov. 2. 4. et Gaertn.

L. Stertinio proconsulibus imperium esse] *L. Tercinio consule proconsule imperium esse* Pall. uterque. *Gebhard. Libio Tercino* Voss. et Lov. 1. *Libio Tercinio* Mead. 1. *Libio Tricinio* Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. *Libio Tricino* Lov. 6. *L. Tertinio* Lov. 5. et ed. Camp. *L. Tercinio* Harl. et edd. reliquæ usque ad Froben. 1531. *L. Tercunio* Lov. 2. *L. Tarquino* Hearnii L. 1.

Digitized by Google

LIBER XXXII.

Cap. I. § 1 *Consules prætoresque, quum*] [Vide Lectt. Var.] De hac emendatione Gron. vide ad III. 32. § 3.

L. Lentulo Italia] Pall. ambo *L. Cornelio Lentulo*. Gebh. *Proconsuli Lentulo* Lov. 4. Vide ad XXVIII. 16. § 14. et mox § 3. *P. Lentulo* Voss. Lov. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. ante Mogunt. *Q. Lentulo* Lovel. 1. et Mead. 2. *Q. Cornelio Lentulo* Lov. 2. Reliqui *P. Cornelio Lentulo*. Mox *A. Tito Julio* Lov. 2. Gaertn. et Mead. 2. *A. Tito Villio* Mead. 1. *P. Julio* Voss. Lov. 1. 5. 6. a m. pr. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. *Proconsuli Villio* Lov. 4. *P. Villio* Lov. 6. a m. sec. ut Froben. 1535. edidit. Vide ad XXXI. 49. § 12.

§ 2 *C. Bebio Ariminum*] *Cn. Bæbio*, ut dixi. *Sigon.* Vide Sigon. ad XXXI. 49. § 12. Omnes codd. *C.* servant. Sed vide ad VII. 3. § 3. Mox iterum plerique codd. et edd. vett. eodem, ut modo, errore *L. Julio*, pro *L. Villio*. Deinde *obvenit*, pro *evenit*, Gaertn. Utrumque apud Liv. obcurrit. Vide ad VII. 16. § 3. Plures igitur codd. ut sequamur, ratio exigit.

§ 3 *A P. Sulpicio exercitum accipere*] Ita primus Aldus recte vulgavit. Priores legunt *a proconsule Sulpicio*, consentientibus Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. et Hearnii L. 1. Vide modo ad § 1.

§ 4 *Succederet in Gallia: ubi is venisset*] Vet. lib. *in Galliam*. Sigon. *In Gallia* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Ultima Grut. ed. interpunctione mutata dedit *succederet: in Gallia ubi is venisset*, adoptata Pighii emendatione, qui ita legendam monuit in Ann. ad a. IDLIV. p. 246.

§ 5 *Omnes milites exauctorati domum dimitterentur*] Perperam Pall. et antiq. ed. *ex auctoritate domum dimitterentur*. Gebh. Similiter errant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. 1. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 6 *Cn. Sergio*] Hic anno priore prætor urbanus fuerat XXXI. 6. Quod autem nunc ei prorogatum imperium dicit, ut C. Calpurnio et C. Hostilio ex prætura urbana XXV. 41. XXVI. 28. lib. XXVII. capp. 7. et 22. ex eo Gruchius c. 5. Refutat. ad poster. Sigonii disput. probari putat, imperium in magistratu insitum fuisse. Respondet ei Sigonius c. 6. de Lege Curiata, sed ita, ut tantum conjectura sententiam Gruchii impugnet. *Duk. L. Sergio* male plerique codd. Sed prænomen omittunt Lov. 5. et edd. ante Aldum.

Agrum adsignandum curaret] Voss. *assignare*. Scribe *assignari*: per mensores puta. Sed et alia parte laborat hæc periodos. Aut enim scribendum *Prorogata imperia prætoribus pr. anni, Cn. Sergio, ut militibus*: aut *Prorogato imperio prætores pr. anni, Cn. Sergius militibus, qui in Hisp., Sic., Sard. stip. per multos annos fecissent, agrum assignari curaret: Q. Minucius in Bruttiis idem*. J. F. Gron. Omnes reliqui, præter unum a Gronov. laudatum, codd. vulgatum servant. Quare *adsignandum* non muto. Mox hoc cap. 'Quæque sublata ex delubro Proserpinæ essent, reponenda cum piaculis curaret.' XLII. 17. 'Petere institit ab eo rex, &c. ut venenum dandum curaret.' Quod autem adtinet ad emendationes Gronovii in reliqua parte hujus periodi, earum pri-

Digitized by Google

or inlustrari posset loco Livii ex lib. XXIV. c. 44. 'Prorogata imperia provinciæque, M. Claudio Sicilia, &c. Lentulo proprætori provincia vetus:' et ita etiam alibi. Posteriori ejus emendationi nonnihil favent Voss. et Lov. 1. *Q. Minucius*, pro *Q. Minucio*, legentes. Existimari posset, olim per compendium scriptum fuisse *prætt.* sive *pr. prioris anni*, idque postea *prætoribus*, pro *prætores*, redditum esse ab indoctis librariis: cui lectioni ut sequentia convenirent, alios ad voces *Sergius* et *Minucius* inter versus adscripsisse *Sergio* et *Minucio*. Quo recepto, ne quid ex priori lectione periret, ex ultimis syllabis *τῶν Sergius* et *Minucius* tandem datum esse *Sergio ut* et *Minucio ut*. Hæc, inquam, pro Gronovii emendationibus adferri possent; neutra tamen earum placet. Non prima, quia ab omni plane codicum auxilio destituitur. Ita vero potius legerem *Prorogatum imperium prætoribus prioris anni*, ut præfert Lovel. 2. *Prorogatum imperium* autem, licet de duobus pluribusve agatur, ut l. XXIV. c. 10. 'Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant.' XXV. 3. 'Ti. Sempronio Graccho et P. Sempronio Tuditano imperium provinciæque prorogatæ.' XXVI. 1. 'Prætoribus prioris anni prorogatum est imperium:' et sæpe alibi. Non altera placet, quia ea recepta incommodum est pronomen *idem* ibi, 'Q. Minucius in Bruttiis idem de conjurationibus quæstiones perficeret.' Quum autem reliqui codd. per omnia in vulgatum consentiant, iis potius adhæreo, et tantum in fine § 8. post voces *cum piaculis curaret* majorem distinctionem, quæ vulgo recepta est, muto in minorem, ut tota oratio hoc modo cohæreat: *Prorogato imperio prætoribus prioris anni, feriæ Latinæ pontificum decreto instauratæ sunt;* omnia vero media per parenthesin interjiciantur. Eam interpunctionem etiam in contextum recepi.

§ 8 *Reponenda cum piaculis curaret*] Non intelligo hic Pall. et antiquæ ed. scripturam *reponenda caussa piaculi servaret*. Gebh. Eadem lectio apud me superest in plerisque codd. et omnibus Aldo antiquioribus excusis, quam scribarum aberrationi tribuo: primo *cū*, sive *cum*, perperam mutatum est in *cā*, sive *caussa*. Hunc autem errorem frequentem esse, vidimus ad IV. 44. § 10. Deinde pro *piaculiscuraret*, sola *c* mutata in *e*, et una litera transposita, dederunt *piaculiscuraret*. Recte autem *cum piaculis*. Supra enim XXXI. 12. decretum erat, 'Quæ inventa pecunia esset, reponi: si quo minus inventum foret, expleri: ac piacularia, si videretur, sicat ante pontifices censuissent, fieri caussa expiandæ violationis ejus templi.'

§ 10 *Abs Suessa nunciatum est*] Hæc forma verbi male convenit cum illis quæ sequuntur, 'Formiani legati, Ostienses, Veliterni.' Optime autem conveniet, si scribas *nuntiarunt*. Nuntiarunt, inquit, ab Suessa, et Formiani legati, et Ostienses, et Veliterni. *J. F. Gronov.* Si placet conjectura Gronovii, id huic loco fraudi fuisse censendum est, quod librarii non viderent nomen, unde penderet verbum *nunciarunt;* de quo vide ad c. 9. § 3. Codd. nihil mutant, nisi quod *A Suessa* sit in Gaertn. *Ab Suessa* in Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, et edd. ultima Gruteri antiquioribus: quod revocavi.

Et Veliterni Apollinis et Saturni ædes] Pro *Saturni, Sangi* reposuimus. Est autem 'Sangus' Sabinorum numen. *Gelen.* Antiq. ed. *Saturni.* Gebhard. Gronov. postea a. 1665. *Sanci* edidit. Vide ad VIII. 20. § 8. Omnes tamen nostri *Saturni* tuentur.

Et in Herculis æde capillum enatum] Valde oculatos fuisse oportet æditnos, qui observaverint, capillum in Herculis templo succrevisse. Si id prodigium in ipsius statua factum fuisse

Digitized by Google

diceretur, multo verisimilior res esset, cui aliquo modo consentiret, quod legitur apud Plutarch de Pythiæ oraculis p. 397. Ἐξῆγε τῶν ὁμοίων ἅμα συναναμίμνησκον, οἷα δὴ τοῦ Ἱέρωνος μὲν Σκαμανδρίου, ὅτι πρὸ τῆς ἐν Λεύκτροις αὐτῷ γενομένης τελευτῆς ἐξέπεσον οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ ἀνδριάντος· οἱ δὲ ἀστέρες ἠφανίσθησαν, οὓς Λύσανδρος ἀνέθηκεν ἀπὸ τῆς ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας· ὁ δὲ αὐτοῦ τοῦ Λυσάνδρου λίθινος ἀνδριὰς ἐξήρθησεν ἀγρίαν λόχμην καὶ πόαν τοιαύτην τὸ πλῆθος, ὥστε κατακρύψας τὸ πρόσωπον. Equidem valde hæreo super hac re, et ab audacia auxilium petii, atque scribendum divinavi *caprificum*, pro *capillum*, persuasus postremis Plut. verbis. Illius vero arbusti ea natura est. Martial. X. 2. 'Marmora Messalæ findit caprificus.' Juven. Sat. X. 144. 'ad quæ Discutienda valent sterilis mala robora fici.' Vide etiam Plin. XVI. 19. Sed longe magis blasfiebatur, quod itidem in mentem venit *et in Herculis sede capillum enatum*: idque referri putabam ad μελάμπυγον, quo nomine fuit olim appellatus Jovis ille filius ex historia, quæ a Suida [ea voce] et Plutarcho inprimis recensetur in libello De discrimine amici et adulatoris. Hæ minutiores partes, pili, inquam (*capillos* honestiori vocabulo, quomodo etiam podicem *sedem* appellat Livius) in statuis effingi minime consueverunt: quibus cum Hercules, utpote fortis et bellicosus, ægre careret, ne πύγαργος et λευκόπυγος, hoc est mollis et effeminatus, existimaretur, voluit eos ex illa sui parte erumpere, maximum videlicet Romanis eo facto prodigium præbiturus. Expedit ad hanc rem exactius adhuc intelligendam consulere Paræmiographum in adagio Μὴ σὺ μελαμπύγῳ περιπίπτοις, et Johann. Zonar. in historia περὶ τῶν Μολιονιδῶν. Apud Suidam lege λευκοπύγους δειλοὺς, ὡς μελαμπύγους τοὺς ἀνδρείους. Ex adversa corporis parte, qua viri sumus, huc aliquo modo pertinet, quod scribit Artemidorus ὀνειροκριτικῶν lib. v. quid significet penis usque ad extremum circulum pilis obsitus in somnis visus. Jam *sedem* pro natibus poni, res est protrita, et in nostro etiam idiotismo persæpe usurpata. Utitur vocabulo Plinius XXIV. 7. 'Lachryma sedis vitiis prodest, cum quid siccari excalefierive opus sit.' Itidem 'capillus' ad omne genus pilorum quandoque transfertur. Gellius XII. 1. 'Nam si ovium lacte hædi, aut caprarum agni alerentur, constat ferme, lanam in his duriorem, in illis capillum gigni teneriorem.' Apuleius Met. III. p. 136. ed. Elmenh. 'Conspicio quendam forficulis attondentem caprinos utres. Capillos eorum hami jacentes plusculos aufero.' Atque ibi non semel. Contraria menda inolevit in Plinii codd. VIII. 42. 'Majus augurium apud priscos plebeiis Circensibus excusso auriga, ita ut si staret, in Capitolium cucurrisse equos, sedemque ter instrasse:' nam *ædem* scribi debet: hoc amplius *ita ut sisteret*, pro 'sisteretur.' Livius XLII. 2. inter prodigia refert, Priverni lanam pullam e terra enatam: an idem de capillo in Herculis æde dici debet? *R. Titius* inedito Locor. Controv. XVIII. 3. *Item in Herculis æde* Lov. 2. Harl. et Mead. 2.

§ 11 *Equum cum quinque pedibus*] Reposuimus *equuleum cum quinque pedibus*. Gelen. *Equum* servant omnes mei, et Oxonn. Hearnii. Vide ad XXXI. 12. § 7.

§ 12 *Inde a P. Sulpicio*] Prima vox deest a Lov. 2. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. tres priores a Lov. 1. Sulpicii prænomen a Lov. 5. et edd. ante Aldum. Τὰ *inter cetera* exsulant etiam a Voss.

Lauream in puppi navis longæ enatam] Pall. duo *lauream in puppim navis longæ natam*. Gelen. Vide ad Epit. hujus lib. *natam* etiam Lov. 4.

§ 13 *Ut consul majoribus hostiis, &c.*

Digitized by Google

sacrificaret] Pall. *ut consules majoribus hostiis, &c. sacrificarent.* Gebh. Ex Barb. et Pet. cæterisque scribe, *ut consules maj. hostiis, quibus Diis videretur, sacrificarent.* Uterque tum ad urbem erat, et utriusque alibi quoque facit eam curationem Noster. Præcedenti libro c. 5. 'Senatusque decrevit, uti consules majoribus hostiis rem divinam facerent, quibus Deis videretur.' *J. F. Gron.* Lov. 4. 6. a m. sec. et quidam alii eamdem lectionem firmant.

CAP. II. § 1 *Argentum in stipendium impositum primum Romam advexerunt*] *Adduxerunt* Lov. 1. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Infra XLIV. 26. 'Interrogant, ecquid aurum secum adduxisset.' Verum ibi etiam *advexisset* scribendum conjicit Gronov. et hic plerique codd. *advexerunt* vindicant. Similiter 'devehere' XXXVI. 29. 'Lamiam pecuniam quum devexisset:' ubi etiam unus perperam *deduxisset.* Alterum igitur ex scribarum errore natum puto. Vide ad XXVII. 38. § 12.

§ 2 *Pecunia Romæ mutua sumta*] *Mutuo* Voss. Mead. 2. et Lov. 6. a m. pr. quod librariis non invidemus, quorum forte tempore ita vulgo loquebantur, quum Livius aliique optimi 'pecuniam mutuam,' non 'mutuo sumere' dicere soliti fuerint. Vide Gronov. de Pecun. Vet. III. 1.

Intertrimentum argenti suppleverunt] Pal. 1. *indetrimentum argenti expleverunt.* Alter *interetrimentum argenti expleverunt.* Vulgata lectio tuetur se quoque consensu antiquæ ed. Infra XXXIV. 7. 'In auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit, quæ malignitas est?' Gebh. *Detrimentum* Harlei. *indetrimentum* Voss. Lov. 1. 2. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *expleverunt* Vossian. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Supra XXX. 5. 'Quantum nox providentiæ adimat, tantum diligentiâ expleant curaque.' Non displicet tamen vulgatum, quod servat Lov. 5. cum omnibus excusis.

§ 3 *Centum redditi obsides*] Vide Sigonium ad Livii XXX. 37. § 6. et quæ ad eum locum notavi.

§ 4 *Concessum, ut Signiam et Ferentinum transirent*] Hoc anno, qui est a. DLI. concessum esse ait, ut obsides Carthaginiensium Signiam transferrentur Norba: at sequenti anno hoc eodem in libro c. 26. ait, 'Carthaginiensium obsides Setiæ custodiebantur.' Puto ergo hoc loco *Setiam*, pro *Signia*, reponendum. Nam de Setia propter seditionem, in eo oppido propter obsides excitatam, dubitari non potest. De Signia non ita certa historia est. *Sigon.* Pal. 1. continet *Signam et Ferentium*: alter *Signiam et Ferentium.* Gebh. *Signam* etiam Vossian. et Lov. 1. 2. 4. 6. *Siginam* Gaertn. Deinde *Frentium* Mead. 1. *Ferentium* in margine; quod etiam superest in Lov. 1, 4. et Mead. 2. *Ferentum* in Gaertn. Sed de 'Ferentino' vide viros doctos ad IX. 16. § 1. et X. 17. § 9. De Sigonii conjectura dubito. Potuit enim primo concessum esse, ut obsides transirent Signiam et Ferentinum; deinde vero, antequam eo traducti essent, pro *Signia* placuisse *Setia*: cujus mutatæ sententiæ Livius non dedita opera lectorem certiorem fecerit, sed inferius demum data occasione paullo occultius meminerit.

§ 5 *Adversus quod iis, in fidem populi Romani venientibus, cum L. Marcio Septimo convenisset*] Dubitari potest, utrum his verbis significetur, Gaditanis, quo tempore in fidem populi Romani venerunt, cum Marcio convenisse, ut præfectum Romanum acciperent, quæ Sigonii sententia est de Ant. Jur. Prov. I. 5. nam 'remitti' fere dicuntur, quæ jure exigi possunt: an, quum convenisset, ne acciperent, et imperatores Romani in Hispania deinde, adversus quod iis cum Marcio convenerat, præfectos

Digitized by Google

Gades mittere cœpissent, iis petentibus, ne hoc deinde adversus pacta cum Marcio fieret, concessum. Si quis ita accipiendum putabit, *remissum* idem erit quod 'datum,' 'concessum;' quam significationem itidem admittit verbum 'remittere.' Liv. XXXV. 17. 'Nabidi dominationem in patriam suam, et patriam Lacedæmonem, remissam.' Et ibid. c. 45. 'Multa homines, ne bellarent, voluntate remittere, quæ vi et armis cogi non possint.' Adde Gronov. Obs. IV. 2. Non posset esse dubia sententia hujus loci, si de conditionibus, quibus Gaditani in fidem Romanorum venerunt, constaret. Sed de ea re nihil aliud proditum invenio, quam quod Livius XXVII. 37. scribit, 'Gaditanos Romanis deditos:' et Cic. pro Balb. c. 15. 'L. Marcium fœdus cum Gaditanis fecisse, quod magis fide illius populi et justitia Romanorum, quam aliquo publico vinculo religionis teneretur.' E quo loco videtur colligi posse, eos nec præfectum cum præsidio Romano, quod civitatem in fide erga Romanos contineret, nec præfectum, qui ibi ex legibus Romanis jus diceret, accepisse. Hoc quidem neqaaquam probabile est, eos, quum sua voluntate deditionem ad Romanos fecissent, in conditionibus illius hanc esse voluisse, ne suis legibus uterentur. Nam et alia fœderata oppida suis legibus vivebant, et Cic. pro Balbo c. 19. diu post hoc tempus dicit, 'C. Cæsarem, quum in Hispania prætor esset, jura ipsorum permisu statuisse.' *Duk.*

Cum L. Martio Septimio convenisset] Vet. lib. *L. Marcio Septimo*, ut ante dixi. *Sigon. Septimio* servant Lov. 2. 4. 5. et Mead. uterque. *Septimo* Lov. 6. Tota ea vox deest in Hearnii L. 1. Sed vide ad XXV. 37. § 2.

§ 6 *Earum rerum causa triumviros creare*] *Tresviros*, præter Hearnii L. 1. etiam omnes mei, nisi quod *trisviros* sit in Lov. 5. quomodo etiam præferunt edd. antiquissimæ, aliæ deinde *trevires*, quædam etiam *triumviros*, quod tamen in nullo cod. obvium habui. Vide viros doctos ad Cic. Agrar. II. 14.

§ 7 *Et C. Cornelius Lentulus*] *Et consul Cornelius* Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. pr. de quo errore passim in Mss. obvio vide ad XXII. 14. § 13. *Et Cn. Cornelius* Mead. 1. et Gaertn. quemadmodum etiam Jac. Perizonius in margine Livii emendavit. Ratio forte est, quia circa hæc tempora nullus C. Cornelius Lentulus memoratur; indicari vero putabat Cn. Cornelium Lentulum, cui plebs pro consule imperium in Hispania esse jussisse dicitur lib. XXXI. cap. 50. Verum is jam potuit in Hispaniam profectus esse: potuit etiam exstitisse C. Cornelius Lentulus, licet ejus nulla alia apud Livium mentio obcurrat, quod vel brevi post mortuus sit, vel aliam ob causam ad honores non pervenerit. Paullo ante *Prætores et sex alii*, pro *P. et Sex. Ælii*, Lov. 4. et Mead. 2. *Prætores et sex alius* Voss. et Lov. 1. *P. et Sestius*, omisso *τῷ Ælii*, Hearnii L. 1. quæ eadem vox etiam deest in Harl. et Mead. 1. Præterea *Pætus* Gaertn. et Hearnii L. 1. Male. Vide ad I. 3. § 7. et VII. 2. § 6.

Quod Narniensibus datum erat, ut colonorum numerus augeretur, id Cossi, &c.] Plutarchus in Quinct. p. 369. utramque deductam coloniam a T. Quintio tradit, ut ante dixi. De Cossanis sequenti hoc anno perfectum scribit Livius XXXIII. 24. verum non a Quinctio. *Sigon.* Continent Pall. et antiq. ed. *ut colonorum numerus cogeretur.* Gebh. Mss. Andreas, et omnes antiquæ usque ad Moguntinam *cogeretur.* Primus mutavit Frobenius: quæ auctoritate, ipse viderit. Mihi quidem oppido illud elegantius. 'Cogitur' numerus, qui conficitur, hic quidem partim, ut infra loquitur, cogendo redire in coloniam, qui alio

Digitized by Google

dissipati erant, partim adscribendo novos, si quæ familiæ interierant. Sic 'cogere militem,' 'pecuniam,' 'stipendium,' est cujusque rei definitum numerum conficere: sic 'cogitur pecus,' ne quod exerret. Nec aliunde 'agmen cogi' dixerunt, quod, qui hoc faciebant, operam dabant, ne quis resisteret, ac deficeret numerum. Sed, inquit vir doctus, obstant verba XXXIII. 24. 'Cosanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur, mille adscribi jussi.' Sed hoc arripuisse videtur corrector iste, ut illud mutaret. Cæterum utrobique idem dicit Livius. Nam quum sic præsens augetur colonorum numerus, ut deficientium loca supplentur, idem nihil aliud, quam cogitur. Adde XXXI. 49. et XXXVII. 46. *J. F. Gron. Cogeretur* etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. Tum vocalem *id*, quæ abest a Gaertn. Harl. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. vett. primus addidit Froben. 1535. consentientibus reliquis scriptis. Deinde *eo sæni*, pro *Cosani*, Lov. 1. et Mead. 2. *Sani* Lov. 4. *Samnii* Lov. 2. *Consani* Lov. 5. 6. et Mead. 1. *Composani* Harl. *Consani* vel *Composani* edd. principes, nisi quod *ideo Sani*, pro *id Cosani*, sit in Rom. 1472. ac Parm. ejus loco *Cossani* dederunt Frob. 1531. et alii usque ad Gronov. qui subatituit *Cosani*. Vide ad XXII. 11. § 6.

CAP. III. § 2 *P. Villium, in Macedoniam quum venisset*] Pall. *P. Villius in Mac. quum venisset*. Gebh. Plerique meorum, licet librariorum culpa corrupti, eidem tamen lectioni favent. Vel enim legunt *P. Villius*, vel *Proconsul Villius*, vel *Proconsul Julius*, vel *A. Titus Vilius*, vel *A. Titus Julius*, vel *P. Julius*. Solus omnium Lov. 5. facit cum editis. Utroque modo commode legi potest. Pronius tamen librariis fuisse puto, ut *Villium* mutarent in *Villius*, ad proxime sequentia referentes, quam *Villius* in *Villium*, quod ad remotius pertineret: unde etiam vulgatum servo. Mox *irrita*, pro *irritata*, Voss. et Lov. 6. a m. pr. quomodo etiam librarii supra errarunt IV. 6. § 10. et contrario modo V. 12. § 6. Plura vide ad X. 37. § 2. Deinde *accepit*, pro *excepit*, Lov. 1. et 6. Sed solent ea verba passim confundi. Vide ad X. 18. § 9. Supra XXIII. 18. 'Ubi primum sub pellibus haberi cœpti sunt, viaque et alius militaris labor excepit.'

§ 3 *Ea militum fuit, qui ex Africa*] Syncera lectio *MM ea militum fuere, &c.* Gelen. Sic [*duo millia militum fuere*] voluit ex Mss. Gelenius: non, ut interpolaverunt, *duo millia ea militum*. J. F. Gron. *Militum fuere*, vocibus prioribus omissis, Hearnii N. *ea militum fuit* Harl. et Lov. 5. *ea militum fuere* omnes reliqui mei, et Hearnii L. 1. Ceterum *duo millia militum fuere*, quemadmodum Gronovius Gelenium voluisse testatur, edidit Crevier. Verum Gronovium deceperunt minus emendate e posterioribus descriptæ Gelenii adnotationes, quum prima apud Froben. ed. præferat, ut hoc loco exhibetur. Neque aliter habent plures proximæ edd. usque ad Paris. 1573. quæ diu post Gelenii mortem vulgata τὸ *ea* prima omisit. Quum igitur reliqua hujus loci ad mentem Gelenii emendata sint a Froben. etiam *ea*, quod itidem Froben. 1535. jubente Gelenio receperat, in contextu Livii servavi. Eodem modo pronomen *hi* usurpatur V. 34. 'Adlatum est, advenas quærentes agrum ab Salyum gente obpugnari. Massilienses erant hi:' ubi vide. Præterea *quæ ex Africa, &c. pro voluntariis pronunciata erant* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *quæ ex Africa, &c. pro voluntariis transportata erant* ed. Frob. 1535. quod postea servatum est usque ad Gronov. qui *qui* et *transportati*, ut primæ edd. et pauci Mss. legunt, revocavit.

Inde anno fere post in Macedoniam pro voluntariis transportata] Pall. *pro-*

Digitized by Google

nunciata. Antiqua ed. *transportati.* Gebh. Vide ad verba proxime præcedd. Ceterum ultima Grut. ed. legit *inde anno fere in Macedoniam*, omissa voce *post*, quam itidem neglexerunt Elzev. Heinsii, Blavian. plures Gronoviorum, Doujatii, et Clerici edd. sed recte restituit Hearnius, testatus eam in Mss. suis superesse; quod etiam de Victor. suo affirmat Crevierius. Consentiunt insuper mei, ex quibus tamen Voss. et Lov. 1. legunt *inde anno post*, omisso τῷ *fere.*

§ 4 *Sed utcumque, seu invita, seu suscepta foret militia*] Pall. *sed utrumque, seu injuncta, seu suscepta.* Gebh. Oxoniensis clare, *seu injuncta, seu suscepta foret militia.* Probo: est enim verbum onerum munerumque fungendorum. Lib. v. c. 2. 'Hoc neque importunos decemviros injunxisse servitutis, ut perennem militiam facerent.' Tacitus in vita Agricolæ c. 13. 'Ipsi Britanni delectum, tributa, et injuncta imperii munera impigre obeunt.' Plinius utrumque verbum etiam conjungit l. VI. Ep. 16. 'Quo libentius suscipio, deposco etiam, quod injungis.' *J. F. Gronov.* Duo tantum ex codd. meis, et tertius a m. sec. vulgatum servant: *seu invicta* præfert Mead. 1. sollemni scribarum errore, qui passim *iũctus*, sive *junctus*, et *victus* commutarunt. Vide ad Epit. Liv. l. LXVIII. et hinc etiam *iniũctus*, sive *injunctus*, et *invictus*, VIII. 34. § 2. IX. 16. § 4. et alibi. Ambæ hæ voces desunt in Lov. 4. culpa librarii ob τοῦ *seu* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. Reliqui omnes præferunt *seu injuncta;* quod recte Gronov. recepit et illustravit. Supra II. 43. 'Venisse tempus ratus per ultimam necessitatem legis agrariæ Patribus injungendæ.' III. 35. 'Comitiorum illi habendorum munus consensu injungunt.' c. 67. 'Auxilium tribunicium, provocationem ad populum, scita plebis injuncta Patribus.' V. 4. 'Laborem etiam novum pro portione injungi.' XXVI. 36. 'Si quid injungere inferiori velis.' XLV. 36. 'Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum.' De verbo 'injungere' plura vide apud Gronov. ad VIII. 32. § 15. XL. 51. § 5. et Obs. I. 18. in prima ed. Adde quæ notarunt viri docti ad Justin. III. 5. § 8. et XLII. 5. § 10.

Et finem aliquem militandi fieri æquum esse] Τὸ *et* exulat a Voss. et Lov. 1. quod probari posset, mutata distinctione: *militia, et* (id est, 'etiam') *eam exhaustam. Finem aliquem militandi fieri.* Præstat tamen, ut vocula servetur. *Et eam exhaustam, et finem* idem est ac si dixisset *quum eam exhaustam, tum finem.* Librarii hic particulam secundo loco omiserunt, quam sæpissime priori omittere solent. Vide ad II. 44. § 8. Insuper *finem aliquem* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad IV. 2. § 4.

§ 5 *Confectos jam se labore et opere*] Sine copula Pall. uterque, et antiq. ed. *labore, opere.* Justinus XII. 8. 'Exercitus omnis, non minus victoriarum numero, quam laboribus fessus, lacrimis eum deprecatur, finem tandem belli faceret; aliquando patriæ reditusque meminisset; respiceret militum annos, quibus vix ætas ad reditum sufficeret: ostendere alius caniciem, alius vulnera, alius ætate consumpta corpora, alius cicatricibus exhausta.' *Gebh.* Copulam expunxi. Non adparet enim vel in ullo meorum Mstorum, vel in edd. ante Ascens. 1513. Vide ad IV. 68. § 3.

§ 6 *Probabilem, si modeste peteretur, videri, dixit*] Τὸ *videri* omittunt Lov. 2. et Harl. Male. Prudentiæ enim consularis erat, ut non *probabilem esse*, sed *probabilem videri*, diceret. Verbum est sollemne in sententiis judicum, similibusque aliis. Vide Bries. de Form. v. p. 482. Mox § seq. *parere vellent* Voss. et Lov. 1.

CAP. IV. § 1 *Thaumastos eo tempore Philippus summa vi obpugnabat*] *Thaumacos* habent scripta exemplaria. Sic

Digitized by Google

etiam Stephanus appellat. *Gelenius.* Strabo IX. 434. Θαυμακοὺς vocat, Plinius IV. 9. *Thaumacias*, si codd. amborum non errant. Ceterum nusquam tam eleganter, atque hoc loco, describuntur. *Glar.* Thaumacia oppidum ad sinum Maliacum. Stephan. et cæteri. *Sigon.* Pal. 1. *Theumates.* Alter *Thaumagos.* Antiq. ed., et inferius Pal. 1. *Thaumagos.* Cæterum Pall. pro *oppugnabat* continent *expugnabat.* Gebh. *Thaumastos*, quod in multis ante Gelenium edd. erat, servant Harl. et Hearnii L. 1. *Thaumates* Lov. 4. 6. et Mead. 2. *Chaumacos* Lov. 1. *Thaumagos* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Reliqui recte *Thaumacos.* Similiter ferme variant codd. hoc cap. Vide etiam ad XXXVI. 14. § 12. Tum *summa vi pugnabat* Lov. 1. et 6. *summa vi expugnabat* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XXI. 57. § 6.

§ 2 *Nec die, nec nocte finem ullum*] Alio ordine *nec nocte, nec die* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quorum ultimus superius legit *absistere coëgit*, omissa media voce.

§ 3 *Namque Thaumaci a Pylis*] Pal. 1. et antiq. ed. *Thaumagi a Pyleis.* Alter Pal. *Thaumagiti a Pyleis.* Gebhard. *A Peribeis* Lov. 6. *a Pyleis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Mediol. 1505. quæ *a Pylis* recte restituit. Intelliguntur enim Thermopylæ. Infra XXXVI. 15. 'Ideo Pylæ, et ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus adpellatur.'

Ipsis faucibus imminentes, quam Calen vocant] Vet. lib. *quas Caulen.* Sigon. Antiq. ed. *in ipsis fauc. imm., quas Cæle vocant.* Gebh. Sigonius *quas.* Alterum elegantius. Sic XXXI. 36. 'Elephantis, quo auxilio tum primum Romani usi sunt.' XXXIII. 8. 'Cornu dextro peditum, robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant.' XXXVIII. 47. 'Ex decem legatis, quod consilium imperatoribus majores dederunt.' Pompeius ad Cic. ad Attic. VIII. ep. 1. post ep. 12. 'Ex quibus tamen non amplius quatuordecim cohortes contrahere potui, quod Brundusium præsidium misi:' ubi vulgo *quas* subjiciunt. Cicero apud Quintilianum IX. 3. 'Data Lupercalibus, quo die Antonius Cæsari.' *J. F. Gronov.* Si de integra regione ageretur, egregie stabilitam hanc lectionem pronunciarem; ut κοίλην sumerem, quomodo Συρίη κοίλη, et alias. Hic non Lamia dicitur fuisse appellata κοίλη, sed fauces innuit Livius, Græcos interpretari solitos κοῖλα, ut et στενὰ paulo post: quod verum est, et sic Græci hujus locum dixerunt κοῖλα Λαμίας. Itaque non possum oculos avertere a Thuan. et Voss. et S. Victoris, in quibus est *cæle*, pro *cæla*; sive *quæ cæla*, sive *quas cæla vocant* scripserit. Lib. præced. cap. 47. 'Est sinus Euboicus, quem cæla vocant.' *Jac. Gronov. In ipsis faucibus imminentes* omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. vett. Præpositionem vero prima expunxit Mediol. 1505. Deinde *quas Corde vocant* Hearnii L. 1. Voces *Calen vocant* exsulant a Lov. 1. *quas Cœle*, vel *Cæle vocant* omnes reliqui, quibus utor, codd. et, ut Doujatius auctor est, Reg. ac Colbert. Et ita legunt antiquissimæ edd. quas vidi, Camp. Rom. 1472. ac Parm. Proximæ *quas Cœlæ vocant.* Ascens. *quas Cælas vocant* a. 1513. substituit, Frob. deinde an. 1535. *quam Cælen vocant.* Clericus Jac. Gronovii conjecturam *quas Cœla vocant* recepit, sed eam male J. F. Gronovio adscribit. Similiter Mediol. 1505. editum vidi. Doujatius admodum fluctuat. Vel enim vulgatam supplebat voce 'regionis,' ut ait *faucibus regionis, quam Calen vocant:* vel cum Mss. suis legebat *quas Cœle*, vel potius *Cœla vocant:* vel tandem malebat *quam Calen vocant Thessaliæ, quæ*

Digitized by Google

transeunti confragosa loco. Mihi ex junctis Gronovii et Doujatii conjecturis legendum videtur *faucibus imminent, quas Cæla vocant. Thessaliæ quæ transeunti.* Ita loco conrumpendo id causam dederit, quod Periz. notavit ad XXVIII. 12. § 13. Vel, mutata insuper distinctione, *faucibus imminent, quas Cæla vocant Thessaliæ: quæ transeunti.* Et ita jungendum erit *quæ confragosa loca transeunti.* Posterior hæc conjectura nuper etiam placuit Crevier. qui tamen jungebat *quæ*, scil. Thessalia, (ea vox proxime præcesserat) *panditur.*

§ 4 *Sic immensa panditur planities*] Pal. 1. et antiq. ed. *sic universa panditur planicies.* Gebh. Eamdem lectionem obferunt Voss. Lovel. 1. 5. et edd. antiqq. *immersa planities* Mead. 1. Paullo ante *implicitasque flexibus vallium vias*, pro *implicatasque*, Lov. 1. Et ea forma Livium potius usum esse, dictum est ad VI. 21. § 7. Ab altera tamen non plane eum abhorruisse, docet codicum reliquorum in ea lectione servanda consensus.

§ 5 *Saxo undique abscisso rupibus imposita est*] *Saxo undique abciso* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXI. 34. § 4. Tum vocem *rupibus* glossema sapere, præcedentibus *saxo undique abciso* interpretandis additum, monet Crevier. Ea in omnibus Mss. superest. An legendum *saxi undique abscisi rupibus?* ut per 'saxum' intelligatur mons saxeus. Vel potius distinguendum, *sed quod, saxo undique abciso, rupibus imposita est.* Τὸ *est* non adparet in Lov. 4. Mead. utroque, et Gaertn.

§ 6 *Et quod haud satis dignum, &c. pretium erat*] *Eo quod haud satis dignum pretium erant* Mead. 1. et Gaertn. *erant* etiam Lov. 2.

CAP. V. § 1 *Data quantacumque quiete temporis*] Legendum *quanticumque.* XXII. 51. 'Diei quod reliquum esset, noctisque insequentis quietem daret.' *Jac. Gron.* XXVII. 31. 'Ludorum, qui reliqui erant, celebritatem quantæcumque, de Romanis tamen, victoriæ partæ fama auxerat.' Omnes tamen codd. in vulgatum conspirant. Crevier. etiam Gronov. conjecturam probavit.

§ 2 *Quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat animi*] Legendum *laxaverat animum.* Gelen. Pall. *laxaverat animus:* antiq. ed. *lassaverat animus.* Gebh. Remissus labor itinerum et prœliorum non tam animum reficit, quam membra; quæ exercitio illo et contentione fatigantur. Et de corpore velle intelligi Livium, ostendunt proxima: alios enim docet, membris simul animoque avide quietem sumsisse; regem, quantum corpore cessarit, tanto magis exercitam mentem habuisse. Matteam plane lectionis hic insipidi sustulerunt librarii, quam bonum factum ut nos Livio studiosisque regustandam demus. Quæ nunc obtinet a Sigismundo Gelenio est, ante se vulgatam fuisse testato, *laxaverat animi.* Andreas *laxaverant animis.* Barberin. Naud. Pet. Oxon. Voss. cum Aldina *laxaverat animus.* Scribe, me auctore, *Phil. qu. ab ass. lab. it. pugn. lax. annus, tanto magis int. in un. ev. belli curæ angunt.* Latinos eleganter *annum*, ut Græci ἐνιαυτὸν, pro tempore anni, ὥρᾳ ἔτους, seu pro quallbet ejus parte, dicere, varie est observatum. Hic igitur 'annus,' illa pars, qua cessatur ab armis, hibernum nempe. Noster v. 2. 'Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos et res invisere suas.' Sic Statius 'pigrum annum,' non quidem militiæ, sed foro et caussarum patronis, dicit id tempus anni, quo res sunt prolatæ. Ad Marcellum Silv. IV. 4. 39. 'Certe jam Latiæ non miscent jurgia leges, Et pacem piger annus habet, messesque reversæ Dimisere forum.' *J. F. Gron. Laxaverat animos* Harl. *laxaverat animis* Gaertn. *lassaverat aïus*

Digitized by Google

Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. de quo errore vide ad X. 5. § 6. *Laxaverat aĩus*, vel *animus*, reliqui mei cum Hearnii L. 1. N. codicibus Doujatii, Crevierii Victor. et plerisque edd. pro quo *laxaverat animi* prima exhibuit ed. Mogunt. Doujatius codd. lectionem *laxaverat animus* placere posse putabat, si *laxare* capiamus neutrali significatione, quæ vim habet passivam: ut Philippus ab expeditionum labore, quæ assidue per ætatem fatigaverant, animum per hiemem relaxasse dicatur, ita tamen ut de futuro totius belli casu anxius cogitaret. Verum recte Gronov. docuit, *τῷ animus* hic locum non esse; assiduos enim itinerum pugnarumque labores Philippi non animum, sed corpus fatigasse. Non dubito igitur, quin recte conjecerit *laxaverat annus*: quam conjecturam qui propter codicum dissensum probare non audent, ingeniosam tamen et admodum probabilem esse agnoscunt. Nihil certe facilius et frequentius in Mss. est, quam ut librarii voces *aĩus* et *aĩis*, sive *aĩnus* et *aĩus*, id est *animus* et *annus*, confundant. Exempla vide ad II. 18. § 11. III. 6. § 5. cap. 39. § 9. IV. 58. § 10. V. 5. § 9. VI. 39. § 6. et XXI. 2. § 4. Adde Burm. ad Quinctil. Instit. I. 1. § 13. et quæ notavi ad Silii I. 187. *Annus* autem pro certa parte anni poni, docuerunt Barth. et Markl. ad Statii Silv. I. 3. 8. Broekh. ad Tibull. I. 1. 17. et Burm. ad Val. Flacc. III. 401. et ad Gratii Cyneg. vs. 58.

In universum eventum belli curæ angunt] Nihil quidem moveo, sed tamen video Livium plerumque aliter loqui. VII. 11. 'Tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit.' XXXII. 17. 'Nec eam ignominiam ad unius modo expugnandæ moram urbis, sed ad summam universi belli pertinere ratus.' XXXVI. 7. 'In universi belli cogitationem regem atque eos, qui aderant, avertit.' Et ibidem, 'De ratione universi belli quid sentirem.' Tacit. Hist. II. 42. 'In eventum totius belli certabant.' Adde Gronov. ad X. 5. *Duker. In versum eventum belli* Voss. et Lov. 1. sed literæ *uni* vel *ũi* facile ob similitudinem præcedentium et sequentium intercidere potuerunt. Tum *agunt* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. errore scribarum, de quo vide ad XXIX. 6. § 7.

§ 4 *Redderent Achæis Orchomenon, et Heræam, et Triphyliam; Eleis Alipheram, contendentibus*] Achæi Philippi, Elei Romanorum fœderi erant adscripti, ut XXIX. 12. tradit. Itaque absurdum est dictu, Eleos a Philippo Alipheram contendisse. Hac ego ratione ductus pro *Eleis* restituendum puto *illis*, ut item Achæos intelligamus, hoc sensu: Cum fidem sacrorum suorum suspectam haberet Philippus, misit in Achaiam legatos, qui jusjurandum exigerent, et Achæis Orchomenon, et Heræam, et Triphyliam redderent. Illis Alipheram postulantibus responderi jussit, numquam eam urbem ad Triphyliam attinuisse: propterea quo non Achæis, sed sibi ipsi restituendam esse, quæ una esset ex iis, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent. Rem autem ita esse ostendit, cum addit, 'Et cum Achæis quidem per hæc societatem firmabat.' Hanc eandem sententiam edidit etiam XXVIII. 8. 'Reddidit,' inquit, 'Achæis Heræam, et Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod suorum jus esse finium satis probabant, restituit.' Ut mirer, cum satis aperte rem eo loco expresserit, cur eandem etiam hoc loco iteraverit. *Sigon.* Pall. *Orthomeon, et Theræa, et Triphyliam, Eleis Aliphera.* Neque aliter antiq. ed. *Gebh.* Absurdum est dictu, Eleos a Philippo 'Alipheram contendisse,' non solum quia Elei Romanorum fœderi erant adscripti,

Digitized by Google

ut observat Sigonius, sed etiam quia ipsa phrasis importuna est, 'contendere urbem,' pro 'repetere' vel 'vindicare.' Sed legerat apud Cicer. in Verr. II. 53. 'Et propter magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambitione contenditur.' Id huc congruere existimavit: itaque reposuit *illis Alipheram contendentibus*. Sed ne reliquus quidem sensus sic accipi patitur. Ita enim interpretatur: Illis Achæis Alipheram postulantibus responderi jussit, numquam eam urbem ad Triphyliam attinuisse: propterea non Achæis, sed sibi ipsi restituendam esse. Emendationem in contextum receperunt: sed interpretationem nemo consideravit. Quid enim sibi ipsi? Utrum Philippo? nempe petit restitui sibi, quam cum maxime possidet: an Alipheræis? atqui neque factum illud, neque voluit Philippus, neque illis verbis illum sensum expressisset Livius. Aliphera Megalopolitarum erat, una ex illis urbibus, quæ ad condendam Megalopolin ex concilio Arcadum contributæ fuerant. Ante complures annos eam ceperant Ætolorum auxilio duce Phyllida Elei: ab his Philippus, urgente bello Romano, ut Achæos, quorum corporis erant Megalopolitæ, sibi conciliaret, reddidit eam veteribus dominis. Id pridem dixerat Livius XXVIII. 8. quem frustra in suam sententiam Sigonius adducit, 'Reddidit inde Achæis Heræam et Triphyliam: Alipheram autem Megalopolitis, quam suorum fuisse (antequam scilicet ab Eleis et Ætolis caperetur) finium satis probabant, restituit.' Jam prope manibus tenes, non posse aliter apud Livium legi, quam hoc modo: *simul qui redderent Achæis Orchomenon, et Heræam, et Triphyliam, Megalopolitis Alipheram, cons., nunq. eam urbem fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui, quia una esset ex iis, quæ ad condendam, &c.* Verba illa quæ Sigonius putavit esse responsum aut frustrationem Philippi, sunt Megalopolitarum, jus suum explicantium. Itaque *contendentibus* est 'dictantibus,' 'adseverantibus,' 'magna contentione allegantibus,' non esse eam partem Triphyliæ, ut communi Achæorum cum cætera Triphylia traderetur, sed suæ privatim ditionis esse. Quum in antiquissimo scripto aliquot literæ vocis *Megalopolitis* evanuissent, ex restante cauda ejus librarii fecerunt *Eleis*. J. F. Gron. *Hortomenon* Lov. 2. *Ortomenon* Hearnii L. 1. *Orthomeon* Lov. 4. *Orthomenon* Lov. 6. et Mead. ambo. *Orchomemon* Hearnii N. Deinde *Chereen* Voss. et Lov. 1. *Theroam* Lov. 2. *Theroan* Harl. *Thoream* Lovel. 6. *Thereem* Lovel. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *Theream* Hearnii N. Tum *Triphylum* Hearnii L. 1. *Triphylian* Vossian. et Hearnii N. Hinc *Celeis* Hearnii L. 1. Tandem *Aliphera* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. ante Mogunt. Non tantum cum Gronovio *Megalopolitis*, quod etiam Crevier. probat, sive *Megalepolitis* scribendum videtur, verum etiam, quum Livius Græca terminatione *Orchomenon* dixerit, Græca itidem terminatione dicendum *Heræan*, *Triphylian* et *Alipheran*, quod multi codd. velle videntur. §.

§ 5 *Quæ ad condendam Megalopolin ex concilio Arcadum contributæ forent*] Andreas Romæ *Megalepolim*. Mediolani mutatum est. Pet. *Megalempolim*. Voss. *Megalēpolin*. Significant *Megalenpolin*. Quippe et Græcis sæpius, Stephano, Polybio, Plutarcho ἡ Μεγάλη πόλις. Polybius II. 64. Μετὰ τὴν τῆς Μεγάλης πόλεως ἅλωσιν. Plutarch. in Philopœm. p. 358. προσπεσὼν τῇ Μεγάλῃ πόλει. Iterum Polyb. IV. 7. Καὶ συνῆγε τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Μεγάλην πόλιν. Apud Strabonem bis habetur versus Comici, Ἔρημία μεγάλη ἐσθ' ἡ Μεγαλοπόλις. Posteriore loco [XVI. 738.] legitur Μεγάλη πόλις. Quin et hoc libro

Digitized by Google

c. 22. Voss. *Megalipolitani*, et mox *Megalipolitanos:* ut videatur *Megalepolitani* et *Megalepolitanos* voluisse, etsi lib. XXVIII. omnes *Megalopolitis*, ut et Græci, qui et in nummis fere Μεγαλοπολιτῶν, et Μεγαλοπόλιτης. *J. F. Gron. Megalepolim* Lov. 2. 5. 6. Mead. 1. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Megalĕpolim* Lov. 1. *Megalempolim* Mead. 2. et Gaertn. *Megalenpolin*, ut Gronov. voluit, Lov. 4. Vide etiam ad XXXV. 36. § 10. et XXXVII. 8. § 3. et Gronov. ad XLII. 29. § 7. et Obs. II. 12. 309. Urbes autem, quæ ad condendam Megalopolin ex concilio Arcadum contributæ sunt, enumerat Pausan. Arcad. c. 27. ubi Aliphera etiam inter eas memoratur, et ipsa sæpius Μεγάλη πόλις dicitur, sed incolæ Μεγαλοπολῖται, regio Μεγαλοπολῖτις.

§ 6 *Macedonum animos sibi conciliavit cum Heraclide*] Omittunt duo ista vocabula *sibi conciliavit* Pall. et antiq. ed. referentes ad præcedens *firmabat*. Gebh. Eædem voces desunt etiam in omnibus meis scriptis, et edd. quas vidi, Ascens. a. 1513. antiquioribus: cum illis etiam præpositio *cum* omittitur in Lov. 1. Non sine caussa igitur locum de menda suspectum habent viri docti, cujus sensum esse constituunt, Philippum puniendo Heraclide Macedonum amorem redemisse: id tamen non recte *cum Heraclide* pro 'per Heraclidem' efferri. Neque enim, quemadmodum σὺν Θεῷ, *cum Deo*, pro adjuvante Deo, dicitur, ita hic *cum Heraclide* accipi potest pro 'adjuvante Heraclide,' quasi nihil referat, nolens an volens adjuvet: quæ est Doujatii sententia: neque etiam, quod idem censet, hic agnoscendam puto Livii Patavinitatem. Ut autem locus pristinæ integritati restituatur, meliores codd. exspectandi sunt, nisi quis legere vellet *Macedonum animos sibi conciliavit caussa Heraclidis*. Voces autem *cū* et *cā*, sive *cum* et *caussa*, sæpissime in Mss. confundi, vidimus ad IV. 44. § 10. Verum nondum mihi satisfacio.

§ 7 *Nam cum eum maximæ invidiæ sibi cerneret esse*] Vox *eum* exulat a Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Sed ea ob ductuum similitudinem a voce præcedenti facile elidi potuit.

§ 8 *Bellum, si quando umquam ante alias, cum magna cura adparavit*] Pal. 1. *tum magna cura*. Amplius alter Pal. *tum magna cura apparuit*. Gebh. *Tum magna cura* Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 2. quomodo etiam Dukerus ex conjectura emendabat, docens Cic. post 'si umquam,' 'si umquam alias' sæpe inferre *tum*, vel *tunc*. Tot igitur codicibus subnixam lectionem recepi. Præterea *ante* deest in Mead. 2. Male. Lib. II. c. 22. 'Numquam ante alias publice privatimque Latinum nomen Romano imperio conjunctius fuit.'

§ 9 *Ad Antigoniam fauces sunt (Sthena vocant Græci) missi*] *Antigoniam* omnes in Epiro tradunt. *Stena* autem scribendum est. Plutarch. in Quintio p. 370. Καὶ τὰ Στενὰ φυλάττοντι πολὺν ἤδη χρόνον. *Sigon. Ad Antigoneant* Voss. *ad Anthigoneam* Mead. 1. *ad Antegoneam* Harl. *ad Antigonean* Lov. 1. *ad Antigoneam* Lov. 2. 4. Mead. 2. et Gaertn. quod recepi. Infra XLIII. 23. 'Quum erupissent ab Antigonea armati.' Macedoniæ etiam urbs 'Antigonea' memoratur XLIV. 10. 'Legentes oram Antigoneam perveniunt.' Et 'Ab Antigonea classis profecta ad agrum Pallenensem.' Vide ad XXXI. 43. § 5. Deinde *Scenta* Voss. *Stenta* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Stenna* Lov. 5. et edd. antiqq. *Stena* Ascens. 1513. pro quo quum Curio *Sthena* dedisset, Acensii lectionem Sigonius revocavit, nulli tamen ante Jac. Gronovium eam veram esse persuadere potuit. De hoc loco vide Palmer. Græc. Ant. II. 3. 251.

§ 10 *Maxime idoneum locum credidit*

Digitized by Google

esse] Adjecimus duas voces *maxime idoneum ad muniendum locum*. Gelen. Duæ hæ voces constanter ab omnibus meis exsulant.

Præter amnem Aoum] Plinius III. 23. *Aoum* ponit inter Dyrrhachium ac Apolloniam, atque antiquitus Æanta dictum perhibet. Strabo VII. 316. eadem de Aoo, sed Apolloniam super eo esse ad stadia distantem decem. Ptolemæus III. 13. *Apsum* eo in loco ponit, quemadmodum et hic noster author priore lib. c. 27. de Sulpitii in Macedonia gestis. Strabo loco prædicto hos quidem separat, sed propinquos facit. Quod si hac descriptione hi amnes indicantur, necesse est, supra Antigoniam, quæ ad Oricum est, in jugis prope Pindi nasci ac defluere septentrionem occasumque versus, et ea juga Æropum ac Asnaum dici. *Glarean. Acum* Voss. et Lov. 1. et 6. *Apsum* Gaertn. Male. De duobus his fluminibus Apso et Aoo vide Palmer. in Græc. Antiq. lib. I. cap. 28. et 26. ubi etiam de loco agit a Philippo munito, de quo etiam vide eumdem II. 2. 252. De Aoo vide etiam ad XXXIII. 4. § 1.

§ 11 *Alterum Æropum, alterum Asnaum incolæ vocant*] *Mororum* Lov. 1. *Merorum* Voss. et Hearnii L. 1. *Meropum* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et ed. Camp. *Meroum* reliqui typis excusi usque ad Mogunt. qui *Æropum* dederunt: quomodo nonnulli codd. omnesque edd. mox hoc eodem § præferunt. Ut litera prima *M* voci adhæserit ex ultima præcedentis, vide ad XXXVII. 29. § 8. Mox autem in quibusdam Mss. ei adhæsit ex similitudine vocis præced. *in*. Alibi *Æropi* mentio non obcurrit, nisi si admittenda sit conjectura Ortelii, qui in Thesaur. Geogr. voce 'Asnaus' apud Arrian. de Exp. Alex. M. I. 18. pro Ἀλέξανδρον τὸν Ἀερόπου legendum censet τὸν Ἀέροπον, atque hunc montem intelligit. Quæ lectio si vera est, etiam hic quadrisyllabos legendum erit *Äeropum*. Deinde *Asnaeum* et mox *Asnaeenum* Hearnii L. 1. Nihil hic mutant Voss. et Lov, 1. sed mox legunt *Asneum*. Utrobique *Asanum* Lov. 6. *Asuum* Gaertn. Sed neque hunc alibi memoratum inveni. Mox *super ipsam*, pro *super ripam*, Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *super ipa* Voss. unde intelligitur, primo posterioris vocis literam initialem a præcedentis finali elisam esse, postea vero alios locum ulterius corrupisse. Deinde *ipse enim Meropo* Voss. *ipse enim in Europo* Hearnii L. 1. *ipse enim in Æropo* Lov. 1. 5. et edd. usque ad Aldum, qui additam vocem primus expunxit.

§ 12 *Qua abscisæ rupes erant*] *Abscisæ* Voss. Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXI. 34. § 4.

Statio paucorum armatorum tenebat] Vide Gronov. ad XXIV. 3. et XXVII. 17. *Duk.*

Quæ minus tuta erant, alia fossis] Pall. *qua instituta erant*. Gebh. Ita etiam Voss. Lov. 1. 2. 6. et Mead. ambo: *qua instituta erat* Lov. 4. *qua restituta erant* Gaertn.

§ 13 *In conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus, suisque spem ex fiducia faceret*] *In conspectu maximo tumulo* Harl. et Gaertn. *in conspectu maximo in tumulo* Lov. 2. *in conspectu maxime tumulo* Voss. Lov. 1. et Mead. 1. Male. Vide ad XXII. 24. § 5. Deinde *ut terrorem sui hostibus, suisque spem faceret* Harl. Paullo ante *procul terrerent hostem* Gaertn. Tum *deposita est* Lov. 2.

CAP. VI. § 1 *Consul per Charopum Epirotem*] Plutarch. in Quint. pag. 370. τὸν Χάροπα vocat, itemque is, qui de Viris Illustribus scripsit c. 51. Veteres lib. habent etiam *Charopem*. Sigon. Pal. alter *per Charopem*. Gebh. Χάροπα non modo Plutarchus in Quintio, sed etiam pluribus locis vocat Polybius. Scio ut 'Harpax' Plauto in Pseudolo reddatur 'Harpagus,' ut

Digitized by Google

φόλαξ φόλακος, ut Θρᾷξ 'Thraca palus, Arabs Arabo rore.' Tamen quia video fideliter ubique Nostrum Græca nomina ex Polybio expressisse, neque adeo differre, nisi ubi corruptus est, quod aliquot exemplis ostensum, adsentior Sigonio, tertia potius declinatione quoque 'Charopem,' et alibi 'Charopis,' 'Charope' dixisse. Neque meis auribus durius accidit 'Charops,' quam 'Pelops.' Nec in Archonte primo eorum, qui denis annis præfuerunt, id mutavit Velleius lib. I. capp. 2. et 8. Scripti partis hujus Livii, qui in bibliothecis videntur hactenus, admodum antiqui non sunt, ut mirum non sit, in talibus omnes esse depravatos. *J. F. Gronov.* De hoc nomine aliquid dictum est ad Thucyd. II. 80. Hic sequendos puto libros scriptos Livii et auctores Græcos. *Duk.* In uno tantum ex Pall. se *Charopem* invenisse Gebhard. testatur, et talem etiam cod. Sigonius versasse videtur. Omnes mei, et Gronovii Mss. in terminationem secundæ declinationis servandam conspirant; quamvis in prima syllaba dissentiant. *Claropum* est in Lov. 1. *Carropum* in Gaertn. *Caropum* in Lov. 1. et 6. Vide Arntzen. ad Aur. Vict. de Viris Ill. cap. 51. Reliqui omnes *Charopum*. Deinde *Epiroten* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Et ita legendum, vel *Epirotam*, ut apud Aur. Vict. de Viris Ill. c. 33.

Vere primo in continentem trabeatus ad hostem ducere pergit] Vox *trabeatus* prodigii similis est. Vet. lib. *tralatus*, quod placet, ut sit e Corcyra in continentem, id est, in Epirum cum transtulisset sese. Paullo post cap. 16. 'Corcyram transvectus.' *Sigon.* Pall. *vere primo continentem trabeatus.* Vet. ed. *in continentem trabeatus.* Gebh. Et hoc [*tralatus*] ab Sigonio est. Nam vulgares ante *trabeatus*, quod monstrum et calamo exarati fere servant. Venetæ membranæ cœnobii Antoniani expresse *in continentem trajectus.* Id quod pro Liviano vendito. Lib. XXI. cap. 56. 'Exercitus Placentiam est perductus, inde Pado trajectus Cremonam.' Infra hoc lib. XXXII. c. 17. 'Hac summa redemti in Bœotiam inermes trajecti.' Et sic Andreas præcedenti lib. cap. 45. 'Ab Delio, qui ex pacto trajecti eo fuerant.' At Aldina et posteriores *transvecti.* Si tamen malis *transvectus*, non valde repugnabo: præsertim cum exarati manu codd. hujus partis plerumque pro hac voce *travectus* haberent, quæ scriptura facilius potuit in *trabeatus* corrumpi. Sic infra cap. 16. 'Cum duabus quinqueremibus Corcyram travectus.' *J. F. Gronov.* Aldus Manutius Quæsit. per Epist. III. 3. corrupta hujus loci scriptura deceptus scribit, consules in bello trabeis usos esse, quod nusquam legi puto. *Duk.* *Trabeatus* superest in Lov. 1. 4. 5. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii L. I. ac N. *trabatus* in Voss. et Lov. 1. *trajectus* in Lov. 6. et Harl. Ita auctor Epit. Liv. lib. XXXII. 'L. Quinctius Flamininus, &c. in Eubœam et maritimam oram trajectus, Eretriam expugnavit.' Id autem dictum puto active pro 'quum trajecisset.' Multa enim participia passiva temporis præteriti activa significatione usurpari, docuit Burm. ad Vell. Pat. II. 97. § 4. et, quem ibi laudavit, Periz. ad Sanctii Minerv. I. 15. num. 4. Livium autem ab eo non abhorruisse, constat ex participio 'juratus,' quo utitur pro 'eo qui juravit.' Infra hoc libro c. 22. 'Juratus se eum sua manu interemturum.' Vide etiam ad XXVI. 33. § 14. ubi quædam exempla Gronov. laudavit.

§ 2 *Postero die concilium habuit*] Gronov. ad XLIV. 2. § 5. monuit *consilium* scribendum esse; intelligi enim legatos, tribunos militum, quosque, quoties aliquid deliberandum incidebat, advocabat imperator; id autem non *concilium*, sed *consilium*, vocari.

Digitized by Google

Et ita legunt etiam Lovel. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et alii: neque aliter præferunt edd. vett. usque ad Modianam, quæ prima *concilium* substituit. Recte igitur Crevier. ex mente Gronov. *consilium* revocavit, quod etiam Dukerus verum esse monuit.

§ 4 *Hoc consilium per multos dies agitanti nuncius venit*] *Agitante* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et ed. Rom. princeps. Sed frustra. Supra 1. 7. 'Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures.' IX. 33. 'Novus exercitus domo adcitus Etruscis venit.' XXIV. 14. 'Tempus venisse eis libertatis.' XXIX. 12. 'Nuncius regi venit, Romanos Dyrrhachium venisse.' XXXII. 28. 'Quinctio prorogarunt imperium, donec successor ei venisset.' XXXVI. 9. 'Antiocho legati ab Larissa venerunt.' Vide Nic. Heins. ad Nas. Her. IV. 113.

§ 5 *Et quia recto itinere nequierit*] Copula primum adparuit in Heinsii Elzevir. quam quidem recentiores omnes servarunt: quum tamen illam ignorent non tantum priores typis, sed et omnes manu exarati codd. et sine ea sensus constet, iterum inducendam judicavi.

§ 6 *In qua erant castra regia*] Pall. et antiq. ed. *castra regis.* Gebhard. Non aliter Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1535. Passim 'regis' et 'regiis' in Mss. confunduntur. Vide ad XXIV. 21. § 5. XXIX. 32. § 1. XXX. 5. § 6. c. 8. § 3. XXXII. 11. § 2. cap. 37. § 1. XXXV. 47. § 6. XXXVI. 17. § 13. c. 19. § 7. XXXVII. 16. § 7. cap. 23. § 7. XL. 21. § 9. Similiter 'quæstoris' et 'quæstoriis;' vide ad IV. 54. § 8. 'colonis' et 'coloniis;' ad V. 33. § 9. 'censoris' et 'censoriis;' ad VII. 22. § 11. 'imperatoris' et 'imperatoriis;' ad IX. 18. § 5. 'subsidiaris' et 'subsidiariis;' ad IX. 32. § 11. 'collegis' et 'collegiis;' ad X. 24. § 2. 'Gallis' et 'Galliis;' ad XXI. 28. § 2. 'patris' et 'patriis;' ad XXIII. 8. § 4. 'prætoris' et 'prætoriis;' ad XXVII. 47. § 5. 'sacrilegis' et 'sacrilegiis;' ad XXXI. 12. § 2. 'Lacedæmonis' et 'Lacedæmoniis;' ad XXXIV. 29. § 2. 'Martis' et 'Martiis;' ad XXXVIII. 17. § 18. Ratio est, quod olim loco duplicis *ii* scriberetur *I* majusculum; quod non observantes librarii in *i* simplex minusculum converterunt. Eædem voces tamen etiam ibi confunduntur, ubi illa erroris origo statui nequit. Ita 'eques regius' et 'regis;' vide ad XXXI. 35. § 6. Similiter 'domus nobiles' et 'nobilium;' vide ad VI. 36. § 12. 'castra Romana' et 'Romanorum;' ad VII. 7. § 2. 'Spectaculum gladiatorium' et 'gladiatorum;' ad XXXIX. 42. § 9. Ceterum 'castris, præsidiis regis' etiam alibi dixit Livius, nisi librarii aberrarint. Vide ad XLIV. 6. § 9.

§ 7 *Et signa militaria centum triginta et duo, equites ducentos triginta*] Legendum *equos CCXXX.* non *equites.* Gelen. *Equos* etiam omnes mei præter Lov. 5. qui editis *equites* exhibentibus consentit. Præterea voces *et duo* desunt in Hearnii N. *centum triginta duo* legunt omnes codd. mei cum Hearnii L. 1. *centum XXXII.* omnes excusi usque ad Paris. qui *et duo* dederunt. Id recentiores servarunt. Sed codd. sequor.

Ædem etiam Jovi in prælio votam] *Ædem Jovis eo prælio votam* Voss. *ædem Jovis etiam in eo prælio votam* Gaertn. *ædem etiam Jovi in eo prælio votam* Lov. 2. *ædem etiam Jovis in eo prælio votam* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad Mog. qui *Jovis* mutavit in *Jovi.* Postea ultima Grut. ed. insuper ejecit pronomen *eo:* quod revocavi. Nec displicet etiam *Jovis* ob codd. fidem. Nam eodem modo 'vovere ædem Jovis' et 'Jovi' dici posse puto, quo 'dedicare ædem Jovis' et 'Jovi.' Vide ad V. 23. § 7.

Digitized by Google

CAP. VII. § 2 *Et P. Ælius Pætus*] Pall. utrique appellatur *Caius*. Gebh. Similiter Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed P. ALLIVS, vel AELIVS vocatur in Fastis Capitol. Ceterum *et proconsul Ælius* est in Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad XXVIII. 16. § 14. *Et consul Ælius* Lov. 4. quod ex prænomine *Caius* corruptum esse, patet ex illis quæ notantur ad XXII. 14. § 13.

Senatum sine ullius nota legebant] Vet. lib. *legerunt*. Recte. Sequitur enim 'locarunt.' *Sigon.* Pall. et antiqua ed. *regebant*. Gebh. Similiter legunt Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. usque ad Frob. qui a. 1535. *legebant* substituit. Vide ad Epit. Liv. lib. XVIII. *Gerebant* corruptius, pro *regebant*, literis transpositis, est in Lov. 1. Vide ad XXVII. 40. § 2.

§ 3 *Portoria venalium Capuæ Puteolisque*] Legendum *venalicium Capuæ*, non *venalium*. Gelen. Vet. lib. *venalium*. Sigon. Similiter omnes mei. Vide Burm. de Vectig. c. 5. p. 55.

Item Castrorum portorium] Pall. et antiqua ed. *castrum portorium*. Gebh. Quæ aut quo loco castra illa, quæ Livii ætate oppidum erant, fuerint, non scio. Cluverius, Ortelius, et Cellarius tacent. Sigon. de Antiq. Jur. Ital. II. 5. *Castrorum Portorium* inter colonias recenset, quasi hoc nomen oppidi fuerit. Sed ex præcedenti 'portoria,' et ex eo quod Livius dicit 'portorium fruendum locarunt,' nemo non intelligit, *portorium* non esse nomen loci. *Duker.* Quum Capua, Puteoli, Tifata fuerint in Campania, ibidem etiam 'Castra,' quorum portorium fruendum locatum est, quærenda existimo. An igitur intelligendum castellum, ad ostium Vulturni tempore belli Punici secundi munitum? de quo Livius XXV. 20. 'Ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum.' Quemadmodum ibi Livius 'ubi nunc urbs est,' ita hic 'quo in loco nunc oppidum est.' Eo nunc non colonia deducitur, sed trecenti coloni adscribuntur, anno demum seq. lex lata est, ut eo colonia deduceretur. Infra hoc lib. c. 29. Id quod tandem factum est triennio postea. Infra XXXIV. 45. Ceterum Buleng. de Vectig. c. 6. ex hoc loco docentem, fuisse portoria rerum venalium et castrorum, refellit Burm. de Vectig. c. 5. p. 51.

Is enim numerus finitus, &c. erat] Τὸ *enim* non conspicitur in Voss. Supra X. 39. 'Papirius, novo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duroniam urbem expugnavit:' ubi etiam multi *enim* interponunt. Vide quæ ibi notantur. Verum uni hic cod. fidem habere temerarium foret.

§ 4 *A M. Porcio Lecca*] *Læca* ex vetustis argenteis nummis. *Sigonius.* Pall. utrique appellatur *P. Portius Lecca*. Gebh. *Lecca*, quod etiam servant Lov. 4. Harl. et Mead. uterque, demum adparuit in Ascens. ed. 1513. Priores *Leca*, quomodo, vel *Læca*, est in reliquis scriptis, ut Sigon. recte restituit; quem etiam vide ad XXXIII. 42. § 1. *Corvo*, pro *Læca*, est in Hearnii L. 1. Præterea Porcii prænomen *M.* unus servat Lov. 5. editis adsensus; reliqui omnes cum Hearnii L. 1. a *P. Porcio*, quod recepi: infra enim 'P. Porcius Læca' triumvir epulo, et mox prætor creatur XXXIII. 42. Pighius quidem duos Porcios Læcas, alterum 'Marci,' alterum 'Publii' prænomine vocatos, circa hæc tempora statuit, quorum Marcum a. IDLIV. Publium a. IDLV. tribunos plebis, ambos etiam antea quæstores fuisse putat. Attamen ipse ad a. IDL. p. 225. notat, duos Porcios Læcas ejusdem temporis a Livio nominari, Marcum et Publium, eorum autem hunc tribunum plebis et prætorem recenseri. Verum 'P. Porcius Læca' non recensetur apud Livium tribunus plebis, nisi hic *P. Porcio*, pro *M. Porcio*, legamus.

Digitized by Google

Privatus urbem ingrediens] Cur *privatum* dicat, docet Gruchius c. 4. Refut. ad poster. Sigonii Disput. *Duk.*

Mille ducenta pondo argenti, triginta pondo ferme auri] Suspecti sunt mihi numeri. Fuerat multos annos cum Lentulo in Hispania, et multa fortiter ac feliciter gesserat: Lentulus autem in ærarium tulit 'argenti quadraginta quatuor millia pondo, auri duo millia quadringenta,' XXXI. 20. Confirmat suspicionem, quod a duobus libris apud Hearne abest *mille*. Duk. Hearnii est N. qui, ut et Lov. 4. et Mead. 2. omittunt τὸ *mille*. Sed *L. et ducenta pondo* legit Hearnii L. 1. *mille et ducenta pondo* Voss. et Lov. 6. a m. sec. Reliqui nihil mutant.

§ 5 *C. Bebius Pamphilus*] *Cn. Bæbius Tamphilus*, ut supra. *Sigon.* Vide ad XXXI. 49. § 12.

§ 6 *Supra sex millia et sexcentos milites amisit*] *Circa millia* Voss. a m. pr. *supra millia* a m. sec. simul cum Lov. 1. et 6. *supra sex millia sexcentos* Harl. Mox *tanti ex eo bello, qui timeri* Voss. *tanta ex eo bello, quæ jam timeri* Lov. 1.

§ 8 *M. Fulvium et M. Curium tribunos plebis*] *M'. Curium* lege ex Plutarcho in Quintio p. 369. Τῶν δὲ περὶ Φούλβιον καὶ Μάνιον δημάρχων ἐνιστα-μένων. Quamquam vulgo mendose legitur Μάλλιον, pro Μάνιον, ut sæpe alias. *Manius* certe prænomen Curiis familiarissimum est. *Sigon.* Curio 'Marci' prænomen tribuunt Hearnii L. 1. et omnes mei, nisi quod nullum ipsi det Lov. 4. Solent hæc prænomina passim a librariis commutari. Vide ad XXVII. 25. § 2. Adde quæ notantur ad XLV. 38. § 11. *Furius*, pro *Curius*, est in Hearnii L. 1. Deinde *tribunum plebis* Lov. 5. et ed. Camp. *Titum Romuleum plebis* Voss. et Lov. 1. *et T. Romuleum tribunos plebis*, duplici lectione juncta, Lov. 6. et Harl. Vide ad XXXI. 6. § 4.

§ 10 *Jam ædilitatem prætauramque fastidiri*] Plutarchus Quintium ad consulatum pervenisse ait, non ædilitate solum et prætura, sed etiam tribunatu plebis omissis; neque intelligit, Quintium, quia patricius erat, tribunatum plebis ne petere quidem per leges potuisse. Propterea de eo nihil Livius: ille autem ita in Quinct. p. 369. τὰς διὰ μέσου καὶ συνήθεις τοῖς νέοις ἀρχὰς ὑπερβάντα, δημαρχίαν, καὶ στρατηγίαν, καὶ ἀγορανομίαν. Idem in Apophthegm. p. 197. *Sigon. Ædilitatem, prætauram fastidiri* sine copula Mead. 1.

Transcendendo media] An *medio?* id est, eo quod medium est inter summa et ima. *J. F. Gron.* Huic conjecturæ favet Gaertn. *transcendendo medios* obferens, ubi ultima litera τοῦ *medios* repetita est ex prima vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. De ipsa locutione dictum est ad I. 53. § 3. Sed reliqui vulgatum tuentur. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 11 *Res ex campestri certamine in senatum venit*] Pall. *in senatum pervenit*. Gebhard. Pariter Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Verum 'in arbitrium senatus venire' dixit XXXIII. 34.

Quem sibi capere per leges liceret] Nondum latis legibus annalibus, quæ magistratus ordine geri jusserunt. Vide Gruch. de Comit. Rom. I. 3. *Duk.*

§ 12 *Sex. Ælius Pætus*] Noris. ad Cenotaph. Pis. III. 9. scribit, ex eo, quod in Fastis apud Gruter. CCXCIII. anno 554. P. ALLIVS. PAETVS et anno 555. SEX. ALLIVS. PAETVS consules nominantur, ac deinde a. 559. SEX. AILIVS. PAETVS. CATVS. censor, inferri, hanc gentem prius *Alliam* nuncupatam, et Sextum hunc omnium primum *Ailium* appellatum fuisse. Quam recte id hinc inferatur, alii existimabunt. Mihi *Allius* vel fabri, vel illius qui lapidem descripsit, error esse videtur pro *Ailius*. Hoc ex eo conji-

Digitized by Google

cio, quod in lapide, eo loco, quo nomina consulum anno 552. scripta fuerant, rupto, hæc supersunt L. N. LENTVLVS. P. AI. Nam hi sunt Cn. Cornelius L. F. L. N. Lentulus et P. Ælius Pætus, quos illius anni consules memorat Livius lib. XXX. capp. 40. et 44. Nec intelligo, quam rationem habeat, quod Sextum primum omnium 'Ailium' appellatum dicit. Nam quod idem, qui in anno 555. 'Allius,' deinde in an. 559. 'Ailius' scribitur, id magis ad confirmandum, quod de vitio scripturæ in Fastis dixi, quam ad stabiliendam illius sententiam valere arbitror. Hoc quoque satis ambiguum et obscurum est, quod eos, qui 'Allii,' ac deinde 'Ailii,' ut ait, erant, postea 'Ælios' dictos fuisse, et Livium in fine lib. XXXI. et lib. XXXII. 'Sex. Ælium Catum' vocare dicit. Nam facile, qui hoc legit, credere potest, ei a Livio cognomen 'Cati' addi, quod nusquam in Livio legitur. Verum est, nomen Sexti, qui 'Catus' dictus fuit, in Livio non 'Allius,' nec 'Ailius,' sed 'Ælius' scribi, quod virum doctissimum dicere voluisse puto: sed nomen hujus gentis non hic demum, verum jam VIII. 15. IX. 7. l. X. capp. 9. 23. et multis aliis locis ante hunc ita in Livio scriptum legitur. *Duk.* In eadem, in qua Norisius, opinione, gentem 'Æliam' primum 'Alliam,' et quidem ab alliorum cultu, adpellatam, id autem nomen postea tenuiore pronunciatione in *Ailiam*, ac deinde in *Æliam* mutatum esse, fuit etiam Pighius in Annal. ad a. IDLII. p. 236. Similiter etiam sive Ursin. sive Patin. in numm. Famil. in gente Ælia, ubi etiam profertur nummus, in cujus altera parte legitur C. ALLI. in altera BALA. cui similem edidit Beger. in Thes. Brand. tom. II. pag. 530. Utrum tamen ad gentem 'Alliam,' sive 'Æliam,' pertineat, obscurum puto. Certe plures 'Allieni' sive 'Allienii' memorantur apud Glandorp. in Onom. et Pighium in Ann.

§ 13 *M. Porcius Cato*] Apud Ciceronem de Sen. c. 4. hic ipse Cato ait, consulibus Cethego Tuditanoque prætorem se factum, eumque gessisse magistratum, quo anno Livius eum quæstorem fuisse scribit XXIX. 25. anno secundi belli Punici quintodecimo, ac hoc demum anno, qui tertius est belli Macedonici, prætorem factum. Porro postea in eodem dialogo c. 13. tanquam oblitus eorum quæ antea dixerat, Cato: 'Sodalitates autem' (inquit) 'me quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis Magnæ Matris acceptis.' Constat autem ex eodem Livio XXIX. 14. Idæam matrem susceptam iisdem jam dictis consulibus, anno, inquam, quintodecimo secundi belli Punici. Ego priorem Ciceronis locum corruptum puto: quod ideo annotandum duximus, ne argutulus quispiam hunc ex illo emendare tentet. *Glarean.* Difficultati, a Glareano hic et ad XXIX. 25. § 10. motæ circa dissensum Livii et Cic. in designando tempore et annis magistratuum a Catone gestorum, diu viri docti satisfecerunt notis ad Cic. de Senect. c. 4.

C. Ælius] Vetus lectio *C. Helvius.* Gelen. Priscam lectionem servant plerique codd. at insuper prænomen *C.* omittunt Voss. Lov. 1. 6. et Mead. ambo. Prænomine nomini coalescente *Celius* est in Gaertn. Vide ad XXXVIII. 35. § 2. *C. Helius* Hearnii L. 1. Sed *C. Helvius* vocatur Nepoti in vit. Cat. c. 1. 'Ædilis plebis factus est cum C. Helvio:' ubi Magius, vitiosis Livii exemplaribus abiatus, *C. Ælius* perperam substituere conabatur. Neque rectius ad eumdem locum notavit Bosius, 'Helvius' cognomen esse gentis 'Ebutiæ,' gentem 'Helviam' et cognomen gentis 'Ebutiæ Helva' vel 'Elva' inperite confundens. Vide ad c. 26. § 2.

§ 14 *Et C. Cornelio Cethego*] *Cæci*

Digitized by Google

prænomen ei tribuunt Lov. 2. 4. 5. Mead. 1. Gaertn. et edd. ante Aldum. Sed 'Caius' dicitur lib. XXXI. capp. 49. et 50. Et ita vocandum docet Sigon. hoc lib. c. 27. § 5.

§ 15 *Ser. Sulpicius et L. Galba pontifices*] Lege *Ser. et C. Sulpicii Galbæ pontifices.* Servius creatus pontifex fuerat a. CCCCLVII. Caius vero a. CCCCLVIII. *Sigon.* Recte ita emendat Sigonius e duobus locis Livii infra scriptis. Idem vir summus et merito in principibus eruditorum nostræ memoriæ numerandus Henr. Norisius Cenotaph. Pisan. II. 7. scribit se numquam legisse 'duos ejusdem familiæ' in idem collegium sacerdotum cooptatos, ac deinde, veterem hujus loci lectionem a Sigonio jure repudiatam referens, addit, certum esse 'L. Galbam' fuisse e gente Sulpicia, 'cui tantum Galbæ cognomen proprium fuerit.' Hæc ita scripta sunt, ut, quia antea dixerat, se numquam legisse, duos ejusdem familiæ in idem collegium cooptatos, satis appareat, eum existimasse, 'L. Galbam tantum' ex familia Galbarum gentis Sulpiciæ, 'Ser. Sulpicium' autem ex alia ejusdem gentis familia, quæ multæ erant, fuisse. Si ita sensit, accidit ei, quod sæpius mihi, quam illi. Nam certissimum est, utrumque horum ex eadem familia Galbarum gentis Sulpiciæ fuisse. Ita enim scribit Livius XXX. 26. in a. IDL. 'In ejusdem' [Q. Fabii Maximi] 'locum pontifex Serv. Sulpicius Galba' inauguratus est. Et eodem lib. c. 39. 'L. Manlius Torquatus pontifex eo anno'[a. IDLI.] 'mortuus est: in locum ejus suffectus C. Sulpicius Galba.' Tres 'Sulpicios Galbas' circa hæc tempora memorat Livius: primum P. Sulpicium Galbam bis consulem XXV. 41. et lib. XXXI. capp. 4. 5. et a. IDL. dictatorem XXX. 24. secundum Ser. Sulpicium Galbam ædilem curulem, legatum ad Attalum et pontificem. XXVII. 21. XXIX. 11. XXX. 26. tertium C. Sulpicium Galbam pontificem XXX. 39. Ex his 'Servius' et 'Caius' hoc anno mortui sunt. 'Servium' Pighius ad a. IDLIII. fratrem 'Publii' vocat, ex conjectura opinor. *Duk.* Lectio vulgata merito Sigonio displicuit. Partim enim 'Lucii' prænomen in gente Sulpicia insuitatum fuit. Vide ad XL. 28. § 8. Partim lectio illa in nullo exstat codice. Prima etiam editionum, quæ eam exhibent, est Mogunt. antea edebatur *Ser. Sulpicius et Galba pontifices:* quod servant fere omnes codd. et mei, et Hearnii L. 1. et N. nisi quod *Furius Sulpicius et Galba* sit in Lov. 1. *Ser. Sulpicius et Galbæ* in Lov. 4. Sed verum recte Sigonius deprehendit. Sæpe librarii, ubi Livius duorum vel magistratuum vel sacerdotum aut prænomina aut nomina, quæ utrique eadem erant, numero plurali extulit, errarunt. Vide ad IV. 48. § 1. VI. 22. § 1. et XXV. 3. § 13. Ceterum recte Sigonius quidem duos Sulpicios Galbas hoc tempore pontifices fuisse docet, in edendo tamen anno, quo sacerdotium hoc adepti sunt gravissimum errorem commisit. In posterioribus Scholiorum Sigonii edd. dicuntur anni CDLVII. et CDLIII. in iis quæ Sigonius curavit, CDLVII. et CDLVIII. ut hic edidimus. At veri anni fuerunt IDXLVII. et IDXLVIII. nempe secundum rationes chronologicas, quas Sigonius in Livio sequi solitus est.

CAP. VIII. § 3 *Ne aut ipse provincia decederet*] Scribendum *vetitusque aut ipse provincia decedere.* Gelen. Lectionem a Gelenio exactam perhibent quoque Pall. *utque aut ipse prov. dec. prius, aut veterem deduceret ex.* Antiq. ed. *neque aut ipse pror. dec. prius, aut veterem deduceret ex.* Gebh. Lectio, quæ Gelenio displicuit, et superest in Lov. 5. et Harl. primum adparuit in edd. Ascens. Antiquiores enim, quas vidi, legunt *neque aut ipse provincia decederet:* quod in nullo cod.

Digitized by Google

obvium fuit. Sed *ut aut ipse provincia decederet* legunt Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo: *ut aut ipse prov. decedet* Gaertn. *uti ipse aut prov. decederet* Lov. 6. *uti aut ipse prov. decederet* Hearnii L. 1. Mox *aut veterem deduceret exerc.* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Harl. et edd. antiqq. *aut veterem ex. deducet* Gaertn. *aut veterem ex. deduceret* Aldus: *aut veterem ex. deducere* primus substituit Frob. anno 1535.

§ 4 *Sortiti consules provincias. Ælio Italia*] Scribe *Sortitis consulibus prov., Ælio Italia, Quintio Mac. evenit.* Sic magis frequentat Noster. *J. F. Gron.* At vide quæ notantur ad III. 22. § 3. Gronovio nulli codd. adsentiuntur.

§ 5 *Prætores, L. Cornelius Merula*] *Titus Cornelius* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 1. *T. Cornelius* Mead. 2. Harl. et Gaertn. Prænomen omittitur in Hearnii L. 1. At, *Titi* prænomen in gente Cornelia hoc tempore usurpatum fuisse, non notavi. Et cap. etiam præc. *L. Cornelius* vocatur, ubi quidem nonnulli codd. solito scribarum mendo *Lelius Cornelius:* verum ipse hic error *L. Cornelius* scribendum docet. Ceterum quum mox sequatur ' est sortitus,' vide num præstet ' Prætorum L. Cornelius Merula urbanam.' De locutione egimus ad XXII. 40. § 6. Error tum ortus erit, quod per compendium scriptum fuerat *Prætt.* Vide ad XXIV. 28. § 1. et mox hoc cap. ad § seq.

§ 6 *Præter consulares exercitus*] *Præter consularem exercitum* Voss. Lov. 5. 6. a m. pr. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Uni quidem consulum, cui Italia obveniret, novus omnis exercitus decretus est: alter tamen in veteris supplementum magnum satis militum numerum scribere jussus est. Et hinc Livius etiam *consulares exercitus* dicere potuit. *Post consularem exercitum* Lov. 1. Paullo ante *Dilectus* Lov. 4. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Prætores quoque jussi scribere militi tes erant. Marcello in Siciliam] Sic jam ab Andrea. Sed filum orationis flagitat *Marcellus:* et mox *Cato in Sardiniam*, non *Catoni. J. F. Gron. Marcello* et *Catoni* constanter etiam omnes codd. quam tamen lectionem ferri non posse, Gronov. consentio. At propius est ut vitium non in his, sed in præcedentibus, quæramus, et cum Crevierio legamus *prætoribus quoque jussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam. Jussi erant* nempe consules. Ita mutatio minima, aut potius nulla erit, et errori caussam dederit compendium scribendi *prætt.* quod non *prætores*, sed *prætoribus*, erat reddendum. Vide ad § præc.

§ 7 *Quatuor millia peditum socium Latini nominis, et trecentos equites*] *Socium et Latini nominis* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Moguntina priores. Mox *ex eodem genere militum mille pedites* Lov. 1. 4. 5. Voss. et edd. ante Aldum: *ex eodem genere militum mille duo millia peditum* Hearnii L. 1. Tum *CCC. equites*, pro *ducentos*, Mead. 2.

§ 8 *Ita ut prætores ambo*] Pall. et antiqua ed. *ita ut hi prætores ambo.* Gebh. Pronomen, quod tuentur et codd. omnes, et edd. antiqq. demum exsulavit ab ed. Francof. a. 1578. Id jam recte Gronov. in contextum revocavit.

§ 9 *Terra marique Romanam rem juvare*] *Rem Romanam* Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *vè consules* omittit Lov. 2.

§ 12 *Id gratum senatui esse*] Membranæ, *id gratum senatui fore.* Nempe crediderunt, pro accepto beneficio repræsentandam, non promittendam esse gratiam: itaque mutarunt, cum acciperent *gratum esse* pro ' placere,' ' voluptatem adferre.' At sensit auctor, ejus rei memorem fore senatum gratiis opere reque referendis. Per-

Digitized by Google

nde ut IV. 48. 'Suadendo, monendo, pollicendoque, gratum id singulis privatim, gratum universo senatui fore:' hoc est, et singulos Patres, et universum senatum gratiam relaturos. *J. F. Gron.* Vellem Gronov. addidisset, in quibus membranis *gratum senatui fore* reperisset, ut de meritis codicis constare posset. Mss. undecim mei (nam Lov. 3. ab hoc demum cap. incipit) et Hearnii L. 1. ac N. constanter *esse;* quod reduxi. Si enim auctor sensisset, quod Gronov. existimat, omnino dixisset *gratum senatum fore.* Verum *id gratum senatui erit* non aliter accipi potest, quam id senatui placebit, ipsi voluptatem adferet. Et eo sensu etiam locum Livii, quem laudavit, intelligendum contendo. Cic. ad Q. Fratr. III. 1. § 4. 'Id mihi pergratum perque jucundum erit.' Paullo ante *classibus altisque copiis* Lov. 3.

§ 13 *Auxilia nec ipsos missuros, &c. nec Attali auxilia retenturos*] Crevier. posterius illud *auxilia* omnino vacare, et videri e margine in contextum irrepsisse pronunciat. Superest tamen in omnibus scriptis et editis.

§ 14 *Et principium et finem in potestate ipsorum*] *In potestatem* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Ven. 1498. et aliis. Et eo ducunt reliqui Mss. Lov. 1. 3. et Voss. qui præferunt *et potestatem.* Certe nullus tuetur *in potestate,* quod demum etiam vidi in edd. Tarvisinis. Vide ad II. 14. § 4.

§ 15 *Uti. Populo Romano gratum eum facturum et senatui, si Antiochus regno Attali*] Scribe et distingue sic *uti populum Romanum. Gratum eum facturum senatui, si regno, &c.* Gelen. Scripti et vett. edd. *et senatui.* Sustulit particulam Gelenius. Fortassis *adv. Phil. communem hostem utenti populo Romano gratum eum facturum et senatui.* Buslid. *futurum:* unde Rubenius, *Gratum ei futurum et senatui.* J. F. Gron. *Populo Romano* superest in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. utroque: *populo,* omissa voce sequenti, in Lov. 6. Reliqui per compendium exhibent *po. Ro.* quomodo etiam legunt edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. quod qua ratione exponendum foret, nescientes librarii reddiderunt *populo Romano,* et retulerunt ad sequens 'Gratum;' quum reddendum esset *populum Romanum,* et ad præcedentia pertineret. Sæpissime eos ita lapsos esse, videbimus ad XXXIX. 47. § 11. Deinde *futurum* etiam Voss. Lov. 1. 6. Hearnii L. 1. et duo codd. Crevierii. Solent hæc vocabula sæpe numero a librariis confundi. Vide ad II. 1. § 4. VIII. 3. § 1. IX. 5. § 11. c. 33. § 7. XXII. 39. § 7. XXXV. 39. § 3. XXXVI. 43. § 9. XXXVII. 5. § 1. Quum autem vocula *et,* quam Gelenius sustulit, in omnibus scriptis constanter exstet, non displicet Rubenii conjectura *Gratum ei,* nempe populo Romano, *futurum et senatui.* Minus certe a vulgato recedimus, si invitis codd. *eum* in *ei,* quam *uti* in *utenti* mutamus: *eum* non vitabatur in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. Deinde *si Antiochus regno* Lov. 1. Harl. et Gaertn. Sed recte Gelenius mediam vocem expunxit, quam non tantum nesciunt reliqui codd. sed etiam edd. Camp. et Rom. 1472.

CAP. IX. § 1 *Ut eos fere legerent, qui, &c.*] Τὸ *eos* non adparet in Voss. et Lov. 1. Et sane pronomen demonstrativum ante pronomen relativum sæpius omittitur. Vide ad XXIII. 15. § 4. hic tamen illud tuentur reliqui codd. omnesque excusi. Paullo ante *dilectu,* pro *delectu,* Lov. 1. 3. 4. et Voss. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Eorum procuratio Romæ retinuerunt] Comparet in Pall. *Romæ tenuerunt.* Gebh. Melius Oxoniensis et Voss. *Romæ tenuerunt.* Lib. XLIV. c. 19. 'Et ne quid profectionem suam teneret.' Ita namque fuit in scripto, et habent antiquiores edd. ubi recen-

Digitized by Google

tissimæ *retineret*. Jam alibi par mendum notavimus. *J. F. Gron.* Lectionem veterum edd. servat Lovel. 5. Reliqui omnes, quos adhibui, cum Hearnii L. 1. et N. *tenuerunt*. Supra III. 29. 'Confestim se dictator magistratu abdicasset, ni comitia M. Volscii falsi testis tenuissent.' cap. 70. 'Dissipasset hostes, ni suo proprio eum prœlio equites exceptum aliquamdiu tenuissent.' VII. 8. 'Diu non perlitatum tenuerat dictatorem.' XXXVI. 43. 'Livium Deli per aliquot dies adversi venti tenuerunt:' ubi iterum *retinuerunt* perperam Voss. vide ibidem notata: XXXVII. 6. 'Ne teneret se obpugnatio Hypatæ.' c. 50. 'Si qua res eum teneret.' XXXIX. 4. 'Ubi a prima luce usque ad noctem diu anceps prœlium tenuerit.' c. 41. 'Quem quatuor non minus menses quæstiones veneficii tenuerunt.' XL. 37. 'Dum consules novos delectus Romæ tenet.' XLI. 10. 'Ne quid se Romæ teneret, quo minus ab urbe exiret.' XLIV. 17. 'Latinas primo quoque tempore fieri placere, neque consulem, cui eundum in Macedoniam esset, teneri.' c. 27. 'Tenente ad Enipeum Perseo Romanos, ne urbibus sociis opitulari possent.' c. 30. 'Romanus intra vallum suos continuit, et illi eodem loco aciem instructam tenuerunt.'

§ 2 *De cœlo tacta erant via publica Veiis, forum et ædes Jovis Lanuvii*] Vet. lib. *Lavinii*. Sigon. Ita etiam Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Solent hæ voces sæpissime confundi a scribis. Vide ad III. 29. § 6. Utra autem hic verior scriptura fuerit, incertum est. Præterea *De cœlo tacta erat* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. a. 1535. Vulgato tuendo facit locus Livii XXVII. 11. 'In Albano monte tacta de cœlo erant signum Jovis arborque,' &c. c. 37. 'Minturnis ædem Jovis et lucum Maricæ; item Atellis murum et portam de cœlo tacta.' Vide ad I. 31. § 7. Deinde *villa publica* ad oram Livii sui scribendum conjecit Cuper. Sed adversantur omnes Mss. Insuper *et ædis Jovis* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 1. Vide ad IV. 25. § 3.

§ 3 *Terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti desederat*] Pall. *duûm jugerum*. Gebh. Similiter Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *duum* pro *duorum* etiam supra est III. 25. X. 5. et alibi. An tamen vera sit lectio, non constat. Præterea *caverna ingenti descenderat* scriharum errore, qui eodem modo variant apud Suet. in Cæs. c. 2. ut ibi Burm. monuit. Similiter commutantur 'considere' et 'conscendere.' Vide ad XXXI. 26. § 2. 'Desidere' in hac re utitur etiam Cic. de Div. I. 35. 'Multis locis labes factæ sint, terræque desederint:' et c. 43. 'Delata etiam ad senatum labes agri Privernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset.' Eodem modo 'considere' Liv. XXX. 2. 'Terra campestri agro in ingentem sinum consedit:' et c. 38. 'In Veliterno agro terra ingentibus cavernis consedit.'

Suessæ aruspices nunciabant] Reposuimus *Suessæ Auruncæ*. Gelen. *Suessæ nunciabant*, media voce exsulante, Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *Suessæ nunciatum* Harl. *Suessæ Aruncæ nunciabant* Lov. 4. et Mead. 2. *Suessæ auruspices nunciabant* Lov. 3. *Suessæ aruspices nunciabant* Voss. Lov. 1. 5. 6. et Hearnii L. 1. quod recte Gelenius mutavit. Lectio hæc nata est ex interpolatione eorum, quibus displicebat *nunciabant* sine addito nomine poni; quod et aliis locis corrumpendis caussa exstitit. Vide Gronov. ad XXXII. 1. § 10. et XXXVIII. 1. § 4. Plura alia notantur ad XXXIV. 56. § 11.

Porcum humano capite] Nolim adfirmare nusquam alibi ita loqui Livium: sed certum est, eum plerumque his addere præpositionem *cum*. XXVII.

Digitized by Google

4. 'Tusculi agnum cum ubere lactenti natum.' Et, 'Tarquiniis porcum cum ore humano genitum.' Ibidem c. 11. 'Cum elephanti capite puerum natum.' XXX. 2. 'Equuleus Reate cum quinque pedibus natus.' Sic XXXI. 12. ter, XXXII. 1. bis, XXXII. 29. et alibi. Itaque non temere quis suspicetur, hic quoque scriptum fuisse *porcum cum humano capite*. Cur perire potuerit *cum*, apertum est. *Duk.* Simile exemplum, ubi *cum* vel *quum* eamdem ob caussam in multis Mss. intercidit, vide ad XXXII. 15. § 4.

§ 4 *Supplicatio unum diem habita*] *In unum diem* Lov. 2. 6. a m. sec. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Male. Vide ad X. 21. § 6. Mox *placatisque Deis* Lov. 3. 4. Voss. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad X. 40. § 13.

§ 5 *Cum C. Helvio prætore*] Prænomen omittunt omnes, præter Lov. 5. cum editis id servantem, codd. nostri, et Hearnii L. 1. quorum plerique etiam *Elbio*, pro *Helvio*, legunt.

§ 6 *Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus quingentis*] *Octingentis* legendum videtur pro *quingentis*, ex paullo ante c. 8. ordinatis copiis, quæ cum consule in Macedoniam mitterentur. *Glar.* Pall. et antiqua ed. *equitibus quingentis*. Gebh. Nec aliter ostentant omnes mei, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Vascos. qui Glareani conjecturam primus recepit, quam posteriores omnes servarunt. Paullo ante *Brundisio* Lov. 4. et Mead. 1. Vide ad XLII. 17. § 2.

§ 8 *Utrum recto itinere per castra hostium viam facere conaretur*] Iterum cum Oxoniensi et Voss. malo *per castra hostium vim facere conaretur*. Etsi non ignorem summi poëtæ Æn. II. 494. 'Fit via vi,' idemque oportune alibi Livius. Lib. XXVII. c. 15. 'Veritus ne inter cunctationem suam consul aliquam vim faceret.' XXXVI. 16. 'Satis fidens, numquam ea vim Romanum exercitum facturum.' *J. F. Gron.* Vulgatum *viam facere* retinent Lov. 6. a m. pr. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *vim facere* Lov. 1. 3. 4. 5. et Mead. 2. cum Crevierii Victor. *iter facere* Lov. 2. et 6. a m. sec. Utraque locutio 'facere viam' et 'facere vim' proba est, neque in alterutra est, quod quemquam offendere possit. De priori vide ad XXII. 50. § 9. Posteriorem Livio ex codd. et edd. antiqq. restituit Gronov. XXI. 32. 'Luce prima subiit tumulos ut ex aperto atque interdiu vim per angustias facturus:' et XXXVII. 11. 'Unam viam salutis esse ratus, si vim facere per fauces portus posset.' Et solent etiam alibi hæ voces a librariis confundi. Vide ad IV. 51. § 4. V. 32. § 4. XXIV. 20. § 10. XXXVI. 16. § 3. Utraque etiam lectio defendi potest ex Plut. in Flaminino p. 370. Ἔγνω προσβαλὼν ἐκ πρόσω διὰ τῶν ὄρεων βιάσασθαι τὴν πάροδον. Hæc omnia effecerunt, ut existimem legendum esse, *per castra hostium vi viam facere conaretur*. Præter Virgil. cujus locum laudavit Gronovius, ita etiam loquitur Livius IV. 38. 'Quacumque incedunt, vi viam faciunt.' Ut τὸ *vi* interceptum sit ab initio vocis seq. Eadem conjectura etiam Dukero in mentem venit. Paullo ante *consilium habuit* Lov. 1. *concilium habuit* Lov. 6. a m. sec. et ita edidit Modius, quod recentiores servarunt usque ad Gronov. qui recte *consilium* legendum monuit ad XLIV. 2. § 5. et etiam edi curavit.

§ 9 *Per Dassaretios potius Lyncumque*] Quidam, ut antea etiam ad XXXI. 33. § 6. admonuimus, *Lingum* restituerunt, cum Sabellico *Lychnidum* alibi (ad XXVII. 32. § 9.) restitutum nec mihi hoc loco displicet. *Lingum* postea (XXXII. 13.) Livius montem facit. *Glar. Per Dassaritios potius Lycumque*, ut ostendi ad XXXI. 33. § 6. ex Plutarcho et vet. lib. *Sigon.* Pall. *Luncumque*. Antiq. ed. *Lyncum-*

Digitized by Google

que. Gebhard. *Lucum* Hearnii L. 1. *lucumque* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Harl. *Lŭcumque* Mead. ambo. *Luncunque* Lov. 4. *Lyciumque* Lov. 1. *Lyncumque* Lov. 5. *Lycumque* Gaertn. *Lychnidumque* etiam emendandum censet Palmer. in Græc. Ant. 1. 35. p. 194.

§ 10 *Misso e manibus hoste*] *Emisso* Lov. 2. Ita Livium locutum esse, vidimus ad XXII. 3. § 10. Livium etiam verbis cum præpositione *e* compositis eamdem præpositionem in regimine addidisse, videbimus ad XXXVII. 30. § 9. Unum tamen testem nunc audire nimis temerarium fore videtur: præsertim quum et alterum probum et Livio usitatum sit. Ut enim hic 'mittere e manu,' ita 'mittere ex animo' XXX. 3. 'Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat:' ubi vide.

Si, quod antea fecerat, solitudinibus silvisque se tutari] Pall. *sicut antea fecerat, sol. silvisque tutari.* Gebh. *Sicut antea fecerat* etiam Lov. 1. 4. et Mead. 2.

§ 11 *Quam, quomodo id fieret, expediebat*] Pall. *sed magis fieri id placebat, quam, quomodo fieret, satis expediebat.* Gebh. Tolle τὸ *id*, quod nec priscæ edd. agnoscunt. Dein scribe *expediebatur*, vel *expediebant.* J. F. Gron. Omnia hæc verba perperam omittuntur in Voss. et Lov. 1. Pronomen *id*, quod Gronov. expunxit, in nullo adparet Msto meo. Idem etiam ignorat Hearnii L. 1. Ex edd. vero id prima exhibuit Froben. 1535. Eadem etiam ed. consentiente Hearnii N. admisit *expediebant*, quod Vascos. iterum mutavit. *Expediebatur*, alteram Gronovii conjecturam, Clericus recepit, non monito lectore, quod se tamen facturum promiserat. Interim codd. omnes servant *expediebat*, quod etiam revocavi, quum verum videatur. Referendum enim est ad solum Quinctium consulem, eodem modo ut præcedentia 'timuisset' et 'recessisset.'

CAP. X. § 1 *Dies quadraginta, &c. sedentes, &c. absumserant*] Hæc veterum est edd. lectio; quæ etiam exstat in Lov. 5. et Mead. 1. quum autem Ven. 1498. *absumserat* operarum errore exhibuisset, postea *sedens absumserat* emendarunt Mogunt. quod Ald. ejusque traduces servarunt; donec Froben. daret *Diesque quadraginta, &c. sedentes, &c. absumserant.* Idem præferunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Gronovius deinde copulam recidit, quod etiam præferendum videtur: ita tamen ut hic sensus incipiatur. Quare hic potius novi capitis initium statuendum censui, quemadmodum Crevierium etiam fecisse video.

§ 2 *Habitoque concilio delecti*] Ita primum Froben. 1535. edidit. Priores præferunt *habitoque consilio*, probantibus Lov. 5. et 6. idque verius videtur. Indicat enim Livius Philippum duces suos convocasse, et cum iis consultasse, quinam de pace cum Romanis tentanda mitterentur. Hos autem regum *consilium* vocari, docuit Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Eam itaque lectionem revocavi.

Pausanias et Hypselus ex Alexandri Magnetis equitibus] Vetus lectio *Pausanias prætor et Alexander magister equitum.* Sic enim reddit Strategum et Hipparchum. *Gelenius.* Corruptus locus, quem utcunque constituit Gelenius. Pal. 1. *ad eam rem agendam Pausali. Hii populus Ro. ex Alexander* (ad marginem al' *ex Alexandri*) *magnis equitibus.* Posterior, *ad eam rem agendam: hi populus Romanus ex Alexandri magnis equitibus.* Antiqua ed. *Pausanias et Hyspellus ex Alexandri magni equitibus.* Gebh. Similes et corruptiores adhuc lectiones, quas recenseri nihil adtinet, in codd. meis, et Hearnii L. 1. restant, ex quibus tamen nihil aliud colligas, quam Gelenium veram Livii mannm restituisse. Mox *in angustissimas ripas* Gaertn. ex interpretis glossa.

Digitized by Google

§ 3 *Ceterorum æquo arbitrio æstimatio fieret*] *Ceterorumque* Gaertn. *ceterarum* Lovel. 6. Præcesserat nempe 'res, quæ compararent.' Sed vide ad h. l. c. 29. § 5.

§ 4 *Aliam aliarum civitatum*] In prioribus Livii libris ex fidissimis Mss. edidimus semper *civitatium*. Et ita in libro XXXIII. ex unico et optimo cod. exhibet Mogunt. ed. non semel; similiter etiam passim est in primis edd. ultimorum quinque Livii librorum, qui et ipsi ope unici Msti servati sunt. Vide ad XXXIII. 20. § 11. et XLI. 22. § 7. Licet igitur in hac parte operis Liviani membranæ et pleræque edd. ubique *civitatum* legant, attamen ibi quoque *civitatium* dedi, ut Livius sibi constaret. In eo mihi præivit ed. Mediol. 1480.

§ 5 *Arbitrio, quo vellent, populorum*] Lege *quorum vellent*. J. F. Gron. *Quo* fortassis defendi potest quibusdam locis, in quibus pronomina non dissimili ratione ponuntur. Liv. XXXI. 29. 'Prætor Romanus conventus agit, eo imperio evocati conveniunt.' Ibid. c. 36. 'Ante prima signa locatis elephantis, quo auxilio tum primum Romani usi sunt.' Cicero de Off. I. 45. 'Ea Posidonius collegit permulta.' In his pronomina etiam secundo casu efferri possunt. *Duk.* Gronovii conjectura placuit etiam Crevierio. Vide tamen an vulgatum defendi possit hoc colore, quod pronomen relativum sæpe casu respondet voci, vel præcedenti, vel sequenti, licet oratio requirat ut alio ponatur. Ita IV. 39. 'Quibus poterat sanciis secum ductis.' I. 29. 'Raptim, quibus quisque poterat elatis:' pro *quos*, et *quæ*. Simile quid accidit etiam nominibus substantivis, ut videbimus ad XL. 20. § 3. Certe probare nequeo facinus audax Clerici, qui Gronovii conjecturam in contextum recepit, idque, contra fidem datam, non monito lectore.

§ 6 *Nihil ad id quidem arbitrio aut judice opus esse*] An non potius *arbitro*? J. F. Gron. Mei nihil mutant. Sed ita est in Hearnii L. 1. cujus fide id recepi. Mox *qui primo arma intulisset*, pro *prior*, Voss.

Nec Philippum ab ullis bello lacessitum, priorem] Lege cum vett. libris, *lacessitum, ipsum priorem*. Non otiosum est, quod omittitur vulgo, pronomen. Vide ad XXII. 25. Memineris etiam τὸ *nec* sensu dividere in 'et non:' ut crebro poëtæ. Sensus enim, cui etiam non apparere, Philippum non ab ullo, vel a nemine, &c. *J. F. Gron.* Pronomen *ipsum*, a Gronov. additum, superest etiam in Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Id primus Frob. 1535. omisit. Recte etiam Gronov. monet, *nec* dissolvendum esse in 'et non;' ut sit, et Philippum non bello ab ullis lacessitum. Ita VII. 9. 'Neque inventis in agro hostibus, Ferentinum urbem eorum vi cepissent:' pro 'et cepissent, non inventis.' I. XXXVIII. c. 25. 'Nec ullo Gallorum ibi viso, regressus in castra esset:' pro 'et regressus esset, non ullo, vel nullo Gallorum.' XLV. 8. 'Nec interrogatus, nec accusatus quum responderet:' pro 'et interrogatus et accusatus quum non responderet.' Alia exempla vide ad IV. 29. § 6. XXVIII. 41. § 8. Adde Glarean. ad Liv. VI. 1. § 12. Gronov. in pr. ed. nott. ad XXXVII. 17. et Burm. ad Grat. Cyn. vs. 507. et Nemes. Cyn. vs. 258. Neque id tantum in vocula *nec*, sed in aliis etiam negationibus, ut 'nemo,' 'nullus,' 'negare,' ac similibus obtinere, videbimus ad XLII. 36. § 6.

§ 7 *Thessalos primos omnium nominavit consul*] Nihil amicitiæ Romanorum cum Thessalis hactenus exhibuit Livius: nisi quis ob oppida quædam in Thessalia, quæ vel Aminander, vel Ætoli suæ ditionis esse contendant, hos nominasse illorum nomine consulem Romanum putet. *Glar.* Vet. lib. *Thessalonicam primam omnium.* Sigon.

Digitized by Google

Thessa primam Lovel. 1. et ita etiam Voss. a m. sec. quum antea scriptum fuisset *Thessam primam:* sed *Thessalos primum* Lov. 2. et Gaertn. *Thessalos primam* Lovel. 3. *Thessaliam primam* Lov. 6. Vulgatum verum est. Vide ad lib. XXXIV. c. 14. § 6.

Adeo accensus indignatione est rex] Ita primus edidit Aldus, consentientibus omnibus Mss., nisi quod *incensus* sit in Lov. 5. quemadmodum legerunt Aldo antiquiores exeusi. Solent ita variare librarii. Vide ad IX. 28. § 5. Tum *accensus . . . . tione*, vacuo spatio relicto, Lov. 3. Tota vox *indignatione* abest a Gaertn. *indignatione accensus est* alio ordine legit Lov. 6. Mox *imperaret T. Quintius* Lov. 1. 6. et Voss. *imperare T. Quintius* Lov. 3.

§ 8 *Quia dirempti medio amne fuerant*] *Direpti* Voss. Lov. 1. Harl. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 32. § 7. *Directi* Lov. 3. Vide ad IX. 8. § 12. Adde ad XXIV. 49. § 6. Præterea *medio amni* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quorum fide id recepi. Ita enim extulit etiam Livius XXI. 5. § 15. c. 27. § 3. XXIII. 17. § 10. c. 19. § 9. XXVIII. 33. § 1. ubi etiam vide. Id etiam codicum ope restitui Livio XXIII. 14. § 13. et XXV. 32. § 9. Plura similia nomina, casum sextum eodem modo formantia, vide ad XXVIII. 45. § 11.

§ 9 *Postero die per excursiones ab stationibus*] *Postremo die* Voss. et Lov. 1. Vide ad IX. 7. § 11. Deinde *per excursationes* Lov. 2. Sed vox *excursio* apud Liv. passim obcurrit; eamque reliqui Mss. etiam hic defendunt: at *excursatio* me alibi apud eum invenire non memini. Vulgo pro hac voce laudatur Val. Max. II. 3. 3. Verum ei controversiam movent Mss. Nam *excursatibus*, pro *excursationibus*, ibi præfert cod. Traject. alter: quomodo etiam Gronov. scribendum conjicit in pr. ed. nott. Livii ad XXXVIII. 23. quum in cod. Andino *excusatibus* reperisset. Unus etiam eorum, quos viri docti consuluerunt, *excursitationibus*, plures vero *excursionibus*. Vide ibidem Torren. Præterea *in faucibus* Lov. 1. *in stationibus* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. Mox τὸ *sunt* deest in Lov. 1. *commissa sunt prælia* exhibent Lov. 5. et edd. ante Froben. 1535. Insuper § seq. *aviditate accensa certamini*, pro *accensi*, Harl.

§ 11 *Genus armorum erat ad amplum prælium gerendum: contra illis locus*] Scripsimus *genus armorum erat aptum urgendis regiis: pro hoste loca.* Ceterum quia duarum vocum, scilicet *urgendis regiis*, loco vestigia magis literarum, quam literæ apparebant in exemplari vetusto, veriti ne quantum ad eas voces attinet, non satis assecuti simus germanam lectionem, asteriscum apposuimus. Inspiciat locum, cui scripti codicis copia dabitur. Alterum exemplar (nam duobus usi sumus) hic nihil adjuvit, quod in eo primus et secundus libri atque initium tertii desiderarentur. *Gelen.* In veteribus libris aliquot, *aptum prælium jungendis:* in aliis *prælium gerendum:* ego *aptum prælium gerentibus.* Nam duas illas voces *urgendis regiis*, quas intulit Gelenius, ne ipse quidem certas habet, verum asterisco notandum locum censet. *Sigon.* Quam potuit sanare, sategit, hunc locum, Gelenius. Luxatissimus est in Pal. 1. *Pro hiis ordo, et militaris disciplina, et genus armorum erat amplum. Carior hiis robusta loca.* Neque melius sperandum a posteriore, *Pro his ordo, et militaris disciplina, et genus armorum erat amplum:* (al' *ad prælium* habet in ora) *vigendis. Carior his robusta loca.* Vetus ed. *et genus armorum erat ad amplum prælium gerendum: contra illis robusta loca.* Gebh. Utcumque Gelenius modeste de hac correctione loquatur, nihil tamen hic alienum puto. Certe Sigonianum commentum, *genus armorum erat aptum prælium gerentibus*, (sine contumelia tanti viri dictum

Digitized by Google

volo) hieme, non modo Gallica, sed etiam Sarmatica, frigidius judico. Hoc satis notum est, credo, non inepte fuisse unquam armatos Romanos ad prælium gerendum: ad hoc genus certaminis aliquid ipsis commodi fuisse in armatu suo explicandum erat. Olim vulgo *ad amplum prælium gerendum: contra illis loca.* Barberinus, *erat amplum jungendis carior his robusta loca.* Pet. *amplum coingendis cariores his robusta loca.* Voss. *erat ad prælium cariora his robusta loca.* Ubi licet corruptissimis in verbis satis apparent vestigia Gelenianæ lectionis. Si quid ei addendum, forte est *erat urgendo cominus.* Ex *cominus* factum facile *cariora his:* scimusque, quoties ad manum ventum esset, iis ipsis, quæ recenset Livius, ordine, et disciplina, et genere armorum omnibus nationibus Romanos præstitisse. Infra c. 17. 'Sed ad loca angusta, haud late patente intervallo muri, genus armorum pugnæque hosti aptius erat.' *J. F. Gron.* Varia lectionum monstra exstant in Mss. quos ego et Hearnius adhibuimus. *Genus armorum erat ad prælium jungendis canora his robusta loca* Lov. 3. *genus armorum erat ad prælium in gerendis cariora hiis robusta loca* Hearnii L. 1. *genus nummorum erat amplum jungendis carior iis ro hoste loca* ejusdem N. *genus armorum erat amplum uigendis carior hiis ro hoste* Lov. 4. *genus armorum erat amplum vigendis carior hiis id hoste loca* Mead. 1. in contextu: *erat ad prælium cariora pro hoste loca* in margine: *genus armorum erat ad prælium contra pro hoste loca* Mead. 2. *genus armorum erat ad prælium iügendis cariora loca* Gaertn. *g. a. erat ad prælium cariora his loca* Lov. 6. *g. a. erat ad. pluriũ cariora hiis ro hosta loca* Lov. 1. *g. a. erat ad prælium cariora his ro hosta loca* Excerpta Voss. apud me: *g. a. erat ad prælium canora pro hoste loca* Lov. 2. *g. a. erat ad prælium: contra pro hoste loca* Harl. Variant etiam edd. *g. a. erat ad amplum prælium gerendum cariora illis robostea loca* Rom. 1472. et Parm. *g. a. erat ad amplum prælium gerendum contra illis robusta loca* Camp. et Lov. 5. Lectio quam notis suis in capite adposuit Gelenius, exstat in reliquis. Conjecturam Gronovii probat Crevierius, emendationem Gelenii Jac. Perizonius, qui *τοῖς urguendis regiis* inlustrandis margini adscripsit locum Livii h. lib. c. 12. 'Ab hoste, et a fronte et ab tergo urgnente, circumventi sunt.' At *τοῖς pro hoste* Liv. l. XXXIX. cap. 30. 'In eo tumultuario certamine et loca sua et genus pugnæ pro hoste fuere:' et XLIV. 38. 'Recognoscat, agedum, mecum, si videtur, quam multa pro hoste, et adversus nos fuerint.' Mox *prope* abest a Lov. 1. 6. et Voss. Sed vide ad XXXVIII. 45. § 8.

§ 12 *Quum etiam, ut in prælio justo, aliquot cecidissent*] *Aliqui cecidissent* Lov. 1. 3. 5. 6. et Voss. sollemni scribarum aberratione. Vide ad VI. 24. § 2. Tum hoc lib. cap. seq. § 3. c. 35. § 2. XXXIV. 26. § 13. XXXV. 40. § 4. XXXVI. 12. § 6. XXXVII. 38. § 4. c. 44. § 2. XXXVIII. 18. § 6. Epit. Liv. l. LX. Adde Oudendorp. ad Front. I. 1. 10.

CAP. XI. § 1 *Quum in hoc statu res esset*] Pall. *in hoc statu rex esset.* Gebh. Ita et Lov. 4. Vide ad XXXVI. 9. § 9. *Rẽs essent* Gaertn. Ceterum ex illis quæ Gronov. ad III. 68. § 3. et variis aliis locis notavit, videri posset præpositionem *in* delendam esse. Verum quum omnes codd. in eam conservandam conspirent, nihil etiam mutandum puto. Vide quæ notantur ad XXXV. 8. § 2. Ex illis autem exemplis, quæ ibi a me, et a Gronov. d. lib. III. laudata sunt, patet Livium sæpius quidem *res essent* hoc sensu dixisse, interdum tamen etiam *res esset.* Quare unum cod. non audiendum arbitror. Mox *Arapo* Lov. 1. *Caropo* Lov. 3. 5. et Gaertn. *Chæropo* Lov.

Digitized by Google

5. quomodo, vel sine diphthongo *Cheropo*, præferunt edd. usque ad Ascens. qui *Charopo* dedit in margine a. 1513. idque mox Mogruntini in contextum admiserunt.

§ 2 *Qui regiis tunc oneratus castris erat*] Pal. 1. *qui regis tunc oneratur castris:* ad marginem *qui regis tunc ornatur castris:* ut etiam præfert Pal. posterior. *Gebh. Regis* Voss. Lov. 1. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad c. 6. § 6. Deinde *ornatus castris* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Solent hæ voces in Mss. commutari. Vide ad x. 14. § 12. xxxi. 43. § 2. xxxvii. 50. § 5. Adde N. Heins. ad Claud. Cons. Hon. iv. 591. Burm. ad Petron. c. 55. p. 272. et viros doctos ad Curtii vi. 6. § 7. *Oneratur castris, τῷ erat* omisso, Lov. 4. Harl. et Mead. 2. Illud *erat* deest etiam in Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. Verum quid est 'saltus oneratus' aut 'ornatus castris?' vel quis umquam ita locutus est? Non displicet quod Dukerus sibi in mentem venisse dixit, *occupatus castris erat*. Mox etiam *ait* exulat a Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *ait armentum pascere*, vocabulo transposito, Lov. 2. et 6.

Omnes montium eorum anfractus callesque nosse] Pall. uterque *confractus*. Gebh. Similiter errarunt Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 3 *Si secum aliquot mittere velit*] Pall. cum antiq. ed. *aliquos mittere*. Gebh. *Aliquot* primus Aldus dedit, probantibus Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed omnes reliqui scripti, et excusi antiquiores *aliquos*, quod iterum Gronov. recepit.

Supra caput hostium deducturum] Scribo *educturum*. Est enim hoc nonnumquam in altum ducere: ut 'molem' vel 'turrim educere' dicimus. *J. F. Gronovius.* Silius x. 561. 'Sublimem eduxere pyram, mollesque virenti Stramine composuere toros.' xv. 387. 'alta sepulcri Protinus exstruitur, cœloque educitur ara.' Et ita forte scribendum conjeci ii. 50. 'Eduxit via in editum leniter collem:' ubi vulgo editur *duxit:* unus vero cod. præfert *edixit*. Solent autem 'educere' et 'deducere' in Mss. commutari. Vide ad iii. 62. § 5. Si itaque ullum in membranis præsidium foret, conjecturam hanc probare non dubitarem. Nunc vetantibus scriptis nihil muto. Paullo ante *nec difficili aditu*, pro *nec perdifficili*, Lov. 4. Male. Vide ad xl. 21. § 3.

§ 4 *Ita crederet, ut suæ potius omnia, quam illius, potestatis essent*] Obscurus est sensus, tametsi intelligitur. 'Suæ potestatis' ambiguitatem facit, sed ad Quintium referenda puto. *Glar.* Pall. et antiq. ed. *quam ullius potestatis essent*. Gebh. Non injuria Glareanus obscurum ait esse horum verborum sensum. Potest autem sensus non unus dari. Vel, huic homini ita fidat, ut ipsum potius in potestate suorum, quos cum illo erat missurus, habeat, quam suos ei secure committat, atque in potestatem dedat. Vel, quam mihi crederes, si ego me ducem fore promitterem, tam huic, licet, credas. Hoc videtur confirmare Plutarchus in Flaminino p. 370. γνώστην δὲ τῆς πίστεως παρείχοντο καὶ βεβαιωτὴν Χάροπα τὸν Μαχάνα. Parum enim certum notorem vademque dedisset suæ fidei pastor, qui ultro moneret, ne nimium illi fideretur. Is sensus videtur requirere, ut legamus, *ut si suæ*. Cicero ad Fam. xiii. 21. 'Mihi ita fideliter præsto fuit, ut si esset a me manumissus.' Nam quod Quinctius nihilominus eum vinctum tribuno tradidit, providentiam decuit ducis: non hoc prohibet tamen, quo minus suam pro illo fidem interposuerit Charops. Denique possunt et sic accipi, ut videatur Charops non quidem diffidentia, sed spe certa eventus, et voluntate pastoris, et quo major fides fieret Quinctio, ultro hominem offerre ad vincula et quamvis arctam custodiam, dum promissa præstaret. *J. F.*

Digitized by Google

Gron. Doujatius fatetur, Plutarchum quidem innuere, pastores fidei suæ vadem Charopem dedisse; aliud tamen Livium sensisse, ex verbis ejus constare putat. Velle enim, Charopis nomine Flaminino renunciatum esse, ut huic pastori fideret, sed tamen rem totam ipse potius in potestate haberet, quam pastoris potestati committeret. Quod autem objiciat Gronov. Charopem parum certum futurum fuisse fidei pastoris illius adfirmatorem, si monuisset, ne ipsi nimium crederetur, ex eo nihil aliud sequi existimat, quam Charopem se prudenter in hac re gessisse, qui nec occasionem rei gerendæ, quæ se obferre videbatur, celatos voluerit Romanos, quibus favebat, nec tamen in re ancipiti fidem suam obstringere. Hæc ille. Cujus sententia probari posset, si Charops alium ad Quinctium nuncium misisset, quam eumdem illum pastorem, cujus opere id clam monuisset. Verum quum unius tantum illius pastoris mentio fiat, per quem hæc Charops Quinctio 'renunciari jussit,' veri simile non videtur, pastorem illa verbis Charopis renunciando fidem suam apud Quinctium dubiam facere voluisse. Præferenda igitur videtur illa verborum expositio, quam ex Plutarcho eruit Gronov. cum quo propterea legendum puto *ut si suæ*, de quo vide ad XXII. 50. § 9. Præterea *ullius* Lov. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. Vide ad XXV. 11. § 3.

§ 5 *Quum magis vellet credere, quam auderet, consul*] Ultima vox exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. Sed, eadem transposita, *Consul quum magis v. c. q. auderet* exhibet Harl. Mox *gaudio et metu* omnes mei præter unum Lov. 5.

§ 6 *Et ut averteret rem a suspicione*] Vocula *et* non adparet in Voss. et Lov. 1. Sed vide ad XLI. 6. § 5. Tum *ab suspicione* Voss. et Lov. 2. ac 4. Mox *τὰ succedentibusque integris in locum defessorum* desunt in Lov. 1. Deinde *deficit*, pro *destitit*, Voss. et Lov. 1. quod ex glossa receptum est.

§ 7 *Quatuor millia, &c. tradidit*] Hoc sic Plutarch. in Quintio p. 370. *ἐκατὸν καὶ χιλίαρχον ἕνα, πεζοὺς ἔχοντα τετρακισχιλίους, καὶ ἱππεῖς τριακοσίους. Sigon. Tradidit* Lov. 2. et 3. Vide ad XXVIII. 30. § 4. et mox hoc cap. § 9.

§ 8 *Ubi, ut polliceatur*] Scripti et editi veteres *polliceretur*. Quod cur mutarent, ratio non erat. Sed alia hic levicula corrigenda erant: *nimirum arbitrari possent*, et *interdiu cibi quietisque sumere tempus*: pro *posset* et *sumeret*. Denique iidem libri veteres *si fides exstaret*, non *exstet*. J. F. Gronov. Primus est Froben. qui a. 1535. *polliceatur* edidit: *polliceretur*, ut ante eum vulgabatur, servant Lov. 5. 6. et Crevierii Victor. *pollicetur* reliqui omnes codd. in quem errorem inciderunt librarii, quod, quum scriptum fuisset *pollic'etur*, compendiaria scriptura notam non animadverterint. Vide ad XL. 14. § 2. *Polliceatur* itaque, quod in nullo cod. obcurrit, mutavi. In eo vero Gronovio adsentiri nequeo, quod *arbitrari possent* legat: *posset* enim omnes defendunt codd. et scripti et editi, idque ad tribunum militum referendum est, cui soli Quinctius jus dedit arbitrandi, utrum pugna cœpta esset, et ita jubendi, ut milites adtributi clamorem tollerent.

§ 9 *Nocte itinera fieri jubet*] Ultimam vocem expungendam Jac. Perizon. consult in margine Livii, ut *τὸ fieri* pendeat ex præcedentibus: 'Equites:' 'quod loca patiantur, ducere jubet.' Id tamen invitis libris, qui hic omnes vocem illam tuentur, non necessarium judico. Vide ad XXXI. 11. § 9. Contra 'sumere tempus,' ut Gronov. emendavit, pro *sumeret*, est in Lov. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. In his autem codd. ultima litera vocis *sumere* in-

Digitized by Google

tercidere potuit ob primam sequentis. Vide ad XXIII. 8. § 9. vel in illis Mss. qui *sumeret* tuentur, ex ejus principio adscita esse. Vide ad XL. 7. § 8. Utrum vero, *sumeret* an *sumere*, legatur, non modo perinde est, quod ad sensum adtinet, verum utrumvis etiam exemplis Livianis defendi potest. Vide ad XXIX. 14. § 10. Quum ergo pro utraque lectione stent etiam codd. eligat quisque quod malit. Deinde *si fideles exstet* Voss. *si fidelis exstet* Lov. 1. 3. et 6. Reliqui mei *si fides exstet*, nisi quod Lov. 5. habeat *si fides exstaret*, quod etiam præferunt edd. ante Frob. cui a. 1535. *exstet* reponenti ob tot codicum consensum faveo. Mox vero edidi *tradit*, quia id jubent non tantum omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. verum et veteres typis descripti ante Basil. 1539. quæ *tradidit* admisit. Vide paullo ante ad § 7.

§ 10 *His copiis ita dimissis, eo intentius Romanus undique instat capere stationes*] Pall. et antiq. ed. *undique instat capi stationes*. Gebhard. Omnes scripti et veteres cusi ante Moguntinum *instat capi stationes*. Vulgatæ architecti τὸ *Romanus* de milite acceperunt: at Livius, ut alibi, designat consulem: ille instat capi, id est urget milites, ut eorum opera capiantur stationes, et ex iis pellatur hostis. Notum est illud Afri in Andr. 1. 1. 119. 'Ego illud negare factum, ille instat factum.' Plautus Mercatore II. 1. 18. 'Instare factum Simia.' Hoc est, perstare, urgere dicendo et iterando, factum esse. Sic *ille instat capi*, perstat jubendo et adigendo militem, ut capiantur. *J. F. Gronov. Instat capi* etiam omnes Mss. quibus utor. Verum τοῦ *capere* non Mogunt. ed. sed quam Ascens. 1513. curavit, auctor exstitit. Recte autem Gronov. *Romanus* exponit 'consul Romanus.' Vide ad IV. 10. § 6.

CAP. XII. § 2 *Et virtute, et scientia, et armorum genere*] *Et genere armorum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 3 *Loca, aut munimento, aut natura tuta*] *Et munimento et natura tuta* Lov. 5. et ed. Campani. Mox *provectos*, pro *progressos*, Gaertn.

§ 5 *Pars, quia magis locus fugæ decrat*] Transpositæ particulæ. Scribe, *pars magis, quia locus fugæ decrat, quam, &c.* Et hoc quoque Muretо visum. *J. F. Gronov.* Colum. 1. 3. 'Nec magis quia superbum videbatur, tantum loci detinere, quam quia flagitiosum,' &c. Nullus tamen meorum codd. a vulgato vocabulorum ordine discedit.

§ 6 *Si fugientes persecuti victores essent*] Clarius erit, si legas *fugientem*. J. F. Gron. Omnes mei vulgatum servant. Mox *equitem angustiæ locorum, peditem, &c.* mediis omissis, Harl. Supra XXVIII. 1. 'Impediebant autem et asperitates viarum, et angustiæ saltibus crebris inclusæ.' XLIII. 21. 'Pauciores propter angustias viarum et asperitatem duxit.' XLIV. 5. 'Quos et ipsos locorum asperitas hostiliter vexavit.' Præterea *impedivit* Lov. 1. *impedit* Gaertn.

§ 8 *Quum ex iniquitate locorum*] *Quum iniquitate locorum* Lov. 1. 3. 6. a m. pr. et Voss. Verba vero *dein quinque millium spatium progressus* librariorum socordia omittuntur in Voss. et Lov. 1.

§ 9 *Non plus duobus millibus hominum amissis*] Plutarchus sic in Quinct. p. 371. ἔκτεινον δὲ διοχιλίους οὐ πλείους. *Sigon.* Mox *in unum quum convenissent* Lov. 2. 3. 5. Harl. et edd. ante Froben. 1535. Vide ad VI. 19. § 7.

§ 10 *Castra regia, etiam sine defensoribus difficili aditu*] Ant. Perizon. in margine Livii conjicit *difficilia aditu*, quod etiam pro varia lectione ostentat margo ed. Basil. 1539. Ita 'vadum transitu facili' Val. Max. III. 2. 23. 'Spatium, quo scopulus et insula dividebatur, in vadum transitu facili redegit:' ubi alii vel *fa-*

Digitized by Google

cile, vel *facilem* legunt. 'Castra aditu difficili' eodem modo dicitur, quo 'virgo eximia forma' XXVI. 50. § 1. 'Adducitur ad eum adulta virgo, adeo eximia forma, ut,' &c. vide ad 2. 9. § 11. 'saxum adscensu æquo;' vide ad V. 27. § 2. 'unus eximiis honoribus;' vide ad VI. 11. § 3. et similia passim.

CAP. XIII. § 2 *Rex primo die ad Castra Pyrrhi pervenit: locus, quem ita vocant, est in Triphylia terræ Melotidis*] *Triphylia* in Peloponneso est. 'Melotis' quæ sit regio, haud equidem me legisse memini. Vide num legendum *est in Tymphalia terræ Elimiotidis*. Et certe Ptolemæus 'Tymphaliam' hoc ponit itinere, Strabo autem VII. 326. 'Tymphæos.' Quamquam Plinius IV. 2. 'Tymphæos' Ætolis attribuere videtur, sed id nihil nos impedit, longe enim portendebantur Ætoli. 'Tricca' quoque ad idem facit, cujus paulo post mentio. Denique Quintius, qui Philippum regem sequitur, 'Eginium' venit postea, quod oppidum Strabo VII. 327. 'Tymphæis' attribuit. Hunc locum perpendendum lectori censeo. *Glar. Pyrrhi Castra* locum esse celeberrimum, non longe a Lacedæmone, constat inter omnes. Nam et ipse XXXV. 27. ita ait: 'Et Nabis, recepto Gytheo, cum expedito exercitu inde profectus, cum præter Lacedæmonem raptim duxisset, Pyrrhi, quæ vocant, Castra occupavit.' Et Polybius V. 19. ubi de alio Philippi bello ita ait: Ὁ δὲ Φίλιππος τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὰς Ἀμύκλας· αἱ δ' Ἀμύκλαι καλούμεναι τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας· ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια· τῇ δ' ἐπιούσῃ παρῆλθεν ἅμα τὴν χώραν εἰς τὸν Πόρρου καλούμενον καταβὰς χάραξ. Quæ cum ita sint, merito dubitari poterit, cur, cum de prælio ad fauces Epiri facto Livius scribat, primo die fugatum regem ad Castra Pyrrhi in Triphyliam pervenisse, (est autem Peloponnesi regio Triphylia,) postero autem in montes Epiri, Macedoniæ Thessaliæque interjectos, dicat. Neque enim hac oratione quicquam esse potest absurdius. Difficilis et magna hæc quæstio est, nec, nisi hæc verba tollantur, explicari potest, 'Locus, quem ita vocant, est in Triphylia terræ Melotidis.' Cur autem indicenda censeam, est, quod ea ex albo, ut sæpe fit, in historiam conjecta ab inscio librario puto. Qui autem ea in albo libri notarat, id interpretandi caussa fecerat. Loci autem, qui in Peloponneso est, splendor illum ipsum, Liviana verba non satis attendentem, decepit. Neque enim dubitandum est, quin ejus nominis locus alter in Epiro fuerit, in quo Pyrrhus regnavit, de quo hoc loco intelligendum sit. Nam de eo qui est ad Lacedæmonem, intelligi nullo modo potest. Accedit quod, si hæc verba Livii essent, lib. XXXV. ubi iterum Pyrrhi Castra nominat, non dixisset, 'quæ vocant,' cum satis hic locum esse hujus nominis docuisset. Puto præterea legendum *in montem Lyncon*. Nam Λύγκος oppidum est Epiri, auctore Stephano, quo nomine mons etiam forte præditus est. Veteres habent *Lyricon*. Sigon. Pall. *terra Melotidis*. Gebh. An *Molottidis*, aut *Molossidis*, ut vocat VIII. 24. an potius *Elidis*, ubi Triphyliam constituit Eustath. ad Dionys. vs. 409.? Minime. Nam in Epirotis res gesta. *Freinshem.* ad Curtii IV. 7. § 2. Sigonius hoc membrum [*in Triphylia terra Melotidis*] delet. Fortassis *est Stymphaliam inter et Elimiotidem*. Nam 'Elis' cum sua 'Triphylia' hinc longe. Livius XLV. 30. 'Quartam regionem Eordæi et Lyncestæ et Pelagones incolunt: juncta his Atintania, et Stymphalis, et Elimiotis.' Στυμφαλίας Γυρτώνην habet Ptolemæus III. 13. Diodorus XX. 746. Polysperchonta, cum reduceret Herculem Alexandri filium, castra oppo-

Digitized by Google

sita Cassandro habuisse περὶ τὴν καλουμένην Στυμφαλίαν. *J. F. Gronov.* Freinshem. ad Curt. legit *Molottidis*, vel *Molospidis;* quia, ait, in Epirotis res gesta. Et ipsa ratio non patitur, 'Triphyliam,' quæ in Peloponneso erat, cum 'Molosside' Epiri jungi. *Duk.* Pall. codicum scripturam, a Gebhardo indicatam, Grut. in ultima ed. expressit: sed eam in nullo meorum inveni; *terræ* etiam legit Hearnii L. 1. quare priscam lectionem reduxi. Præterea *Thermolotidis* Gaertn. *Themolotidis* Lovel. 2. *Themolitidis* Harl. *terræ Molotidis* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *terræ Melotodis* Lovel. 6. Donjatius, vestigiis Gronovii insistens, propius vulgatum legit *est in Stymphalia terra Elymiotidis*, atque addit, licet Stymphalii sæpe numero distinguantur ab Elymiotis, potuisse tamen Stymphaliam tamquam minorem illis adscribi quasi adpendicem. Ejus sententiam si quis probare malit, attamen legendum erit *terræ Elimiotidis*. Præterea Palmer. in Græc. Ant. II. 9. nullam hic *Stymphaliam*, vel *Stymphalitidem* fuisse contendit, sed loca scriptorum, qui ejus meminerunt, corrupta, et pro *Stymphalia* ac *Stymphalis* legendum esse *Stymphæa* ac *Stymphæis;* alio autem nomine etiam *Tymphæam* vocari. An igitur hic refingendum *est in Tymphæa*, vel *est in Stymphæa terræ Elimiotidis*. 'Terra Elimiotis,' ut 'terra Erythræa' XXXVI. 45.

Inde postero die ingenti itinere agminis (*et metus urgebat*) *in montem Lingon perrexit*] Pall. et antiqua ed. *ingens iter*. Præterea Pall. *in montem Linco perrexit*. Antiq. ed. *in montem Lynchon*. Gebhard. Lege *die* (*ingens iter agminis, sed metus urgebat*) *in montem*. J. F. Gron. Conjecturam Gronovii in contextum recepi: nam *ingens iter agminis* legunt Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. Crevierii Victor. et edd. Rom. princeps, Camp. et Rom. 1472. Prima autem littera vocis *sed*, vel ut etiam scribitur, *set*, quam pro *et* Gronov. reponebat, intercepta esse potuit a litera ultima vocis præced. Vide ad XXX. 3. § 7. Soleat insuper *tà sed* atque *et* in Mss. sæpe commutari. Vide ad XXI. 26. § 6. Deinde *in monte Lirico* Voss. *in Linco* Lov. 1. *in montem Licido* Lov. 2. in contextu, *in montem Lyrico* in margine: *in monte Linco* Lov. 3. *in montem Lirco* Lov. 5. 6. et Mead. 2. *in montem Licyco* Harl. *in montem Lycico* Mead. 1. *in montem Licito* Gaertn. *in montem Lynchon* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *in montem Lyncon* Hearnii L. 1. N. et plures ex edd. antiqq. *in montem Lingon* demum in ed. Mog. obcurrit. Insuper *pervenit*, pro *perrexit*, Lov. 2. in contextu. Mox autem in verbis æqq. vocem *montes* ignorant omnes codd. præter solum Lovel. 5. editis adsentientem. Crevierius existimat, et ipsum orationis structuram, numerorumque in eadem re varietatem, et nomen montis parum notum arguere depravatam hoc loco scripturam: ad quam corrigendam frustra sine libris adgrederetur.

§ 3 *Latus, quod vergit in Thessaliam, oriens spectat; septentrio a Macedonia objicitur*] Pal. 1. *sperat:* posterior *separat*. Gebh. Hoc genus loquendi me nusquam invenisse fateor. 'Regio spectat orientem,' et 'regio objicitur orienti' usitata sunt. Suspicionem loci corrupti probare potest; quod in quibusdam apud Hearnium *est septentrioni*. Duk. *Oriens separat* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. a m. pr. *oriens sperat* Lovel. 4. *orientis spectat* Gaertn. Tum *septentrio Macedonia objicitur* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *septentrioni Macedonia objicitur* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et vett. edd. Vulgatum, quod in nullo cod. inveni, demum obvium fuit in ed. Frob. 1535. Si per codd. liceret, legerem *orientem spectat; et septentrioni a Macedonia objicitur*.

Digitized by Google

Quin et in verbis superioribus scribendum, sed timide, conjicio *in montem Pindum perrexit*. Certe in multis conveniunt descriptio hæc Livii, et illa Strab. IX. 434. Ἡ δὲ Πίνδος ὄρος μέγα, πρὸς ἕσπερον μὲν τὴν Μακεδονίαν, πρὸς ἑωθινὴν δὲ Περραιβοὺς μεταξύτατα ἀνθρώπους ἔχουσα, πρὸς δὲ μεσημβρίαν Δόλοπας· αὕτη δ' ἐστὶ τῆς Θετταλίας. Triccam Pindo vicinam fuisse, innuit Strabo ibid. p. 437. neque eam longe a monte, quem hic Livius describit, remotam fuisse, sequentia docent. Mox *Vestita frequentibus silvis juga summa campos, &c.* Lovel. 6. *Vestiti frequentibus silvis: super juga summa campos* Voss. *Vestiti frequentibus silvis: sub juga summa campos* Hearnii L. 1.

§ 4 *An reverti in Thessaliam posset*] Vox *posset* ineptam affert sententiam. Malleem *præstaret*. Nam cum esset scriptum *pstet*, factum est ab inscio *posset*. *Præstaret* autem pro 'præstantius esset.' *Sigon.* Pro infulto Sigonii *præstaret* Pall. et antiq. ed. habent *posset*. Gebh. Ita [*præstaret*] quidem Sigonius de conjectura: nam vetus omnis lectio, *fuet. an. est, utr. prot. in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset*. Inepta, ut cansetur illa, sententia. Nihil profecto minus: est enim hoc an reverti auderet, an commode et sine magno periculo reverteretur. Neque enim poëtarum solum est, quod observavit Guilhelmus Canterus Nov. Lect. II. 2. verbum *posse* vemustatis magis, quam necessitatis caussa aliis jungere: ut 'posse' aliquem 'facere' vel 'dicere,' pro fecisse, vel dixisse, usurpent. Noster XLIII. 10. 'Hic tam multiplex undique objectus terror effecit, ne sustinere primam procellam eruptionis Romani possent.' Potuissent utique, si ducem Romano nomine dignum habuissent, nisi incomposita, longo agmine effusi, infrequentes venissent: et erat omnis illa terror vanus adversus vere æstimantes. Sed hoc vult dicere *ne sustinerent*. Infra hoc lib. c. 40. 'Concionem Argivorum postulabat rex, ut id sciri posset.' Id est, ut sciretur, cognosceretur. Sic Plautus: 'Possum ex te hodie scire?' *J. F. Gron.* Vide Barth. ad Calp. Ecl. III. 41. Broekh. ad Tibull. I. 11. 31. ad Prop. I. 1. 15. Burm. ad Ovid. Her. XVII. 209. Phædr. I. 15. 6. et Snakenb. ad Curtii VII. 1. § 28.

§ 5 *Inclinavit sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret*] Quo *suum*? Forte, *citum in Thess. agmen demittere, Triccamque*. J. F. Gron. Etsi, quia alibi in Livio legitur 'inclinat animus ut,' et 'inclinat sententia ut,' hic quoque videtur suppleri posse *ut*, quemadmodum quum 'moneo,' 'rogo,' 'peto,' 'suadeo,' et alia adjunctum habent subjunctivum omisso *ut*; tamen, quia nondum scio illius ellipsin etiam in hac phrasi usitatam esse, interim cum Gronovio sentiam, verbum melius in infinitivo poni. Livius XXVIII. 25. 'Inclinavit sententia, quod tutius censebant, universos ire.' *Demittere* quoque sine dubio verum est. Viri docti hunc errorem scribarum in complaribus locis Livii emendarunt: *suum* plane friget. *Duk.* Gronovianum *demittere* non nihil juvant Voss. Lov. 1. 3. et Mead. ambo, *dimittere*, non *dimitteret*, legentes. Vide ad XXXVII. 49. § 1. At ejus loco *demittere* legendum esse, inde constat, quod stativa in monte haberet, ex quo in Thessaliam erat descendendum. Solent autem passim 'demittere' et 'dimittere' commutari a librariis. Vide ad VII. 23, § 6.

Trictam proximis limitibus petit] In Thessalia *Triccam*, non *Trictam*, reperio, etsi quidam *Triccam* scribunt. *Sabell. Triphoeamque* Hearnii L. 1. *Tristamque* Voss. et Lov. 3. *Tricamque* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. *Tricam*, sine copula, Lov. 2. *Trictam* Lov. 5. cum pluribus edd. antiqq. *Triccam*

Digitized by Google

alias post Sabellicum. Sed τὸ *quo* primus addidit Froben. a. 1535.

§ 6 *Dominis jus fiebat: cetera militis præda erat*] *Dominis jus siebat*, id est, *sinebat*. Gaertn. Tum *cetera militibus præda erat* Lov. 6. Vide ad XXII. 8. § 7.

§ 7 *Quam quæ ab sociis patiebantur*] Supervacuum τὸ *quæ*, aut mutandum in *tum*. Nec fuit, inquit, reliqui quicquam, quod ab hoste possent pati crudelius, quam tum patiebantur a sociis. *J. F. Gron.* Facile adsentior summo Gronovio XXVI. 6. XXVIII. 43. et XXXV. 1. pronomen relativum præcedente *quam* delenti. Hic dubito an retineri possit. Quod hic scriptum est, idem est ac si esset, 'nihil crudelius,' vel 'nihil ultra crudeliter' ab hoste pati potuerunt, 'quam quæ' ab sociis patiebantur. Hæc autem recte dici, ex aliis locis Livii patet IX. 5. 'Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ advenit, omnia tristiora experiundo futura, quam quæ præceperant animis.' l. X. c. 13. 'Quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent.' IX. 1. 'Quid ultra fieri ad placandos Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos fecimus?' XXVI. 30. 'Quid ultra, quam quod fecerit, &c. facere hostiliter Marcellum potuisse?' XXVIII. 39. 'Etsi nihil ultra malorum est P. C. quam quod passi sumus.' Adde XXIII. 7. XXVII. 36. XXIX. 28. XXXI. 40. l. XXXII. capp. 2. 5. et XXXIV. 49. Nec tamen cum Tan. Fabro sentio, in Justino XXXIV. 4. pro eo quod ibi omnes libri habent, *non minori scelere, quam filium occidi jusserat, a filio interfectus est*, melius legi censenti *quam quo filium o. j.* Duk. *Quamquam ab sociis* Lov. 2. *quam quod ab sociis* Lov. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *quam ab sociis*, ut Gronov. conjecit, Lov. 3.

§ 8 *Hæc etiam facienti Philippo acerba erant*] Pall. *futente Philippo*. Gebh. Similiter Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1terque, et Gaertn.

§ 9 *Ita evastata sunt oppida*] Pall. *ita evasta oppida sunt*. Gebh. Nec aliter Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Mead. ambo. De hoc genere erroris vide ad X. 37. § 2. *Oppida sunt* etiam reliqui mei Lov. 2. 5. 6. et Gaertn. cum edd. vett. usque ad Froben. 1535.

Phacium, Iresiæ, Eukydrium, Eretria, Pala, Epherus] *Phacium* et *Pala* oppida uno fere loco leguntur pro *Philacium* credo et *Pella:* quamquam hæc conjectura est: adde quo plures *Philacem* debent. Tu vide igitur utra vera sit lectio. Ego enim utramque in medio relinquo. Illud non ignoro, *Philacen* in Enathia *Pellæ* proximam esse. *Sabell.* Quidam pro *Pachium* emendarunt *Phacium*. Sed in his nominibus non est ingens vis, quod pleraque ignobilia vel bello vel vetustate interiere. *Eretria* quidem in Phthiotide a Ptolemæo III. 15. ponitur, de qua hic loqui eum puto. Est et in Eubœa satis celebris, at nihil ad hunc locum. *Pharæ* autem in Thessalia sunt, de quibus hic intelligitur, quamvis multæ alibi. *Sperchies* oppidum in Doride ait Plinius IX. 7. *Sperchiæ* ad sinum Malincum. De *Macra*, quam *Comen* vocatam ait, nescio num quicquam apud authores reperias. Conqueritur etiam jure de his locis Sabellicus. *Glar. Phacum* Lov. 6. *Phatium* Lov. 2. *Phacani* Hearnii L. 1. *Pachium*, quod notis præscripsit Glarean. operarum errore vulgatur in edd. Ascensii 1513. et 1516. Sed *Phacium* etiam memoratur XXXVI. 13. De hoc oppido vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 680. Tum *Ire* Lov. 1. *Iresiæ* Lovel. 6. *Yrresiæ* Hearnii L. 1. *Iresiæ* editiones vett. Hinc *Euchidrium* Vossian. Lov. 1. 3. 5. Hearnii N. et editiones usque ad Froben. 1531. *Euchidrum* Lov. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Eukydrum* Mead. 1. *Eucridum* Lov. 2. *Eucrerum* Hearnii L. 1. Deinde *Eretrium* Lov. 1. *Ere, Tapala, Epheris* Hearnii L. 2. Ex duabus posterioribus vocibus *Pala*

Digitized by Google

Ephorus, quomodo etiam est in Lov. 5. Mead. utroque, et Gaertn. unam fecit Frobenius, *Palæpharus* a. 1531. edens, cujus loco Paris. 1573. *Palæphatus* substitutum est, quod recentiores omnes servarunt. Sed *Palæpharus* legunt Lov. 1. 3. 4. *Palæpharii* Voss. *Palæforus* Hearnii L. 1. *Pharus*, prioribus syllabis omissis, Lovel. 2. At *Palæpharus* urbs nulla memoratur. Doujatius scribendum conjecit vel *Phastus* vel *Pharsalus*. Earum *Phastus* remotior est ab Eretria et Pheris, inter quas media memorantur, quam ut convenire possit; altera *Pharsalus* longius a vestigiis codd. recedit. Cum Ortelio igitur in Thesauro Geogr. in voce *Palæpharus* legendum censeo *Palæpharsalus*, cujus urbis Liv. etiam meminit XLIV. 1. De ea vide viros doctos ad Front. II. 3. § 22. et Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 666. Ceterum antiquam scripturam *Palæpharus* reduxi.

Nec tempus erat, omisso incepto] In Voss. erat *eo misso incepto*. J. F. Gron. *Eo omisso incepto* in Lov. 3. *misso eo incepto* in Lov. 1. *Tò omisso incepto* desunt in Gaertn. Paullo ante *Pheræ* Voss. *Pheram* Lovel. 6. In verbis seqq. *Macedoniam transcendit*, omissa præpositione, Lov. 2. et Harl.

§ 10 *Circa Sperchias et Macran (quam vocant) Comen*] Mirum est, quanta sit in propriis nominibus variatio. Cujus rei pauca exempla subjiciam. In exemplaribus quibusdam *Sperchias* pro *Partalas*; *Cymine* pro *Cumyne*; *Angea* pro *Angeia*; *Themna* pro *Themna*; *Calathana* pro *Celatana*; *Acharva* pro *Acharrea*; *Pheca* pro *Perecha*; *Lisine* pro *Licinas*; *Stimon* pro *Strimon*; *Cercetius* pro *Cercio*; *Eginium* pro *Daginium*; *Phanocea* pro *Phanorhea*; *Japolis* pro *Jampholis*: nec, cum varia voce traduntur, quia non usque adeo celebrata sint nomina apud alios auctores, facile perspici potest, utra verior sit lectio. Verum quia illa, quæ secundo loco referuntur, ex vetustiore sunt codice deprompta, idcirco vero proximiora habenda sunt. *Sabell.* Ad sinum Maliacum urbs est, quæ Σπερχία dicitur a Ptolemæo et Stephano. *Sigon.* *Circa Sparthias* Lov. 6. *circa Sparchias* Voss. et Lov. 1. ac 3. *circa Spartias* Hearnii L. 1. *circa Perchias* ejusdem N. *circa Perthias* Lov. 2. *circa Parthias* Mead. ambo, et Gaertn. *circa Partheias* Harl. *circa Pthias* Lov. 4. Σπερχειὰν Thessalim Phthiotidis urbem memorat Ptolem. III. 13. ex quo etiam patet non longe a fluvii Σπερχειοῦ ostio et Thebis Phthiotidis remotam fuisse. Eam tamen hic cum Sigonio intelligi non posse, recte Doujatius vidit; quia Ætoli demum, postquam proxima circa Sperchias et Macran Comen evastassent, in Thessaliam transgressi dicuntur. Existimat igitur Jonjat. intelligi *Sperchion*, Doridis urbem, memoratam Plinio, IV. 7. ad quem locum Hardoin. Doricam et Thessalicam urbem confudisse videtur. Contra Ortel. in Thes. Geogr. *Sperchias* et *Macran Comen* Macedoniæ loca, et quidem Sperchias circa Acum vel Aoum amnem credit. Verum cui persuadebit, Ætolos, audito prœlio, quod circa Aoum factum erat, in Macedoniam prius profectos esse, et ita in Thessaliam transcendisse? Verisimilior est Doujatii sententia: eam tamen veram præstare nequeo. Deinde *Mactanē*, *quam vocant*, *Comen* Lov. 1. *Macramem*, *q. v. Comen* Lov. 2. *Macram amnem q. v. Comen* Hearnii L. 1. *Macrane q. v. Comen* ejusdem N. *Macranē q. v. Comen* Mead. ambo. *Macranen q. v. Comen* Lov. 5. 6. et Gaertn. *Macranem q. v. Comen* Lov. 3. 4. *Machranem q. v. Comen* Voss. *Macran q. v. Coman* Harl. *Macranen*, vel *Macranem q. v. Comen* edd. antiqq. Primus deinde Frob. 1531. dedit *Macran q. v. Comen*.

Cymines et Angeas primo inpetu potiti sunt] Ita quidam emendarunt, cum

Digitized by Google

in vetustioribus codd. *Cymenes* esset ac *Augeias:* sed vix hæc apud authorea reperias, aut saltem non obvia. 'Augeam' quidem in Chalcidica ponit Ptolemæus III. 13. nihil ad hunc locum: sicut hic paulo post 'Callitheras,' ille ibid. in Bisaltia ad Strymonem prope fluvium, æque nihil ad rem nostram. *Cypharam* autem credo Ptolemæo ibid. dici *Cyparam*. Sed commentarium non scribo: admonemus obiter lectorem, ut his tantum det fidei, quantum merito dandum: hæc enim omnia emendare operosum videtur. *Glar.* *Cyminos* Gaert. *Cymmes* Voss. Deinde *Angeras* Harl. *Angias* Gaertn. *Anageias* Lov. 6. *Angeias* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. *Angeas*, quod nunc vulgo editur, sed in nullo apud me cod. est, primæ habuerunt edd. Tarvis. utraque, et plures Venet. *Augeias* Ascens. 1513. et aliæ in margine. Ceterum in terminationem hujus vocis *as* consentiunt omnes omnino scripti et editi. Vide igitur num *Cymines* et *Angeas* vel *Angeias* sint genitivi more Græcorum formati. Livium certe *potiri* aliquoties cum casu secundo construxisse, vidimus ad XXV. 14. § 5.

§ 11 *Callithera inde adgressi*] *Calitera* Lovel. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Callitera* Lov. 4. Καλλιτέραι urbs Bisaltiæ memoratur Ptolem. III. 13. sed quam huc non pertinere recte judicant viri docti. Paullo ante *a Metrapoli* Hearnii L. 1.

§ 12 *Theuma inde et Calathana vicos expugnant*] *Teuma* Lov. 1. 3. 4. *Theumam* Hearnii L. 1. Deinde *Celathana* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Hearnii N. *Celectana* Gaertn. *Calana* Hearnii L. 1.

§ 13 *Achorras per deditionem receperunt*] Ita Gronov. 1665. edidit; incertum tamen, utrum dedita opera, an librariorum aberratione. Omnes enim priores habent *Acharras*, idque servant Voss. Lov. 4. 5. 6. et Mead. 2. Neque multum hinc abeunt alii. *Acharas* habent Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Hearnii L. 1. *Atharas* Gaertn. *Achartas* Hearnii N. *Acharras* igitur, licet æque ignotum atque *Achorras*, ex Mstorum et edd. fide reposui, quod et Doujat. fecit. Præterea *acceperunt* Voss. et Lov. 1. 3. 6. Male: *recipere* enim pro 'capere,' 'accipere' Livio usurpari, videbimus ad XXXIX. 23. § 11.

Xyniæ desertæ sunt] *Xynia*, inquit Stephanus, urbs Thessaliæ. *Sigon.* *Ryniæ* Voss. et Lov. 1. *Riniæ* Lov. 3. *Xiniæ* Lov. 6. *Ximiæ* Lov. 2. *Xime* Gaertn. Et ita iidem codd. § seq. iterum exhibent. Male. Vide ad XXXIX. 26. § 2.

§ 14 *Quod Athamanum, quo tutior frumentatio esset, ducebatur*] Buslid. *quod Taumacum*. Unde Rubenius *quod Thaumacos*. Ego suspicabar *Ithomen*. Strabo IX. 687. Χωρίον ἱδρυμένον μεταξὺ τεσσάρων φρουρίων, Τρίκκης τε καὶ Μητροπόλεως καὶ Πελινναίου καὶ Γόμφων· τῆς δὲ Μητροπολιτῶν ἐστι χώρας ἡ Ἰθώμη. J. F. Gron. *Quod Niatumacum* Lov. 6. *quod Athamaü* Lov. 5. *quod Athaumanum* Mead. 1. *quod Athaumatum* Harl. *quod Athamaticum* Hearnii L. 1. *quod Atheamacum* ejusdem N. *quod Athaumatum* Lov. 2. *quod Athaumacum* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. *quod Taumacum* Lov. 1. *quod Thaumacum* Voss. et Victor. apud Crevierium. Id Doujatio non displicebat, neque, licet Livius hoc lib. cap. 2. et XXXVI. 14. *Thamaci* numero plurali dixerit, mutandum opinatur in *Thaumacos*, quia mire variant hæc nomina oppidorum Græcorum; et modo plurali, modo singulari numero; interdum feminino, alias masculino, vel neutro genere efferuntur. Deinde suspicatur, retineri posse *præsidium Athamanum*, quod, quo tutior frumentatio esset, eo ducebatur, nempe ad oppidum Xynias. Tandem hanc iterum suspicionem rejecit, quia paullo post Athamanum ita Livius

Digitized by Google

meminit, ut neget quidem eos quicquam fecisse; sed, quid gesserint, non indicet. Verum non ea, quæ par erat, cura ad Livium adtendit, qui in principio cap. seq. late res ab Amynandro Athamanum rege gestas describit. Mihi Rubenii conjectura *Thaumacos* non displicet: Gronoviana enim *Ithomen* longius a Metoreum et edd. vestigiis recedere videtur.

§ 15 *Cyphara inde Æteli capiunt*] *Cyfera* Voss. *Cyphera* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Apheram* Lov. 6. Mox *Delopiæ* Hearnii L. 1. Tum *gesta sunt* Lov. 2. Tandem § seq. *quierunt*, pro *quieverunt*, Harl. Vide ad XXXVIII. 11. § 5.

CAP. XIV. § 1 *Oppidum protinus nomine Phecam*] Hoc oppidum libro priore c. 41. *Phecadum* nominavit. *Sigon. Phecum* Hearnii L. 1. *Perhetam* Lov. 2. *Pereeam* Lov. 4. et Mead. 2. *Perheeam* Harl. *Pereeham* Gaertn. *nomine per hæc ambitum* Voss. et Lov. 3. Paullo ante *Amynander qui suo militi* Harl. Vide ad XXXVI. 38. § 5. *Quia Amynander suo militi* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§ 2 *Eodem metu perpulit ad deditionem*] Quum prius et primum omnino in illa expeditione oppidum, quod erat Phecæ, vi fuerit captum, non metu deditum, haud aliter interpretari hæc quæso, quam ejusdem rei, ne scil. iisdem vi caperentur, metu ad deditionem redactos esse præsidiarios alterius oppidi. Verum durius hoc est, tum sine ulla prorsus necessitate sero positum, longeque nimis remotum ab eo, unde ortus esset ille 'idem metus,' si ista fuisset auctoris sententia. Sed et solet de 'eodem metu' loqui Livius, quando ii, de quibus proxime egit, deditionem fecere, quæ plerumque fit metu. Veluti XXXIII. 38. 'Deditio est facta. Idem metus tum incolentes alias Chersonesi urbes in deditionem dedit.' XLIII. 19. 'Admoto exercitu omnes extemplo dediderunt sese. Qua spe celeriore deditione erectus, postquam animadvertit, quantus agminis sui terror esset, undecim alia castella eodem metu' (quo scilicet priores ad eos dedendos fuerant compulsi) 'in potestatem redigit.' XXXII. 13. 'Acharræ per deditionem receperunt. Xynim simili metu a cultoribus deserta sunt.' Hic vero nullus similis metus præcessit, quippe non metu dedito, sed vi capto priore oppido. Nec ea etiam res aut vis metum incussisse videtur illis, qui Gomphos tuebantur, quum aliquot dies summa vi restiterint, nec, nisi erectis jam ad mœnia scalis, sese dediderint. Quid plura? Legendum puto *eo demum metu*, hoc est, metu erectarum jam ad mœnia scalarum, seu quem fecerant denique erectæ jam scalæ, ante quas erectas nulla alia res tantum illis metum incutere poterat, ut deditionem facerent. Mendii vocabuli duæ posteriores literæ in membranis plerumque omitti, et transversa tantum virgula superius ducta notari solent, quæ oscitantiam librarii facile potuit fugisse. *Perizon. Animadv. Hist. c. 2. p. 65. Eodem* servant omnes mei. Conjecturam autem Perizonii referens Crevierius addit se etiam I. 9. § 6. pro *eodem pervenit*, scribendum monuisse *eo demum pervenit*; ubi Lipsius et Gebh. una litera *m* facili errore in duas *in* divisa, malebant *eo dein pervenit*. At præferenda nunc est Crevier. sententia, quam plane, quemadmodum conjecit, invenerim in Flor. et Lov. 3. quorum consulendorum si antea copia facta fuisset, ita etiam edi curassem. Præterea *pepulit* Lov. 2. Sed vide ad lib. XXIV. c. 35. § 5. Paullo ante *tuentis urbem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *continentes urbem* Gaertn.

§ 3 *Hæc deditio Gomphorum ingentem*] Pall. et antiq. ed. *Hæc traditio Gomphorum*. Gebh. Scripti omnes *Hæc traditio Gomphorum*. Quid opus

Digitized by Google

fuit mutare? Lib. XXXVII. c. 9. 'Legationes finitimas ab Eleunte, et Dardano, et Rhæteo, tradentes in fidem civitates suas, benigne audivit.' *J. F. Gron. Hæc traditio* etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. Infra XXXIV. 29. 'Miserat ad legatum Romanum traditurus urbem.' Mox, 'Tradidit Quinctio urbem. Priusquam Gythium traderetur.' c. 30. 'Traditione oppidorum maritimæ oræ conterritus.' Mox, 'Postquam id quoque traditum Romanis audivit esse.' XXXVI. 14. 'Deditio sine cunctatione facta, traditumque præsidium regium.' Mox, 'Legati tradentes urbes suas obcurrerunt.'

Qui Argenta, quique Pherinum, et Thimarum, et Licinas, et Stimonem, et Lampsum habent] *Qui Argentea* Lov. β. et Hearnii L. 1. Tum *quique Ferimium* Voss. et Lov. 6. *quique Ferinum* Hearnii L. 1. *quique Fermum* Gaertn. *quique Pherimium* Lov. 1. et 3. *quique Pherinium* Lovel. 2. 4. et Mead. ambo. Hinc *et Timarum* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo: *et Tinatrum* Harl. a m. pr. *et Tinatum* a m. sec. *et Thyrmarum* Hearnii L. 1. Deinde *et Hernias* Voss. *et Licimas* Lov. 1. *et Licinas* Lov. 2. 3. 4. et Hearnii L. 1. *et Lycinas* Lov. 5. *et Liximas* Lov. 6. *et Lickinas* Gaertn. Hinc *et Strimonem* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *et Strymonem* Lov. 5. *et Stermonem* Lovel. 6. Denique *Lapsum* Gaertn. et Lov. 3. *Lapresum* Lov. 1.

§ 4 *A tribus simul exercitibus*] Τὸ *simul* deest in Gaertn. et Lov. 6. a m. pr. Alii eamdem vocem transponunt. Nam *ab tribus exercitibus simul* legit Voss. *simul a tribus exercitibus* edd. ante Frob. 1535. Paullo ante *Achernanes*, pro *Athamanes*, Voss. et Hearnii L. 1.

§ 6 *Ex præsenti eos potius, quam ex præterito, æstimat*] *Quam præterito* Voss. et Lov. 1. recte reliquis vulgatum servantibus. Livium enim præpositiones iterare solitum fuisse, idque in hac orationis compositione, vidimus ad IV. 58. § 4. Paullo ante *quia ad satisfaciendum quoque cunctis imperata* Gaertn. et Mead. 1. in margine.

Et ipsa facilitate nonis animos] Scribendum ex Pall. utroque, et antiq. ed. *et ea ipsa facilitate*. Gebh. A Curione est. Scripti et editi ab Andrea ad Froben. usque *et ea ipsa facilitate*. J. F. Gron. *Et ipsa facilitate*, quod in uno meorum Lov. 2. obvium fuit, ante Curionem receperunt Frob. a. 1535. Bas. a. 1539. Vascos. et Gryph. Sed recte Gronov. ex Mss. et edd. antiqq. emendavit *et ea ipsa facilitate*, quod reliqui codd. nostri, Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. tuentur. Pariter *is ipse*, pro *ipse*, emendat Gronov. ad XXVII. 23. § 7.

§ 7 *In monte Cercetio posuit castra*] Plinius IV. 8. hos Thessaliæ montes 'Cercetos' vocat, Ptolemæus III. 13. 'Cercetesios:' quidam etiam novi codd. 'Berceteseios' habent. *Glareanus*. Plinius montium 'Cercetorum' meminit in Thessalia, Ptolemæus montis 'Certesesii.' *Cercetium* tamen esse legendum, docet Steph. qui ait, Παλία, πόλις Θεσσαλικὴ ὑπὲρ τὸ Κερκετικὸν ὄρος· τὸ ἐθνικὸν Παλιεύς. *Sigon.* Prisca ed. in *monte Cercetio*. Pall. contra *in monte Certio*. Gebh. *In monte Certie* Voss. et Lov. 6. *in monte Certio* Lov. 2. 3. et Hearn. L. 1. *in monte Cercio* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo: *in monte Cervie* Lov. 1. *in monte Cerucio* Gaertn.

CAP. XV. § 1 *Primam urbium Thessaliæ Phaleriam*] Id nominis non memini me legere in Thessalicarum urbium numero: etsi quidam *Phaleren* in Thessalia esse dicant, alii per *a Phalaron* in Thessalia esse dicant. Strabo etiam IX. 435. ubi de Achillis ditione, *Phalaræ* meminit. Fortasse autem, quod dirupta fuit, memoria excidit. De 'Rage' etiam nullam invenio apud authores mentionem.

Digitized by Google

Cellar. Vet. lib. *Phaleram*: ex Cosmographia *Phalaram* scribendum est, ut etiam admonui ad XXVII. 30. § 3. *Sigon.* Signanius *Phalaram*. Sed vulgatam lectionem tuentur Pall. nec non prisca ed. *Gebh.* Si est eadem, quam appellavit XXVII. 30. non dubito, quin et hîc *Phalara* dixerit, et *captis Phalaris*, et *Phalara incensa et direpta*. Stephanus Φάλαρα πόλις Θετταλίας, πλησίον Λαμίας· τὸ ἐθνικὸν Φαλαρεύς. Sed idem Φαλάρη, πόλις Θετταλίας· ταύτην Ῥιανὸς Φαλαρίαν καλεῖ· τὸ ἐθνικὸν Φαλαρίτης. Denique et Phalachthia Thessaliæ Ptolemæo III. 13. *J. F. Gron.* Non potest esse eadem, quam XXVII. 30. *Phalara*. Nam, hanc ad sinum Maliacum esse, ibi dicit Livius: ea, de qua hic agit, prima ex Epiro in Thessaliam venientibus erat, quam XXXVI. 13. *Phalorium* vocat. Vide Cellar. Geogr. Antiq. II. 13. p. 678. *Duk. Phalorium* Lov. 2. Harl. et Gaertn. quomodo iidem codd. etiam mox § 3. bis præferunt, quibus ibidem consentit Mead. 1. Hi ergo persuaserunt, ut ita edi curarem. Similiter legendum existimavit Doujatius, docens scripturam hanc minus a vulgato abire, quam si legatur *Phalara*; propius etiam distare a Metropoli Thessaliotidis urbe, quæ mox sequitur, in qua etiam regione Phaloria alta creditur. Ejus etiam meminit Livius XXXIX. 25.

§ 2 *Non die, non nocte remissa*] *Non nocte, non die remissa* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Hasl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Vide ad XXI. 11. § 15. *Non nocte, nec die* Lov. 6. Vide ad XL. 15. § 5.

§ 3 *A Metropoli et a Piera*] *Metropolis* una est in Thessalia. Porro autem *Pielia* legendum, quæ, ut ait Stephanus, est in Thessalia, ut dixi paullo ante, non *Pieria*, quæ in Bœotia est. *Sigon.* Vide etiam Sigon. ad XXXVI. 15. § 6. *A Pyrea* Harl. et Lov. 3. *a Pirea* Lovel. 1. et 6. *a Pyrhea* Gaertn. *a Pieria* Mead. 2. Mox *vetia eisdem petentibus data* Harl.

§ 4 *Inde Ægitium petit*] Hoc in Illyrio statuit Stephanus. *Sigon. Ægitium* Tymphæorum seu Stymphæorum memorat Strabo VII. 327. Tymphæi autem sunt populi Epiri. Contra *Ægitium* Thessaliæ urbem agnoscit Livius XXXVI. 13. At *Ægitium* in Pieria, quæ Macedoniæ regio est, recenset Plin. H. Nat. IV. 10. *Ægium* Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Ægimum* Lov. 3. Mox *quum locum vel medico* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. 2. omissa particula *quum* vel *cum*, quæ intercepta est a præced. vocis *locum* syllaba ultima. Vide ad XXXII. 9. § 3. Ex his tamen codd. Lov. 2. 6. et Voss. quorum librarii eam deesse non posse animadverterant, in seq. illam addiderunt, legentes *inexpugnabilem eum vidissent*. Præterea *agmen convertit* Voss.

§ 5 *Digressusque in campos Thessaliæ*] *Degressosque* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. quam lectionem recte ex Pall. probavit Gebhard. ad l. IV. c. 17. § 11. Et ita Sigonius a. 1572. edidit, quum in prima ed. 1555. vulgatum servasset. Plura vide ad d. l. Livii. Mox *qui Epirotarum* Voss. Lov. 1. 3. a m. pr. 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Aldum, sollemni scribarum varietate; de qua vide ad XXXVI. 33. § 5.

Utrum Leucadem ac sinum Ambracium] Lectio hæc, ex aberratione typographorum in ed. ultima Gruteri nata, per omnes recentiores propagata est, licet nullo modo admitti queat; quum classis simul Leucade et in sinu Ambracio esse non possit. Antea recte edebatur *Leucadem, an sinum Ambracium*: quomodo etiam præferunt Lov. 2. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. *Leucade, an sinum* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. et Gaertn. 2. Mox τὸ *in vicem* deest in Lov. 6. a m. pr.

§ 8 *Inde ad Ragen est profectus*] Non est nunc illa *Rage*. Scribe *Inde Atracem est profectus*. Strabo IX.

Digitized by Google

440. *Ἐπίκειται δ' αὐτῇ Ἄτραξ ἐν τετραρόμφοις στάδιοις τῷ ποταμῷ* [Πηνειῷ] *πλησιάζουσα καὶ αὐτή. Τὴν δ' ἀπὸ μέσου ποταμίαν εἶχον Περραιβοί.* Vides, ut mox Livius, 'ex Perrhæbia oriundi sunt: sita est urbs super Peneum amnem.' Eam frustra obsedit Quintius. Unde XXXIII. 4. 'Philippus acceptus ad Aoum fluvium in angustiis cladi, ter a Macedonum phalange ad Atracem vi pulsus Romanos opponebat.' Hoc nomen suspicari quoque corruptum esse et inferius cap. 17. 'Consul interim omnium spe longiorem atrocioremque oppugnationem habuit.' Venit aliquando in mentem, *longiorem Atracis oppugnationem habuit;* vel *ad Atracem.* Sic olim jam prior ed. nostra. Postea et eruditus Horrionem ad l. XXXIII. c. 4. *Atracem* pro *Rege* reponendum observasse vidimus. *J. F. Gronovius. Ad Raghen* Gaertn. *ad Rhagen* Lovel. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. antiqq. pro quo ed. Ven. a. 1498. *ad Ragen*, adspiratione omissa, dedit: ad *Thagen* Lov. 2. *ad regem* Voss. et Lov. 1. ac 3. quomodo etiam peccatur XXXVI. 10. § 2. proxime verum *ad Racen* Mead. 1. Sed verum Gronov. vidit. De hac urbe vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13. pag. 680. Mox *Pervenia* Lovel. 4. et 6. *Perrenia* Voss. Lov. 1. *Perenia* Gaertn. *Perheuia* Harl. et Mead. 1. *Perhienia* Lov. 3. *Pertenia* Lov. 2. *Parthenia* Mead. 2. At vulgatum verum est.

CAP. XVI. § 1 *In Epiri faucibus castra posuit*] Ita primus edidit Aldus. Edd. priores cum omnibus codd. Mss. legunt *posuit castra.* Præcedens vox *primum* deest in Lov. 2.

§ 2 *Cum duabus quinqueremibus Corcyram transvectus*] *Trevectus* Voss. Lov. 1. et Mead. 2. Et ita in quibusdam suorum Gronov. invenisse videtur. Certe hunc locum laudans ita eum adfert hoc lib. cap. 6. § 1. *Provectus* Gaertn.

§ 3 *Quum ad Zamnam insulam adsecutus esset*] Nemo, quod sciam, hoc tractu 'Zamnus' meminit: ego propemodum ausim reponere *Zacynthum.* Est enim inter Corcyram et Maleam, ad quam mox pervenit. *Glareanus.* L. Quintium scribit Corcyra profectum classem ad Zamnam insulam esse assecutum. Quæstio existit, quæ sit hæc insula, quæ a Corcyra ad Maleam navigantibus occurrat? Glareanus mendose esse pro *Zacyntho* ait, ego pro *Same.* In veteribus enim libris est *Zamna*, non *Zamnum.* ['Glareanus 'mendose' adverbium non ponit: hic identidem addit, ac demit Glareani verbis, quod vult: quod non decet.'] De hac insula Pomponius II. 7. 'In Ionio Prote, Hyria, Cephallenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, Ithaca.' Et Plinius l. IV. c. 12. 'Cephallenia, Zacynthos, Ithaca, Dulichium, Same. Cephallenia quondam Melæna dicta. Same diruta a Romanis adhuc tamen oppida tria habet.' Et Virgilius Æn. III. vs. 271. 'Dulichiumque, Samenque, et Neritos ardua saxis.' Alii 'Samen' urbem Cephallenize esse scripserunt. *Sigonius.* Pall. *deseentus.* Gebh. *Ad Camam* Voss. et Lov. 1. *ad Zamnum* Lov. 5. *ad Gamam* Lov. 6. *ad Caniam* Hearnii L. 1. *ad Annam* ejusdem N. Quo minus adsentiri possim Sigonio, *ad Samen*, vel potius *ad Samum* emendanti, et in contentam recipienti, illud obstat, quod Livio *Same* non sit una Echinadum, a Cephallenia diversa, ut multis placuit, sed potius Cephallenize urbs, ut constat ex lib. XXXVIII. c. 29. et hinc neque aliam ejus emendationem probandam puto XXXVI. 42. Nisi quis per 'Samen' intelligat Cephallenizm, quæ alio nomine *Samus et Same* dicta esse creditur. Vide Cellar. Geogr. Ant. II. 14. p. 800. An tamen Livius eum antiquo hoc nomine obscure adpellare voluerit, qui passim alibi *Cephallenizm* vocaverit, merito dubitari potest. Si igitur hæc scriptura rejicitur, quid ejus loco reponendum sit,

Digitized by Google

non subcurrit. Praeterea *desecutus* Voss. Lovel. sex, Mead. ambo, et Gaertn.

Dimisso Lucio, cui successerat] Nisi quum de duobus fratribus veteres loquebantur, solis prænominibus numquam usi sunt. Quod quum ita sit, *dimisso L. Apustio* Livium scripsisse credideram. *Sabell.* Pall. *dimisso Libio.* Gebh. *Dimisso Libio* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii I. 1. *dimisso Livio* Lov. 5. et edd. Camp. et Rom. 1472. pro quo Mediol. 1480. et Tarvis. *dimisso Lucio*, quod superest in Harl. Mox § seq. *ad Malum* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii I. 1. N. et edd. ante Ascens. a. 1513. *ad Malè* Lov. 5. Deinde § 5. *a Malo* omnes codd. cum iisdem exaratis.

§ 5 *Jussis ceteris, quantum maxime possent maturate, sequi*] Pall. et antiq. ed. *jussis cæteris, quantum maxime possent, maturare sequi.* Gebhard. Ita et Lov. 1. 4. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et alia; quod non displicebat Gronov. ad XXXIX. 45. § 5. *Quantum maxime possent, maturarent sequi* Lov. 3. quod et ipsum probari posset. *Jussis maturarent*, pro 'ut maturarent.' Vide ad l. XL. c. 41. § 8. Quamvis autem pro vulgato etiam stent reliqui codd. nihilominus alterutra harum lectionum præferenda videtur. Et quidem earum prior minimum a vulgato distat. Mox *præcipit* Lov. 3. 4. et Harl. qui simul etiam *incipit*: sed *præripit* Gaertn.

§ 6 *Ex quatuor et viginti quinqueremes erant*] *Et quatuor* Voss. Lov. 1. 3. et Gaertn. Tum *viginti navium* locis omnes codd. mei cum edd. ante Aldum. Hinc *Hagesimbrotus* Voss. *Agesimbrotus* Lov. 3.

§ 7 *Eubœam, inde exiguo distantem freto, trajecerunt*] *Exiguo distante freto* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. usque ad Frob. 1531. Sed vide ad VI. 3. § 8.

§ 9 *Jussitque, ut, quæ ex sua classe venissent naves, Eubœam peterent*] Locutionem notandam monuit Crevier. Verbo enim 'jubere' subjungi fere verbum infiniti modi. Sibi igitur in mentem venisse testatur, *jussitque, ut quæque ex sua classe venissent naves, Eubœam petere.* In eo consentit Lov. 6. quod legat *jussitque, ut quæque.* Similiter quidem *ut quæque* legunt Lovel. 2. 3. Harleian. Mead. 1. et Gaertn. Verum iidem simul *jussit* vel *jussis*, omisso τῷ *que*, præferunt: ut in illis tantum τὸ *que* in alium locum rejiciatur. At omnes constanter *peterent.* Quæ de hoc genere loquendi monuerunt Borrich. et Cellar. nullus non novit. Sane τῷ *jubere* frequentius apud vetustiores atque optimos scriptores verbum infinitum jungi, certissimum est. Apud eosdem tamen quædam, quamvis rariora, obcurrunt exempla, eidem verbum finitum cum *ut* vel expresso, vel per ellipsin omisso addi. Non laudabo nunc locum Livii XXIII. 21. § 4. cum enim ex codd. auctoritate aliter legendum esse, adsentior. Verum ita loquitur XLII. 39. 'Legati, vel cum tribus venire, jubebant, vel obsides daret.' XLIV. 2. 'Quum, exponerent in consilio, jussisset, qua quisque ductarus esset.' Plaut. Amph. I. 1. 50. 'Jubet, sententiam ut dicant suam.' Sticho II. 2. 71. 'Jube famulos rem divinam mihi adparent.' Terent. Eun. IV. 4. 24. 'Jube mihi denuo respondeat.' Heaut. IV. 4. 15. 'Jube maneat.' Ad. V. 7. 16. 'Jube nunc jam dinumeret viginti minas.' Cæsar, sive Hirtius Gall. VIII. 52. 'Quod ne fieret, consules amicique Pompeii jusserunt:' ubi quidem alii, invitis codd. et editis, pro *jusserunt*, reponunt *intercesserunt*; pauci Mss. et typis exarati legunt *suaserunt*; plurimas tamen et meliores membranas *jusserunt* præferre, Oudend. testatur. Virg. Ecl. V. 15. 'tu deinde

Digitized by Google

jubeto certet Amyntas.' Ovid. Am. I. 4. 29. 'bibat ipse, jubeto.' Eleg. XI. 19. 'rescribat multa, jubeto.' Art. I. 509. 'Ista jube faciant.' Medic. Fac. 58. 'Lenta jube scabra frangat asella mola.' Fast. IV. 259. 'Mater abest: Matrem, jubeo, Romane, requiras.' Horat. Sat. I. 4. 121. 'Jubebat, ut facerem quid.' Ex inferioris ætatis scriptoribus, unde plura adferri possent, alia laudare abstineo. Vide Burm. ad Nason. Met. VIII. 752. Adsentior itaque Dukero ad XXIII. 21. § 4. ubi variant codices, præferendum esse infinitivum; ubi in conservando subjunctivo conspirant, eorum consensum non spernendum esse.

§ 10 *Machinasque ad urbium excidia secum portabant*] *Urb'* Lov. 4. *urbis* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *excidia* iterum Clericus aliique, adversantibus scriptis et editis. Vide ad V. 15. § 9. Paullo ante *jam et trium*, pro *nam*, Voss. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad IX. 17. § 5.

Agri adfatim materiæ præbebant] *Materiam* Lov. 2. ut l. XXXVIII. c. 19. 'Saxa adfatim præbituram asperitatem ipsam locorum credebant.' Sed reliqui stant pro vulgato, et Livius etiam passim τὸ *adfatim* cum casu secundo construxit. Supra X. 25. 'Habetis igitur, inquit, adfatim lignorum.' XXIII. 5. 'Jam pecuniæ adfatim est frumentique.' XXVII. 17. 'Armorum adfatim erat captorum Karthagine.' XXXIV. 26. 'Auxilia, quorum adfatim erat.' cap. 37. 'Ad obsidionem sustinendam copiarum adfatim esse.'

§ 11 *Primo haud inpigre tuebantur mœnia*] *Nec impigre* Harl. *ut impigre* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. *primo impigre* Mead. 2. *Inpigre* est strenue. Delenda igitur cum uno hoc cod. negatio. Mox *dein fessi*, pro *deinde*, Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 2. Vide ad III. 3. § 6.

§ 12 *Philocles regius præfectus ab Chalcide nuncios mittebat*] *Phil. præfectus* Lovel. 1. et Voss. *Philocles regis præfectus* Lov. 6. Vide ad XXXI. 25. § 6. Tum *Chalcide*, pro *a Chalcide*, Lov. 2. Harl. et Gaertn. Mox τὸ *si* deficit in Lov. 1.

§ 13 *Ultra, quam vellent, aut quam possent*] *Quam vellent, aut possent* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn.

§ 15 *Et ea modo parte, qua murus dirutus erat*] Τὸ *et* deest in Lov. 2. *ea modo parte, qua* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Vide ad XXVI. 45. § 1. *Et ea modo, qua* Harl. Præterea *murus diruptus erat* Lov. 2. Vide ad IX. 45. § 17.

CAP. XVII. § 1 *E navibus copiæ exponerentur*] Præpositio deest in Lov. 1. et Harl. *ex navibus* legunt Lov. 2. 3. 6. et Voss.

§ 2 *Trecenti nummi in capita statutum est pretium*] Pall. *treceni in capita statutum precium est.* Antiq. ed. *trecentorum in capita statutum est precium.* Gebh. Thuan. plane *treceni.* XXII. 52. 'In capita Romana trecenis nummis quadrigatis.' *Jac. Gron. Trecentorum in capita* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *trecenti in capita* Lov. 4. *trecē nummi in capita* Lov. 1. *treceni in capita* Voss. Lov. 6. a m. pr. et Mead. 2. *nummi treceni in capita* Lov. 2. 6. a m. sec. Harl. et Mead. 1. *treceni nummi in capita* Lov. 3. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *treceni nummi capita* Gaertn. *nummi tricni per capita* edd. prioribus proxime: *nummi trecni per capita* ed. Mog. *treceni nummi in capita* Aldus: *trecenti nummi in capita* Vascos. quod, paucis exceptis, recentiores servarunt usque ad Crevier. qui *treceni* restituit; quod etiam ob codd. Metorum auctoritatem probavi. Solent autem numeri cardinales et distributivi in Mss. confundi. Vide ad h. lib. c. 28. § 11. Quod tamen viri docti moneant sermonis proprietatem postulare, ut *treceni*, pro *trecenti*, legatur, aliter ju-

Digitized by Google

dico, et salva sermonis proprietate *trecenti* servari posse puto. Numerus enim distributivus indicat cuique captivorum Macedonum trecentos nummos libertatis pretium statutos esse: id autem aeque indicatur numero cardinali si addantur voces 'in capita,' 'in singulos,' vel similes. Verum, ut dixi, *trecenti* probavi, partim fide codicum motus, partim quia Livius, licet numero distributivo utatur, tamen interdum 'in capita,' vel 'in singulos' addere solet. Vide ad XXXIX. 38. § 11. Praeterea *statutum pretium est* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 3 *Sunium Atticae terrae promontorium*] *Esunium* Voss. *Estinum* Lov. 1. *Esumium* Lov. 3. *Estraum* Hearnii L. 1. Sed litera prima huic voci ex fine praecedentis adhaesit. *Sunium* Lov. 4. 5. Harl. Hearnii N. et edd. principes. Paullo ante *inermes in Boeotiam trajecti* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Cenchreas Corinthiorum emporium] Stephanus oppidum et navale Corinthiorum esse scribit, itemque caeteri. *Sigon. Et Caporium*, pro *emporium*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Male. Ita 'Cynus emporium urbis Opuntiorum' habuimus XXVIII. 6. Mox *petunt* Lov. 2. et Harl.

§ 4 *Longiorem atrocioremque obpugnationem habuit*] Gronov. ad c. 15. § 8. *longiorum Atracis*, vel *ad Atracem obpugnationem* verisimiliter legendum censuit: quae conjectura etiam Crevierio placuit. Omnes tamen codd. vitiosam lectionem retinent, ac nihil variant. 'Atrox' etiam 'obpugnatio' est XXI. 11. 'Obpugnatio eos aliquanto, quam ante, atrocior adorta est.' An igitur legendum *atrocioremque Atracis obpugnationem habuit?* Ut vox *Atracis* exciderit, partim quod librarii nescirent quid ea notaret, partim ob vocem praecedentem. Mox *etenim ea, qua minimum credidisset* Lovel. 2.

§ 5 *Si aditum armatis in urbem patefecisset*] *In urbem fecisset* Hearnii L. 1. Paullo ante *crediderat in diruendo muro fore* Lov. 6. *in muro crediderat diruendo fore* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 6 *Parte muri arietibus decussa*] Sic quoque XXXIII. 17. et XXXVII. 6. Nec ullo loco quidquam variae lectionis ex Mss. adnotatur. Credo tamen, iis magis convenire 'discutere,' ut XXI. 12. et apud alios: 'decutere' est summas partes dejicere I. 54. et XXV. 7. 'discutere' disjicere, et, ut Livius paullo post dicit, dirnere murum, ita ut aditus per ruinas pateflat. *Duk.* Vide tamen quae dixi ad XXI. 12. § 12.

§ 10 *Purgato loco, qui strage semiruti muri cumulatus erat*] Quis purgandi ritus sit, explicare Caelium Rhodig. Antiq. Lect. XI. 22. eumque videndum ad hunc locum, monuit Godelev. Verum recte observat Rob. Titius in inedita parte Locor. Controv. XXIV. 24. Caelium loqui de illa purgatione, quae etiam vocatur expiatio, eamque huc non pertinere, quum Livius loquatur de purgatione ruderum et caementorum. Eodem sensu hac voce etiam usum Plinium XVIII. 16. 'Solum, in quo seratur, elapidatum purgatumque subigitur autumno:' et Suet. in Vesp. c. 8. 'Ruderibus purgandis manus primus admovit.' Similiter 'repurgare itinera' dixit Liv. XLIV. 4. 'Per invia transgressus, praemissis, qui repurgarent iter, Attalum et Misagenem praesidio esse saltum aperientibus jubet.'

Turrim ingentis altitudinis, magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem] *Turrem* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Ita formavit XXIII. 37. ubi vide ad § 5. Tum *multiplici tabulatione* Lov. 3. et Gaertn. Male. XXI. 11. 'Catapultis ballistisque per omnia tabulata dispositis.' XXVIII. 6. 'Turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum.' Silius XIV. 300. 'Turris multiplici surgens ad sidera tecto Exibat, tabulata

Digitized by Google

decem cui crescere Grajus Fecerat.' Vox *tabulatio* obscurit quidem apud probos scriptores; eadem tamen Livium uti, non memini.

§ 14 *Et, si quam incidissent, aut præfregissent, hastile fragmento ipso, &c. velut vallum explebat*] Pall. *et, si quas inc. aut præf., hastilia fragmento ipso acuto, &c.* Antiq. ed. ita distinguit et legit, *et si qua inc. aut perfregissent hastilia, frag. ipso ac. inter spicula int. hast. velut vallum explebant.* Gebh. *Perfregissent* Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1535. Male. Vide ad XXVII. 33. § 2. Insuper *et, si qua incidissent, aut p. hastilia, fragmento ipso, &c. velut vallum explebant* Voss. Lov. 2. 5. Harl. et Gaertn. cum iisdem edd. Neque dissentiunt Lov. 1. et 3. nisi quod perperam *hastilia* legant: *et, si quam incidissent, aut præfregissent, hastilia fragmento ipso, &c. velut vallum explebant* Lovel. 4. et 6. Similiter Mead. ambo, præterquam quod præferant *et, si quas incidissent*, ut etiam in Pall. Gebhardus reperit: quam lectionem recepi, quam vulgata, quæ vel Froben. vel Gelen. auctorem habet, in nullo Mste obvia fuerit.

§ 15 *Ad hoc et muri pars adhuc integra utraque tuta præstabat latera*] Pall. *et muri pars utraque integra.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Præterea *Ad hæc* Lov. 6. Vide ad XXI. 52. § 10.

§ 16 *Accessit etiam forte res*] Lege *fortuita res.* Gelen. Pall. *Accessit etiam fortiter res.* Gebh. *Forte res*, ut olim edebatur, servant Lov. 2. 5. 6. Harl. et Mead. 1. *fortiter res*, ut legunt Pall. Gebhardi, fuit in Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. 2. *Accessit etiam fortuito res* Gaertn. ut II. 28. 'Omnia temere ac fortuito ageret.' Non tamen Gelenio *fortuita* reponenti adversabor.

Quum turris per aggerem] Vide Lipsium Poliorcet. II. 4. *Duk.*

§ 17 *Rota una in altiorem orbitam depressa*] *Demissa* Gaertn. Tum *spem rustica*, pro *speciem*, Lovel. 3. 6. et Voss. solemni scribarum aberratione. Vide ad III. 9. § 13. Dein *trepidationem insanam*, omissa copula, Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tandem *tribuerit* Voss.

CAP. XVIII. § 1 *Quum parum quidquam succederet, consul minime æquo animo*] Probe ad hunc modum antiqui ad. Pall. tamen *Quum parum quicquam succederet consuli.* Gebh. *Succederet consuli* etiam Lov. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Error inde ortus est, quod per compendium *cos* vel *cons* scriptum fuerit. Vide ad X. 10. § 12. Et quidem eo potius *consuli*, quam *consul*, librarii dederunt, ne 'succedere' sine casu usurparetur. Ita tamen Cic. ad Q. Fr. II. 14. 'Si ex sententia successerit, bene erit opera posita:' ad Brut. epist. c. 9. 'Sine exercitu tuo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore.'

§ 2 *Nec stationem procul a mari*] Lege *nec rationem.* Gelen. Distinguendum post *rationem*, ut ita intelligatur: Ipse consul nullam rationem hybernandi cernebat, ut in locis procul a mari et evastatis belli cladibus. *Glar.* Contra ac docti emendarunt, libri nostri omnes *nec stationem procul a mari, et in evastatis belli cladibus loci hibernandi ullam cernerat.* Gebh. *Nec stationem* servant Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Reliqui viris doctis, *nec rationem* emendantibus, consentiunt: nisi quod *nec regionem* legat Lov. 3. Librarios autem voces 'ratio' et 'regio' nonnumquam confudisse, docet Giphan. in Indice Lucret. voce 'Proverbia.' Mox *et evastatis*, omissa præpositione, Lov. 6.

§ 3 *Itaque rejecta obsidione*] Lege *relicta obsidione.* Gelen. Libri nostri omnes *rejecta obsidione.* Gebh. Media vox deest in Voss. et Lov. 1. Reliqui etiam mei constanter *rejecta.* Mox *tota* deest in Gaertn. Deinde

Digitized by Google

et cetera, vel *cet'a ad hibernandum* Voss. Lov. 1. et Harl. *et t'na ad hibernandum* Lov. 6. Vocula *et* non adparet in primis edd. Sed in cod. ex quo edd. procaratæ sunt, intercepta est a literis ultimis vocis præced. Vide ad XXXV. 41. § 7. Asconius deinde a. 1513. *simul et tecta ad hibernandum* dedit; qui hic captasse videtur, id quod Livio familarissimum est, repetitionem τοῦ *simul*, quæ vox modo præcessit. Verum partim nulli codd. hanc lectionem probant, partim ex omnibus illis exemplis quæ ad III. 50. § 12. et XXVII. 15. § 14. laudata sunt, patet Livium in hac locutione 'simul, simul' simpliciter, nunquam 'simul et, simul et' dixisse. Alibi vero Livium aliosque 'simul et, et' usurpasse, vidimus ad XXVI. 48. § 6.

§ 5 *Locridam et Bœotiam*] Ita primum Parisienses ediderunt a. 1572. Priores *ac Bœotiam*. Nihil interest utro modo legamus. Priscam nihilominus lectionem revocavi, quam probant Mss.

§ 6 *Phocidis primo impetu Phanoceam sine certamine cepit*] Παυσανίας δ' ὁ τῶν Φανοτέων, ὅμορος τοῖς περὶ Λεβάδειαν νέμουσι, ἦ τοῦ Ἐρκυνοῦ πυρός. Id est, *Panopeus autem, qui nunc Phanoteus, vicinus iis, qui circa Lebadiam locis, Epei patria*. Hæc Strabo IX. 423. Quamquam non *Phanoteus*, sed *Phanopeus* legendum puto, reclamantibus omnibus et Græcis et Latinis, quæ nos vidimus, exemplaribus: π enim in φ mutatum est, idque in principio verbi, non π in τ, perhibet Strabo. Ergo *Panopea* in accusativo legendum puto hoc in loco, cujus Ionicus accusativus est Πανοπῆα apud Homerum in Bœotia vs. 27. Nisi quis Livium ab accusativo masculino Græco formasse existimet fœmininum nomen, quod aliquando fecisse Latinos invenimus, ut ostendit *crateru*. Glarean. *Phanoteam* legendum esse, quemadmodum est in veteribus libris, ostendit Stephanus: Φανοτεῦς, inquit, πόλις Φωκίδος λέγεται καὶ Φανότη, καὶ Φανότεια. Glareano tamen placet *Panopeus*. Sigon. Legendum ex Pall. *Phanoteam*, ut etiam Sigonius monuit. *Gebh. Phanoseam* Lov. 5. 6. et Harl. *Phanotheum* Lovel. 3. *Phanoteam* reliqui codd. mei cum Hearnii L. 1. *Panopeam* recepit Froben. 1531. *Phaneteam* quadriennio postea. Dein Vascos. *Panopeam* revocavit, quod in reliquis edd. superest, exceptis tamen Sigonianis, neque ad ultimam Gruteri, qui Sigonium secutus *Phanoteam* vulgavit. De hoc oppido vide Palmer. Græc. Ant. VI. 15. 673. Cellar. Geogr. Ant. II. 13. 725. Vales. ad Exc. Peiresc. pag. 24. et Burm. ad Ovid. Met. III. 19.

Ambryson inde Hyampolinque recepit. Daulisia quia] Lege *Daulis*, pro *Daulisia*. Gelen. Duo priora hic nomina ubique obvia sunt: quamvis Strabo loco jam dicto IX. 424. duas faciat Hyampolei: alteram Phocensium, de qua hoc loco intelligimus: alteram in Parnaso monte. *Daulisiam* non temere reperias apud scriptores, pro quo *Daulis* quidam restituerunt. *Glar.* De Ambryso vide Palmer. Græc. Ant. VI. 15. 642. de Hyampoli ibid. VI. 15. 657. Deinde *Daulisiæ* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Daulisias* ejusdem N. pro quo recte Gelen. *Daulis*. De ea vide Palmer. ibid. VI. 12. 636.

§ 8 *Cum refugientibus in portam permixti impetum Romani facerent*] Ex eo quod sequitur, sex alia ignobilia castella in potestatem venisse, quidem colligi potest, Daulidem quoque captam fuisse; sed hæc verba incertum relinquunt, quo effectu impetum Romani fecerint: nam multi impetus sine effectu sunt. Suspicor vel aliquid excidisse, vel legendum esse *impetu eam Romani caperent*, permixti scilicet cum fugientibus, ut XLII. 54.

Digitized by Google

'Terga dederunt, fugientesque per patentem portam hostes acceperunt.' 'Impetu urbem capere' Livius et alii sæpe dicunt. Vide Gronov. ad I. 57. Nec difficilius permutari possunt *facerent* et *caperent*, quam 'capti' et 'facti,' item 'captus' et 'factus,' XXII. 5. et 'cepimus' ac 'fecimus' in Terent. Heaut. II. 3. 25. *Duk. Cum fugientibus in porta commixti* Lov. 3.

§ 9 *Et alia ignobilia castella Phocidis*] Pall. et antiqua ed. *Sex alia.* Gebh. Quidquid est apud me edd. ante Curionem vel Gryphium cum scriptis *Sex alia ignobilia castella.* J. F. Gron. Pariter legunt omnes mei. Non vero vulgatæ lectionis vel Curio, vel Gryphius auctor exstitit, sed *Et alia* jam ante eos receperant Frob. 1535. Basil. 1539. et Vascos.

Recepturi mœnibus videbantur aut ducem, aut exercitum Romanum] Non satis adsequor cur dicat *aut ducem, aut exercitum Romanum:* certe dux solus sine exercitu vel sine præsidio se Elatiæ mœnibus non commissurus erat. Eamdem difficultatem etiam sibi natam Dukerus testatur. Videant igitur alii. Interim codd. quibus utor, nihil hic varietatis exhibent, nisi quod *recepturi Romanum*, sex mediis vocibus omissis, legant Voss. et Lov. 1. An legendum *recepturi mœnibus videbantur Romanum?* ut τὰ *aut ducem, aut exercitum* tamquam interpretatio dubitantis scribæ, quo sensu *Romanus* accipiendum esset, primo margini adscripta fuerint, postea vero in contextum inrepserint.

CAP. XIX. § 1 *Ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi*] Pall. *in Romanam amicitiam avertendi.* Prior tamen *advertendi.* Gebh. *In Romanam amicitiam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Aldo priores. Utraque locutio ferri potest. Vide ad VI. 23. § 8. Deinde *advertendi* Lov. 2. 3. et Harl. sollemni scribarum lapsu. Vide ad d. l. Livii. Paullo ante Ant. Perizon. *Eam obsidenti*, pro *Elatiam obsidenti*, ad marginem Livii legendum conjecit, non alia, ut videtur, de caussa, quam quod vox *Elatia* modo præcessit. Sed vide ad XXXI. 43. § 2.

§ 2 *Cycliadem, principem factionis*] *Cycliadan*, vel *Cycliadam* legendum, conjeci ad XXXI. 25. § 3. Et posterior quidem lectio hic superest in Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. atque edd. omnibus usque ad Paris. 1573. Et eo etiam ducit scriptura, quamvis depravata, Voss. et Lov. 1. qui *Excladiam* præferunt.

Aristhenus, qui Romanis] Polybius Exc. Leg. num. XLI. et alibi *Aristænum* scribit, Ἀρισταῖνον. *Sigon. Triscenus* Voss. *Tristenus* Lov. 1. et 3. *Aristhenus* unus Lov. 5. *Aristænius* Lov. 6. a m. pr. Reliqui *Aristænus.* Vide ad c. 32. § 11. Mox *publicæ rei præerat*, pro *prætor erat*, Lov. 1. 3. et Vossian. Deinde § seq. *cum Attalo, et Rhodiis, et Atheniensibus, et Achæis stabat* Lov. 2. et 6.

§ 4 *In antiquum gentis concilium*] *Consilium* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. a m. pr. Gaertn. et edd. Camp. Rom. an. 1472. Mediol. 1480. Parm. et quædam aliæ. Verum indicatur communis conjunctorum populorum respublica, quod *concilium*, non *consilium*, vocari, docet Gronov. ad XLIV. 2. § 5.

§ 6 *Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achæos*] Vocula *non* perperam deest in Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Deinde *habitus inter Achæos animorum* Vossian. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Aldum, nisi quod vocem *animorum* in ed. Rom. principe, et Oxoniensi Msto L. 1. deesse Hearnius moneat. Mox *terrebant Romana arma*, pro *horrebant*, Lov. 6.

§ 7 *Macedonum beneficiis et veteribus et recentibus obligati erant*] Pall. uterque, nec non antiq. ed. *et veteri-*

Digitized by Google

bus ejus oræ gentibus obliguti. Gebh. Similiter Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. quas vidi, ante Froben. 1531. omnes. *Et veteribus ejus regentibus obliguti* Voss. et Lov. 1. *et veteribus ejus orientibus obliguti* Mead. 1. *et veteribus ejus originibus obligati* Lov. 2. et Harl. in margine: *et veteribus eorum originibus obligati* Gaertn.

§ 8 *Perfidiaque: ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æstimantes*] Iidem codd. *neque ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æstimantes.* Pal. 1. *extimantes.* Gebhard. Mss. *perfidiaque: neque ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æstimantes.* Colebat tum temporis Achæos Philippus, et quædam ipsis oppida, ut dictum est c. 5. restituerat. Illi vero regem non ex simulata ad tempus benignitate, sed ex insita crudelitate ac perfidia æstimantes, si victor foret, nihil ab illo boni exspectabant. *J. F. Gronovius.* E codd. meis unus Lov. 5. τὸ *neque* ignorat, reliqui cum Hearnii L. 1. et N. constanter eam vocem servant. Potuit autem intercidere ob vocis præced. syllabam ultimam.

§ 10 *Potestas dicendi data est*] Lege *potestas dicendi facta est,* non *data est.* Gelen. Similiter omnes mei, excepto solo Lov. 5. qui *data est* retinet. Sed id ex alterius expositione ortum videtur. Paullo post § seq. vox *legati* exulat a Lov. 1. 6. a m. pr. et Voss.

§ 12 *Auditi sunt. Fere atrocissime in regem*] Lege *Ii fere atrocissime.* Gelenius. Libri omnes nostri *auditi sunt. Fere atrocissime in regem, &c.* Gebh. Τὸ *Ii* ab Gelenio est. Priores et nostri scripti carent. Nec addendum censeo, sed potius demendum τὸ *sunt*: ut sit, *post. Ath., ut ref. Maced. dicta, auditi sunt, fere atroc. in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba passi erant, invecti.* J. F. Gron. Pronomen *Ii* in nullo etiam meorum adparet. Vel Gronov. adsentior, vel lego *post. Ath., &c. auditi fere atrocissime in regem, &c. invecti sunt.*

§ 13 *Sub occasum solis, tot legatorum perpetuis orationibus die absumto*] *Sub occasu solis* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad II. 55. § 1. Vox *tot* exulat a Voss. Præterea *die absumta* legit Lov. 6.

CAP. XX. § 1 *Suadendi, si quis vellet, potestas*] Medius tres voces absunt a Lov. 5. et edd. antiqq. Eas Ascens. demum anno 1513. inseruit; quæ etiam in reliquis omnibus scriptis supersunt. Paullo ante *sicut Græcus mos est* Harl.

§ 2 *Quibus sua sponte, volantibus res inter se pugnantes, obtorpuerant quodammodo animi*] Pall. *res inter se pugnantes obtorpuerant quodammodo,* excluso τῷ *animi.* Gebh. *Quibus sua sponte volutatibus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. a m. pr. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et multæ edd. antiquæ *quibus sua sponte volentibus* Lov. 2. et 6. a m. sec. Sed recte *sua sponte volantibus* ed. Rom. 1472. quod, deinde a sequentibus in *volutatibus* mutatum, Ascens. 1513. revocavit. 'Volutare' autem vel intellige agere de re cum aliis, nempe in conviviis et circulis, ut mox addit. Ita XXXIV. 36. 'Has conditiones quamquam ipse volutaverat in secreto cum amicis:' vel animo perpendere; quod dixit 'volutare in animo' XXVIII. 18. XL. 13. XLII. 11. 'secum animo volutare' XL. 8. 'volutare animum cogitationibus' IX. 17. 'corde volutare' Virg. Æn. I. 50. Deinde *res inter se repugnantes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum vox *animi* deest etiam in Lov. 4. et Mead. 2. *animis* perperam legunt Voss. et Lov. 3. *animos,* et *eorum* pro *eos* Lov. 1. Mox etiam *invicem,* pro *insuper,* Lov. 6.

§ 3 *Vix maximis temperabatis*] Sic scripsi. Male vulgatas occupat edd. *temperatis.* Gebh. *Temperabas* Vossian. *temperabatur* Lovel. 2. Mead. 1. et Gaertn. Reliqui *temperabatis;* neque aliter typis excusi usque ad Froben. qui a. 1535. substituit *temperatis.* Paullo ante *in commitiis et circulis*

Digitized by Google

Voss. et Lov. 1. *in conciliis et circulis* Gaertn. *in conviviis et in circulis* Harl. Quod probari posset, si plures codd. consentirent. Livium enim præpositiones ita repetisse, vidimus ad VI. 28. § 6. Et ita etiam *de Philippo et de Romanis* præfert Lov. 6.

§ 4 *Quum referant magistratus, quum præco ad suadendum vocet*] Tria priora verba perperam desunt in Voss. et Lov. 1. *quum referat magistratus* legit Harl. At supra hoc cap. est, 'Suadendi potestas a magistratibus facta esset.' Male etiam *ad persuadendum* Gaertn. Paullo ante *ad eam unam*, omissa voce *rem*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. a m. pr. et Mead. ambo: *ad eam unam rem* Lov. 6. a m. sec. et Harl. *ad unam eam rem* Gaertn. Tum *legatorum utrorumque* Lov. 6. Deinde *audiveritis* Harl.

§ 5 *In hanc aut illam partem animos vestros inclinarunt*] *In hanc aut in illam partem* edd. quas adhibui, vetustissimæ: de qua præpositionis repetitione modo dictum est ad § 3. Freben. deinde 1535. vulgati auctor extitit, ac præpositionem posteriori loco omisit. Recte, ut videtur: ita enim legunt omnes codd. Paullo ante *cura salutis communis* alio verborum ordine Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, omnesque ante Aldum typis descripti.

§ 6 *Pro bono atque utili fœdere defendendum*] Prorsus existimo scripsisse Livium *fore defendendum*. Nulla enim in hac adhortatione fœderis fit mentio, sed tantum decreti, quod, qualecunque fuerit, omnibus, etiam iis, quibus ante displicuerit, pro bono atque utili fore defendendum dicitur. Neque necessario fœdus isto decreto erant juncturi. Si enim Romanorum, et qui cum illis sentiebant, amicitiam societatemque tantum recusassent, nihil decrevissent novi. Et potuissent facile, quippe qui animis incerti erant, et sententiis inter se dissidebant, mediam viam ex Cleomedontis consilio sequi, ut neque Romana, neque Philippo se adjungerent, sed quiescerent, atque armis omnino abstinerent, quod ipse Philippi legatus suaderet. *Jac. Perizon. Fore defendendum* probat etiam Crevier. et locutionem alio Livii exemplo illustrat ex XXXVIII. 59. 'fore erubescendum.' Τὸ *fore* cum participiis futuri activi et passivi optime jungi, adversus Vellam Elegant. I. 26. multis ex Livio aliisque scriptoribus exemplis docet Sanctius Minerv. I. 14. p. 113. et III. 10. p. 466. Vide et Voss. Gramm. v. 16.

§ 7 *Hæc adhortatio prætoris non modo quemquam unum elicuit*] Pal. alter *quemquam virum elicuit*. Gebh. *Nec adhortatio* Lov. 1. 3. et Voss. Sæpius hæ voces a librariis commutatæ sunt. Vide ad III. 50. § 10. VIII. 23. § 17. IX. 30. § 10. X. 10. § 3. c. 35. § 11. c. 36. § 7. Bronkh. ad Prop. IV. 1. 6. Eleg. II. 5. et Barmann. aliosque ad Gratii Cyneg. vss. 300. et 461. Ratio est similitudo ductuum in literis *H.* et *N.* Vide Longol. ad Plinii Ep. X. 52. Hinc etiam commutantur *Hunc* et *Nunc*: vide ad IV. 16. § 3. et IX. 9. § 9. *Hoc* et *Nos*: vide ad V. 52. § 3. *Hominum* et *Nominum*: vide ad XXIV. 18. § 3. Vel *Nec* pro *Hæc* dederunt librarii, quod negationem orationi deesse existimarent, nescientes *non modo* posse pro 'non modo non;' de quo vide ad XXV. 26. § 10. Quod autem *quemquam virum elicuit* in uno suorum invenerit Gebhard. librariorum culpam esse puto; quos interdum ita lapsos esse, vidimus ad VII. 26. § 1. *Quemquam elicuit*, omissa media voce, Mead. 2. Male. Locutionem 'quisquam unus' illustravi ad III. 12. § 4. Mox *aut nuncium concionis tantæ*, &c. *monuit* Voss. *monuit*, pro *novit*, etiam Lov. 1. De hac scribarum aberratione vide ad XXXV. 35. § 5.

CAP. XXI. § 1 *Forsitan ego quoque facerem*] *Ego quoque facerem* Harl. et Gaertn. cujus erroris caussa est similitudo literarum *T* et *F*. Hinc in

Digitized by Google

scriptis confunduntur 'Ferreus' et 'Terreus:' vide Pier. ad Virg. Georg. II. 341. et Bentl. ad Horat. Epod. II. 18. 'Fingere' et 'Tingere:' vide N. Heins. ad Ovid. Her. XIX. 41. et Claud. Cons. Olyb. 90. 'Fractus' et 'Tractus:' vide ad Livii XXIII. 35. § 1. 'Fremens' et 'Tremens:' vide ad Silii XVII. 268. 'Fundere' et 'Tundere:' vide N. Heins. ad Ovid. Met. v. 58. 'Confectus' et 'Contectus:' vide ad Livii X. 38. § 5.

§ 2 *Respondere autem, nisi ex vestro decreto, qui possum? Et quando nemo vestrum*] Pal. alter *quid possum? Et quoniam nemo vestrum*. Gebh. *Respondere autem, sine vestro decreto, quid possum?* Harl. *quid possum* etiam Lov. 2. 6. et Gaertn. *quid possum sibi* Lov. 8. *quid possumus* Mead. 1. *nisi ex vestro decreto possum* Lov. 1. Deinde *Et quoniam nemo vestrum* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Vide ad Epit. Liv. l. LVII. *Et quia nemo vestrum* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 12. § 9. Mox *vocati estis* Gaertn.

§ 3 *Perinde ac si non postulaverint*] Ita J. F. Gronov. edidit, consentientibus uno illorum codicum, quos consului, Lov. 3. et edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. edidit *perinde ac non postulaverint*. Et hanc lectionem firmant decem meorum codicum, cum Hearnii L. 1. quos secutus sum. Supra II. 58. 'Numero etiam addito, perinde ac duo ante fuerint.' XXVIII. 38. 'Africamque ei, perinde ac de bellatum in Italia foret, provinciam destinabant.'

§ 5 *Societatis secum admonet et jurisjurandi: et modo postulat, ut secum etemus*] Gronov. in pr. ed. nott. auctor est, Pet. præferre *societatis secum admonet et jusjurandum:* Barber. vero et Naud. *societatem secum admonet et jusjurandum:* id vero qui probat, intelligere debere verbum substantivum. Verum nulli meorum a vulgato in diversa discedunt, præter solos Lov. 5. et Gaertn. qui legunt *societatis secum admonet et jusjurandi:* quomodo etiam ex edd., quas vidi, præferunt Camp. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ. Vide ad I. 32. § 8. Ex hac scriptura illæ quas Gronov. invenit, ortæ videntur. Et hinc nihil mutandum puto. Præterea idem Gronov. expunxit posterius *et*, et in pr. ed. nott. monet, se in nullo id scripto invenisse: hinc sensu, ut inquit, dictante scribendum conjectat *et jurisjurandi: non postulat, ut secum etemus; modo ne, &c.* quæ quum in posterioribus curis omiserit, etiam repudiasse videtur. Et recte. Ex Aristæni enim oratione hac patet, primo legatum Philippi petiisse, 'ut Achæi pro rege arma caperent adversus Romanos,' § 8. deinde 'ut quiescerent, abstinerentque armis,' § 33. Oportuit igitur particulam *et* contextui restituisse; quod feci, quia eam superesse videbam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. et aliis.

§ 7 *Achæi portus et dat fiduciam postulantibus, et demit*] Verius ob ea quæ sequuntur, *dant* et *demunt* legitur. Paulum enim infra hoc cap. de Peloponneso queruntur Achæi, quod nulli sit rei apertior oportuniorque, quam navali bello. *Sabell.* Obscure dictum, sed ad priora referendum puto. Quamquam quomodo Achæi portus Romanis dent fiduciam, demant vero Macedonibus, ut quidam exponunt, non adeo planum mihi videtur. Notavit hunc quoque locum Sabellicus. *Glar.* Obscurissimi loci sensum, Glareano, ut profitetur, ignotum, libet paucis exponere. Quod Romani, inquit, qui socii nobis non sunt, plus petant a nobis, quam socius ipse Philippus, id neque impudentia fit eorum, neque modestia hujus: Achæi, inquit, portus fiduciam Romanis dant ad postulandum, qui classem habent victricem; Philippo vero demunt, cujus nihil præter legatum videmus. Ergo portus dant fiduciam classem habenti, demunt non habenti.

Digitized by Google

Signo. Uterque Pall. cum vetusta ed. *Achæi portus et dat fiduciam postulantibus, et demit.* Gebh. Non satisfacit interpretatio Sigonii. Sententia requirit *Sui exercitus*, vel *Suæ vires*, aut quid tale. *J. F. Gron.* Gronovio consentio, et puto hic vitium latere, cui auxilium ab integrioribus membranis exspectandum est. Cetera *dat* et *demit* constanter omnes, quibus utor codd.

Urbium Euboeæ spolia præ se ferens] Pall. uterque *præ sese ferens.* Gebh. In his codd. altera syllaba *τοῦ sese* male duplicata, vel ex prima syllaba vocis seq. repetita est. Omnes nostri tuentur vulgatum.

Exiguo maris spatio disjunctas] Pall. uterque *dijunctas.* Monui quoque ad Ciceronem. Emendo sic l. XXXVII. c. 33. 'Dijunxerant ab exercitu.' Nam vet. ed. exhibet *dejunxerat.* Pall. *devinxerat.* Gebhard. *Dijunctas* etiam Voss. Lov. 2. 4. et Mead. 1.

§ 9 *Non modo præsidium, quo nos tueatur*] *Quo tueatur nos* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldinam. Mox § seq. *non, Hercule, magis*, pro *Hercle*, Voss. Lovel. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 11 *Neque velle inligari Romano bello vidit*] *Indelegari* Lov. 3. *alligari* Lov. 2. et 6. Vide ad XXXV. 46. § 10. Mox *Cleomedontis oratio*, mutato vocabulorum ordine, Lovel. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Froben. 1535. *Τὸ oratio* deest in Gaertn. Similiter in Voss. et Lovel. 1. qui insuper *via est* legunt, pro *visa est.*

§ 13 *Quam præsens nos veteres socios simul ab Nabide ac Romanis tueatur*] *Tuetur* sufficere censeo. *J. F. Gron.* Omnes legunt *tueatur*, præter Voss. in quo a m. pr. erat *tuebatur.* Præterea *nos socios veteres* Voss. Lovel. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. Aldo priores.

§ 14 *Relictoque, quem insidebat, saltu penitus in regnum abiit*] *Relicto, quem insidebat*, Voss. et Harl. quod si placet, mutanda est hoc modo interpunctio: *cur exc. faucibus Ep. cl. filio inexp. super Aoum amnem? aut vi, aut metu, aut vol., relicto, quem in., saltu in regnum abiit. Si sua voluntate.* Copula *que* vel in reliquis codd. repeti potuit ex voce sequenti, vel in duobus modo memoratis ab eadem intercepta esse. Sed prius mihi verius videtur. Præterea *abit* Lov. 2. 4. et Mead. 2. Vide ad XXVI. 28. § 2.

§ 16 *Achari nos Romana arma sustinebimus*] Consensu scripti elidunt *τὸ nos.* Et certe non est Livii. Lib. XXX. c. 30. 'Annibal petit pacem.' XXXIV. 22. 'De hac re vos consulis, staturus eo, quod plures consentitis?' ubi et scripti quidam corrupte, *quod pos plures.* Lib. XXXVII. c. 45. 'Romani ex iis, quæ in Deorum immortalium potestate erant, ea habemus, quæ Dii dederunt.' l. XXXVIII. c. 14. 'Neque Romani bonæ voluntatis ullum signum erga nos tyranni habemus.' XXXIX. 37. 'Quid Capua capta feceritis Romani?' *J. F. Gronov.* Ex omnibus codd. quos adhibui, unus tantum Lov. 5. editis adhærens *Achæi nos* legit. Reliqui pronomen omiserunt. Et solet Livius innumeris locis pronomina primæ et secundæ personæ *ego, nos, tu, vos* omittere. Supra I. 10. 'Hæc tibi victor Romulus regia arma fero.' II. 12. 'Hostis hostem occidere volui.' VI. 6. 'Te, Ser. Corneli, præsidem hujus publici consilii collegæ facimus.' cap. 18. 'Ipse iudex vester, ubi visum inimicis est, repente nullus fui; et vidisti in vinculis duci universi eum, qui a singulis vobis vincula depuleram.' l. VII. c. 13. 'Cur veteranus dux, &c. compressis, quod aiunt, manibus sedeas.' c. 30. 'Campani, &c. haud parva accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram.' Et eodem cap. 'Eo ventum est, ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus.' l. IX. c. 34. 'Duo exercitus Aventinum insedistis.' XXII. 14. 'Ut vir cum viro con-

Digitized by Google

gredialis.' XXVI. 50. 'Juvenis juvenem adpello.' XXVIII. 27. 'Fasces imperii vestri ad eos Romanus exercitus detulistis.' c. 42. 'Duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam commisisti.' XXIX. 17. 'Ex iis, quæ Locrenses aut ab illis passi sumus, aut a vestro præsidio nunc cum maxime patimur.' XXXVI. 7. 'Duo maximi reges adversus unum populum geretis bellum.' l. XXXVII. c. 54. 'Rhodii quam forti fidelique opera vos adjuverimus.' XXXIX. 37. 'Quid Achæi Lacedæmonii bello victis fecerimus.' XL. 46. 'Id vos velle etiam homines credamus.' l. XLII. c. 34. 'Sp. Ligustinus tribus Crustuminæ ex Sabinis sum oriundus.' XLV. 22. 'Si omnes Rhodii æque noxii essemus.' Ita et Virg. Æn. I. 595. 'coram, quem quæritis, adsum Troius Æneas.' Apud Ovidium aliosque etiam innumera obcurrunt exempla. Vide Gronov. ad l. XXXIV. c. 32. § 8. Præterea *Romana arma* Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

An tibi potius credamus, &c. potius quam res ipsæ intuemur] Ant. Parinon. ad marginem Livii vocem *potius* primo posteriori, postea tamen priori delendam censebat. Verum Crevierius eam repetitam arbitratur, ut clarior procedat oratio, et quia τὸ *quam* longiusculo intervallo distat a priori illo *potius*; et simili pleonasmo *magis* vel *potius* comparativis addi. Omnes mei τὸ *potius* utroque loco tuentur.

§ 17 *Nec duce consulari, nec exercitu bellum gesserunt*] Crevierius, quam posterius hoc bellum adversus Philippum non consulares, sed consules duces gerant, legendum putat vel *nec duce consule, nec exercitu consulari*, vel *nec duce, nec exercitu consulari*, ita ut ex sensu in priore membro suppleatur 'consule.' Codd. mei nihil mutant, nisi quod *nec duce consuli* legat Gaertn.

Sociorum Philippi maritimæ etiam urbes] Dele *etiam*. Gelenius. Pall. et antiq. ed. *maritimæ etiam urbes*. Gebh. Scripti et veteres editi *maritimæ etiam urbes*. Delevit particulam Gelenius. Forte, 'Sociorum Philippi maritimæ tantum urbes in terrore ac tumultu erant.' *J. F. Gronov.* Illud *etiam* superest quoque in omnibus meis. Mox *tuta ab armis Romanis fuerunt* Lov. 2. 3. 6. et Mead. ambo: *tuta ab Romanis fuerunt* Harl.

§ 20 *Quinctius tenentem castra Epiri*] Ego non *castra*, sed *claustra*, legi; quod ex proximo loco supra hoc cap. potest intelligi. 'Epiri' ait 'claustrisque illis.' *Sabell. Claustra* legunt omnes mei, præter solum Lov. 5. qui, ubique priscis edd. adhærens, hic etiam iisdem consentit, ac *castra* præfert. De errore hoc scribarum vide ad IX. 32. § 1.

Natura loci, munimentis, exercituque fretum, castris exuit] Pall. et antiq. ed. *natura loci, mun. exercitus fretum*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *munimentisque exercitus fretum* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *munimentisque exercituque fretum* Harl. *munimentis, exercitu fretum* Lovel. 5. ubi tamen ultimam literam τοῦ *exercitus* excidisse ob primam vocis seq. suspicandi locus est. Vide ad IV. 33. § 11. Nullus itaque codd. meorum vulgatum tuetur; quod demum inveni in Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et reliquis recentioribus.

§ 21 *De crudelitate, avaritia, et libidine regis*] Copulam ignorant Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. et edd. ante Aldum: quod cur repudiatum sit, justam rationem non video. Vide ad III. 68. § 4. et sæpe alibi. Mox corruptissime *quæ int' antiqua scelera insuper inferosque Deos stet admissa* Lov. 1.

§ 22 *Multo minus, quam quæ Clunii Abydenique, qui procul a nobis absunt*] Quia Eleunta reperio ante Abydum ab eo captam, videat, quæso, lector, an *Eleutii* recte legi possit: nam ego nihil statuo. *Sabell.* Recte Sa-

Digitized by Google

bellicus *Elæuntii* restituit. Sed alii ante *quæ* posuere *quam*, quod mihi displicet. Neque enim Achæi minus curare debebant Atheniensium querelas, quam vel Elæuntiorum, vel Abydenorum. *Glar.* Antea legebatur *Clunii Abydenique*. Sabellicus, cujus in hac re ingenium admiratur Glareanus, restituendum putavit *Elæuntii Abydenique*. Quorum sententiam ego vix probare possum. [' Glareanus Sabellico, ut viro doctissimo, subscribit; de ejus vero laude οὐδὲν γρύ.'] Nam cum commemoret eos Aristænus, qui bello crudelia a Philippo passi sunt, inter quos Athenienses et Abydeni fuerunt, nescio cur potissimum Elæuntios nominare possit, quos ipse per deditionem receperit. Etenim libro priore c. 16. ita Livius ait: 'Inde progressus ad Chersonesum Elæunta et Alopeconnesum tradentibus ipsis recipit.' Quamobrem ego reponendum puto, pro *Clunii*, *Ciani*. Primum quia gravissime omnium vexati a Philippo sunt, auctore Polybio; quorum excidii sæpe etiam meminit per hos libros Livius: ut paulo post c. 33. 'Cium, suæ ditionis urbem, funditus delesse:' deinde quia vicinior est vox *Clunii Cianis*, quam *Elæuntiis*. Nam si *l* in *i* et *v* in *a* verteris, confecta vox erit. Cianos etiam cum Abydenis conjungit Polybius, ut ostendi ad XXXI. 31. *Sigon.* Sigonius conjectat supponendum *Ciani*. In Pall. comparet *multo minus quam Elatii Abydenique*. Gebh. *Quam* mihi sententiæ hujus loci repugnare, et delendum esse videtur. Nam non vult Aristænus, multo minus ad Achæos pertinere scelera in Attica admissa, quam quæ Ciani Abydenique passi fuerant; sed contra, multo minus ad Achæos pertinere, quæ hi, quam quæ Athenienses passi fuerant: Ciani enim Abydenique, ait, *procul a nobis absunt*: Athenienses autem non ita longe ab Achæis remoti erant. *Duker.* Recte vocem *quam*, eadem ratione permotus, et quod non adpareat in ed. Rom. principe, ex contextu ejecit etiam Crevier. quæ exsulat quoque a Lov. 5. 6. Harl. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. cujus loco perperam sequens *quæ* omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 4. Mead. utroque, et Gaertn. Deinde *Elatii* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. qui nonnihil Sabellico *Elæuntii* reponenti favere videntur; ut et *Elei* exhibentes Lov. 2. et 6. *Clunii* est in solo editionum adsecla Lov. 5. *Clavi* in Lov. 1. et 3. *Elavi* in Hearnii N. *Clani* in Voss. et Hearnii L. 1. ex quo facillime fit *Ciani*, ut Sigonius optime conjecit, *l* mutato in *i*; quæ elementa sæpissime in Mss. commutari, vidimus ad II. 23. § 3.

§ 23 *Hospitem Cyparissiæ Garitenem*] Κυπαρισσήεις oppidum Messenæ. Steph. *Sigon.* *Gratitenen* Voss. *Graritenen* Lov. 1. *Garitenen* Lov. 3. et 4. Mox *et armatum patrem*, pro *Aratum*, perperam plerique codd. cum vetustissimis edd.

§ 24 *Pyli ejus uxorem libidinis causa in Macedoniam apportatam*] At XXVII. 31. Polycratiam asportatam dixit: quare plane apparet *Polycratiam*, non *Pyli*, legendum esse. *Sabell.* Pall. *Fili ejus uxorem libidinis causa in Macedoniam asportatam.* Antiq. ed. *Pyli ejus uxorem libidinis causa in Macedoniam apportatam.* Gebhard. *Pilionis libidinis causa* Lov. 6. a m. pr. sed vox *uxorem* interponitur a m. sec. *Pelliconis uxorem libidinis causa* Lov. 2. *Pilis ejus uxorem libidinis causa* Gaertn. *Pili ejus uxorem l. c.* Voss. Lov. 3. 4. 5. Harl. Mead. 1. et primæ edd. quibus proximæ Sabellici conjecturam in contextu exhibent. Pro qua tandem Frob. 1535. dedit *filii etiam uxorem*, ut nunc vulgo exstat; ad quam lectionem proxime accedunt Lov. 1. *Pili etiam uxorem*, et Mead. 2. *filii ejus uxorem* exhibentes. Deinde *apportatam*, vel *adportatam* Lov. 1. 3. 5. 6. Voss. et edd. vett. *asportatam*

Digitized by Google

ed. Mogunt. quod etiam superest in reliquis codd.

§ 25 *Ne sint cum Philippo res, cujus crudelitatis metu obmutuistis omnes*] *Obticuistis* Gaertn. quod ex glossa interpretis natum videtur. Præterea *sint cum Philippo res* constanter scripti, nisi quod *sine cum Philippo res* legat idem Gaertn. Si tamen libri addicerent, mallem cum Dukero *ne sit cum Philippo res*, quia frequentius dicitur hoc sensu 'est mihi res cum illo,' quam 'sunt mihi res cum illo.' Mox *quod cum fieri* Lov. 4. et Gaertn. *quo cum fieri* Voss. Lov. 1. 3. Mead. ambo: *cum fieri*, præcedenti voce omissa, Lov. 2. *quod jam fieri* Lov. 6. Aliquid latet. Certe quam vim illud *tum* hoc loco habere possit, neque Duker. neque ego capimus. An legendum *quod tuto fieri non posset?*

§ 26 *Nulli apertior atque opportunior, quum navali bello*] Pall. *neque opportunior*. Gebhard. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quorum auctoritate id recipiendum putavi. De simili abundantia negationis vide ad III. 11. § 6. c. 26. § 5. IV. 7. § 5. et c. 58. § 5. Ad hunc *nulli aptior* Lov. 3. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXI. 22. § 8. *Aperta bello*, ut *corpora aperta jaculo* XXV. 16.

§ 27 *Et centum triginta Isiaci lembi*] Tu vide ne *Asiatici* Livius scripserit. *Sabell.* Vocem *centum* expunxit Frob. 1535. quam tamen servant Lov. 4. 5. 6. et Mead. 2. cum Hearnii N. *centum et triginta*, vocula transposita, legunt Lov. 2. et Mead. 1. *et centum et triginta* Gaertn. Reliqui lectionem Frob. probant. Deinde *Isiaci* vett. edd. adsentiens Lov. 5. *Isaci* Lov. 3. *Yoaci* Hearnii L. 1. *Hisaci* Lov. 6. *Hissaci* Voss. et Lov. 1. *Hisfaci* Mead. 2. *Hiffaci* Lov. 4. Tota vox emittitur in Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *Issaici*, ut hodie editur, primus dedit Frob. eodem anno. Et ita Harl. et Hearnii N. 'Issæi viginti lembi classi Romanorum adjuncti' memorantur XXXI. 45. ubi vide Sigon. 'Issæi lembi' obcurrunt etiam XLII. 48. Mox *prope* exsulat a Voss. et Lov. 1. Sed vide ad XXXVIII. 45. § 3.

§ 28 *Egregie enim Dymas priore bello sumus tutati*] *Hymes* Mead. 2. *Himas* Hearnii L. 1. *Binas* Lov. 6. *Bymas* Voss. Harleian. Mead. 1. et Gaertn. *Bimas* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Hearnii N. et edd. ante Mogunt. quæ recte dedit *Dymas*. Per 'prius bellum' intelligendum est illud, quod Romani tempore belli Punici secundi cum Philippo gesserunt. Vide hoc cap. § 12. Eo autem bello *Dymas* a Romanis expugnatus esse, suo loco Livius memorare neglexit, quod nunc data occasione hic facit, et cap. seq. 'Dymæis captis nuper direptisque ab exercitu Romano, quum redimi eos, ubicumque servirent, Philippus jussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam reddiderat.' Ejusdem rei mentionem fecit etiam Paus. in Achaic. c. 17. Ταύτην [Δύμην] Φίλιππος ὁ Δημητρίου πολεμῶν μόνην τῶν Ἀχαϊκῶν ἔσχεν ὑπήκοον. Καὶ ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ Οὐλυμπικὸς ἡγεμὼν καὶ οὗτος Ῥωμαίων ἐπέτρεψε τῇ στρατιᾷ διαρπάσαι τὴν Δύμην. Nomen ducis Romani Οὐλυμπικὸς vitiosum esse, viri docti viderunt. An tamen rite curatum sit vulnus, admodum dubito. Kuhnius legendum putat ὁ Λούκιος, et intelligit L. Quinctium Flamininum, fratris T. Quinctii legatum, 'cui classis cura, maritimæque oræ imperium mandatum ab senatu erat,' ut Livius testatur c. 16. At de eo cogitandum non esse, ex hoc Livii loco constat, quia calamitatem Dymæorum *priori bello* accidisse testatur. Priori autem bello duces Romanorum adversus Philippum fuerunt Valerius Lævinus, Sulpicius Galba, et Sempronius Tuditanus. Pro Οὐλυμπικὸς igitur legendum conjicio Σουλπίκιος. Paullo ante *mari classis Romana*, trajectis vocibus, Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo,

Digitized by Google

Gaertn. et edd. ante Aldum. Deinde *Macedonum præsidia* Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 30 *Summa ope petendum erat*] *Sæpe petendum*: id est, *summopere*, Gaertn. *summo opere petendum* Hearnii N. Solent voces *ope* et *opere* in Mss. commutari. Vide ad VIII. 16. § 4. c. 37. § 8. IX. 18. § 9. XXIX. 17. § 2. et sæpe alibi. Mox § seq. *sub umbra vestri auxilii* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. ambo: *sub umbra nostri auxilii* Lov. 5. 6. Harl. et edd. ante Aldum; quæ cum codd. posterioribus etiam *societatem nostram* et *portubus nostris* legunt.

§ 32 *Quia pepercisse volunt*] Pall. nec non vetus ed. *quia pepercisse vobis volunt*. Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. vett. *quia pepercisse nobis volunt* Lov. 3. 6. et Gaertn. Additum pronomen primus Frob. 1535. omisit, cum quo stat Mead. 1.

§ 33 *Abstinerentisque armis*] *Ab armis* Lov. 6. Utroque modo, vel addita, vel omissa præpositione, Livium locutum esse, dictum est ad IV. 59. § 8. Ratio igitur postulat ut plurium præferamus unius testimonio.

§ 36 *Liberare vos a Philippo jamdiu magis votis, quam armis audetis*] Pall. *magis vultis, quam audetis*. Gebh. Omnes membranæ, *Liberare vos a Philippo jamdiu magis vultis, quam audetis*. Voss. *magis votis, quam audetis*. Ex *vultis* fortasse. *J. F. Gron. Votis optastis, quam sine vestro labore* Lov. 6. *votis quam audetis* Lov. 1. et 3. cum Hearnii L. 1. Reliqui cum ejusdem Hearnii N. eamdem servant lectionem, quam Gronov. in membranis suis invenit; nisi quod solus Lov. 5. faveat editis antiquis.

CAP. XXII. § 2 *Demiurgos vocant*] Pall. et hic, et paullo post *Damiurgos*. Gebh. Non aliter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. qui etiam mox *Damiurgum* præferunt. Eorum fidem secutus sum, quum et ita editum videam XXXVIII. 30. § 4. ubi vide.

§ 3 *Ne, quod adversus Philippi societatem*] Vitium aliquot recentiorum editionum. Repone *ne quid, quod adversus*. J. F. Gron. Ita prima exhibuit Heinsii Elzev. Ultima Gruteri *ne quid adversus*. Omnes priores cum codd. meis, quotquot videre contigit, ut et Oxoniensibus *ne quid, quod adversus*, quod recte, a J. F. Gronovio moniti, receperunt Hearnius et Crevier. Tum *societatem Philippi* Lov. 3. 5. 6. et edd. ante Aldum. Vox *Philippi* non adparet in Voss. et Lov. 1. Paullo ante *relaturos de societate Romana se aiebant* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, et eædem edd. τὸ *se* et *aiebant* omisit Harl. Tum *lege cautum tuebantur* Gaertn.

§ 4 *Parentes ab liberis temperaverint*] *Temperarint* Lov. 2. 6. a m. sec. Harl. et Gaertn. Paullo ante *adeo omnium exarsere studia* Lov. 6.

§ 5 *Perrogarique sententias prohibebat*] *Prorogarique* Voss. Lov. 2. 3. 6. Mead. 2. et Gaertn. Similiter variant codd. cap. seq. § 1. et in Epit. Liv. l. XLVIII. Causam vide ad IX. 10. § 7. *Promulgarique* Lov. 1. *rogarique* Harl. et edd. quas vidi, omnes ante Ald. præter edd. Camp. et Rom. 1472. quæ simul cum Lov. 5. non tantum has voces, sed et quinque præcedentes ignorant. De verbo 'perrogare' in hac re vide Cortium ad Plinii IV. 22. 3. Supra XXIX. 19. 'Perrogari eo die sententiæ non potuere.'

§ 6 *Neu pertinacia sua*] *Ne pertinacia sua* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad Liv. XXXIV. 35. § 9.

§ 9 *Dymæi ac Megalopolitani*] *Megalipolitani* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quomodo etiam quidam eorum mox *Megalipolitanos* præferunt. Ex ea autem scriptura *Megalepolitani* et *Megalepolitanos* scribendum, Gronov. conjecit ad XXXII. 5. § 5. Vide quæ eo

Digitized by Google

loco notantur.

Neque morante ullo, neque improbante] Vetus lectio est *neque mirante*. Gelen. Similiter omnes mei, nisi quod *jurante* legat Lov. 6. Deinde *nec improbante* Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Vide ad XX. 2. § 14.

§ 10 *Megalopolitanos, avorum memoria pulsos, &c.*] Crevier. recte vidit, *Livium non satis adcuratam temporum rationem* habere videri, quum id factum dicit *avorum memoria*. Cleomenem enim Lacedæmoniorum regem Megalopolim cepisse et diruisse, teste Polyb. II. 55. et V. 93. Adde Pausan. Messen. c. 29. et Arcad. c. 27. Antigonum autem, Philippi decessorem, paullo ante mortem restituisse. Philippum itaque, qui etiamnum in medio robore virium erat, et eversam et restitutam Megalopolim vidisse.

§ 11 *Hospitiis familiarique amicitia plerique inligati Philippo*] Pall. uterque perperam *alligati*. Superius c. 21. 'Postenquam nos neque decernere id sibi præsidium, neque velle illigari Romano bello vidit.' XXXVI. 11. 'Quum patrem, primo allegando, dein coram ipse rogando, fatigasset, invitum se gravioris fortunæ conditioni illigantem.' Ibid. cap. 40. 'De injuria tribuni, bello alieno se illigantis,' &c. Gebhard. *Auspiciis* Gaertn. Vide ad XXI. 2. § 5. Tum *alligati* Lov. 4. 6. et Mead. 2. Vide ad l. XXXV. c. 46. § 10. *Obligati* Lov. 3. *Philippo illigati* Gaertn.

§ 12 *Quod inclinaverat ad Romanam societatem inundam*] Pall. *ad Rom. soc. jubendam*. Gebhard. Barberin. Naud. Pet. Oxon. *ad Rom. soc. jubendam*. Phrasis e comitiis populi Romani petita, quorum loco Græcis populis hujusmodi concilia erant. Sic XXXIII. 2. 'Rogatio inde a Platæensi Dicæarcho lata recitataque de societate cum Romanis jungenda, nullo contradicente audente, omnium Bœotiæ civitatum suffragiis accipitur jubeturque.' *J. F. Gronov. Uniendam* Voss. *uniundam* Lov. 3. *inexundam* Lov. 1. 5. et Gaertn. Reliqui recte *jubendam*. Ita 'jubere fœdus' Cic. Agrar. lib. II. cap. 22. 'Hoc quia vos fœdus non jusseritis.' Vide ad l. III. c. 36. § 6. Alibi etiam 'inisse' et 'jussisse' commutantur. Vide ad IV. 40. § 6.

Et magnis et recentibus colligatis beneficiis] Lege *obligatis*. Gelen. Ita et omnes mei præter Lov. 5. vetustiss edd. adhærentem: *beneficiis obligatis* Gaertn.

CAP. XXIII. § 1 *Ceteri populi Achæorum, quum sententiæ perrogarentur*] Omnes membranæ *quum sententias perrogarentur*. Quod ipsum perperam saprevisse editores existimo. Lib. XXII. c. 60. 'T. Manlius Torquatus interrogatus sententiam ita loquutus fertur.' XXXVI. 7. 'Annibal nominatim interrogatus sententiam.' XXXVII. 14. 'Ibi C. Livius, is enim est primus rogatus sententiam.' Neque sane quum in consilio vel concilio omnium ordine rogantur sententiæ, minus ipsi perrogantur sententias, quam in cœtu persalutantur, quum omnes ordine salutantur. Voss. *sententias perrogarent*. J. F. Gron. Vulgatum quidem, fateor, nihil habet vitii: ne tamen facile probem, causa est, quod in nullo ex meis, nisi in Lov. 5. perpetuo editionum adsecla, invenerim. Superat etiam in Victor. apud Crevier. At contra *sententia promulgaretur* servat Lovel. 1. *sententiis rogarentur* Gaertn. *sententiæ rogarentur* Harl. *sententiæ prorogarentur* Lov. 2. et 6. *prorogarent* a m. sec. *sententias prorogarent* Voss. et Lov. 3. *sententias perrogarent* Hearnii L. 1. *sententias perrogarentur* Lov. 4. Mead. ambo, et Hearnii N. Propterea id non tantum verum judico, sed eidem etiam in contextu locum dedi. Cicero ad Att. I. 13. 'Primum igitur scito, primum me non esse rogatum sententiam.' Mox *cum Romanis ac Rhodiis*

Digitized by Google

Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. a m. pr. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Rom. princeps, Camp. Rom. 1472. ac Parm. *cum Rhoditis*, mediis omissis, Lov. 2. 3. et 6. a m. sec. *societatem Rhoditis* Mead. 1.

§ 3 *Tres legatos ad L. Quinctium mitti placuit*] Pal. 1. *ad Quintium misti*: alter *ad T. Quintium*. Gebh. L. Quinctius simul cum Attalo et Rhoditis legatos ad Achæos miserant c. 19. Nunc igitur vicissim Achæi ad L. Quinctium, non ad T. Quinctium, legatos mittendos censent. Et ita etiam legunt omnes mei, nisi quod in paucis sit *ad Letium Quinctium*, sollemni errore, de quo vide ad XXIX. 7. § 2. et in uno Mead. 2. prænomen omittatur.

Exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoveri] Voss. *Achæorum Corinthum*, sine media præpositione. Juxta bene. Idem mox *Et hi*, non *ii*: melius. Achæi scilicet. Denique idem *Romani Cenchreas*, deleta et hic præpositione. Sed et interpunctione vulgo peccatur. Nam *rà ποιούμενα contra* recte dicuntur de Achæis, qui tum primum adventabant: at male intelliguntur ad *rà Romani et Attalus*, qui jam pridem id fecerant, et nunc in opere oppugnandæ urbis erant, captis ante Cenchreis. Cum his igitur ambobus connectendum *rà ὀφείλοντα* hoc modo: *Romani Cenchreas versum partem urbis, Attalus traducto per Isthmum exercitu ab Lechæo, alterius maris portu, oppugnabant; primo segnius*. J. F. Gron. *Corinthum admoveri* etiam Lov. 1. et 6. Tum *Et hi quidem* Lov. 2. 3. 6. Hearnii L. 1. ac Victor. Crevierii. *Et hii quidem* Lovel. 4. et Gaertn. Deinde *Romani Cenchreas versum partem* Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Romani Cenchreas versum partem* Lov. 2. et Harl. *Romani Cenchreas, Attalus, &c.* reliquis mediis omissis, Hearnii L. 1. Crevier. veretur, ne præpositiones utroque loco omissæ sint ab emendatoribus; qui, ignari Livium præpositiones *ad, ab* urbium nominibus adjungere solere, orationem ejus ad vulgares plebeiæ grammaticæ regulas exigere voluerunt. Primo tamen loco supprimi præpositionem non ægre patiebatur, secundo retentum cupiebat. Si quid codicum consensui tribuendum, præcipue posteriori loco præpositio erit expungenda: utrobique tamen servatam malo. Recte autem vulgata distinctio *alterius maris portu: obpugnabant primo segnius* Gronov. displicuit. Sed ea demum in postrema Gruteri ed. adparuit. Priores enim post *portu* minimam distinctionem pro maxima habent.

§ 5 *Haud secus quam civem et suffragio creatum, suo imperio justo patiebantur*] Habent Pall. *et suffragio creatum suo imperio juste patiebantur*. Gebh. Suspicor Livium edidisse, *et Cor. ducem præsidii Andr. haud secus quam civem et suff. creatum suo imperatorem justum pat.* J. F. Gronov. Palatinis Gebhardi consentiunt Lov. 1. 3. 4. Voss. et Mead. ambo: *suffragio creatum suo imperio uti juste patiebantur* legunt Lov. 2. et Harl. *suffragio creatum suo imperio uti justi patiebantur* Gaertn. *suffragio creatum suo imperio uti justo patiebantur* Lov. 6. a m. pr. Nihil melius subeurrit, quam quod Gronovio in mentem venit.

§ 6 *Omnis inde spes pugnantibus in ut*] Scribe *oppugnantibus*. J. F. Gron. Contrario errore *obpugnando*, pro *pugnando*, edebatur XXV. 6. § 22.

Undique aggeres haud facili aditu] Ἀσύβερον hic satis durum et ingratum est. Lenius fluceret oratio, si liceret legi *et undique*. Duk. Codd. nihil mutant, nisi quod *unde*, pro *undique*, legant Voss. et Lov. 1. Mox § seq. *aliquantulum muri* Harl. sed vide ad VII. 26. § 5.

§ 9 *Pars ex Hannibalis exercitu metu pœnæ a Romanis Philippum secuti*] *Metu pœnæ ad Romanos* Mead. 1. sed

Digitized by Google

ab Romanis in margine; quod etiam præfert Lov. 2. Deinde *Philippum secuta* omnes codd. mei, et edd. ante Frob. 1535. *pars secuti* syllepsis est Livio familiarissima: vide ad XXVII. 1. § 12. ut tamen dubitem, utrum ea etiam hic Livius usus sit, consensus codicum caussa est, alteram lectionem tuentium. Mox *ad rabiem magis, quam ad audaciam*, repetita præpositione, Lov. 1. quod non displiceret, si plures codd. accederent, quia Livio familiaris admodum est locutio. Vide ad IV. 58. § 4.

§ 10 *In altum excurrens: trajectus inde Corinthum, septem millia ferme passuum*] *Occurrens* Voss. et Lov. 1. *procurrens* Lov. 6. quod ex glossa interpretis inrepsisse videtur. Supra XXVI. 42. 'Ab intimo sinu peninsula excurrit.' XXXVI. 15. 'Excurrente in altum, velut promentorio, Attica terra.' XLIV. 11. 'Nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrit.' Deinde *trajectus est inde* Lov. 2. et 6. Tum *septem millia ferme militum* Voss. *septem millia ferme militum passuum* Lov. 1. *septem milia ferme milium passuum* Lov. 3. Puto librarios duas lectiones conjunxisse *septem millia ferme passuum* et *septem ferme millium passuum*. Vide ad III. 44. § 4. Illa autem lectionis diversitas ex eo nasci potuit, quia per notas scriptum fuerat *VII. M. ferme P.* unde τὸ *M.* alii *millia*, alii *millium* reddiderunt. Vide ad XLII. 12. § 9. Utrumque ferri potest. Et quidem 'trajectus septem millia' dictum est per adpositionem. Vide ad XL. 36. § 8. quam lectionem servo ob reliquorum cedd. auctoritatem.

§ 12 *Pertinacius Quinctius a Misnepio perstabat*] Restituimus *in incepto perstabat*. Gelen. Nemo, quod sciam, ejus loci meminit, eorum etiam, qui res Corinthiacas scripsere. Strabo autem VIII. 379. Ὑπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ τὸ Σανύφειόν ἐστιν, ἱεροῦ τινὸς ἢ βασιλείου λευκῷ λίθῳ πεπηγμένου. Id est, *sub ipsa vero Pirene Sisyphium est, sive sacellum quoddam, sive regale domicilium, niveo constructum lapide*. Quare ego *Sisyphium* legere malim. Quidam *in incepto* legunt: *Quintius in incepto perstabat*. Sed judicet candidus lector. *Glar.* Pall. uterque vitiosissime *pertin. Quintius anusini ne epio perstabat*. Antiq. ed. *a Mismisnepio*. Glareanus olim divinabat *a Sisyphio*. Gebh. Et hoc ex egregiis Gelenii est, de quo frustra dubitat Patricius Claronensis. Antea legebatur absurde *Quintius a Misnepio perstabat*. Andreas *Quintius a Mismisnepio*. Mss. *Quintius anusini ncepto perstabat*. Margo Naudæani, *Flamininus in cæpto*. Quod forte verum. *J. F. Gron.* Mss. mei similiter prodigiose corrupti: *anusiniue epio* Voss. *anusinine epio* Lov. 1. *anusini ne epio* Lov. 4. *amisiniue epio* Lov. 2. *amisimne epio* Mead. 1. *anusinuepio* Gaertn. *amisi ... epio* Harl. *anusini* Mead. 2. *anusini neepio* Hearnii N. *anasinibio* ejusdem L. 1. *cũssumie opĩo*, voce *Quinctius* omissa, Lov. 3. *a Misinepio* Lov. 6. *a Mismisnepio* Lov. 5. Locum adhuc pessime adfectum judico. Gelenii conjectura ideo placere nequit, quia verisimile non videtur intellectu facillima et simplicissima verba *in incepto* in tot lectionum monstra abiisse. Nec Glareani, quia *Sisyphium* est in Acrocorintho, et ita Livius potius *ab Acrocorintho* vel *ab arce*, quam *a Sisyphio* dixisset. Nec Gronovii, quia alibi Quinctium simpliciter *Flamininum* a Livio adpellari non memini. Integriores igitur codd. exspectandi sunt, ut locus persanetur.

Is quoque ut pro omnibus portis disposita vidit præsidia regis] *Ut primo omnibus portis* Voss. et Lov. 1. Deinde *præsidia regis* primum adparuit in ed. Gronov. 1665. quum antea ederetur *præsidia regia*; quomodo præferunt tantum non omnes mei, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui recte lectionem hanc loco restituit. Vi-

Digitized by Google

de hoc lib. ad c. 6. § 6.

CAP. XXIV. § 1 *Rem per principes Elatiensium tentavit*] *Elatiensium* et in fine cap. *Elatensibus* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. Utraque forma ferri potest, si verum est, Græcos formasse gentile hujus urbis Ἐλατεὺς et Ἐλατιεὺς, ut censet Berkel. ad Steph. de Urbib. voce Ἐλάτεια. Paullo ante *ad Lateam* Voss. et Lov. 1. *ad Elatheam* Lov. 6. An volnerunt *ad Elateam*? Quum enim Græcis Ἐλάτεια dicatur, id Latine non tantum *Elatia*, sed etiam *Elatea* efferri potest. Vide ad XXXI. 43. § 5.

§ 5 *Et scalas ad stantia mœnia inferebant*] Omnia hæc verba scribarum errore desunt in Voss. Harl. et Lov. 1. Sola vox *stantia* exsulat a Lov. 6. a m. pr. Sed recte in hoc a m. sec. additur, et in reliquis codd. perstat. XXXVIII. 5. 'Ut præter spem stare muros viderunt.' Ovid. Her. 1. 67. 'Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi.' Mox *adverterat*, pro *averterat*, Lov. 2. Gaertn. Harl. et Mead. 1. Vide ad VI. 23. § 8.

§ 6 *Inermi quoque sequente turba, confugerunt*] Barber. et Pet. *insequente*, quod pluribus locis Livio reddidimus. *J. F. Gron.* Vide ad IV. 30. § 12. Omnes tamen, quibus utor, codd. *sequente* tuentur. Vox *metu*, quæ præcedit, deest in Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Neque ea vox exstat in Lov. 3. et 6. nisi a m. sec.

§ 7 *Fideque in hæc data, post paucos dies arcem recepit*] *In hoc data* Voss. Tum *post dies paucos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Deinde *recipit* Lov. 4. a m. sec. Paullo ante *abire inermes vellent*, trajectis dictionibus, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

CAP. XXV. § 1 *Non Corinthus tantum liberata obsidione*] Quidam adjecerunt *facile*, atque ita legunt: *non facile Corinthus tantum*, &c. quod mihi displicet: neque enim quicquam ad sensum facit. *Glar. Facile* interponunt non tantum Gaertn. verum etiam Aldus et quidam eum secuti, quod recte ante Glareanum expunxit Froben. 1535.

§ 2 *Mos erat*] Quod paullo post, 'additum legi erat' dicens, ita lege cautum fuisse significat, in eo non argutandum, et 'more' fieri quoque dici posse puto, quod lege statutum ex ejus præscripto usu et observatione constanti viget, et intermitti non potest. Nam 'mores' et 'instituta' etiam pro legibus et jnribus dicuntur. Virg. Æn. 1. 268. 'Moresque viris et mœnia ponet.' Ubi Servius, 'Leges etiam mores dici non dubium est.' Cic. pro Marcell. cap. 9. 'Nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis et institutis erit:' quod cap. 8. dixerat, 'Omnia, quæ dilapsa defluxerunt, severis legibus vincienda sunt.' Non video quomodo aliter apud Livium accipi possit, quod idem *mori* et *legi* tribuitur; nisi quis putet mox non *legi*, sed *lege* scribendum esse. *Duk.* Sane *lege*, pro *legi*, præferunt Lov. 2. 6. Harl. Mead. pr.

Velut honoris causa] Restituimus *velut ominis causa*, non *honoris causa*. Gelen. Ita etiam legunt plerique codd. a m. partim pr. partim sec. neque aliter edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 3 *Cujus nomen post pactam cum Romanis societatem*] Miror hoc de Argivis eum dicere, qui concilio excesserant, ut ipse antea cap. 22. scripsit Livius: nisi coactos adversus regem cum Romanis fuisse intelligamus; quod tamen nusquam indicatur. *Glar.* Miratur Glareanus, Livium scribere, Argivos cum Romanis societatem pactos esse, quod eosdem ante scripserit decreto non interfuisse; neque intelligit eum dixisse 'quosdam Argivorum,' non omnes. *Sigon.*

§ 4 *Jubentiumque legitimum honorem usurpare*] Modo ne fuerit *legitimum omen*: ut Claudianus, 'solennia

Digitized by Google

judit Omina libertas.' Dixerat autem, 'velut ominis causa prætores pronunciare Jovem, Apollinemque, et Herculem.' *J. F. Gronov.* Quum hic sermo sit de eo, quod Philippo honoris caussa lege datum erat, non videtur vitium esse in voce *honorem*, qui recte *legitimus* dicitur, ut alia legibus concessa et constituta: 'Legitimum omen' quid sit, mihi non nimis apertum est. 'Legitimum honorem usurpare' puto esse, facere, quod ante factitatum fuerat, et una cum nominibus Deorum nomen Philippi pronunciare: quod ut fieret, ei honoris causa lege datum fuerat. 'Usurpare rem,' vel 'vocem' est sæpe facere vel dicere, faciendo vel dicendo repetere. Livius II. 40. 'Hanc sæpe eum exacta ætate usurpasse vocem.' VII. 2. 'Accepta itaque res, sæpiusque usurpando excitata.' Suet. in Tiber. c. 11. 'Mutua cum Græcis officia usurpans.' *Duk.* Crevierio Gronovii conjectura *legitimum omen* eo facilius recipi posse videtur, quia etiam § 2. vox *honoris* pro *ominis* ante Gelenium perperam intrusa fuerat. Locutionem autem *legitimum omen usurpare* exponit, morem sollemnem sequi in eo omine captando, quod legibus jussum erat. Cum Dukero tamen vulgatum verius puto. Nam Jupiter quidem, Apollo, et Hercules 'ominis' caussa Argivorum prætores pronunciabantur; quod vero Philippo regi lege concessum erat, ut ilis nomen ipsius adjiceretur, id non 'ominis,' sed 'honoris' ejus caussa sancitum fuisse videtur. Achæos Philippo regi 'omnes divinos humanosque honores' decrevisse, Livius narrat c. 34.

§ 5 *Larissam eam arcem vocant*] Argorum arcem Larissam fuisse, tradit etiam Stephanus: καὶ ἀκρόπολις Ἄργους Λάρισσα. *Sigonius.* Strabo VIII. 370. Ἄκραν δ' ἔχει [ἡ τῶν Ἀργείων πόλις] τὴν καλουμένην Λάρισσαν, λόφον λιθερκῆ μετρίως. Vide etiam IX. 440. Pausan. Corinth. 23. Τὴν δὲ ἀκρόπολιν Λάρισσαν μὲν καλοῦσιν ἀπὸ τῆς Πελασγοῦ θυγατρός. In Lacon. 17. Λακεδαιμονίοις δὲ ἡ ἀκρόπολις μὲν ἐς ὄψιν περιφανὴς ἐξισχνουσα οὐκ ἔστιν, καθὰ δὴ Θηβαίοις τε ἡ Καδμεία, καὶ ἡ Λάρισσα Ἀργείοις. Ceterum non unam, sed duas arces habuit urbs Argi, quarum altera dicta est 'Larissa;' alterius nomen se non meminisse proditum esse, testatur Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 782. In præcedentibus vox *nocte* exsulat a Lov. 4. Tum *occupat vi collem* Gaertn. *occupavit collem* Voss. In seqq. Crevier. conjicit *impositoque ibi præsidio*, pro *positoque*. Cæsar B. Civ. III. 34. 'Deducta Orico legione, quam tuendæ oræ maritimæ posuerat.' Scripti etiam vulgatum tuentur. Denique *lucis initio* Voss.

§ 6 *Æneidemus Elimeus præerat*] Restituimus *Æneidemus Dymæus*, non *Elimeus*. Gelen. Ita et omnes mei, nisi quod Lov. 5. stat pro prisca lectione, et *Clinæus* legat Voss. litera *d* in *cl* dissoluta. Vide ad X. 24. § 2. ubi etiam *el* pro *d* dari vidimus; ex quo *Elimeus*, pro *Dymæus*, vulgo scriptum erat. *Dimeus* Hearnius ex L. 1. laudavit. Paullo ante *quingenti ferme juvenes* Lov. 2. et 6. Tum *dilecti* Voss. Lov. 1. 4. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 7 *Adhortator a præfecto regio missus*] Ita quidem antiq. ed. Sed melius credo *Ad hos Trator a præfecto*. Ut *Trator* sit nomen viri. *Gebh.* Non placet ille *adhortator*. Voss. *Ad hos tractor*. Lege *Ad hos orator*. J. F. Gron. *Hortator* Gaertn. *Ad hos tractor* Lov. 1. *Ad hos trator*, vel *Adhostrator*, Lov. 4. Mead. 2. et Hearnii N. *Trator* nomen viri alibi non obcurrit. Cum Crevier. igitur Gronovii conjecturam veriorem puto. De voce *orator* vide ad XXXVII. 26. § 9.

Solis quidem quod Macedones sentirent] Restituimus *qui idem quod Maced.* Gelen. Corruptum *quidem* servant omnes mei. Paullo ante *exce-*

Digitized by Google

dere urbem Mead. 1. Quod, si plures codd. idem vellent, non repudiarem. Vide ad II. 37. § 8. Sed et vulgatum probum. Vide ad VIII. 2. § 8.

§ 8 *Post paullo ut Argivos quoque*] *Paullo post* Lov. 2. 6. et Harl. Sed frustra. Vide ad XXII. 60. § 16. Mox *omnem in casum, &c. videbantur subituri* Lov. 3. quod errantis est librarii, qui in pro *tŝ* sive *tamen* dedit. Ita variant libri IX. 38. § 10.

§ 9 *Ne flos Achæorum juventutis simul cum urbe amitteretur*] *Amitterentur* Voss. et Lov. 1. quod si in pluribus codd. reperirem, spernere non auderem. Vel enim 'flos juventutis Achæorum' considerari potest ut collectivum, quod verbum plurale admittit; qualia multa vide ad XXXV. 26. § 9. Vel 'flos juventutis simul cum urbe amitterentur' accipiendum, ut 'dux cum principibus capiuntur,' de qua locutione vide ad XXI. 60. § 7.

§ 10 *Qui quæreret, quid sibi vellet*] *Tὸ sibi* exulat a Voss. et Lov. 1. Sed male. Illud enim pronomen in hac formula est solemne. Supra III. 25. 'Conjecere in eum oculos, mirantes quid sibi vellet.' c. 50. 'Quærerent senatus verbis, cujus jussu castra deseruissent? aut quid sibi vellent?' c. 67. 'Pro Deum fidem, quid vobis vultis?' IV. 13. 'Primo Quinctius abnuere, et, quid sibi vellent, rogitare.' XLIV. 12. 'Hostes primum admiratio cepit, quidnam sibi repentinus clamor vellet.' Cic. de Senect. c. 18. 'Avaritia vero senilis quid sibi velit, non intelligo.' Prop. I. 5. 3. 'Quid tibi vis, insane? meos sentire furores?' ubi vide Passer.

Nihil fatus tantummodo, &c. respondit] Vix Livii videtur viro docto, velletque *nihil statu mutato*, aut *statu motus*. Sed conjungit non conjungenda. Nihil fatus, quum tantummodo projecto pro se clypeo staret, missus est a Philocle, qui quæreret, quid sibi vellet? Respondit, se moriturum armatum in præsidio creditæ urbis. Ita evolvenda oratio. *J. F. Gron.* Quæ Gronovius adtulit, ut vulgatæ lectioni defensionem pararet, nondum mihi persuadere potuerunt, eam veram esse. *Nihil tantummodo* Harl. Lov. 2. 3. et Gaertn. *in hoc statu modo* Lov. 6. *nihil statu tantummodo* Mead. 1. *nihil statu modo* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. ut solus tantum Lov. 5. vulgatum servet, quemadmodum solet, editis adsentiens. Conjecturam viri docti apud Gronov. plurium codicum memoratæ lectiones verisimilem reddunt. Si tamen liceret, insuper legerem, *Missis a Philocle, qui quærerent*, vel *Misso a Philocle, qui quæreret, quid sibi vellet? nihil statu mutato*, vel *motus, quum projecto præ se clipeo staret; in præs. creditæ urbis mor. se arm., respondit.* Ita periodus quasi rotunda et omnibus numeris perfecta erit. 'Nihil statu motus,' ut VIII. 18. 'Equestrem pugnam excitemus, oportet, si turbare ac statu movere volumus.' Petron. c. 95. 'Furca de carnario rapta, statum prælantis componit.' Vide ad II. 10. § 10. Quod Livius 'statum,' 'stationem' vocat Val. Max. III. 2. § 23. 'Solus immobilem stationis gradum retinens.' Mox *a Crecibus* Lov. 2. *a Chrecibus* Voss. *a Threcibus* Lovel. 1. 6. et Mead. 1. Vide ad XXXVII. 33. § 3. In fine etiam cap. *Hæc ea æstate ab Romanis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

CAP. XXVI. § 1 *Nihil sane memorabile ab Sex. Ælio consule gestum: quum, &c.*] Hæc aliter in aliis distinguuntur. Post *gestum* distinctionem maximam, post *addavit* minimam, vel mediam pono. *Duk.* *Tὸ sane* exulat a Lov. 2. Vox etiam *gestum* deest in Lov. 1. 6. a m. pr. et Voss. forte quia librarii credebant, id repeti posse ex præcedenti periodo. Sed male. Livium sæpissime vocem, quam præcessit, repetere, vidimus ad I. 3. § 9. Distinctionem Dukeri, quam mihi quo-

Digitized by Google

que in mentem venerat, recepi.

§ 2 *Quum duos exercitus in provincia habuisset*] Voss. *duo*. Qualia multa restituimus Nostro, et congessimus ad XXXV. 21. *J. F. Gron.* Exc. codicis Voss. mea hic nullam lectionis varietatem memorant. Omnes etiam reliqui servant *duos exercitus*.

Ipse ei C. Ælium prætorem præfecit] In comitiis prætoriis exponendis capp. 7. et 8. *C. Helvium* nominavit, eique Galliam obtigisse dixit: idem fecit in ejus ædilitate explicanda. Quamobrem hoc quoque loco, pro *C. Ælio*, *C. Helvium* reponendum. *Sigon.* In Pal. 1. initio fuerat *C. Lælium*: factum dein *C. Helium*. Gebh. *C. Lelium* Gaertn. *C. Helium* Lov. 6. a m. pr. *C. Helvium* Voss. Lov. 1. 4. 6. a m. sec. et Mead. 2. ut recte Sigonius reposuit. Sæpe ita variant librarii. Vide ad XXX. 18. § 15. XXXII. 7. § 13. c. 27. § 7. et XXXIV. 10. § 1.

§ 3 *Cremonensibus Placentinisque cogendis redire in colonias*] Nec pejus haberet oratio, si deesset *τὸ redire*. J. F. Gron. Liv. XLIII. 15. 'Milites ex Macedonico exercitu, &c. in provinciam cogebant.' Vide Jac. Gronov. ad Liv. XXXV. 19. § 6. et Cort. ad Sall. Jug. c. 84. § 2. Omnes tamen mei vocem illam tuentur. Mox § seq. *est excitatus* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum.

§ 5 *Obsides Karthaginiensium Setiæ custodiebantur*] Ab initio hujus libri Signiam ac Ferentinum oppida iis data scripsit Livius; de Setia ibidem nihil, nec interea quicquam. *Glarean.* Vide ad c. 2. § 4. Mox § seq. *emta ex præda mancipia* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Vox *emta* deerat in Voss. et Mead. 1.

§ 7 *Circa Norbam et Circeios*] *Norbem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Mognnt. et hic, et mox § seq. Præterea *Cercolos* Lov. 3. *Cerceolos* Lov. 6. *Cerœolos* Voss. *Cornellos* Lov. 1. *Corcellus* Gaertn. *Circelos* Lov. 2. et 4. *Cercelos* Harl. et Mead. ambo. At § seq. *Cercilos* Voss. Lov. 1. et Mead. ambo: *Cercillos* Lov. 3. *Cercellos* Harl. *Circelos* Lov. 2. *Circilos* Lov. 4. *Circeolos* Lov. 6. *Corcellos* Gaertn. Insuper *in ludis* Harl. Male. Vide ad II. 36. § 1. Tum *spectaculo intuentium populum adgredi* Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§ 8 *Hujus rei tam fœdum indicium*] Restituimus *Hujus rei tam fœdæ*, non *fœdum*. Gelen. Firmant hanc emendationem plerique codd. aliorum vestigia eodem ducunt: *fide* enim est in Lov. 1. *facile* in Gaertn. Solus Lov. 5. *fœdum* servat. Paullo ante *per terrorem et repentinum tumultum* Lov. 1. *per cædem et tumultum* Harl.

Ad L. Cornelium Lentulum] *Ad L. Cornelium Merulam* legendum, siquidem recte legitur ab hujus anni initio, ubi magistratus creantur. Lector ipse dispiciat, uter ex altero locus sit emendandus. *Glar.* In comitiis prætoriis explicandis capp. 7. et 8. *L. Cornelium Merulum* prætorem urbanum scripsit: quo pacto legendum esse, ostendit consulatus ejus, qui sequitur, in quo *Merulæ*, non *Lentuli*, cognomine afficitur non solum apud Livium, sed etiam in tabulis consulum Capitolinis. *Sigon.* Cognomen deest in Gaertn. Reliqui servant *Lentulum*. Sed, *Merulam* legendum, docet etiam Pigh. in Ann. ad a. IDLV. p. 250. addens eumdem errorem, qui in codd. Livii residet, etiam dimanasse in Zonar. Ann. IX. 16. Mox § seq. *quæ acta fuerant, exposuerunt* Voss. *quæ acta fuerant erantque, exposuerunt* Lov. 1.

§ 12 *Hoc tumultuario delectu*] *Dilectu* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 14 *Ei centum millia gravis æris dari Patres jusserunt: servis vicena quina millia æris*] De hoc loco varie egerunt Salmas. de Usur. XIX. pag. 574. Kuster. in Diatr. Antigronov. p. 67. et Perizon. Diss. de Ære Gravi § 18.

Digitized by Google

et 24. qui videndi. Octo posteriora vocabula desunt in Gaertn. propter repetitionem τοῦ æris. Vide ad IX. 11. § 11. *Gravis æris dare jusserunt Patres* legunt Lov. 1. 3. et Voss. *gravis æris dari jusserant Patres* Lov. 6.

§ 16 *De quingentis fere hominibus*] *De VI^c fere hominibus* Lov. 4. Mead. 2. et Hearnii N. Mox *qui in ea noxia erant*, pro *noxa*, Lov. 5. et ed. Camp. Eodem sensu *noxam* et *noxiam* usurpari, vidimus ad II. 54. § 10. et VIII. 28. § 8. Codicum igitur turba, vulgatum servans, nihil mutandum suadet.

§ 17 *Jussique circumire eam minores magistratus*] *Eas* lege, ut ad 'vigilias' referatur. *Gelen. Eam* solus habet Lov. 5. *eis* Lov. 2. eamdem vocem ignorat Lov. 6. Reliqui Gelenii emendationem probant. Deinde *in mores magistratus* Lov. 1. *juniores magistratus* Voss. et Lov. 6. Male XXXIX. 16. 'Vigiliarum nocturnarum curam per urbem minoribus magistratibus mandavimus.' 'Minores' et 'juniores' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad VI. 27. § 10. Similitudo ductuum literarum *min* et *iuni* erroris causa exstitit.

Triumviri carceris lautumiarum intentiorem custodiam habere jussi] Ex eo quod *carceris* additur, satis intelligitur triumviros capitales designari. Sic et alii scriptores, quorum loca habet Massonus in vita Ovidii a. XX. Quum sine alio nomine muneris simpliciter *triumviros* dicunt, fere aliquid addunt, unde appareat de triumviris capitalibus agi. Hinc consequens est, pace ejusdem viri clariss. dictum volo, ex iis non liquido probari, quod de se scribit Ovidius Trist. IV. 10. 34. 'Eque viris quondam pars tribus una fui;' de iisdem accipiendum esse, quum poëta nihil omnino addat, e quo id colligi possit. *Carceris* etsi in hoc loco Livii supervacuum esse, et explicandi caussa ab aliquo adscriptum videri potest, eo quod Livius et alii plerumque tantum *lautumias*, non *carcerem lautumiarum* dicunt, tamen nihil contra libros veteres tentandum, et satis Latine dici *carcer lautumiarum* arbitror. *Duk. Trecentiviri carceris* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quem errorem auget Lov. 3. *trecentis viris carceris* legens. Vide ad VI. 3. § 8. Tum *latumiarum* Voss. et Lov. 1. ac 6. *latomiarum* Gaertn. *lautumarum* Harl. Vide ad XXXVII. 3. § 8. Ad eam vocem in ipso contextu Voss. et Lov. 1. additur hæc interpretatio, 'id est, vinculorum seu cathenarum.'

§ 18 *Captivi ne minus decem pondo compedibus vincti*] *Captivi minimis* Lov. 1. *captivi non minus* Voss. et Lov. 6. Non placet. Vide ad XXXVIII. 24. § 5.

CAP. XXVII. § 1 *Coronam auream CCXLVI. pondo*] Quæ notis numeralibus in Mss. et edd. indicantur, ita evolvit Gaertn. *cor. aur. ducentorum quadraginta sex pondo*, quasi *pondo* esset neutrum plurale indeclinabile, quod hic casu secundo accipiendum esset: quem errorem multis profligavit J. F. Gronov. de Pec. Vet. I. 6. et 7. ex cujus sententia hic dedi *ducentum quadraginta sex pondo*. Lov. 1. addita voce scribit *pondo auri*. Frustra. Paullo post vox *Romanorum* deest in Hearnii L. 1. *Romanorum legatorum auctoritate*, et tum *deduxit* legit Harl.

§ 2 *Ad exercitum, qui in Græcia erat, pervenerunt*] *Pervenerant* Voss. Lov. 1. 3. 5. et edd. ante Aldum.

§ 4 *Sumtus, quos in cultum prætorum, &c.*] Hæc res ab avaritia et libidine prætorum orta est, quæ deinde quidem multis legibus coërcita est, nec tamen umquam satis reprimi potuit. Vide Cic. pro L. Manil. capp. 5. et 13. Sigon. de Ant. Jur. Prov. II. c. 5. et Burmann. de Vectig. Pop. Rom. c. 2. *Duk.* Vide Plut. in Cat. Maj. p. 339. Mox *circumscissi*

Digitized by Google

Gaertn. sollemni scribarum mutatione. Vide ad Epit. Liv. l. LVII.

§ 5 *Creavit cos. Cn. Cornelium Cethegum*] *C. Cornelium* legendum est ex Cap. consulatu. *Sigon.* Consuli huic prænomen *Cn.* vel *Cnæi* tribuunt etiam Lov. 2. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. Vide hoc lib. c. 7. § 14. Prænomen autem exsulat a Voss. Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Sed recte Sigon. emendavit *C. Cornelium*, quomodo etiam vocatur Ciceroni in Brut. c. 18. ' Docuisse autem fabulam annis post undecim, C. Cornelio, Q. Minucio consulibus.' Et ita etiam cap. seq. § 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et alii; ubi prænomen in Lov. 6. a m. sec. deletum est tanta cura, ut prioris lectionis vestigia non adpareant; *consule Cornelio* legunt Voss. et Lov. 1. Vide ad § 7. Admodum hic negligens fuit Gruter. qui, quum hoc loco Sigonii emendationem recepisset, id facere omisit c. 28. § 1. et XXXIII. 23. § 1. 4. Crevierius demum ubique ei *Caii* prænomen restituit.

§ 7 *L. Manlius Volso*] *Vulso* vet. lib. Cap. tab. et Appianus in Syriac. p. 113. Μάνλιον etiam Βούλσωνα edit. *Sigon.* Vide eumdem ad XXII. 35. § 1. Ceterum prænomen socordia scribarum omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N.

Cn. Sempronius Tuditanus] Sequenti libro c. 42. hic idem dicitur *T. Sempronius*. Ego *C. Sempronius* lego. Nam 'Tuditanorum' hoc frequentissimum prænomen est, neutrum eorum contra: patrem aut avum hunc esse reor *C. Sempronii C. F. C. N. Tuditani*, qui triumphavit de Japudibus a. DCXXVI. Ex Iap. Cap. *Sigon.* *Q. Sempronius* Hearnii L. 1. quo etiam prænomine gentem Semproniam usam esse non invenio. Sed *C. Sempronius*, ut Sigon. legendum monuit, recte lib. XXXIII. capp. 25. et 42. exhibet ed. Mogunt. in qua primum illa pars historiæ Livianæ adparuit. Eo hic etiam ducunt Voss. et Lov. 1. *Consul Sempronius* scribentes. Prænomen enim *C.* sive *Caius* et vocem *Consul* librarios confudisse, vidimus ad XXII. 14. § 13.

M. Sergius Silus] *M'. Sergius* argentei nummi. *Sigon.* Sigonii emendationem Gronov. recepit, et post eum reliqui recentiores. Sæpe ita lapsos esse scribas, ut prænomen *Manius* sive *M'.* mutarint in notius *Marcus* sive *M.* vidimus ad XXVII. 25. § 2. Utrum tamen eodem modo etiam hic errarint, merito dubitatur. Nummo, quem se vidisse Sigonius testatur, controversiam non moveo, sed ei oppono illos, quos Patin. in Famil. Rom. et Beger. in Thes. Brand. vulgarunt cum hac epigraphe: M. SERGIVS SILVS. Quum igitur utrumque prænomen in nummis obcurrat, ex illis Sigonius pro conjectura sua nullum argumentum petere potest. Gens etiam Sergia utroque prænomine usa est. De ' Manio ' constat ex illis quæ notantur ad IV. 61. § 4. ' Marci Sergii ' plures apud Livium obcurrunt. Ergo neque inde aliquid certi statui potest. Nihil igitur restat, quam ut Mss. arbitri adsumantur, quorum nonnulli hic *M. Sergius* exhibent, at totidem literis *Marcus Sergius* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 1. Ob hæc igitur pristinam lectionem *M. Sergius* loco restitui et hic, et alibi, ubi a Sigonio et Gronovio mutata est. Ceterum Pighius in Ann. ad a. IDLVI. p. 253. conjicit hunc esse celebrem illum M. Sergium, Catilinæ proavum, cujus insignem fortitudinem quum alii, tum etiam Plinius pluribus celebrat Hist. Nat. VII. 28. Ad quem locum Harduinus similem superius laudatis nummum ex museo suo proferens contendit, Valer. Max. et alios, *Silum* gentis Sergiæ cognomen esse existimantes, magnum errorem commisisse; τὸ SILVS enim esse quinque vocum primas literas hac sententia: ' Sergius Italiam Liberavit Vicies

Digitized by Google

Sexies.' Non enim *Silus*, sed *Silo*, gentis alicujus cognomen fuisse, teste Plin. Hist. Nat. XI. 37. Sed videat quid tribuendum sit huic argumento: Plinius testatur, quosdam 'Silonum' cognomen habuisse; ergo 'Silus' non est inter cognomina Romana. Objicerem 'C. Albutium Silum,' cujus vitam describit Suet. in Clar. Rhetor. c. 6. et Seneca sæpius meminit in Controv. nisi crederem, hos ex ejus sententia eodem errore lapsos esse, quo Val. Max. et alii. Potius igitur hic referendus est C. TERENTIVS. SILVS in lapide apud Gruter. IↃCCXLIII. 2. Utrumque igitur inter cognomina Romana fuisse puto 'Silus' et 'Silo,' quemadmodum 'Catus' et 'Cato.'

M. Helvius, M. Minucius Rufus, L. Atilius] Omnia hæc deerant in Voss. Eadem simul cum sequenti voce *Sempronius* non comparent in Lov. 1. neque τὰ *Silus, M. Helvius, M. Minucius* in Lov. 6. neque *M. Helvius* in Lovel. 5. et edd. ante Aldum, qui eorum loco reposuit *M. Ælius*, consentiente Lovel. 2. quod probat Glarean. ad XXXIV. 10. § 1. *Marcellus Ælius* legit Gaertn. *Marcellus Elvius* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Marcellus Helius* Mead. 1. *Marcellus Helvius* Lov. 4. *M. Helius* Harl. Vide ad cap. præc. § 2. Tum plerique codd. et edd. *Attilius, Accilius, Acilius, Actilius*, pro quo recte Gron. 1665. *L. Atilius* edidit. Vide ad v. 13. § 3.

§ 8 *Ædiles curules Q. Minucius Thermus et T. Sempronius Longus*] *Tī. Sempronius* ex consulatu Capitolino, qui sequitur. *Sigon.* Vide ad XXXIV. 42. § 3. *Curules ædiles* Lovel. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et edd. antiqq. Idem voluerunt Voss. et Lov. 1. scribarum errore *curules edens* præferentes. Aldus demum *ædiles curules* dedit; quo tamen abstinere potuisset. Vide ad IV. 59. § 11.

CAP. XXVIII. § 2 *Quæ transigi sorte poterat*] *Transigi forte poterat* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 40. § 13. *Transigi poterat sorte* Lov. 6. a m. pr. *transigi poterat*, omissa media voce, Voss. et Lov. 1. Mox § seq. voces *tribuni plebis* desunt in Lov. 1. 6. a m. pr. et Voss.

§ 4 *Vixdum inchoatis rebus*] *Vix inchoatis* Voss. et Lov. 1. Male. IX. 42. 'Postero die vixdum luce certa.' X. 11. 'Vixdum ingressus hostium fines.' cap. 32. et XXVIII. 14. 'Vixdum satis certa luce.' XXI. 3. 'Hunc vixdum puberem Hasdrubal literis ad se arcessierat.' XXXIV. 1. 'Inter bellorum magnorum aut vixdum finitorum, aut inminentium curas.' Lib. XXXIX. c. 42. 'Quum is vixdum serio adnuisset.' Lib. XLIII. cap. 4. 'Vixdum se ad consulem pervenisse.' XLIV. 5. 'Progressis vixdum quatuor millibus passuum.' cap. 40. 'Vixdum compositos adgressurus erat:' et sæpius.

§ 5 *Quartum jam annum esse ab decreto Macedonico bello*] *Ab edicto Macedonico bello* Lov. 2. Harl. Lov. 6. pro varia lectione, et Mead. 1. in contextu. Dedissent saltem *ab indicto Macedonico bello*. Sed nihil muto. XXXIV. 24. 'Quum omnes bellum decressent.'

§ 6 *Si aut maturius in provinciam venisset, aut hiems*] Prius *aut* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Paullo ante *majore parte anni* Lov. 1. et 3.

§ 7 *Nunc prope in hiberna profectum*] Crevier. vel *nunc prope* exponit non ita pridem, hoc ipso prope tempore; vel, quod longe præstare judicat, scribendum conjicit *nunc quoque:* ut sensus sit, non modo Quinctius bene res gessit priore anno, sed nunc quoque ita comparat bellum, ut perfecturus proxima æstate videatur: similique modo vocem *quoque* male mutatam esse in *prope* XXVIII. 39. § 6. Ejus mutationis alia exempla vide ad XXXVIII. 17. § 6. Mihi autem hæc conjectura itidem verior videtur.

Digitized by Google

Mox *apparare dici bellum* Lov. 6. *comparari dici bellum* Lov. 3.

§ 9 *T. Quinctio prorogarunt imperium*] Ferratius Epist. III. 9. scribit, Patres non jure suo prorogasse imperium T. Quintio, (nam hoc populi erat,) sed quia tribuni plebis rem illam judicio Patrum permiserant. Non recte hoc accepit vir doctissimus. Consules sibi a senatu Italiam et Macedoniam provincias decerni volebant, tribuni plebis Quintio imperium in Macedonia prorogari. Quum utrique liberam consultationem senatui permisissent, 'Patres' consulibus ambobus Italiam provinciam decreverunt, Quintio 'imperium' in Macedonia 'prorogarunt,' id est, a populo prorogandum censuerunt, ac decreverunt. XXX. 2. 'Parem navium numerum Cn. Octavio, prætori item prioris anni, cum pari jure imperii ad tuendam Sardiniæ oram patres decreverant.' Imperium decernebat senatus, prorogabat populus, quod et ipsa vox 'prorogare' indicat, et decretum senatus de prorogando imperio sequebatur rogatio ad populum, qua imperium ex decreto senatus prorogabatur. Hoc dudum docuit Sigonius de Antiq. Jur. Prov. l. II. c. 1. ex Livii XXVII. 22. et XXIX. 13. et recte tradit ipse Ferratius ex Livii VIII. 23. et X. 22. quibus facile plura addi possent. Et sic intelligenda esse omnia loca, quibus 'imperia prorogata' dicuntur, nulla facta mentione plebisciti, cum ex re ipsa, tum ex eo apertum est, quod, quum XXVII. 7. scribat, 'M. Claudio prorogatum in annum imperium,' deinde cap. 21. id 'a populo' factum dicat. Si vera esset caussa, propter quam Quintio imperium a senatu, non a populo prorogatum putat Ferratius, idem dicendum foret de eo, quod Livius IX. 42. 'senatum' Fabio 'imperium prorogasse' scribit. Sed hoc nulla veri specie fingi potest. *Duk. Prorogaverunt* Lov. 3. et Harl. Tum *successor sibi venisset*, pro *ei*, Gaertn. *successor ejus venisset* Lovel. 3. Male. Vide ad h. lib. cap. 6. § 4. Deinde *binæ hinc legiones* Harl. *legiones binæ* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. ante Aldum. Tandem *cum Gallicis Alpinis* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2.

§ 10 *Supplementum decretum, peditum quinque millia et trecenti equites, et sociorum*] *Suppl. decretum peditum, trecenti equites* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. cum Hearnii L. 1. et N. *sup. decretum peditum, et trecenti equites* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Adparet numerum scriptum fuisse per notam *VCIↃ*. aut *IↃↃ*. eamque, ut incognitam, a librariis omissam esse. Idem in notis numeri quingenarii et millenarii evenisse, videbimus ad XXXVII. 40. § 2. et XXXIX. 42. § 3. Prius *et* deficit in Lov. 5. et edd. ante Ald. Posterius in iisdem, ut et Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. a m. pr. et Mead. 2.

§ 11 *Prætoribus in Hispanias octona millia peditum socium ac Latini nominis data, et quadringenti equites*] *In Hispania* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. sec. et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. Male. Hispania enim in duas provincias citeriorem et ulteriorem divisa erat. Vide ad XXX. 30. § 13. *In Hispanias* igitur, ut supra h. cap. 'Quinctio in Macedoniam supplementum decretum.' Lib. XXXVII. c. 50. 'Plautio Hypsæo in Hispaniam citeriorem mille Romani dati sunt pedites.' Vide J. F. Gronov. ad XLII. 1. § 2. Insuper *quadrigeni equites* Voss. Lov. 1. 4. 6. a m. pr. et Mead. ambo: *quadrageni* Lov. 3. 6. a m. sec. et Gaertn. Ex reliquis nihil in excerptis notatur. Editi etiam partim *quadringenti*, partim *quadrageni*, partim *quadrigeni* legunt, Aldus *quadrigeni*, quod obtinuit usque ad Basil. qui a. 1539. *quadringenti* revocarunt. Ceterum Pighius in Ann. ad a. IↃLVI. pag. 254. Livium ita interpretatur,

Digitized by Google

quasi cuique prætorum, cui Hispaniæ obvenerunt, decreta sint quatuor millia peditum, ducenti equites, adeoque ambobus octo millia peditum, quadringenti equites. Id autem ut ex verbis Livii efficiatur, pro *octona millia* legendum est *octo millia*. Contra Crevier. pro *quadringenti equites* scribendum conjicit *quadringeni*. Unde sequitur, eum putasse, cuique duorum prætorum octo millia peditum, quadringentos equites data esse. Huic potius sententiæ calculum adjicio, quia id suadent codd. partim enim omnes constanter *octona millia* legunt; partim quidam eorum, quorum varias lectiones paullo ante recensui, non obscure indicant, olim *quadringeni* scriptum fuisse. In reliquis autem, qui *quadringenti* servant, numerus distributivus mutatus est in cardinalem; quem errorem frequenter librarii in Mss. Livii commiserunt. Vide ad IV. 45. § 2. VII. 25. § 8. VIII. 8. § 14. IX. 19. § 2. XXXII. 17. § 2. XXXIV. 45. § 3. cap. 59. § 6. XXXVII. 39. § 7. Et quidem eo facilius in hunc errorem incidere potuerunt, quod, quum numerus notis scriptus esset, eas evolvendi rationem minus adsecuti sunt. Ita viros doctos etiam, qui Livium ediderunt, lapsos esse, videbimus XLI. 14. § 10. XLII. 1. § 2. cap. 61. § 2. et XLIII. 12. § 4. Ut autem vel *octo millia*, pro *octona*, vel *quadringeni equites*, pro *quadringenti*, legamus, sana loquendi ratio exigere videtur; quæ non permittit, ut numeri distributivus et cardinalis inter se conjungantur. Pauca quidem apud Livium loca obcurrunt, in quibus tamen id factum videmus. Exempla vide XXI. 17. § 5. XXII. 58. § 4. XXXVIII. 35. § 9. et XLV. 42. § 3. quæ scribarum errore infecta esse censeri debent. Vide quæ ad illa loca notantur. Unum illud sententiæ quam probavi objici potest, cuique prætori octona millia peditum et quadringenos equites decerni, nimium esse, si conferatur numerus hic cum eo, qui anno proximo prætoribus Siciliam et Sardiniam sortitis concessus est hoc lib. cap. 8. 'Marcello in Siciliam quatuor millia peditum sociorum Latini nominis et trecentos equites: Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, ducentos equites: ita ut hi prætores ambo, &c. veteres dimitterent pedites equitesque.' At forte in illis provinciis pauciores fuerunt milites veteres, quam nunc in Hispaniis, et hinc pauciores illis, qui exauctorarentur, subsidiendi erant. Considerandum etiam est, Siciliam et Sardiniam fuisse provincias perpacatas; at in Hispania utraque bellum adhuc gestum, et hinc firmiori exercitu opus fuisse.

CAP. XXIX. § 1 *Quod et Fregellis murus et porta*] Alii *et quod Fregellis*. Utroque delete placet *quod ædes Vul. Sum. Romæ, Fregellis murus et porta de cœlo tacta erant*. J. F. Gron. Lectio hæc primum adparuit in Froben. 1535. Priores cum omnibus Mss. quibus usus sum, et Hearnii L. 1. *et quod Fregellis*; quomodo edi curavi. Quamvis enim non displiceat Gronov. conjectura, duas tamen voces, quas delendas censuit, cum Clerico ex contextu ejicere non sustineo. Posses etiam *Fregellis et murus et porta*, iisdem vocibus deletis.

§ 2 *Et Frusinone inter noctem lux orta*] Hic quoque doctus vir, ut paupertati Latinæ linguæ consulat, refingit *internoctu*. Cur non etiam l. XLIII. c. 18. 'Quum sine intercessione interdiu noctuque alii aliis succedentes.' Adeo autem verum est, *noctu* et *nocte* id esse, quod ille vult *internoctu*, ut hoc modo Noster et *luce* dixerit pro 'interdiu,' XXXVIII. 36. 'Quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebræ obortæ fuerant.' *J. F. Gronov.* Vir doctus, quem Gronov. refellit, est Freinsh. ut docet ad Gellii III. 2. Vide ad

Digitized by Google

XXIX. 14. § 3.

Asculo agnus bieps] Si grammaticorum canones sequimur, dicendum est *Asculi: natus erat*, hoc enim supplendum est, *Asculi*, non *Asculo*. Alia ratio est, quum prodigia nunciata scribit. XXVI. 23. 'Et Anagnia et Pregellis nunciatum est, murum portasque de cœlo tactas.' XXVIII. 11. 'Ab Antio nunciatum est.' Et XXXI. 1. XLIII. 13. *Duk.*

§ 2 *C. Acilius tribunus plebis tulit*] *Consul Acilius tulit* Voss. et Lov. 1. 2. 3. 4. ac 6. *Consul Atinius tulit* Mead. 2. *Consul Minutius tulit* Geartn. *Consul Q. Minucius tulit* Hatl. *Consul* et *C.* sive *Cajus* passim confundi, vidimus ad XXII. 14. § 13. *Consulatum is tulit* Mead. 1. Insuper *Atilius, Actilius, Attilius* varii codd.

§ 4 *Tricenæ familiæ in singulas colonias jubebantur mitti*] Voss. et S. Vict. *trecentenæ*. Thuan. *trecentenæ*. Jac. Gron. *Tricenæ*, id est 'triginta,' *familiæ* possunt accipi, quæ omnes explerent numerum trecentorum capitum: nam XXXIV. 45. 'trecenos homines' in singulas deductos tradit. Hæ coloniæ maxime deductæ videntur ad ea loca incolis frequentanda; quæ, quum ante tantum castra et præsidia fuissent, deinde oppidorum speciem ac nomen acceperunt. Hoc quum de Vulturno, Puteolis, et Salerno satis constet ex scriptoribus, quos de iis agens laudat Cellarius in Geogr. Ant. Liternum quoque et Buxentum ejusdem conditionis fuisse credi potest. *Duk. Tricenæ* ita omnino exponendum foret, ut Drukero visum est, nisi aliud codd. et edd. vett. vellent. Nunc vero ea lectio in nullo exstat cod. nisi forte in Mead. 1. ex quo nihil in excerptis notatur. Sed *trecentenæ* præferunt Lov. 1. et Gaertn. *trecentenæ* Lov. 2. 3. 6. et Hearnii L. 1. quod Crevier. recepit. Sed de eo vide ad XLV. 16. § 3. *Trecenæ* Lov. 4. 5. Harl. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. Mediol. 1480. Parm. Tarvis. utraque, et aliæ, quod pro vero in contextum admisi. Solent autem 'triceni' et 'treceni' ab indoctis librariis commutari. Vide ad XL. 34. § 8. Per 'homines' igitur XXXIV. 45. intelligendi patres familiæ. Vox *colonias* deest in Gaertn. Mox *magistratus haberent*, pro *magistratum*, Harleian. Deinde cognomen *Geminus* exsulat a Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§ 5 *Quæ per ipsos agenda erant*] Scripti et Andreas cum Aldina *quæ per ipsos agenda erant*. Ut apud Sallust. Jug. c. 41. 'Abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.' De quo aliquid Observ. III. 2. *J. F. Gronov. Agenda erant* omnes etiam codd. mei, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. usque ad Frob. 1531. quæ prima perperam *agendæ* substituit. Supra c. 10. § 3. 'Redderet res, quæ compararent; ceterorum æquo arbitrio æstimatio fieret.' Vide ad II. 5. § 4. IV. 54. § 4. et Cortium ad *d. l.* Sallustii.

§ 6 *Genuamque exercitu abducto, ab Liguribus orsus est bellum*] Antiq. ed. *adducto*. Pal. 1. *geminaque exercitu educto:* alter *geminaque exercitu ducto*. Gebh. *Genuamque exercitu deducto* Voss. a m. pr. *geminoque exercitu educto* Lov. 1. 6. et Gaertn. *Genuamque exercitu edocto* Hearnii L. 1. *Genuamque exercitu educto* Voss. a m. sec. Lov. 3. 4. et Mead. ambo. *Genuamque exercitu ducto* Lovel. 2. et Harl. *Genuamque exercitu adducto* edd. principes, pro quo *abducto* substituit Mognat. Recte, si ex scriptis. XXVII. 29. 'Exercitum M. Marcellum tribunum militum Venusiam abducere jussit:' ubi plura vide. Deinde *ceptum est bellum* Lov. 2. quod est ex glossa. Supra XXXI. 40. 'Apolloniam, unde orsus bellum erat, copias reduxit.' *Orsus bellum est* Lov. 1. 3. 4. 6. Voss. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 7 *Oppida Clastidium et Litubium, utraque Ligurum*] 'Clastidii' etiam

Digitized by Google

XXI. 48. mentio est, sed in Gallia, sed non longe a Trebia fluvio. *Litubium* nusquam, ut puto, reperias: sicut neque *Celelates Cerdiciatesque*. *Ilvates* insulares noscimus, Ligures non item, ut antea ad XXXI. 10. § 2. admonuimus. Quæ ideo admonemus, ut lectores etiam hoc in loco vetusta exemplaria eo diligentius inspiciant. Nam quædam sunt, quæ, quantumvis vel diligentia vel studio lucteris, nequaquam tamen discutere absque exemplarium auxilio valeas. De me loquor, quod expertus sum; credo tamen idem aliis videri: de cordatioribus loquor. Sed sunt quidam, qui nusquam hærent: his tam felicibus nostra hæc non scribuntur. *Glar.* Hoc loco, ubi *Clastidium* deditur, Ligurum esse dicitur. Paulo post c. 31. ubi inceditur, Gallorum est. Aut igitur duo *Clastidia* sunt, aut certe in *Clastidio Ligurum* est aliquid vitii. Nam de *Gallico Clastidio* ad Ticinum dubitari non potest. De quo Polybius II. 34. et cæteri, qui de bello Insubrum scripserunt, quo confecto Marcellus tertia opima spolia retulit, Virdumaro rege ad Clastidium interfecto, quemadmodum etiam triumpho Marcelli Capitolino scriptum est: apud Plutarchum tamen in Marcello p. 300. est vitiose Καστίδιον pro Κλαστίδιον. Vereor autem, ne *Caristum* pro *Clastidio* sit reponendum; quod est oppidum Ligurum in agro Statellati, Livio auctore XLII. 7. *Sigon. Clastidium* non sine ratione suspectum esse Sigonio, recte putat Cellarius Geogr. Ant. II. 9. De *Litubio* ibidem agit. *Duk. Clasidium* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Cladistium*, literis transpositis, Mead. 2. Tum *Lutubium* Gaertn. *Licubium* Lov. 3. Cluver. Ital. Ant. I. 10. 79. existimat, ideo Livium nunc *Clastidium Ligurum* vocare, alibi autem, et inprimis XXIX. 11. *Gallia* adscribere, vel quia in dubiis utrinsque gentis finibus posita erat; vel quia hæc Liguriæ pars inter Apenninum et Padum sub Galliæ Cisalpinæ provincia ejus tempore censebatur. Prius etiam Doujatio ad hunc loc. placuit. Idem vero Cluver. p. 78. opinatur *Ritubium* ab exscriptoribus in *Litubium* corruptum esse.

Celelates Cerdiciatesque] *Celebate* Lov. 2. *Celebates* Lov. 3. *Celchates* Harleian. Tum *Terdiciatesque* Voss. *Scerdiciatesque* Lov. 2. *Cerdicietesque* Gaertn. *Celetester Diciatesque* Lov. 1. De *Celelatibus* quædam vide ad XXXI. 10. § 2.

Ilvates Ligurum] *Illuates* Lov. 3. *et Luates* Lov. 1. *præter Gallorum Bojosilvates Ligurum* Mead. 1. Cluverius et Jac. Gronov. eodem modo hic emendandum censent, quo XXXI. 10. § 2. Mox § seq. *sese dedidernnt* Lov. 5. et edd. ante Froben. 1535.

CAP. XXX. § 2 *Conjunctis legionibus consules rem gesturos*] *Res gesturos* Lov. 6. Reliqui in vulgatum recte conspirant. Vide ad X. 43. § 6.

§ 3 *Negare, se sua desertures*] Pronomen *se* exsulat a Voss. Id sæpius a Livio omitti, vidimus ad I. 23. § 5. et IV. 10. § 1. Verum uni codici adversus reliquos omnes fidem habere, imprudentius fore puto. Paullo ante *extemplo est orta* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. ante Aldum.

§ 4 *Super amnis Mincii ripas consederunt*] An super utrasque, ut castra interfineret Mincius? Hoc non probabile est propter ea quæ de Mincio scribit Plin. H. Nat. III. 16. 'Ripam' alibi dicit Livius XXVII. 48. 'Quum castra metari Pœnus in tumulo super fluminis ripam vellet.' XXXII. 5. 'Iter exignum super ripam præbens.' An *ripas* etiam de una dicunt, ut 'annulos,' 'hortos?' *Duker.* Lectio hæc in omnibus quidem editis, sed in uno tantum Lov. 5. superest. Reliqui uno ore *ripam*, ut Dukerus voluit; quod recepi.

§ 5 *Infra eum locum quinque millia passuum*] Antiq. ed. *mille passuum mil-*

Digitized by Google

&c. Pall. *tria passuum millia.* Gebh. *Mille millia* Voss. et Lov. 1. *mille passuum millia* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. 1. Gaertn. et plerœque edd. principes: *tria passuum millia* Mead. 2. *mille passuum* Harl. quod genus loquendi inlustravi ad v. 26. § 5. Quum autem vulgatum in nullo codice invenerim, vel ita legendum, vel, ut in uno cod. erat, *tria passuum millia.* Id enim et illi codd. qui *mille passuum millia* præferunt, probare videntur; in quibus ternarii et millenarii numeri notæ *III.* et *M.* confunduntur. Immo eam lectionem, vel, transpositis vocibus, *tria millia passuum*, etiam adjuvare potest scriptura cod. Harl. Si enim per notas scriptum fuit *III^m passuum*, id facile in *mille passuum* abire potuit. Vide ad XXXIV. 13. § 2.

§ 6 *Brixiamque, quæ caput gentis erat*] Libri omnes *quod caput.* Gebh. Et hic e scriptis Andreaque legendum *Brixiamque, quod caput gentis erat.* L. XXXIII. c. 8. 'Robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocabant.' XXXVIII. 1. 'Cum delectis Ætolorum, quod concilium esset gentis.' Cicero, 'Omnes tenues atque humiles, quæ maxima in populo multitudo est.' *J. F. Gron.* Vulgatum primum inveni apud Aldum; id autem exstat etiam in Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. *Brixiamque, quæ quasi caput* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *et Brixiam, quod caput* Lov. 5. et editi Aldo priores: *Brixiamque, quo caput* Mead. 1. *Brixiamque, quod caput* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Hearnii N. Solet ita pronomen relativum convenire cum sequenti. II. 13. 'Agrum dono dedere, quæ postea sunt Mucia prata adpellata.' III. 26. 'Quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quinctia vocantur.' c. 34. 'Decem tabularum leges perlatæ sunt, qui nunc quoque, &c. fons omnis publici privatique est juris.' c. 54. 'Ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum Flaminium adpellant.' v. 34. 'Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est.' VII. 20. 'Ne adpellarent consilium, quæ vis ac necessitas adpellanda esset.' c. 23. 'Exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicæ esset.' IX. 30. 'Tribuni militum, &c. quæ antea dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia.' XXIII. 11. 'Capuam, quod caput non Campaniæ modo, sed, &c. Italiæ sit.' XXIV. 22. 'Senatus inde haberi cœptus est, quod manserat publicum consilium.' XXX. 40. 'Syphacis filium, quæ parva bene gestæ rei accessio erat, devictum:' ubi male N. Heins. *qui* conjecit. Epit. Liv. l. XXXIII. 'Leucade urbe, quod caput Acarnanum, expugnata.' lib. XXXIII. cap. 1. 'Thebis, quod caput est Bœotiæ.' XXXIX. 40. 'Saltus, quæ latebræ receptaculaque semper illis fuerant.' XLII. 44. 'Thebæ, quod Bœotiæ caput est.' Vide Rhodii Lexic. Scribon. voce 'Quod vocant:' J. F. Gronov. ad Livii II. 20. § 5. XXXII. 14. § 3. XLIV. 1. § 1. Jac. Gron. ad XXIX. 11. § 7. et Cort. ad Sallust. Catil. c. 55. § 3.

Insubrium defectioni Cenomanos se adjunxisse] *Insubrum defectioni* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. cum edd. Campani, et Rom. 1472. Vide ad XXX. 18. § 1. Tum *se adunasse* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Verum 'unare,' 'adunare,' 'coadunare' non sunt hujus ævi, et demum apud scriptores, qui æreo linguæ Latinæ seculo vixerunt, obcurrunt. Locus igitur a librariis interpolatus est, qui verbum suo ævo usitatum, quo τὸ *adjungere* interpres exposuerat, ex margine in contextum invexerunt; et *adunasse* addi debet illis de quibus egi ad VII. 21. § 2.

§ 7 *Ibi agere ac moliri cœpit, ut descisceret*] Ita J. F. Gronovius edidit, quod plerique recentiorum servarunt. Antea edebatur *id agere*, quod superest in Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii Oxonn. et

Digitized by Google

Crevierii Victor. Eorum itaque fide, et Hearnii ac Crevierii exemplis priscam lectionem Livio vindicavi, licet id bis mox sequatur. Deinde *ut desisterent* Lov. 1. 2. et 6. Vide ad XXX. 3. § 5. Mox *signis collatis* perperam Lov. 3. Neque melius *aut domos transirent, aut ad Romanos transirent* Mead. 1. et Gaertn. quod vel ipsis librariis displicuit, unde *aut domos, aut ad Romanos transirent* datum est in Harl.

§ 8 *Et id quidem impetrari nequit*] Libri omnes *impetrari nequivit*. Gebh. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. cum multis excusis ante Froben. 1535. *impetrare nequivit* Lov. 1. 5. 6. Voss. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *impetrare nequit* Lov. 2. *impetrari nequit* Harl. et Mead. 1. *impetrari nequunt* Gaertn. *impetrare nequeunt* Lov. 3. Vide ad v. 10. § 10. Mox *in id fides data*, trajectis vocibus, omnes mei præter Lov. 5. Tò *est* exulat a Lov. 3. *Aut si qua in re occasio fuisset*] Vetus lectio, *aut si qua etiam occasio fuisset*. Gelen. Antiq. ed. *aut si qua in re occasio fuisset*. Melius censeo haberi in ambobus Pall. *aut si qua, ut jam, occasio fuisset*. Gebh. *Si qua in re*, ut ante Gelenium edebatur, solus Lov. 5. *si qua, ut jam, occasio*, quod Gebh. ex suis probavit, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo: *si qua jam occasio* Harl. et Gaertn. *si qua occasio* pro 'si quam occasio.' Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 43.

§ 9 *Labare fidem sociorum*] *Laborare* Voss. et Lov. 1. Male. Silius, perpetuus Livii imitator, II. 392. 'Adcitis velox populis, quis ægra lababat Ambiguo sub Marte fides:' ubi vide quæ notantur; et adde Gronov. ad XXII. 61. § 10. ubi itidem *laborare*, pro *labare*, scribarum errore plures, et in his optimi codd. præferunt.

§ 10 *Vovit ædem Sospitæ Junoni, si eo die hostes fusi*] Vide ad XXXIV. 53. *Duk. Si eadem die* Lov. 1. 3. et Voss. *si eodem die* Lov. 6. Vide ad X. 10. § 6.

§ 11 *Non tulerunt Insubres primum concursum*] *Primum occursum* Lov. 4. Male. Omnibus notum est, 'concurrere' et 'concursus' de pugnantibus in frequenti usu esse. Jam autem 'primus concursus' est initium pugnæ. Supra I. 25. 'Ut primo statim concursu increpuere arma.' V. 32. 'Fusa concursu primo acies in fugam.' XXIII. 29. 'Primo concursu quum vix pila conjecta essent.' Solent autem 'concursus,' 'concurrere,' et 'obcursus,' 'obcurrere' in Mss. confundi. Vide ad I. 25. § 4. et XXXVI. 24. § 4.

Tumultum ancipitem injectum auctores sunt] *Tumultum ancipitem invectum* perperam Vossian. Infra XXXIX. 30. 'Consultatque, qui tumultum injicere trepidantibus in ipso transitu amnis potuisset.' XLIV. 11. 'Tumulte injecto in custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset.' Passim 'injectus' et 'invectus' a librariis commutantur. Vide ad IX. 40. § 14. Mox *victores sunt* Lov. 3. sæpius in membranis obvio errore. Vide ad I. 3. § 2. VI. 3. § 6. XXI. 12. § 4. et alibi.

Quinque millia et DCC. vivos captos] Pall. *quinque et CC. vivos captos*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. et Mead. uterque: *quinque et ducentos* Lov. 2. 3. et Gaertn. Tò *millia* deest etiam in Hearnii N. Vocem illam, quum præcessit, sæpe a Livio omitti, vidimus ad XXXI. 34. § 7. Sunt tamen, ubi eo casu expresse addita est, ut ambiguum vitetur; quam ob causam etiam hic abesse nequit: *et CC. vivos captos* etiam Hearnii L. 1. Ut lectio *et DCC. vivos* in nullo alio exstet cod. quam in Lov. 5. Quo minus tamen reliquorum codd. scripturam probare audeam, illud obstat, quod per compendium scriptum esse potuit *et IↃCC. vivos captos*, ac quingenarii numeri nota *IↃ*. vel *D.* ut minus cognita, omissa esse: id enim sæpe factum fuisse, videbimus ad XXXVII. 40. § 11. Insuper *vivos* exulat a Lov. 6. et Gaertn. Verum forte Livius

Digitized by Google

exprimere voluit Græcorum ξυγχεῖν, quo Polybius usus erat. Insuper *captivos* Lovel. 1. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Sed vide ad VI. 22. § 4.

§ 12 *In iis Hamilcarem Pœnorum imperatorem*] Hic aliorum, non suam, citat opinionem, qui hoc anno, non quarto ante, ut ipse scripsit Livius XXXI. 21. Hamilcarem occisum tradiderunt. *Glar.* Idem judicandum de loco qui obcurrit XXXIII. 23.

Carpenta supra CC. millia] Satis erat *supra CC.* Gelen. Ita primam editum vidi a Mogunt. Priores ignorant duo postrema vocabula, relicta tamen lacuna, quæ indicio sit aliqua deesse. Eadem voces desunt etiam in omnibus scriptis meis et Hearnii L. 1. Deest etiam vox sequens *oppida* in Mss. meis, nisi quod sola servet eam Lov. 5. ejusque loco *amica* legat Lov. 3. Si vero lectio, quam Mogunt. proposuerunt, codd. auctores habet, iis invitis *millia* ejicere non audebo, sed potius mutarem in *multa* hoc modo: *carpenta supra ducenta. Multa oppida, quæ, &c.* 'Mille' et 'Multi' etiam alibi inter se commutantur. Exemplum habuimus XXVII. 30. § 2. Ceterum explicatio verborum sequentium, 'Oppida, quæ defectionem secuta erant,' quam dedit Gronov. Diss. Epist. ad Loca quæd. Livii Geogr. epist. IV. displicuit Jasitheo, quem vide in Apolog. advers. Gronov. p. 21.

CAP. XXXI. § 2 *Nec Boii detrectassent pugnam, nisi fama victos Insubres adlata*] *Detractassent* Voss. Lov. 1. 2. a m. pr. 3. 5. 6. et Harl. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Deinde *ni fama* omnes mei manu exarati, Hearnii L. 1. et typis descripti, quos vidi, usque ad ultimam ed. Gruteri: quod revocavi. Perinde esse, utro modo legatur, confiteor. At tanto minorem causam habuit Gruterus vulgatum mutandi. Præterea *Insubres victos* omnes Mss. uno Lov 5. excepto, qui editis adhæret.

Dissipati per vicos, sua ut quisque defenderent] Pall. *sua quisque defendere.* Gebh. Scripti omnes *sua quisque defendere.* An fuit, *Itaque rel. duce cast., dissipati per vicos, sua quisque defensuri, rationem belli ger. hosti mutarunt.* Lib. XXVIII. c. 15. 'Saxis undique circa ex propinquis vallibus congestis augent vallum, munimento esse, quando in armis parum præsidii foret, defensuri.' *J. F. Gron. Sua quisque defendere* etiam plerique meorum, Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. et Hearnii Oxonn. *sua quisque defenderet* Lov. 1. *sua quisque defenderent* Mead. ambo: *sua ut quisque defenderet* Lov. 5. cum editis ante Frob. 1531. *quo sua quisque defenderent* Crevierii Victor. *quo sua quisque defenderet* Lov. 6. Quo pro 'ut' Livium usurpasse, vidimus ad VI. 24. § 2. Deinde, cum τὸ *quisque* sæpissime cum verbo plurali construxisse, probavimus ad II. 22. § 7. Id igitur hic non mutandum censeo, licet pauci tantum codd. *defenderent* tueantur. Facilius enim indocti librarii verbum plurale τῷ *quisque* junctum in singulare mutasse credo, quam contra. Mox *rationem belli gerendi* Gaertn. *rationem belli gerundi* Lov. 3.

§ 4 *Inde in Ligustinos Ilvates, qui soli non parebant, legiones ductæ*] Libro superiore c. 10. ubi de iisdem loquitur populis, *Ligusticos* quidam emendarunt, hic omiserunt. Vetustiores tamen codd. aliquot *Ligustinos* utroque in loco habebant; quamquam mihi non admodum placet. *Glar. Ligustinos*, ut ante dixi ad XXXI. 10. § 2. *Sigon.* Libri omnes nostri *in Ligustinos.* Gebhard. *Ligustinos* omnes codd. scripti. Nec aliter edd. usque ad Vascos. qui, monente forsitan Glareano, *Ligusticos* substituit. Ea autem lectio, licet interim Sigonius priscam scripturam revocasset, per reliquos typis descriptos propagata est usque ad Gronov. qui et ipse *Ligustinos* recepit. Huic autem voci

Digitized by Google

perperam Glareanus quæstionem movit. Ita enim 'Ligustini montes' l. XXXIV. c. 8. 'bellum Ligustinum' XXXV. 4. 'Ligustini,' pro Ligures, XXXIX. 21. 'ager Ligustinus' XLII. 4. Vide etiam Cluver. Ital. Ant. I. 7. p. 46. Deinde *Silvestes* Lov. 1. *Ulvates* Lov. 3. Vide ad XXXI. 10. § 2. Præterea *legiones ducit* Lov. 1. Paullo ante *Classidium* Lov. 3. Vide ad c. 29. § 7.

§ 5 *Ita ut tentare spem certaminis non auderent*] Corrupte antiq. editio. *ut tempore spem certaminis metuerent.* Gebh. Sic [*non auderent*] primi apud me Gryphius et Curio. Scripti, Andreas, et editi omnes usque ad Frobenium *ut tentare spem certaminis metuerent.* Quod et significationis est ejusdem, et multo elegantius. Lucanus III. 407. 'Illis et volucres metuunt insistere ramis.' v. 128. 'Limine terrifico metuens consistere Phœbus.' Deinde et scripti saniores *in ditionem venit.* J. F. Gron. *Non auderent* ante Gryphium et Curionem exhibent Frob. 1535. Basil. 1539. et Vascos. ex scriptis autem solus hanc lectionem probavit Hearnii N. Recte igitur Gronov. *metuerent* revocavit, concinentibus omnibus membranis meis, et Hearnii L. 1. Curtius VIII. 7. § 9. 'Liberam vocem innocentis audire metuis, ac ne vultum quidem pateris.' IX. 5. § 25. 'In tanto periculo territus manus admovere metuebat.' Vide Lambin. ad Hor. Od. II. 2. 7. Deinde *in ditionem venit* etiam omnes mei præter Lov. 3. et 5. qui *deditionem* præferunt. Vide ad XXXIII. 37. § 4. et ad IX. 20. § 4. Hic quin cum Gronovio scriptis adhærendum sit, nullus dubito.

§ 6 *Literæ consulum e Gallia de gestis prospere*] *Literæ consulum Gallia* Voss. Lov. 3. et 6. a m. pr. *Literæ consulum in Gallia* Lov. 1. *Literæ consulum a Gallia* Lov. 2. 4. 5. 6. a m. sec. Mead. ambo, Harleian. Gaertn. omnesque inpressi usque ad Grutenum, cujus ultima ed. *e Gallia* invitis omnibus scriptis. Veterem igitur scripturam revocavi; *adlatæ a Gallia* pro *e Gallia.* Ita Servius initium Virgilianæ Æneidos *ab oris Trojæ venit Italiam* exponit 'ex oris Trojæ.' Tum *de rebus prospere gestis* Lov. 6. qui etiam mox præfert *allatæ sunt.*

M'. Sergius prætor urbanus] Libri omnes *præfectus urbis*, ex vitiosa notarum interpretatione. Nam supra c. 28. 'Sergio urbano, peregrina jurisdictio Minucio obtigit.' *Gebhardus.* Vide ad XXV. 12. § 3. Non aliter legunt etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. ac N. cum edd. ante Mog. qui substituerunt *prætor urbis.* Froben. 1535. *pr. urb.* Lugdun. 1553. *prætor urbanus.* Sed Frobenii lectionem revocavi. Vide ad XXII. 33. § 8. Præterea dedi *M. Sergius.* Vide ad cap. 27. § 7. Et ita codd. Mox *decreta est* Gaertn.

CAP. XXXII. § 1 *Hiems jam eo tempore erat, quum T. Quinctius, &c. hiberna disposita haberet. Opunte*] Hæc interpunctio ab ed. Francof. an. 1578. recentiores obsedit. Pleræque antiquiores præferunt, quemadmodum hic edidi. Illam autem distinctionem revocavit Creverius, et unice veram esse docuit; cum quo etiam voces *Hiems jam eo tempore erat* ad capitis præcedentis finem rejeci.

Quum T. Quinctius, captis Elatella] *Elatia* legendum est. Require supra. *Sabellicus.* Libri omnes *captis Latela*, quod non intelligo. *Gebhard. Captis Latolo* Lov. 6. a m. pr. *Laresa* a m. sec. *captis Lacesa* Gaertn. *captis Latessa* Lov. 2. *captis Latella* Lov. 5. et edd. principes: *captis Latela* Mead. ambo: *capta Laussa* Hearnii L. 1. *captis Elatiis* Harleian. *captus Latela* Voss. *capta Larissa* Lov. 3. *capta Latela* Lov. 2. et 4. An Livius scripsit *capta Elateia*, vel *capta Elatea?* Vide ad c. 24. § 1.

Opunte seditio orta est] Hoc satis abruptum est cum ista distinctione.

Digitized by Google

Præfero Sigonianam apud Hearnium. Cogitabam etiam *quum T. Quintio, &c. hiberna disposita habente, Opunte seditio orta est.* Sed non credo eo ducere libros. *Duk.*

§ 3 *Usque ad adventum ejus*] Libri omnes *usque in adventum ejus.* Gebh. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ita evitabitur ingratus sonus *ad adventum*, a quo tamen Livius non satis sibi cavere solitus est. Vide ad XXXI. 10. § 3. De utraque loquendi formula 'usque in' et 'usque ad' vide Cortium ad Plin. Ep. II. 13. § 10. Codicum auctoritatem spernere non audeo.

§ 4 *Neque, ut discederent inde*] Pall. *ut descenderent.* Gebh. Mss. alii cum Thuan. *descenderent.* l. XXXIV. c. 50. 'Quum respiciunt præsidium ab Acrocorintho descendens.' *Jac. Gron.* J. F. Gronov. ad IV. 29. § 5. non recte ad hunc locum adtendisse videtur. Nam adducit eum, ut inlustret locutionem 'decedere præsidio,' eaque occasione monet, legendum esse *decederet*, licet Mss. fere legant *descenderent.* Verum hic non 'milites decedere præsidio,' sed 'præsidium decedere arce' ex ejus emendatione dicetur: adeoque longe alia est locutio. *Descenderet* in Victor. esse Crevier. testatur: *descenderent* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Vide ad XXXV. 26. § 9. Solent autem 'discedere' et 'descendere' in membranis confundi. Vide ad IX. 14. § 7. Mox *auctoritate imperatorum consulis Romani* Voss. et Lov. 1. Sed in eorum priori inter versus adscribitur *imperatoris.* Vox *Romani* deest in Harl.

§ 5 *Cur non extemplo obpugnarentur*] *Expugnarentur*, sollemni scribarum errore, Gaertn. Vide ad l. XXI. c. 57. § 6. *Oppugnaretur* Lovel. 3. nempe, arx.

§ 6 *Id gravate concessum regi est: non quin cuperet*] Hiat oratio: nam cum hanc removeat causam, aliam omnino ponere debuit, quæ moverit Quinctium, ut difficulter permitteret colloquium. Immo ille facile concessisse videtur, et scripsisse Livius, *Id non gravate concessum regi est, quum cuperet* Q. *per se partim armis, partim cond. confectum videre bellum, &c. aptum autem fore coll. credebat.* J. F. Gronovius. *Non cum cuperet* legit Lov. 6.

§ 7 *Quod summa vi ut obtinerent*] Vetus lectio *summa vi ut tenderent*, non *obtinerent.* Gelenius. Persæpe Livius simplici 'tendere' pro composito 'contendere' utitur. Ut lib. XXIV. cap. 21. 'Ut facile, si ultra tenderent, appareret illi timendum esse.' XXXIV. 34. 'Quum adversus tendendo nihil moveret socios, simulando se transire in eorum sententiam.' XXXV. 51. 'Nequidquam contra Miccione et Xenoclide tendentibus facile tennit, ut portæ sibi aperirentur.' Et sic restituimus ex scriptis XXVIII. 18. 'Illud magno opere tendente rege:' ubi vulgo *contendente*, et retinet contra scriptum suum Rhenanus. Hic tamen non prætermittendum, in Andrea atque Aldina et omnibus antiquis ante Gryphium et Curionem esse *ut obtinerent.* J. F. Gronov. Quamvis Lov. 3. 5. Gaertn. Mead. 1. in margine, et edd. principes præferant *obtinerent*, nihilominus adsentior Gelenio, ex Msto *tenderent* reponenti; quam lectionem ante Gryph. et Curion. jam receperunt Frob. 1535. Basil. 1539. et Vascos. Neque aliter est in reliquis, quibus usus sum, codd. Id autem eruditius est, quam ut indoctis librariis adscribi possit. Præterea sæpius ita Livius locutus est. IV. 35. 'Patres, adversus quos tenderet, bello inexpiabili se persecuturos:' ubi quædam notavi. VI. 34. 'Quod tanta vi, ut liceret, tetenderant.' c. 38. 'Si adversus intercessionem leges tamquam captæ civitati inponere tendent.' lib.

Digitized by Google

VIII. c. 15. 'Senatu minus in prætura tendente.' X. 6. 'Minus autem tetendere, adsueti jam tali genere certaminum vinci.' c. 24. 'Patriciis tendentibus, ut Fabius,' &c. c. 26. 'Tendente Decio, ut suæ quisque provinciæ sortem tueretur.' XXIII. 14. 'Senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatæ non posse:' ubi quædam notavit Gronov. XXVIII. 45. 'Quum, ut delectum haberet, neque impetraret, neque magnopere tetendisset.' XXX. 4. 'Se uno frustra tendente, nulli alii pacem placuisse.' XXXVII. 53. 'Nimis pertinaciter in obtinendo tetendisse.' Similiter alios loqui, docent Gronov. Diatr. Stat. XXI. p. 116. et Cortius ad Sallust. Catil. c. 60. Tandem cum effectu Quinctius amicis mandare poterat, ut *tenderent*, id est contenderent, ut imperium sibi prorogaretur; minus vero, ut id *obtinerent*: illa enim res sita erat in alterius arbitrio.

§ 9 *In sinu Maliaco prope Nicæam*] Pall. cum antiq. ed. *In sinum Maliacum prope Niceam.* Prior tamen Pal. *prope Licenam.* Gebh. *In sinu Maliacum* Voss. et Lov. 1. *In sinum Maliacum* Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Frobeniana a. 1531. antiquioribus. *Ad sinum Maliacum* Lov. 2.

Eo rex, &c. venit] Polybius XVII. 1. Παρῆν ὁ μὲν Φίλιππος ἐκ Δημητριάδος ἀναχθεὶς εἰς τὸν Μαλιέα κόλπον, πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν. *Sigon.*

§ 10 *Erant cum eo principes Macedonum*] Excidisse hic suspicatur Crevier. nomina principum, qui Philippum comitabantur, 'Apollodorus et Demosthenes,' quos nominat Polyb. XVII. 1. Quum enim Livius dicat c. 35. 'Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram egressus,' eum nihil certi et clari indicare illis verbis putat, nisi prius illorum nomina adposita fuerint. Verum, licet hæc nomina adscribantur, tamen c. 35. dubium manebit, quos adhibuerit: non enim ibi dicit *duobus Macedonibus, quos, &c.* hic autem, si duo illa nomina recipimus, insuper Philippum comitatur Cycliadas.

Et Achæorum exsules et vir insignis Cycliadas] Lege *et Ach. exsul vir insignis Cycl.* Gelenius. Polybius XVII. 1. Ἀχαιὸς δὲ Κυκλιάδας, ἐκπεπτωκὼς ἐκ Πελοποννήσου. *Sigon.* Pall. et antiq. ed. *et Ach. et vir insignis Cycl.* Gebh. Eodem modo legit Harl. sed *et Ach. exsulum et vir insignis* Voss. *et Ach. exsulis et vir insignis* Lov. 1. et 4. *et Ach. exsules et vir insignis* Lov. 2. 3. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. quas vidi, ante Gelenium. Præterea *Cycliades* Voss. Lov. 1. 3. 6. a m. pr. et Gaertn. Sed, nihil mutandum esse, locus Polyb. a Sigonio laudatus docet. Vide ad XXXI. 25. § 3. et 9.

§ 11 *Dionysodorus Attali legatus*] Polyb. καὶ παρ' Ἀττάλου Διονυσόδωρος. *Sigon.* Antiqua ed. *Dionysiodorus.* Pall. *Dionisiodorus.* Gebh. *Dionysidorus* Harl. *Dionysioderis* Lov. 3. et Mead. 1. *Dionysioderus* reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. ante Frob. 1535. Sed male, ut docet locus Polyb. a Sigonio laudatus, apud quem XVI. 2. itidem memorantur Διονυσόδωρος καὶ Δεινοκράτης ὄντες ἀδελφοὶ, καὶ ναυαρχοῦντες παρ' Ἀττάλῳ.

Agesimbrotus præfectus Rhodiæ classis] Παρὰ δὲ Ῥοδίων, Ἀγεσίμβροτος ὁ ναύαρχος, ex Polyb. *Sigon.*

Phæneas princeps Ætolorum] Polybius παρὰ δὲ Αἰτωλῶν, Φαινέας ὁ στρατηγός. *Sigonius. Phaneas* Lov. 3. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et pleræque edd. ante Sigonium, licet quædam interim dederint *Pheneas.* Sed *Phæneas* recte scribendum esse, ex Polyb. loco laud. constat. Vide etiam ad XXXVI. 28. § 1.

Et Achæi duo, Aristænus et Xenophon] Polyb. XVII. 1. Τῶν μὲν Ἀχαιῶν Ἀρισταίνετος καὶ Ξενοφῶν. Apud quem etiam c. 7. Ἀρισταίνετος vocatur. Si-

Digitized by Google

militer is, qui Achæos a societate Philippi ad amicitiam Romanorum traduxit, 'Αριστοίνεος ab eodem Polyb. vocatur in Exc. Peiresc. p. 90. quod 'Aristæno Achæorum prætori' adscribit Livius hoc lib. cap. 19. et XXXIII. 2. cujus ejusdem 'Aristæni' etiam frequens mentio fiet lib. seq. Patet igitur alterum ex altero emendandum esse: et quidem potius Polybium ex Livio corrigi debere, censet Vales. ad Exc. Peiresc. p. 17. nam apud Plutarch. quidem in Philopœm. pag. 363. 'Αριστοίνεος vocari, verum in cod. Vulcobiano legi 'Αρίσταινος [immo 'Αριστάϊνος] idque præferendum, quia apud Pausan. in Arcad. c. 51. et Polyb. inferius pag. 122. pariter 'Αρίσταινος vocatur. *Aristænus* prætor Achæorum memoratur etiam apud Polyb. in Excerpt. Legat. num. 41. Potius igitur Valesio adsentior, quam Xylandro vel Cruserio, vitiose apud Livium *Aristhenus* vel *Aristænus* scriptum censenti ad d. loc. Plutarchi.

§ 12 *Romanus, ad extremum litus progressus, quum rex in proram*] Polyb. lib. XVII. c. 1. Οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἐτέρησαν παρ' αὐτὸν τὸν αἰγιαλόν· ὁ δὲ Φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ, μετέωρος ἦμενε. *Sigon.* Pall. *Romanus extremum litus progressus.* Gebh. Ita et Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Romanus extra litus progressus* Lov. 1. 6. et Voss.

§ 13 *Egrediaris, ex propinquo dicamus in vicem audiamusque*] Vet. lib. *dicemus invicem audiemusque.* Sigon. Membranæ adjecta copulativa, *commodius, inquit, si in terram egr., et ex prop. dicamus invicem audiamusque.* Nec videtur indecens. Intelligendum vero *commodius erit*, vel *facies.* Seneca in ludo de morte Claudii: 'Antecesserat jam compendiaria via Narcissus libertus ad patronum excipiendum, et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit, et ait, Quid Dii ad homines? Celerius, inquit Mercurius, et venire nos nuncia.' Non est igitur opus correctione Sigoniana, *dicemus invicem audiemusque.* J. F. Gron. In quibusdam meorum codd. etiam copulativa exstat. In Voss. autem transponitur perperam *ex propinquo dicamus in vicem et audiamusque.* Ex reliquis, in quibus non reperitur, ut et ex Hearnii L. 1. et N. excidit ob similitudinem ductuum vocis seq. Vide ad XXX. 6. § 7. Vicissim nullus meorum Mstorum emendationem Sigonii probat, nisi solus Harl. Præterea *in vicem* distinctis vocibus scribendum monet Henr. Stephan. Schediasm. IV. 6. Vide ad I. 40. § 6. Mox *facturum ex negaret*, omisso pronomine *id*, Voss.

Quem tandem, inquit Quinctius, timues? Ad hoc ille superbo et regio animo, ἦν.] Polybius XVII. 1. Τοῦ δὲ πάλιν ἐρομένου τίνα φοβεῖται; φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν ὁ Φίλιππος οὐδένα πλὴν τοὺς θεούς. Aliter hanc historiam scribit Plutarchus in Apophthegm. p. 197. *Sigon.* H. Stephanus Schediasm. IV. 6. hunc locum et similia quædam Livium malevolentiæ in reges suspectum reddere dicit. Quasi vero solus veterum scriptorum Livius superbiam regum memoraverit. *Duk. Ad hæc ille* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. Frobeniana a. 1535. priores. Vide ad XXI. 52. § 10. *Quem tamen*, pro *tandem*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. quod pro librariorum lapsu habendum. Vide ad XXII. 2. § 11. De vi voculæ *tandem* in interrogationibus vide ad III. 9. § 9. Tum *superbe et regio animo* Gaertn. Insuper *Neminem timeo* Lov. 2. et Harl. *Neminem, inquit, timeo* Gaertn. Hinc *non autem hominum credo fidei* Lov. 2. et 6. *non hominum autem credo fidei* Harl. et Gaertn. Vide ad III. 54. § 6. *Non omnium credo autem fidei* Lov. 1. Tandem *quos juxta te video* Lov. 1. et 6. quod ex glossa esse videtur. De locutione 'circa aliquem esse' vide ad XXXVI. 14. § 12.

§ 15 *Ut in nullo fides sit*] Lege *ut*

Digitized by Google

nulla fides sit: non *ut in nullo fides sit*. Gelen. Ed. vetus *ut in nullo fides sit*. Pall. *ad colloquium congrediuntur*: *in nullo fides sit*. Gebh. *Ut nulla fides sit* Gelenii est, quum veteres ederent *ut in nullo fides sit*. Quod in scriptis etiam invenimus. Forte *ut in dubio fides sit*. Polybius XVII. 1. Ἴσον εἶναι πᾶσι τὸν κίνδυνον καὶ κοινὸν τὸν καιρόν. *J. F. Gron. Ut in nullo fides sit* Lov. 3. 5. et Hearnii Oxonn. *in nullo fides sit* Lov. 4. et Mead. 2. *si in nullo fides sit* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Ceterum alius videtur sensus fuisse Polybii, quam quo Livius ejus verba accepit. Refert enim ad periculum omnium, qui umquam cum hoste in conloquium congressi sunt: quum Polybius intelligendus forte sit de periculo omnium, qui nunc in conloquium venerunt. Et ita optime convenit responsum Philippi.

§ 16 *Non tamen, inquit rex, T. Quincti*] Pall. uterque, et prisca ed. *Non tamen, inquit, o Tite Quinti, par perfidiæ præmium est*. Gebh. Similiter Lov. 4. 5. Mead. 2. et multæ ex edd. antiquissimis. Particulam illam *o* sæpius a librariis interpositam esse, vidimus ad IX. 24. § 9. Ita etiam XXIII. 9. § 12. *Non tamen, inquit, T. Quinti* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Harl.

CAP. XXXIII. § 1 *Qui daret pacis leges, non qui acciperet*] Post hæc verba subjungitur in Lov. 1. 2. 6. et Voss. *Conditiones pacis cum Philippo firmandæ T. Quintius exponit*, vel *cum Philippo T. Quintius consul exposuit*: quæ olim pro lemmate margini adscripta postea perperam in contextum inrepserunt. Id librariis frequens esse, vidimus ad VII. 40. § 4. *Non qui acciperet conditiones pacis* Lov. 3.

§ 2 *Simplicem suam orationem esse dixit*] Verbum *dixit* aliquis adjecit de suo. *Gelenius*. Ultimam vocem, quam recte Gelenius expunxit, in nullo cod. obfendi, nisi in uno Lov. 5. Similibus glossis librarios sæpe optimos scriptores inquinasse, vidimus ad XXIII. 45. § 6. Mox τὸ enim non est in Lov. 1.

§ 3 *Deducenda ex omnibus Græciæ civitatibus regis præsidia esse*] Non *regis præsidia*, sed *regi* legi: *deducenda regi esse*. Gelen. Has etiam pacis conditiones omnes quibus verbis explicuerit Polybius XVII. 1. placet ostendere, ut Livii studium in illo vertendo auctore facilius omnes intelligant. Ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς αὐτῷ μὲν ἁπλοῦν τινα λόγον ἔφη καθήκειν καὶ φανόμενον· κελεύειν γὰρ αὐτὸν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης ἐκχωρεῖν, ἀποδόντα τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τοὺς αὐτομόλους ἑκάστοις, οὓς ἔχει· τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπους παραδοῦναι Ῥωμαίοις, ὧν γέγονε κύριος μετὰ τὰς ἐν Ἠπείρῳ διαλύσεις· ὁμοίως δὲ καὶ Πτολεμαίῳ τὰς πόλεις ἀποκαταστῆσαι πάσας ἃς παρήρηται μετὰ τὸν Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος θάνατον. *Sigonius. Regis* servant Lov. 2. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. *regia* Lov. 6. *regi* Lov. 1. 3. et Voss.

§ 4 *Ceterum et sociorum audiri postulata æquum esse*] Lege *audiri postulata verum esse*, non *æquum esse*: qua locutione et alibi Livius utitur. *Gelen*. Priscam lectionem servant Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. cum Hearnii L. 1. Contra reliqui emendationem Gelenii stabiliunt. Neque aliter etiam est in edd. antiqq. Prima autem earum, quas vidi, id mutavit Ven. 1498. hinc Mediol. 1505. tum Ascens. 1513. atque inde reliquæ. Sed vide ad II. 48. § 2. Præterea *socium audire postulata* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. Vide ad XXI. 17. § 2. Paullo ante *Ægypti regi* alio ordine Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Tum *occupavisset* Lov. 4. 6. a m. pr. et Mead. ambo.

§ 5 *Attali regis legatus, Naves*, &c.] Sic Polyb. XVII. 2. Πρῶτος δὲ Διονυσόδωρος ὁ παρ' Ἀττάλου μεταλαβὼν τῶν λόγων, τά στε ναῦς, ἔφη, δεῖν αὐτὸν ἀπο-

Digitized by Google

δοῦναι τὰς τοῦ βασιλέως τὰς γενομένας αἰχμαλώτους ἐν τῇ περὶ Χίον ναυμαχίᾳ, καὶ τοὺς ἅμα ταύταις ἄνδρας· ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἀκέραιον, καὶ τὸ Νικηφόριον, ἃ κατέφθειρε. *Sigon.*

Quæ ad Cium navali prælio capta essent] Ita primus Gruterus edere, eumque recentiores sequi sustinuerunt, quamvis ad verba proxima adscriptus a Sigonio Polybii locus τῇ περὶ Χίον ναυμαχίᾳ legendum clamaret *ad Chium*, ut præferunt omnes scripti et edd. priores. Similiter Polyb. prælium illud navale inter classes Philippi et Attali memorans, sæpe Chii meminit in princ. lib. XVI. Præcipue autem addit cap. 7. Καὶ τὸ μὲν τέλος τῆς περὶ Χίου ναυμαχίας τοιοῦτον συνέβη γενέσθαι. *Chium* scribendum esse, monuit etiam Meibom. de Fabric. Trirem. p. 675. ed. Græv. errans tamen dicit, omnes editiones *Cium* legere. *Chium* reponebat etiam Dukerus, similiter Crevier. qui recte contextui restituit.

Nicephorium, Venerisque templum] Strabo XIII. 624. Νικηφόριον lucum ad Pergamum in Asia ab Eumene rege plantatum asserit. Græci neutro genere efferunt, tametsi Strabonis quidam correctores masculino annotarunt. *Glar.*

§ 6 *Rhodii Pyrrheam (regio est continentis, &c.*] *Peræam* legendum et vetus exemplar, et verba per parenthesim addita satis declarant. Id mendum et aliis aliquot locis inolevit. *Gelenius.* Alii *Pyrrhea*, alii *Pyrream*, nonnulli *Peræam* legunt. Ego id nominis apud authores non invenio. Strabo lib. XIV. transmarinam Rhodiorum regionem appellat, nullo tamen proprio nomine. Ptolemæus v. 2. eo in loco ponere videtur *Phuscum*, si nomen non est corruptum. Plinius autem XXV. 28. *Pyrnon.* Nisi quis de ea *Pyrrha* intelligere velit, quæ ad ostia Mæandri fluminis a Ptolemæo constituitur, contra Livii verba. *Glar.* *Peræam* ac nusquam legisse, suspectumque habere nomen, itemque pro *Panopolim*, *Peneropolim* reponendum esse, ait Glareanus. ['Glareanus etiam hic agit academicum.'] Hoc loco, si, ut institui, verba Polybii recitavero, quæ vertisse studiose videtur Livius, et *Peræam* recte legi, et pro *Panopolim*, *Perinthum* restituendum, præterea vero *Jaso et Bargyliis*, ut in veteribus est libris, scribendum esse, facile omnibus apparebit. Ea sunt hæc (XVII. 2.) Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος Ἀκεσίμβροτος, τῆς μὲν Περαίας ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν Φίλιππον, ἧς αὐτῶν παρῄρηται· τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ Ἰασσοῦ καὶ Βαργυλίων, καὶ τῆς Εὐρωμέων πόλεως· ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ Περινθίους εἰς τὴν Βυζαντίων συμπολιτείαν· παραχωρεῖν δὲ καὶ Ξηστοῦ καὶ Ἀβύδου, καὶ τῶν ἐμπορίων καὶ λιμένων τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἁπάντων. In veteribus certe libris est pro *Perinthum*, *Penolum*, ut de ea lectione dubitare nemo debeat: præsertim vero cum libro sequenti c. 30. in aliis pacis conditionibus scribendis ita sit: 'Quæ earum sub ditione Philippi fuissent, præsidia ex his Philippus deduceret: his quæ in Asia essent Euromo, Pedasisque, et Bargyliis, et Iaso, et Murina, et Abydo, et Iasso, et Perintho.' *Sigon.* *Epyrra* Gaertn. *Pirena* Lov. 3. *Pyream* Harl. et Mead. 2. *Pyrrhiam* Lov. 5. et edd. principes. *Pyrream* Hearnii L. 1. *Piræam* vel *Pireum* Lov. 1. 2. 4. 6. et Voss. Sed recte *Peræam* emendasse Gelenium, constat ex Polyb. a Sigonio laudato. Apud Strab. quem transmarinam Rhodiorum regionem nullo proprio nomine adpellasse Glar. affirmavit, ἡ τῶν Ῥοδίων Περαία sæpius memoratur. Vide lib. XIV. pagg. 651. 663. 664. 677. et alibi. Ejusdem quidem meminerunt etiam Polyb. in Exc. Legationibus aliquoties, App. Alex. B. Civ. IV. 631. et Polyæn. Strat. IV. 17. § 1. Verum tempore Glareani vel nondum plane prodie-

Digitized by Google

vant, vel nondum Græce prodierant. In lucem tamen protractus jam erat Livius, qui *Peræa* meminit hoc lib. c. 35. et XXXIII. 18.

Ab Iaso, et Bargyliis, et Euromensium urbe] Oppida sunt Cariæ apud Ptolemæum ac reliquos classicos scriptores. Ab 'Euromo' (nam ita vocat Strabo lib. XIV.) 'Euromensis' etiam hic factum. *Glar.* *Ab Iaso* edd. principes: *ab Iasso* sibilo geminato Frob. 1535. aliique recentiores probarunt: quomodo ex cod. suo ediderunt Moguntini XXXIII. 30. § 3. et XXXIV. 32. § 5. Pro priori scriptura stant Lov. 5. 6. et Hearnii N. ac varii alii, sed corrupte exarati, ut *a Laso* Gaertn. *a Blaso* Voss. et Mead. 2. *Ablaso* Mead. 1. et Lov. 1. ac 4. pro altera Harl. et Lov. 2. item Lov. 3. *ab Lasso* exhibens. Sed utroque modo efferebatur. Certe Harduin. in Numm. Pop. et Urb. laudat nummos non modo IAΣΕΩΝ, sed etiam IAΣΣΕΩΝ inscriptos. Deinde *ab Argyliis*, vel *ab Argiliis* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ab Argylis* Lov. 6. Vide ad XXXVII. 17. § 3. Hinc *Euremensium* Voss. *Eromensium* Lov. 6. *Eutomensium* Mead. 2. *Euronensium* Lov. 3. Harl. et Hearnii L. 1.

§ 7 *Et Hellesponto Sesto atque Abydo*] Legendum *et in Hellesponto Sesto atque Abydo*, ubi *in* præpositio deerat. *Gelen.* Præpositio in omnibus meis superest, excepto uno Lov. 5. qui exemplo editionum eam ignorat.

Et Panopolim Byzantiis in antiqui formulam juris restitui] Quidam *Penopolin* restituerunt. Sed ego suspicor *Peneropolin* legendum ex Plinio IV. 11. quæ Ptolemæo III. 11. 'Trajanopolis' et 'Philippopolis' et 'Trimontium' a situ dicitur, ut idem Plin. ait. *Penopolin* nusquam inveniri puto. *Glar.* Pall. et antiq. ed. *Penopolin*. Sigonius asseverat verum esse *Perinthum*. Gebhard. *Menopolim* Voss. *Penoplum* Lovel. 1. *Penopium* Lovel. 2. *Penolopum* Lovel. 3. 6. et Gaertn. *Penopolum* Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *Penepolum* ejusdem N. *Panopolum* Lov. 4. *Penopolim* Lov. 5. Sed vide Sigon. ad § 6. Deinde *in antiquam formulam juris* Harl. *et antiqui formulam juris* Voss. et Lov. 2. Supra XXVI. 24. 'Acarnanas restituturum se in antiquam formulam juris ac ditionis eorum.' lib. XXXVIII. c. 1. 'Sese restituturum in patrium ac legitimum regnum.' XLIII. 4. 'Ad restituendos in libertatem Abderitas missi.'

§ 8 *Juris aut ditionis eorum*] Livius in his conjungendis copulativa, non distinctiva, particula uti solet. XXI. 61. 'Ilergetes in jus ditionemque recepit.' XXVI. 24. 'Acarnanas, &c. restituturum se in antiquam formulam juris ac ditionis.' Et l. XXIII. c. 15. XXVIII. 21. XXXVI. 14. XXXVIII. 48. Sallust. Catil. c. 20. 'Postquam respublica in paucorum potentium jus atque ditionem concessit.' Sic 'jus atque arbitrium' Liv. XXIV. 37. XXXIV. 57. 'Jus arbitriumque' Suet. Calig. c. 14. 'Jus ac potestas' Liv. XXIV. 39. Hæc mihi hoc loco suspectum faciunt *aut*. Proclive est pro eo scribere *ac*. Duk. *Aut juris aut ditionis* Gaertn. *juris ac ditionis*, ut Duker. conjecit, Harl. Id itaque in contextum recipiendum putavi.

§ 9 *Vir, ut inter Ætolos, facundus*] Vet. lib. *vir inter ceteros facundus*: atque ita scripsisse Livium puto, quia Polybius l. XVII. c. 2. ait, Ἀλέξανδρος ὁ προσαγορευόμενος Ἴσιος, ἀνὴρ δοκῶν πραγματικὸς εἶναι καὶ λέγειν ἱκανός. *Inter ceteros* autem legatos, qui in concilio verba fecerant, intelligit. *Sigon.* Mutat Sigonius *inter ceteros*: ineptissime. Vult facundum comparatum infacundissimis. Sic Ovid. Trist. v. 1. 74. 'Inter Sauromatas ingeniosus eram.' Sic *seculi sui pulcherrima*, male mutat Lipsius in *seculi illius*. Grut. Delet Sigonius τὸ *ut*, sed vitiat sententiam. Est enim quale Cic. ad Att. IV. 1. 'Ita sunt res nostræ, ut in secundis, fluxæ; ut in adversis, bonæ.'

Digitized by Google

Bruto c. 7. 'Clisthenes multum, ut temporibus illis, dicendo valuit.' Catone Majore c. 4. 'Multæ enim, ut in homine Romano, literæ.' *J. F. Gron. Vir inter ceteros facundus*, ut Sigon. mavult, Lov. 2. et Harl. Quod recte Grut. et Gronov. displicuit, et rejiciendum esse consensus reliquorum pro vulgato, atque ipse sensus suadent. Liv. I. 18. 'Consultissimus vir, ut in illa quisquam ætate esse poterat, omnis divini atque humani juris:' ubi vide. X. 43. 'Alio agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione, Bovianum perventum est:' ubi plura vide. XXVII. 13. 'Diis inmortalibus, ut in tali re, laudes gratesque ago.' XXX. 6. 'Extemplo Scipio neglectas, ut in tali tumultu, portas invadit.' XLI. 11. 'Præda, ut in gente inopi, spe major fuit.' Cic. ad Fam. XII. 2. 'Nonnihil, ut in tantis malis, est profectum.' In Bruto c. 28. 'Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, ut temporibus illis, eruditus.' c. 26. 'Scriptor fuit, ut temporibus illis, luculentus, juris valde peritus.' Ut autem hic Alexander facundus dicitur, *ut inter Ætolos*, id est, qui facundiæ laude non censentur, ita contra Alcibiades 'eloquentia, etiam inter Athenienses, insignis' dicitur apud Justin. v. 2. § 6.

§ 11 *Non congredi æquo campo, neque conlatis signis dimicare, sed refugientem incendere*] *Non congredi æquo campo, non signis collatis* Lov. 3. quod probandum putarem, si plurium codicum auctoritas accederet. Vide ad XL. 15. § 5. *Signis conlatis* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. Deinde *fugientem* Lov. 2. et Harl. Mox § seq. τὸ *sic* exsulat a Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn. Deinde *opulentius regnum haberent* Lov. 2. et Harl.

§ 13 *Num de quorum possessione dimicetur tollentem, nihil sibi præter bellum relinquere*] Pro *tollentem*, ego *volentem* legendum puto: alioqui non video quid sensus elicias. *Glar.* Hoc loco Glareanus ita scribit, 'Pro *tollentem*,' &c. Hæc ille. Quam autem sit standum conjectura ejus, Polybius ipse, cujus hæc verba sunt, docet XVII. 3. Τὸ δ' ἀναιροῦντα περὶ ὧν ὁ πόλεμός ἐστι, τὸν πόλεμον αὐτὸν κατα λιπεῖν, μανίας ἔργον εἶναι. Fortasse enim apud Polyb. legit Livius πόλεμον αὐτῷ, non αὐτόν. Reprehendit enim Philippum, qui in captas urbes sæviebat, excidens eas, quæ belli esse præmia possent, idque stulti et amentis esse hominis ait. *Sigon.*

§ 14 *Urbes in Thessalia evastasse Philippum*] Pal. 1. *Pluris priore anno sociorum urbes in Thessaliam vastasse.* Antiqua ed. *in Thessalia devastasse.* Gebhard. *Vastasse* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *devastasse* Lov. 5. et antiquæ edd. pro quo Frob. 1535. *evastasse:* quod verbum Livio familiare esse, docuimus ad XXVIII. 44. § 14. Ita supra hoc cap. 'Quæ spoliasset, evastassetque, pro inconruptis restitui.' l. XXXIII. c. 19. 'Dardanos superiora Macedoniæ evastare.' c. 29. 'Coroneam obsedit, evastatis prius agris.' XXXIV. 28. 'Vallem Taygeto subjectam evastat.' XXXV. 4. 'Omnia ferro ignique satis evastata erant.' XXXVI. 16. 'Multis nunciantibus circa Hypatam omnia evastari.' Vide etiam ad XXXVII. 19. § 6. Mox *hostes in Thessalia fuerint* Lov. 3. *hostes Thessaliæ fuerunt* Voss. Lov. 1. 5. 6. a m. pr. Gaertn. et edd. usque ad Frob. qui a. 1535. *fuerint* substituit. Pronomen etiam *qui* deest in Harl. An igitur legendum, *quam omnes unquam hostes Thessaliæ fecerint?* Solent autem *fui* et *feci* in Mss. commutari. Vide ad XL. 50. § 5. At reliqui stant pro vulgato *qui fuerint.*

§ 15 *Lysimachiam, pulso prætore et præsidio Ætolorum*] Qui hæc legit, putat eum loqui de Lysimachia in Ætolis prope Pleuronem, de qua Strabo X. 460. At ex responsione Philippi satis apparet, eum loqui de Lysimachia ad isthmum Chersonesi

Digitized by Google

in Thracia. *Glar.* Lysimachiam intelligit, quæ in Chersoneso est, non quæ in Ætolia. Quod apertius ostendit hoc loco Polybius XVII. 3. *Ἤρετο γὰρ τὸν Φίλιππον, διὰ τί Λυσιμαχίαν μετ' Αἰτωλῶν ταττομένην, καὶ στρατηγὸν ἔχουσαν παρ' αὐτῶν, ἐκβαλὼν τοῦτον κατάσχοι φρουρᾷ τὴν πόλιν*; Sigon.

§ 16 *Chium item suæ ditionis urbem funditus evertisse*] *Cium* legendum, non *Chium*; et *suæ ditionis* Ætolorum, non Philippi, intelligendum esse, satis ostendit Polybius, cujus hæc verba (ibid.) subsequuntur: *διὰ τί δὲ Κιανοὺς παραπλησίως μετ' Αἰτωλῶν συμπολιτευομένους ἐξανδραποδίσαιτο, φίλος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς*; Factum est autem, ut, quemadmodum Philippus Cianorum mœnia quondam, sic inscii librarii eorum memoriam evertere hoc tempore atque delere conati sint. De Cio sic Suidas: *Κίον ἐμπόριόν τι πόλεως Μυσίας, ἀπὸ Κίου τοῦ ἡγησαμένου τῆς ἀποικίας τῶν Μιλησίων· τὸ ἐθνικὸν Κιανός.* Item *Κιανοί, οἱ τῆς Κίου, οὐς Προυσίας παρασπονδήσας ἠθέλησε. Sigon. Chium* omnes codd. quos consului. Sed recte Sigon. *Cium.* Vide ad XXXI. 31. § 4.

Eadem fraude habere eum Thebas Phthias, Chinum, Larissam, et Pharsalum] Ptolemæus III. 13. *Echinum* vocat. Strabo IX. 433. *Echinam*: quo apparet *Chinum* omnino mendose scribi. *Sabell.* Apud Polybium XVII. 3. *Τί δὲ λέγων κατέχει νῦν Ἐχῖνον, καὶ Θήβας τὰς Φθίας, καὶ Φάρσαλον, καὶ Λάρισσαν*; *Sigon. Thebas Pithias, Pythias*, vel *Phitheas* omnes mei, et Oxonn. Hearnii, præter Harl. qui legit *Thebas Pherias.* Tum *et Chinum* Lov. 4. 5. et Mead. ambo: *et Chium* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *et Chirum* Lov. 2. *et Thyrium* Harl. *Echium* Hearnii L. 1. Hinc conjunctio *et* exsulat a Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. Tandem *Pharsalium* Lov. 6.

CAP. XXXIV. § 2 *Orsum eum dicere*] *Parantem eum dicere* Lov. 1. 3. 6. et Voss. quod ex interpretis glossa receptum puto. Deinde *est interfatus* Lov. 3.

§ 3 *Adparet id quidem, inquit Philippus, etiam cæco*] Apud Polybium XVII. 4. *Τοῦτο μὲν, ἔφησεν, ὦ Φαυέα, καὶ τυφλῷ δῆλον. Sigon. Ait Philippus* Lov. 6. Tum mox *valitudinem* plerique codd. Vide ad III. 7. § 9.

Et erat dicacior natura, quam regem deceat] Polybium XVII. 4. aliter sentire, et Livium nimis severum ac tristem in hac re esse, existimat Victorius Var. Lect. XI. 3. ubi *deceret* hic citat. *Duk. Etenim erat dicacior* Lov. 2. Vide ad VII. 5. § 4. Reliqui tamen *et erat.* Deinde, *quam regem deceret*, ut Victorium laudasse observat Dukerus, Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XL. 14. § 2. Mox *risu satis temptasset*, pro *temperans*, Lov. 1. *temperasse* Voss. Lov. 4. Mead. 2. et Hearnii L. 1. quod pro *temperans se* scriptum esse, Hearnius existimat. Certe *temperans se* diserte scriptum exhibent Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§ 4 *Indignari inde cœpit, Ætolos, tamquam Romanos, &c. ipsius enim Ætoliæ Græcos Apodotasque, &c. Græciam non esse*] *Agræos* scribo, non *Græcos*, Gelen. Ita [*Apodeotas*] in omnibus, quæ nos vidimus, exemplaribus legitur: neque facile inveniebam, quinam illi essent. Tandem in Thucydidis lib. III. incidi, qui, ubi de Ætolorum gente loquitur, hæc quoque habet c. 94. *Ἐπιχειρεῖν ἐκέλευον, πρῶτον μὲν Ἀποδότοις, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι*· id est, *Invadere*, inquit, *jubebant primum quidem Apodotos, deinde autem Ophioneuses.* Sed Thucydides alio genere, alia declinatione dixit. Nisi quis rectius *Ἀποδότοις*, quam *Ἀποδότοις*, in Thucydidis codice legendum existimet. Plerique codd. habent *Ætoliæ Græcos Apodeotas.* Sed illud *Græcos* mutarunt alii in *Agræos*, quod ego non intelligo. *Glar. Agræos*, quos numquam se legisse ait Glareanus, *Apodotos*, non *Apodeotas*, legen-

Digitized by Google

dum esse, Polybii verba hæc (XVII. 5.) satis docent: Τὸ δὲ δὴ πάντων δεινότατον, οἱ ποιοῦντες ἑαυτοὺς ἐφαμίλλους Ῥωμαίοις, καὶ κελεύοντες ἐκχωρεῖν Μακεδόνας ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, τοῦτο γὰρ ἀναφθέγξασθαι καὶ καθόλου μέν ἐστιν ὑπερήφανον· οὐ μὴν ἀλλὰ Ῥωμαίων μὲν λεγόντων ἀνεκτόν, Αἰτωλῶν δ' οὐκ ἀνεκτόν. πολλάς δὲ κελεύετέ με, φησὶν, ἐκχωρεῖν Ἑλλάδος, καὶ τῶς ἀφορίζετε ταύτην; αὐτῶν γὰρ Αἰτωλῶν οὐκ εἰσὶν Ἕλληνες οἱ πλείους· τὸ γὰρ τῶν Ἀγραίων ἔθνος καὶ τὸ τῶν Ἀποδοτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ ἔστιν Ἑλλάς· ἢ τούτων μὲν παραχωρεῖτέ μοι; Porro autem *Agræos* vicinos esse Acarnanibus populos ait Stephanus. *Sigon. Græcos* omnes mei, et Hearnii L. 1. nisi quod *Greos* sit in Lov. 4. Deinde *Apodectas* edd. principes. *Apodeotas* Mediol. a. 1505. et Ascens. 1518. *Apodeotasque* Frob. a. 1535. *Apodotas* Lov. 5. *Apodotasque* Voss. Lov. 1. et Hearnii L. 1. *Apodectosque* Lov. 2. *Apodatasque* Lov. 3. *Apodoetasque* Lovel. 4. *Apodetasque* Gaertn. *Apodetosque* Lovel. 6. *Apodoctasque* Mead. ambo. *Apodoctosque* Harl. Donjatius legebat *Aperantiosque*, qui Acheloi fontes adcolunt, quia non facile est conjicere, quo loco *Apodeotæ* siti fuerint. Vellem addidisset, quid igitur censeret de locis Thucyd. Polyb. et aliorum, qui hujus populi mentionem fecerunt, utrum et apud eos similiter legendum existimaret, quia contra vulgatam eorum lectionem eadem, quam hic dedit, ratio adferri potest; an vero ibi receptam scripturam tueretur. Ego non dubito quin legendum sit *Agræos Apodotosque*. *Agræos*, quam vocem non intelligebat Glareanus, nosse tamen potuerat ex Thucyd. lib. III. pagg. 106. et 111. et IV. 77. De 'Agræis' vide Palmer. Græc. Antiq. IV. 3. de 'Apudotis' ibid. IV. 7. ubi ex Thucydide hoc loco 'Apodotos,' ex Livio vero aliisque in loco Polyb. apud Sigon. laudato Ἀγραίων, pro Ἀγραῶν, ut nunc editur, legendum docet. Præterea *dicere non possent*, pro *possint*, omnes codd. præter solum Lovel. 5. qui stat cum editis.

§ 5 *Pro lege hunc morem antiquitus servent*] Ita primus edidit Aldus. Verum lectio illa in nullo meorum codd. superest, ni forte in Gaertn. ex quo nihil in excerptis notatur. Priores editi, consentiente Lov. 5. legunt *pro lege antiquitus hunc morem servent*. Reliqui scripti *pro lege hunc antiquitus morem servent*. Quod revocavi.

§ 6 *Neque ego Chium expugnavi, sed Prusiam, &c.*] *Cium* restitue, non *Chium*. Sic enim Polybius l. XVII. c. 14. Κιανοῖς δ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπολέμησα, Προυσίου δὲ πολεμοῦντος, βοηθῶν ἐκείνῳ συνεξεῖλον αὐτοὺς, ὑμῶν αἰτίων γενομένων. Itaque lib. sequenti (c. 30.) ait Livius, 'De Cianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet, quid senatui et decem legatis placuisset.' Item Suidas, ut dixi. *Sigon.* Recte. Vide ad cap. præc. § 16. Omnes tamen nostri perperam *Chium*. Insuper *Non ego Chium* Lov. 3.

Lysimachiam ab Thracibus vindicavi: sed, quia, &c.] Polybius ibid. ita: Ἐρωτᾷς με, φησὶν, Ἀλέξανδρε, διά τι Λυσιμαχίαν προσέλαβον; Ἵνα μὴ διὰ τὴν ὑμετέραν ἀλιγωρίαν ἀνάστατος γένηται ὑπὸ Θρακῶν, καθάπερ νῦν γέγονεν, ἡμῶν ἀπαγαγόντων τοὺς στρατιώτας διὰ τοῦτον τὸν πόλεμον. *Sigon. Et quia me necessitas* omnes codd. quos consului, omnesque typis exarati usque ad Ascens. qui recte a. 1513. *sed quia* correxit. Solent hæ voculæ commutari. Vide ad XL. 58. § 1.

§ 7 *Et Ætolis hæc. Attalo autem Rhodiisque nihil, &c.*] Hæc Polybius in hunc modum XVII. 6. Πρὸς δὲ Ῥοδίους καὶ πρὸς Ἄτταλον, ἐν μὲν ἴσῳ κριτῇ δικαιότερον ἂν νομισθείη τούτους ἡμῖν ἀποδιδόναι τὰς αἰχμαλώτους ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας, ἥπερ ἡμᾶς τούτοις· οὐ γὰρ ἡμεῖς Ἀττάλῳ πρότεροι καὶ Ῥοδίοις τὰς χεῖρας ἐπεβάλομεν, οὗτοι δ' ἡμῖν ὁμολογουμένως· οὐ μὴν ἀλλὰ σοῦ κελεύοντος Ῥοδίοις μὲν ἀποδίδωμι τὴν Περαίαν, Ἀττάλῳ δὲ

Digitized by Google

τὰς ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς διασωζομένους· τὴν δὲ τοῦ Νικηφορίου καταφθορὰν καὶ τοῦ τῆς Ἀφροδίτης τεμένους, ἄλλως μὲν οὐκ εἰμὶ δυνατὸς ἀποκαταστῆσαι φυτὰ δὲ καὶ κηπουροὺς πέμψω, τοὺς φροντιοῦντας θεραπείας τοῦ τόπου, καὶ τῆς αὐξήσεως τῶν ἐκκοπέντων δένδρων. *Sigon.* Vocula initialis *Et* exulat a Lov. 2. 5. Harl. et edd. antiquioribus Frob. 1535. Sed intercepta est a primis literis vocis seq. Vide ad XXXV. 23. § 10.

§ 10 *Nisi, quo uno modo luci silvæque cæsæ*] Pall. et antiq. ed. *silvæ lucique cæsæ*, Gebh. *Sue luci quiq; restitui* Voss. *sue luci quicquam restitui* Lov. 1. *silvæ lucique cæsæ restitui* Lov. 6. et Mead. 1. *silvæ lucique cæsi restitui* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 2. *silvæ lucique restitui cæsi* Lov. 5. et edd. antiq. Aldus postea id, quod nunc vulgo exstat, restituit; cui solus Gaertn. consentit. Paullo ante § præc. *restitui ea postulantibus* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, eædemque edd.

Curam impensamque sationis me præstaturum] *Stationis* Voss. Lov. 4. 5. Mead. ambo, et pleræque edd. principes: *statonis* Lov. 1. *restitutionis* Lov. 2. et 6. *restaurationis* Lov. 3. et Gaertn. *restorationis* Mead. 1. in margine. Nihil muto: *sationis* id est 'plantationis, 'quo sensu 'serere,' 'adserere,' 'conserere arbores' pluribus inlustrat N. Heins. ad Silii X. 583. ubi vide etiam quæ notavi. Pronomen *me* non adparet in Gaertn. Mox *hoc inter se reges postulare* Lov. 3. *inter se reges hæc postulare* Lov. 6.

§ 11 *Extrema ejus oratio adversus Achæos fuit: in qua, &c.*] Polybii primum verba, quæ his respondent, recitabo; deinde, quod hoc in loco Glareano videtur esse obscuritatis, tollam. Polybius XVII. 6. ita: Μεταβὰς ὁ Φίλιππος ἐπὶ τοὺς Ἀχαιοὺς, πρῶτον μὲν τὰς εὐεργεσίας ἐξηριθμήσατο τὰς ἐξ Ἀντιγόνου γεγενημένας εἰς αὐτοὺς, εἶτα τὰς ἰδίας· ἐξῆς δὲ τούτοις προσηνέγκατο τὸ μέγεθος τῶν τιμῶν τῶν ἀπηντημένων αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν· τελευταῖον δ' ἀνέγνω τὸ περὶ τῆς ἀποστάσεως ψήφισμα, καὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους μεταθέσεως· ᾧ χρησάμενος ἀφορμῇ, πολλὰ κατὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς ἀθεσίαν εἶπε καὶ ἀχαριστίαν ὅμως δ' ἔφη, τὸ μὲν Ἄργος ἀποδόσεσθαι περὶ δὲ τῆς Κορίνθου βουλεύσεσθαι μετὰ τοῦ Τίτου· ταῦτα δὲ διαλεχθεὶς πρὸς τοὺς ἄλλους, ἤρετο τὸν Τίτον, φήσας πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ τὸν λόγον εἶναι καὶ πρὸς Ῥωμαίους· πότερον οἴεται δεῖν ἐκχωρεῖν, ὧν ἐκέκτηται πόλεων καὶ τόπων ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἢ καὶ τούτων, ὅσα παρὰ τῶν γονέων παρείληφε; Hæc Polybius. Quærit autem apud Livium Glareanus, quid sit 'recens' decretum 'de exercitu, quod ab se descivisset?' Huic ego quæstioni respondeo, primum in veteribus libris legi, *de exercitu, quo ab se descivissent:* deinde decretum illud intelligi, quo se Achæi, relicto Philippo, Romanorum societati adjunxerunt, de quo paulo ante Livius c. XXIII. 'In præsentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, et exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoveri, captis Ceuchreis, jam urbem ipsam Quintio oppugnante.' *Sigon.*

§ 12 *Atque ad ea adjecit recens de exercitu, quod ab se descivissent*] Quid sit illud *recens* decretum *de exercitu*, mihi non constat. Erat in plerisque libris locus asterisco notatus, ab aliis rursus omissus, nihilominus in obscuro manente sensu. Ego aliquid deesse suspicor. *Glar.* Glareano satisfacere conatus est Sigonius ad verba præcedd. Nihilominus Crevierius verba hæc *de exercitu* procul dubio vitiosa esse judicavit, ac mutanda fortasse in *decretum:* Polybium enim, loco a Sigonio adlato, id exprimere τὸ περὶ τῆς ἀποστάσεως ψήφισμα. Manus porrigerem, si ulli codd. faverent; qui omnes vulgatum *de exercitu* tuentur, nisi quod *de exitu* sit in Harl. An igitur, ut jam Sigonius innuit, vocibus *de exercitu* respicit illam partem decreti, quo 'exercitum omnem

Digitized by Google

Achæorum ad Corinthum admoveri' placuit, teste Liv. c. 23. Ceterum *quo ad se*, vel *ab se* cum Oxonn. Hearnii etiam omnes mei, solo excepto Lov. 5. qui cum editis antiquis servat *quod*. Præterea *atque eam abjecit* Voss. Lov. 3. et Mead. 1. *atque eam objecit* Lov. 2. *atque eam adjecit* Lov. 1. 6. et Gaertn. *atque ea abjecit* Lov. 4. et Mead. 2. neque præpositio *ad* extare videtur, nisi in Lovel. 5. et Harl. An igitur legendum *atque eo adjecit*? Vide ad VII. 30. § 15.

§ 13 *Quæsiturumque simul ab eo, iisne urbibus decedere*] Vetus lectio *utrum, iisne urbibus*, &c. Gelen. *Quæsiturum simul ab eo* Lov. 2. Mead. 1. Harl. et Gaertn. *quæsiturumque ab eo simul* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. usque ad Aldum. Deinde *utrum iisne*, vel *hisne*, vel *hiisne urbibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *utrumne iis urbibus* Lov. 3. *hisne urbibus*, omissa voce *utrum*, Gaertn. *ne urbibus iis* Lov. 5. et edd. antiqq. Aldus deinde *iisne urbibus*. Froben. 1535. ex mente Gelenii *utrum, iisne urbibus*. Jac. Gronov. tandem *utrum iis tantum urbibus*. Sensui ea lectio adprime convenit: sed, qua auctoritate, utrum ex conjectura, an codicem secutus, vir clariss. ita ediderit, ignoro. Certe nullus meorum consentit: idem de aliis testatur Crevier.

CAP. XXXV. § 1 *In stationem, ex qua profectus erat*] Vett. edd. *a qua*. Mss. *in qua*. Forte, *in stationem, unde profectus erat*. J. F. Gron. *Ex qua* primum adparuit in ed. Frob. 1535. priores omnes *a qua*, consentiente solo Lov. 5. *in qua* unus Voss. Reliqui novem Mss. quibus usus sum, nihil mutant: quos sequi malo.

§ 2 *Quinctius postero die ad Nicæam (is enim locus placuerat) ad constitutum tempus venit. Philippi nullus*, &c.] Hæc ita refert Livius, quasi alium locum dicere velit. Fortassis autem desideratur verbum *rursum*, vel quid simile. *Glar.* Apponam hoc etiam loco verba Polybii, cum loci illustrandi caussa, tum Livianæ industriæ declarandæ XVII. 7.: Καὶ τότε μὲν ἅπαντες ἐχωρίσθησαν, ταξάμενοι κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν εἰς Νίκαιαν πάλιν ἀπαντήσειν τῇ δ' αὔριον οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἦκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον, ἐν ᾧ πάντες ἦσαν, ὁ δὲ Φίλιππος οὐ παρεγίγνετο· τῆς δ' ἡμέρας ἤδη προαγούσης ἐπὶ πολύ, καὶ σχεδὸν ἀπεγνωκότων τῶν περὶ τὸν Τίτον, παρῆν ὁ Φίλιππος δείλης ὑψίας ἐπιφαινόμενος, μεθ' ὧν καὶ πρότερον· κατατετριφὼς τὴν ἡμέραν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔφη, διὰ τὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν τῶν ἐπιταττομένων· ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, βουλόμενος ἐκκλεῖσαι τῷ καιρῷ τήν τε τῶν Ἀχαιῶν καὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν κατηγορίαν· ἑώρα γὰρ τῇ πρόσθεν ἀπαλλαττόμενος, ἀμφοτέρους τούτους ἑτοίμους ὄντας πρὸς τὸ συμπλέκεσθαι, καὶ μεμψιμοιρεῖν αὐτῷ. Διὸ καὶ τότε συνεγγίσας ἡξίου τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐνεστώτων, ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται μόνον ἐξ ἀμφοτέρων ἀψιμαχούντων, ἀλλὰ καὶ τέλος τι τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἐπιτεθῇ· πλεονάκις δὲ αὐτοῦ παρακαλοῦντος καὶ προσαξιοῦντος, ἤρετο τοὺς συμπαρόντας ὁ Τίτος, τί δέον εἴη ποιεῖν; τῶν δὲ κελευόντων συνελθεῖν, καὶ διακοῦσαι τῶν λεγομένων, παραλαβὼν ὁ Τίτος Ἄππιον Κλαύδιον χιλίαρχον ὄντα τότε, τοῖς μὲν ἄλλοις μικρὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀναχωρήσασιν εἶπεν αὐτόθι μένειν· αὐτὸς δὲ τὸν Φίλιππον ἐκέλευεν ἐκβαίνειν· ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν Ἀπολλόδωρον καὶ Δημοσθένην, ἀπέβη· συμμίξας δὲ Τίτῳ, διελέγετο καὶ πλείω χρόνον· τίνα μὲν οὖν ἦν τὰ τότε ῥηθέντα παρ' ἑκατέρου, δυσχερὲς εἰπεῖν· ἔφη δ' οὖν ὁ Τίτος μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν Φίλιππον, διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως· Αἰτωλοῖς μὲν ἀποδοῦναι Φάρσαλον καὶ Λάρισσαν, Θήβας δ' οὐκ ἀποδοῦναι. Ῥοδίοις δὲ τῆς μὲν Περαίας παραχωρεῖν, Ἰασοῦ δὲ καὶ Βαργυλιῶν οὐκ ἐκχωρεῖν. Ἀχαιοῖς δὲ παραδιδόναι τὴν Κόρινθον καὶ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν. Ῥωμαίοις δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα φάναι παραδώσειν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας. Ἀττάλῳ δὲ τάς τε

Digitized by Google

ναῦς ἀποπαστήσειν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἀλόντων, ὅσοι πάρεισι. Πάντων δὲ τῶν παρόντων δυσαρεστούντων τῇ διαλύσει, καὶ φασκόντων δεῖν τὸ κοινὸν ἐπίταγμα πρῶτον ποιεῖν· τοῦτο δ' ἦν ἀπάσης ἐκχωρεῖν τῆς Ἑλλάδος· εἰ δὲ μή, διότι τὰ κατὰ μέρος μάταια γίγνεται, καὶ πρὸς οὐδὲν θεωρῶν ὁ Φίλιππος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησιν, καὶ δεδιὼς ἅμα τὰς κατηγορίας, ἠξίου τὸν Τίτον ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον εἰς τὴν αὔριον διὰ τὸ καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν· ἢ γὰρ πείσειν, ἢ πειθήσεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις· τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, ταξάμενοι συμπορεύεσθαι πρὸς τὸν κατὰ Θρόνιον αἰγιαλόν, τότε μὲν ἐχωρίσθησαν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάντες ἦκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον ἐν ὥρᾳ· καὶ βραχέα διαλεχθεὶς ὁ Φίλιππος, ἠξίου πάντας, μάλιστα δὲ τὸν Τίτον, μὴ διαιρύψαι τὴν διάλυσιν, τῶν γε δὴ πλείστων εἰς συμβατικὴν διάθεσιν ἡγημένων· ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεται, δι' αὐτῶν συμφόνους γενέσθαι περὶ τῶν ἀντιλεγομένων· εἰ δὲ μή, πρεσβεύσειν ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον, κἀκείνην πείσειν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἢ ποιήσειν ὅ, τι ποτ' ἂν ἐπιτάττῃ. Ταῦτα δ' αὐτοῦ προτείνοντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφασαν δεῖν πράττειν τὰ τοῦ πολέμου, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἀξιουμένοις· ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, οὐκ ἀγνοεῖν μὲν οὐ δ' αὐτὸς ἔφη, διότι τὸν Φίλιππον οὐκ εἰκὸς ἐστι ποιῆσαι τῶν παρακαλουμένων οὐδέν· τῷ δ' ἁπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πράξεις τὴν αἰτουμένην χάριν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐκποιεῖν, ἔφη, χαρίζεσθαι· κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδ' ὡς εἶναι δυνατὸν οὐδὲν τῶν νῦν λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου· πρὸς δὲ τὸ λαβεῖν πεῖραν τῆς ἐκείνων γνώμης, εὐφυῶς ἔχειν τὸν ἐπιφερόμενον καιρόν. Τῶν γὰρ στρατοπέδων οὐδ' ὡς δυναμένων οὐδὲν πράττειν διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦτον ἀποθέσθαι τὸν χρόνον εἰς τὸ προσανενεγκεῖν τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν προκειμένων, οὐκ ἄθετον, ἀλλ' οἰκεῖον εἶναι πᾶσι. Ταχὺ δὲ συγκαταθεμένων ἁπάντων διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν Τίτον οὐκ ἀλλότριον ὄντα τῆς ἐπὶ τὴν σύγκλητον ἀναφορᾶς, ἔδοξε συγχωρεῖν τῷ Φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥώμην ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὐτῶν πέμπειν ἑκάστους πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ καὶ κατηγορήσοντας τοῦ Φιλίππου. Τοῦ δὲ πράγματος τῷ Τίτῳ τοῦ κατὰ τὸν σύλλογον κατὰ νοῦν καὶ κατὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς διαλογισμοὺς προκεχωρηκότος, παραυτίκα τὸ συνεχὲς τῆς ἐπιβολῆς ἐξύφαινε, τά τε καθ' αὑτὸν ἀσφαλιζόμενος ἐπιμελῶς, καὶ πρόλημμα τῷ Φιλίππῳ ποιῶν οὐδέν· δοὺς γὰρ ἀνοχὰς διμήνους αὐτῷ, τὴν μὲν πρεσβείαν τὴν εἰς τὴν Ῥώμην ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συντελεῖν ἐπέταξε· τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν παραχρῆμα τὰς ἐκ τῆς Φωκίδος καὶ Λοκρίδος ἐκέλευσε. Ex hac verborum collatione cum singulare Livii in vertendo Polybio studium cognoscitur, tum vero alia multa, quæ Livianam patefacere sententiam possunt. Quorum exempli causa unum illud est: 'Quintius postero die ad Niceam venit,' quo loco subaudiendum est 'iterum,' ut recte Glareanus intellexit: habet enim Polybius πάλιν. Alterum, quod, cum ait, 'Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat,' Apollodorum et Demosthenem intelligit, de quibus laborat Glareanus. Tertium, quod, cum ait, 'litus ad Thronium,' recte habet. Nam etiam κατὰ Θρόνιον αἰγιαλὸν edit Polybius, quamquam in veteribus libris est *Athonium*. Reliqua ejusmodi sunt, quæ, si diligentius comparentur, quum voluptatem, tum utilitatem afferre ei, qui id fecerit, incredibilem possint. *Sigon.*

Philippi nullus usquam nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat] Videtur, delendam præpositionem esse. *J. F. Gron.* Quid si *Philippus nullus usquam: nec nuncius ab eo?* Cicero ad Att. XI. 24. 'Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me, quid egerit:' et XIV. 3. 'Corumbus Balbi nullus adhuc.' Etiam tentari potest 'Philippi nihil usquam.' Cap. 21. 'Philippi præter

Digitized by Google

legatum videmus nihil.' *Duk.* Vulgatam *nullus nuncius Philippi ab eo*, id est a Philippo, omnino admitti nequit. Præpositionem autem *ab* invitis codd. cum Gronov. delere audacius existimo. Lenius multo remedium est, si cum Dukero legamus *Philippus*, pro *Philippi*. Nonnihil juvat Gaertn. *Philippo* exhibens, in quo ita pro *Philippo* facili errore scribi potuit. Præsertim autem firmat Polyb. lib. XVII. cap. 8. Ὁ δὲ Φίλιππος οὐ παρεγίγνετο. Præterea *Philippo vero nullus usquam* Gaertn. An igitur *Philippus vero nullus usquam?* Eandem particulam non neglexit Polyb. licet noverim Livium non omnia ita minima ad apicem transtulisse: certe hoc loco quod sequitur, 'nec nuncius ab eo per aliquot horas veniebat,' addidit de suo Livius, non vero a Polyb. sumsit. Deinde *umquam* Lov. 2. 3. et Gaertn. a m. pr. *usque* Lov. 1. Mslc. Sæpe 'nullus usquam' junguntur. Supra III. 68. 'In concordia ordinum nullos se usquam esse vident.' Cicero ad Att. VII. 21. 'Cognovi, nihil in consulibus, nullum usquam delectum.' pro Flacc. c. 21. 'Cui nullus esset usquam consistendi locus.' Præterea *per aliquas horas* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad c. 10. § 12.

§ 4 *Vulgo credebatur, de industria rem in serum tractam*] *Vulgo credebat* Voss. Vide ad X. 10. § 1. *Vulgo credebant* Harl. et Mead. 1. Vide ad XXXVIII. 40. § 1.

§ 5 *Cum imperatore Romano liceret sibi conloqui*] Id sane jam pridem fecerat, et potuit quoque adhuc facere. Sed vim orationi summam addunt Mss. inque iis Thuan. *cum ipso imperatore Rom.* quod non meretur negligi: solum enim vult, nullis sociis cinctum. XXIII. 42. 'Hostes populi Romani fuimus primum per nos ipsi; postea Pyrrho regi nos adjunximus.' *Jac. Gronov.* Non necesse quidem est inseri *ipso*, quum dicat 'summotis aliis:' nec tamen rejici debet, propter auctoritatem Mstorum. *Duk.* Primus est Gruter. qui in ultima ed. *ipso* omisit. Non modo reliquæ edd. antiquiores, sed et omnes codd. nostri cum Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. prænomen illud agnoscunt: contextui igitur restituendum est, quod jam fecit Crevierius; et quidem unice, quia id jubent omnes hi testes, ut monuit Dukerus, non verò quasi illa vox sententiam adjuvaret, ut aliis visum est. Paullo ante *petendo, inde submotis aliis* Voss. Ut ita vocula *ut* per ellipsin subintelligatur; quæ sæpius post verba 'orare, precari, petere, postulare, poscere, rogare,' et similia omitti solet. Vide ad III. 45. § 10. VII. 13. § 10. XXXIV. 24. § 4. XXXVI. 4. § 6. XL. 35. § 5. Unius tamen testis fides non satis firma est, ut ideo lectio recepta mutetur.

§ 7 *Cum A. Claudio præfecto et tribus tribunis militum*] Vet. lectio *cum Appio Claudio tr. mil.* Gelen. Vide num *Ap. Claudio* legendum. *Glaream. Cum præfecto Claudio tribus militibus.* Voss. et Lov. 1. *cum præfecto Claudio tribuno militum* Lov. 2. 3. et 6. *cum A. præfecto Claudio tribuno militum* Lov. 4. Mead. 1. et Gaertn. *cum A. Claudio præfecto et tribus tribunis militum* Lov. 5. et edd. ante Gelen. nisi quod vocem *tribus* ex ed. Rom. principe non laudet Hearnius. Geleninm veram lectionem revocasse certum est: eo enim ducunt plerorumque codd. vestigia; eamdemque servasse videntur Harl. et Mead. 2. ex quibus nihil in excerptis notatur. Paullo ante § præc. *dein quum haud absisteret* Lov. 4. Vide ad III. 3. § 6. *Deinde quum haud desisteret* Lov. 2. Mslc. VII. 25. 'Absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent.' XXXVI. 35. 'Ne ingratis quidem benefacere absistam.'

§ 8 *Cum duobus, quos pridie adhibuerat*] Qui sint illi duo, scire velim, cum initio prioris diei colloquii ita habeatur c. 32. 'Erant cum eo principes Macedonum, et Achæorum ex-

Digitized by Google

sul, vir insignis, Cycliadas.' Ut non immerito et hunc et præcedentes locos mutilos quis credat. *Glar.* Vide ad c. 32. § 10.

Quum aliquamdiu secreto locuti essent] 'Secreto loqui cum aliquo' dicunt Horat. Sat. I. 9. 67. 'Nescio quid secreto velle loqui te Aiebas mecum.' Et Val. Max. VI. 3. 11. 'Quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat.' Itaque cogitabam, fortasse scriptum fuisse *secreto collocuti*, et tres priores literas hujus vocis in duabus postremis præcedentis, et prima sequentis latere. Cicero ad Att. VII. 8. 'Ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus.' Et 'secreta colloquia' sæpe apud Livium et alios. Sed nihil muto, vetantibus Mss. *secreto loqui* dicunt Plinius et Seneca, nec addunt 'cum aliquo.' Vide Lips. ad Plinii Paneg. c. 2. *Duk.*

§ 9 *Quinctius hæc retulit ad socios: Romanis eum cedere*] *Hoc retulit* Voss. et Lov. 3. Tum *ad socios Romanorum: eum cedere* omnes codd. mei, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Mox *ac si qui sint captivi* Voss. Lovel. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ac qui sint capti* Lov. 3.

§ 12 *Quibus cessurus, aut non cessurus*] *Quibus aut cessurus, aut non cessurus* Gaertn. Antea § præc. *non Argis modo, sed Corintho* Lov. 2. et Harl. Vide ad II. 6. § 1.

§ 13 *Plus enim amitti in iis, quam adquiri*] Quid illud *in iis* referat, apud me nondum planum est. *Glar.* Τὰ *in iis* desunt in Lov. 3.

Causas certaminum deponere] Scribe *caussas certaminum defore*. J. F. Gron.

CAP. XXXVI. § 1 *Quum hæc toto ex concilio certatim omnes vociferarentur*] Τὸ *hæc* deest in Lov. 1. 6. et Voss. sed vox *certatim* in Hearnii L. 1. Mox etiam *quoque* in Voss. Lov. 1. et 6. a m. pr. verum *est* in Lov. 3.

§ 2 *Ut rem totam in posterum diem differret*] Hic etiam *totam* non adparet in Lov. 5. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *differat* legit Voss. et Lov. 2. *referret* Gaertn. Mox *persuasurum esse, aut* Harl.

§ 3 *Litus Athonium conloquio destinatur*] Lege *Littus ad Thronium*. Est enim in eo sinu hujus nominis oppidum. *Gelen.* Vide num *ad Thronium* legendum, cujus hoc in loco cum aliis meminit Strabo l. IX. p. 426. ubi et de 'Nicæa.' Nam de 'Atho' intelligere, plane ineptum est, quod tamen quidam somniant. *Glarean.* Virorum doctorum conjecturam auctoritate Polybii firmari, Sigonius docuit ad cap. præc. § 2. *Arthonium* habet Lov. 6. *ad Torcum* Gaertn. *ad Thonum* Lov. 3. *ad Thonium* Voss. Lov. 1. et Mead. 1.

Ne spem pacis turbare vellent] *Conturbare* Lov. 5. et edd. Aldo priores, invitis reliquis scriptis.

§ 4 *Legatos Romam ad senatum mittere*] *Legatos mittere Romam ad senatum* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. et Mead. ambo. Vox *Romam* exulat a Lov. 1. et 4. quemadmodum mox pronomen *se* a solo Lov. 1. Postea etiam § seq. particula *enim* non adparet in Lov. 1. 6. et Voss.

§ 7 *Quæ cum rege ipsi pepigissent*] Quia non valde probabile est, senatum eo tempore, quo sibi Græcos adjungere maxime cupiebat, non voluisse, illis licere quidquam sine sua auctoritate pacisci, vel, si non voluisset, id palam ostendisse; oratio hæc Quintii non satis tempori conveniens, et alienandis, quam conciliandis, Græcorum animis aptior esse videtur. Hinc dubito an melius sit *quæ cum rege ipse pepigisset*, hac sententia: nihil ista dilatione hac tempestate anni amittitur; nam si quæ ipse vel vobis, vel Romanis pepigissem, tamen nihil eorum sine senatus auctoritate ratum foret. *Duk.* Ut ita legi possit, non impedit Polyb. XVII. 9. Κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδ' ὡς εἶναι δυνατὸν οὐδὲν τῶν νῦν λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου.

Digitized by Google

§ 8 *Ad edocendum senatum, ne fraude regis caperetur*] *Caperentur* Lov. 1. 6. et Voss. quam locutionem Livio familiarissimam esse, vidimus ad IV. 58. § 4. Paullo ante *In hac sententia, &c. concesserunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. *In hac sententia consenserunt* Gaertn. Sed 'concedere' et 'consentire' passim in Mss. confundi, vidimus ad IX. 7. § 7.

§ 10 *Utque speciem legationis adjiceret*] Immo *legationi*. Lib. XXXIV. c. 52. 'Præbuerunt speciem triumpho, capitibusque rasis secuti, qui servitute exempti fuerant.' *J. F. Gron. Legationi*, ut Gronov. emendat, in uno superest Harl. Supra IX. 40. 'Cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere.' Eam igitur lectionem recepi. Verum, si cum his conferamus verba Polybii, Livium vel ab eo diversa tradere, vel corruptum circumferri patebit. Verba Polyb. sunt XVII. 10. Καὶ τὸν μὲν Ἀμύναδρον εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμψε παραχρῆμα, γενόσιων αὐτὸν, &c. φαντασίαν ποιήσοντα καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. Id vult Polybius, Quinctium legationi Romam mittendæ speciem quæsivisse ex eo, quod inter legatos fuerit Amynander rex: at verba Livii, ut nunc eduntur, inde speciem quæsitam narrant, quod tres additi sint legati Romani. Superest tamen ratio, Polybium et Livium in concordiam redigendi, si hujus membranas antiquas sequimur, quæ *ut speciem*, omisso copulativo *que*, legunt. Certe ita inveni in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Scribendum igitur puto, *cum sociorum legatis Amyn. Ath. regem, ut speciem legationi adjiceret, et* (hanc voculam addidi) *Q. Fabium, &c. misit*. De meo, inquam, adjeci voculam *et*, quæ facile excidere potuit ob ultimas literas præcedentis *adjiceret*. Vide ad XXXV. 41. § 7. Similiter copulam *que* delendam, et ita speciem legationi adjectam per Amynandrum, legatum missum, viderunt etiam Jac. Perizon. in margine Livii sui, Duker. et Crevier. quorum postremus se id fecisse testatur auctoritate Msti Victor. Ubi vero addidi voculam *et*, idem potius interposuit particulam *mox*, quia Polyb. Amynandrum παραχρῆμα missum dicit, μετὰ δὲ τοῦτον tres illos Romanos. Videri posset, apud Polyb. minima mutatione legendum esse μετὰ δὲ τούτου, nisi revocaret παραχρῆμα. Nunc igitur iterum dicendum, quod jam antea monui, non semper minimas apices Polybii Livium Latine reddidisse, sed paullo liberius vertere solitum fuisse: certe hic tradit, Amynandrum *cum sociorum legatis* missum esse, in quo Polybius non præivit. Tandem longe facilius *et* ob caussam datam intercidere potuit, quam *mox*.

Et Q. Fulvium, et P. Claudium misit] Vet. libri habent *Ap. Claudium*. Polybius *Ap. Claudium Neronem*. Verba ejus sunt XVII. 10. Καὶ τὸν μὲν Ἀμύναδρον εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμψε παραχρῆμα, γενόσιων αὐτὸν εὐάγωγον μὲν ὄντα, καὶ ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις, ἐφ' ὑτέρα δὲ ἤγωσιν αὐτόν· φαντασίαν δὲ ποιήσοντα καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα· μετὰ δὲ τοῦτον ἐξέπεμψε τοὺς παρ' αὐτοῦ πρόσβεις, Κόϊντόν τε τὸν Φάβιον, ὃς ἦν αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἀδελφιδοῦς, καὶ Κόϊντον Φούλβιον· σὺν δὲ τούτοις Ἄππιον Κλαύδιον ἐπικαλούμενον Νέρωνα. Ejusdem Ap. Claudii Neronis meminit etiam post lib. XXXIIII. [forte XXXIII. 42.] Livius. *Sigon. Q. Fabium*, pro *Q. Fulvium*, Voss. et Lov. 1. in qualem cod. etiam incidisse videtur scriba Hearniani L. 1. atque inde factum esse, ut reliquis omissis daret *adjiceret, et Q. Fabium et Ap. Claudium misit*. Sed *Fulvium Quintum*, vel *Quintium* Lov. 2. et 6. Deinde *P. Claudium* solus Lov. 5. *M. P. Claudium* Lov. 2. *A. P. Claudium* Mead. 1. *A. præfectum Claudium* Lov. 4. *App. præfectum Claudium* Lov. 1. *App. Festium Claudium* Voss.

Digitized by Google

Reliqui recte *Ap. Claudium.*

Cap. xxxvii. § 1 *Ut ventum Romam est, &c.*] Hæc a Polybio quoque sumpta sunt, cujus hæc verba sunt (lib. xvii. cap. 11.) *εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες, κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου· τὰ μὲν οὖν ἄλλα παραπλήσια τοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα πρότερον εἰρημένοις ἦν· τοῦτο δ' ἐπιμελῶς ἐντίκτειν ἐπειρῶντο τῇ συγκλήτῳ πάντες, διότι τῆς Χαλκίδος καὶ τῆς Κορίνθου καὶ τῆς Δημητριάδος ὑπὸ τῷ Μακεδόνι ταττομένων, οὐχ οἱόντε τοὺς Ἕλληνας ἔννοιαν λαβεῖν ἐλευθερίας· ὁ γὰρ αὐτὸς Φίλιππος εἶπε τοῦτο, καὶ λίαν ἀληθὲς ἔφασαν ὑπάρχειν· ὃς ἔφη τοὺς προειρημένους τόπους εἶναι πέδας Ἑλληνικάς.* Idem fere de compedibus Græciæ, quas πέδας Græci vocant, Plutarchus in Quintio p. 374. *Sigon.*

Ceterum eorum oratio conviciis regis consumta est] *Cætera*, non *Cæterum.* Gelenius. *Ceterum* in uno superfuit Lov. 3. *Cuncta* in Lov. 2. *Cetera* in omnibus reliquis meis, et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm.

§ 2 *Moverunt eo maxime senatum, demonstrando*] Recidendum τὸ *eo.* J. F. Gron. Τὸ *eo* soli meorum retinent Lov. 5. et Mead. 2. ex quibus in excerptis nihil notatur. *Moverunt eum maxime* legunt Lov. 1. 4. et Mead. 1. *Moverunt enim maxime* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Gaertn. et Mead. 1. in margine. An legendum *Moverunt v'o*, vel *vero, maxime?* Jac. Perizon. ad marginem Livii voculam *eo* retinendam censebat. Nam *demonstrando* quasi per adpositionem additum intelligi debere.

§ 3 *Corinthum in Achaia rex teneret*] Ipse Philippus antea fassus est, non Argis modo, sed etiam Corintho, se Achæis cessurum. Quare non video quid hic invidiæ faciat, aut quare sit Corinthus apposita; ad picturæ ostensionem fortassis, et quia etiam reddita, rursus occupari facile poterat in posterum: hoc timentes sociorum legati, eam quoque connumerarunt. Sed in legatorum responso mirum, ne hanc quidem nominatam. *Glar.* Si quid hic a Livio commissum, ut Glareanus objicere videtur, idem antea commissum est a Polyb. quem Livius secutus est, ut ex verbis ejus ad initium hujus cap. a Sigonio laudatis patet.

§ 4 *Philippum, non contumeliosius, quam verius, compedes eas Græciæ adpellare*] Vid. Victor. Var. Lect. xii. 9. et Casaub. ad Strab. ix. p. 428. *Duk.*

§ 5 *Legati deinde regis intromissi, &c.*] Polybius ibid. sic: *Οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευάζοντο μὲν ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους, ἐν ἀρχαῖς δ' εὐθέως ἐκωλύθησαν· ἐρωτηθέντες γάρ, εἰ ἀποχωροῦσι τῆς Χαλκίδος, καὶ Κορίνθου, καὶ Δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν· οὗτοι μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες, οὕτω κατέπαυσαν τὸν λόγον· ἡ δὲ σύγκλητος τοὺς μὲν ὑπάτους ἀμφοτέρους εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλε, τὸν δὲ πρὸς Φίλιππον πόλεμον ἐψηφίσατο κατάμονον εἶναι, δοῦσα τῷ Τίτῳ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν. Sigon.*

Quum mandatum sibi de his nominatim negarent quidquam] Scripti *quum mandati sibi de his nominatim negarent quidquam.* Intelligitur substantivum verbum. Amat autem genus illud Livius, et restituimus ex Mss. xxix. 18. 'Nec tamen illi unquam postea prosperi quidquam evenit.' Eodem c. 21. 'Ut quod sui quisque cognosceret, prenderet.' xxxi. 33. 'Neque eo magis explorati quidquam retulerunt.' xxxiv. 18. 'Nec quidquam in exercitu suo præcipui, præter honorem atque imperium, haberet.' Lib. xxxix. cap. 30. 'Prætores Romani omne id temporis contrahendis ex civitatibus sociis Hispanorum auxiliis, &c. consumserunt.' Sic Nand. integre. Barber. et Petav. *omne id opus:* vulgo *id tempus:* quæ varietas indicio, non sanum esse locum. xlii. 24. 'De quibus nihil mandati haberet.' Ovid. Fast. i. 45. 'Ne tamen ignores variorum jura dierum, Non habet of-

Digitized by Google

ficii Jupiter omnis idem:' sic vetustissimæ membranæ Petavianæ. Vulgo *efficium*. Idem in epistola Hypermnestræ XIV. 81. 'Fert male cognatæ jacturam mortis in uno, Et queritur facti sanguinis esse parum:' sic Mss. plures melioresque: non *factum*. Palladius Junio tit. VII. 'Solent hoc signi et, cum pugnaturæ sunt, facere:' sic Mss. at editi *hæc signa*. A. Gellius IX. 12. 'Metus quoque et injuria, atque alia quædam id generis sic utroqueversum dici possunt:' ita quoque membranæ Petav. non *id genus*. J. F. Gron. *Mandati quidquam* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Supra XXII. 40. 'Ne unde raperet quidem, quidquam reliqui erat.' Lib. XXXI. c. 39. 'Nec aperti quidquam erat, quod peteret.' c. 45. 'Prædæ nec erat quidquam.' XXXVIII. 22. 'Eo minus vani quidquam intercideret teli.' Similiter 'quidquid Patrum' II. 35. 'quidquid Deorum' III. 25. 'quidquid sancti' XXXI. 24. 'quidquid diri' Auctor Epit. Liv. l. XLIV. 'quidquam hostium;' vide ad II. 7. § 3. 'quod sui;' vide ad XXIX. 21. § 5. 'quid integri;' vide ad XXX. 12. § 20. Pari modo 'hoc solatii;' vide ad XXX. 13. § 13. 'id cognominis;' vide ad VII. 26. § 12. 'idem supplementi;' vide ad XXXVI. 2. § 9. 'aliquid indefensi'. XXVI. 5. § 7. Similia alia vide apud viros doctos ad Val. Max. II. 9. princ. et Burm. ad Phædri II. 1. 9. et IV. 25. 5.

§ 6 *Quod ut satis adparuit*] Scio τὸ *quod* interdum παρέλκειν: sed hic scribendum *Quo ut satis apparuit*. J. F. Gron. Non adversarer Gronovio, si vel unus codex ei suffragaretur. Nunc potius, eo dissentiente, τὸ *quod* hic παρέλκειν existimo; de quo vide ipsum Gronov. ad XXVII. 7. § 6. Ita XLI. 10. 'Quod quum consulis imperio dicto audientes futuros esse dicerent, quum is more majorum, &c. profectus ab urbe esset, &c. catenas poposcit:' ubi vide Jac. Gronov. Plin. Hist. N. XVIII. 23. 'Quod ut hanc quoque curam determinemus, justum est, singulas vehes fimi denario ire.' Virgil. Æn. X. 631. 'quod ut o potius formidine falsa Ludar, et in melius tua, qui potes, orsa reflectas.' Præsertim *quod* cum *si*, *ubi*, similibusque abundare, vidimus ad II. 29. § 8. Certe hoc loco *Quod* superest in omnibus meis, nisi quod *Qui* sit in Lov. 2. quod forte positum existimari potest pro *Cui*: solent enim sæpius ita peccare librarii. Vide ad IX. 34. § 14. Crevier. etiam vel vulgatum servandum, vel potius *Cui* legendum existimat.

Quam quæ omni Græcia decedi nunciaret] *Qua omni Græcia decedi* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *quæ omni Græcia decedere* Lov. 3.

CAP. XXXVIII. § 2 *Ipse haberet. Philocli*] Ita Francof. 1578. primi distinxerunt, quos recentiores secuti sunt; quum tamen majori distinctioni ibi locus esse nequeat. Ejus itaque loco minorem interpunctionem substitui, quod et Crevier. fecisse video.

Adjicit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitiæ] Hoc forsan ita accipi potest, ad primum hoc pignus futuræ amicitiæ, traditionem nempe Argorum, adjicit alterum, nuptias filiarum regis cum filiis tyranni. Sed magis credo, delendum esse *ad*, et pignus dici ipsas nuptias, quas Philocles nomine regis tyranno pollicebatur, quæ essent pignus futuræ amicitiæ. Nam affinitates solent esse pignora amicitiæ. Cicero pro Cluent. c. 67. 'Ceteri, novis affinitatibus adducti, veteres inimicitias sæpe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis conjunctionem pignori fore putavit.' Et in hoc genere loquendi sæpe omittitur præpositio. Curt. IV. 10. § 11. 'Dextram tuam amplexus, reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui.' Tacit.

Digitized by Google

Hist. IV. 61. 'Pauci centurionum tribunorumque in Gallia geniti reservantur, pignus societatis.' Justin. II. 15. 'Legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos.' XXII. 3. 'Sicut ab initio Syracusæ, pignus societatis sint traditæ.' Ita bene J. F. Gronovius ex conjectura, pro vulgato *in pignus*. Duk. Vulgatum commode servari posse existimo, idque convellere non conarer, nisi eo me ducerent Lov. 1. 6. et Voss. qui legunt *adjicit id pignus*. Amicitiam cum Nabide firmarat Philippus ei tradendo urbem Argos: ejus autem futuræ ac duraturæ id pignus adjicit Philocles, regem filias suas filiis Nabidis matrimonio daturum. Præterea *futuræ regis cum tyranno amicitiæ* omnes quos adhibui Mss. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Froben. 1535. *regi* substituit.

§ 5 *Causam despoliandi eos nactum ratus*] Pall. et antiq. ed. *causam se spoliandi eos nactum ratus*. Gebhard. *Despoliandi* operarum errore primum in edd. Gruteri adparuit. Omnes non tantum priores, verum etiam codd. scripti *se spoliandi* præferunt, quod recte Gronov. retraxit. Infra c. 40. 'Quum ipse viros spoliasset, ad feminas spoliandas uxorem Argos remisit.'

Traderet, ubi vellet, urbem, Philocli ait. Sic nocte] Syncera lectio, *tradere, ubi vellet, urbem, Philoclem jussit. Nocte, &c.* Gelen. Pall. *tradere, ubi vellet, urbem Philocleum. Sic nocte.* Prisca ed. *traderet, ubi vellet, urbem, Philocli ait. Sic nocte, &c.* Gebhard. Solus Lov. 5. primis edd. adsentitur. *Tradere ubi velle urbem Philocleum: sic nocte* legit Voss. neque aliter Lov. 1. et 6. nisi quod prior omittat *ubi*, posterior ejus loco *sibi*, et *Philoclem* legat. *Tradere sibi jussit urbem Philoclem: sic nocte* Lov. 2. Reliqui codd. priorem partem *tradere, ubi vellet, urbem* exhibent: posteriorem *Philodem: sic nocte* Lov. 3. *Philocleum: sit nocte* Lov. 4. *Philocleum: sic nocte* Mead. 2. *Philoclemum: sic nocte* Mead. 1. *Philodemum: sic nocte* Gaertn. *Philoclem dixit: sic nocte* Harl. *Philodem jussit: sic nocte* Hearnii L. 1. *Philodes* pro *Philocles* perperam etiam præferant scripti XXXI. 16. § 2. c. 26. § 1. et alibi, literis *cl* perperam in *d* coalescentibus. Vide ad X. 24. § 2. *Philoclis* frequens mentio apud Polyb. et Liv.

§ 6 *Occupat superiora omnia loca: portæque clausæ*] Vet. lib. *portæ clausæ*. Sigon. Aliquid asperitatis habet oratio, et video nonnihil variare scriptos. Si rectum est, quod Sigonio placet, et ex uno suorum adfert Hearnius, melius legeretur, *acc. in urbem tyr. prima luce occupat superiora omnia loca*, abjecto verbo substantivo *est*. Duk. *Occupat superiora loca* Hearnii L. 1. *occupat omnia superiora loca* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *portæ clausæ*, sine copula, Harl. et Hearnii L. 1. *portæ vero clausæ* Lov. 3.

§ 7 *Pecuniæ imperatæ ingentes: qui non cunctanter contulere*] *Pecunias in promptu ingentes qui non cunctanter* Lov. 6. Male. 'Imperare pecunias' inlustravimus ad IX. 43. § 21.

§ 8 *In servilem modum lacerati atque extorti*] *In servilem morem* Lov. 2. et Harl. Vide ad XXVII. 4. § 13. Duæ postremæ voces non adparent in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Paullo ante τὸ *sunt* exsulat a Lov. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Tum *occultare*, pro *occulere*, legit Lov. 6. Male. XXV. 8. § 5. 'Ceteri silva prope viam se occuluerunt:' ubi pariter variant quidam codd. XXXIII. 1. 'Hastatos, sequentes procul, amfractus viarum vallesque interjectæ occulebant.'

§ 9 *Rogationem promulgavit*] *Rogationes* conjicit Crevier. quum mox duæ memorentur. Nihil mutant codd. Paullo post *agro viritim dividundo* Voss. Deinde *novandis rebus* Lov. 6.

Digitized by Google

CAP. XXXIX. § 1 *Postquam in potestate Nabidis Argivorum civitas erat*] Hæc vox *Nabidis* non est in archetypo, et absque ea satis constat sententia. *Gelenius.* Vet. lib. *Posteaquam in potestate Nab. Arg. civitas erat.* Sigon. Gelenii codd. ad quorum bonitatem non adspirant Sigoniani, Barberin. Pet. Oxon. refutant τὸ *Nabidis.* Et mihi quoque rectius abesse videtur, quia statim sequitur 'nihil ejus memor tyrannus.' Andreas quoque Romæ *in potestate Argivorum civitas.* In Tarvisina jam adjectum *Nabidis* video. *J. F. Gron.* Ex omnibus scriptis nostris solus Harl. *Nabidis* admittit: quæ vox etiam exsulat ab Hearnii L. 1. et N. Ex editis vero jam ante Tarvisinas adparuit in Mediol. 1480. et Parm. Præterea *in potestate* Voss. Lovel. 2. 6. et Gaertn. Vide ad II. 14. § 4. Mox *ejus* deest in Lov. 4. cujus loco *eorum* legit Lov. 6. Deinde *eam* omittit Lov. 3. Tum *et in quam conditionem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed vide ad II. 19. § 8. *Qua conditione*, omissis etiam duabus voculis, Lov. 6.

§ 2 *Legatos Elatiam ad Quinctium, &c. mittit*] Prima vox abest a Lov. 1. et Gaertn. quam facile omitti permitterem, si plures id vellent codd. Simplex enim 'mittere' sæpe est mittere legatos. Vide ad VII. 31. § 3. et IX. 16. § 3. vel pro missis literis, aut nunciis indicare. Vide ad VIII. 23. § 1. Mox *sibi* deest in Voss. cujus loco *se* obferunt Lovel. 1. 6. et Gaertn.

§ 4 *Quas iis forte diebus*] Adjecimus pronomen *ipsis*, vetus exemplar secuti; *iis ipsis.* Gelen. Ex hac Gelenii nota nihil aliud colligi potest, quam ipsum emendasse *iis ipsis forte diebus.* Verum Froben. ex ejus mente a. 1535. edidit *iis forte ipsis diebus*, ut est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque. 'Is ipse' inlustravi ad II. 5. § 5. et XXVIII. 8. § 3. quibus locis etiam laudavi quædam exempla, ubi inter *is* et *ipse* alia vox interponitur. *Quas ipsis forte diebus* Gaertn. de quo vide ad V. 43. § 4. hic tamen unum illum non sequor. Priscis edd. ex omnibus meis unus adhæret Lov. 5. ex Hearnii codd. L. 1. Mox *transivit*, pro *transmisit*, Lovel. 2. Mead. 1. Gaertn. et Harl. in margine, ex librariorum glossa. Exempla alia vidimus ad XXI. 20. § 9. Adde XXXI. 7. § 12. XXXVII. 16. § 14.

§ 6 *Haud procul urbe Hyecenica vocatur*] Idem exemplar habet *Haud procul urbe Mycenica*, non *Hyecenica.* Gelen. Id nominis [*Hyecenica*] apud neminem authorem invenio. Fortassis autem vel *Heræa*, vel *Nemea* legendum: at nihil assevero. Quidam *Mycenica* legunt, qua ratione moti, mihi ignotum. *Glar.* Rationem tamen, qua motus Gelenius *Mycenica* legebat, ipse indicavit: eam nempe lectionem ostentasse exemplar vetus. Meorum plures haud multum abeunt. *Procul urbem Ycenica* legunt Voss. et Lov. 4. *procul urbem Ytenica* Mead. 1. et Gaertn. *procul urbem Hycenica* Mead. 2. In reliquis est *urbe Itenica, Icenica*, vel *Yenica*: quæ omnia, ut et ipsum, quod est in priscis edd. et Lov. 5. *Hyecenica* persuadent, veriorem Gelenii, quam Glareani, conjecturam esse. Præterea quod *Heræa* ejus, quæ longius Argis abest, in Arcadia ad Alphei ripas prope Elidis fines sita, huc convenire nequeat; cujus loco memorare debuisset *Heræum.* Ejus meminerunt in Argolide Strab. VIII. 368. et Paus. in Corinth. c. 17. Ceterum scitam hanc brevitatem sermonis ita exponendam esse, ac si dixisset, 'Haud procul urbe locus est, qui Mycenica vocatur,' docuit Gronov. ad XXX. 7. § 6.

§ 7 *Cum auxiliaribus paucis venit. Tyrannum ibi, &c. invenerunt*] Jac. Perizon. ad marginem Livii conjecit, ejecta voce *venit*, orationem uno ambitu hoc modo formandam esse: *cum*

Digitized by Google

aux. paucis, tyrannum ibi cum omn. copiis opperientem invenerunt. Verum codd. eamdem vocem constanter servant.

§ 8 *Progressus armatus cum satellitibus est*] Vossianus et alii augent *armatus cum satellitibus armatis est.* Idem facit quoque Thuan. nisi quod *armatus.* Et genuinum illud puto. Etsi enim satis per se pateat satellites armatos fuisse, tamen sic expresse rursum Livius XXXIV. 27. 'Eorum concioni satellites armatos circumdedit.' Lib. XXIV. cap. 5. 'Conspexere purpuram ac diadema ac satellites armatos.' Et cur mox ipse? 'armatus ipse armatisque septus.' *Jac. Gron.* Similiter omnes mei legunt, et Crevierii Victor. quin et, si viri docti priores edd. diligentius consuluissent, eas omnes vocem *armatis* servare deprehendissent usque ad ultimam Gruteri; quæ prima nullam ob causam omisit. Simpliciter 'armati' pro 'satellites' dixit Livius I. 49. 'Conscius deinde male quærendi regni ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus sepsit.' Similiter, ut hic 'satellites armati,' *οἱ δορυφόροι τὰ ὅπλα ἔχοντες*, Xenoph. Hist. Græc. IV. 527. *Καὶ οἱ δορυφόροι τὰ ὅπλα ἔχοντες παρηκολούθουν σπουδῇ.* Non multum differunt 'stationes armatæ' XXXII. 16. 'præsidium armatum' XL. 34. XLII. 65. et XLV. 29.

Cum fratre et duobus tribunis militum inermibus: item regi prætor Achæorum] Idem exemplar habet *inermes item regi,* non *inermibus.* Gelen. Lectio, quæ ante Gelenium exstitit, in solo superest Lov. 5. *inermis* habet Mead. 2. *inermes* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1. *inermi* Lov. 1. Voss. et Gaertn. quod recepi. Ita enim præcessit 'inermes Quinctius cum fratre;' et mox sequitur 'inermes Romanum imperatorem regemque.'

§ 9 *Neque enim se illos timere, dixit, sed exsules Argivorum*] Freinsh. cancellat *τὸ dixit.* Neque ego contra contendam. *J. F. Gron.* Freinsh. ita conjecit ad Curtii III. 4. § 11. Librarios *τὰ* 'dicit,' 'ait,' 'inquit,' et similia sæpe de se addidisse, dictum est ad XXIII. 45. § 6. Si itaque vel unius codicis auctoritas hanc emendationem firmaret, viris doctis adsentiri non abnuerem; nunc vero omnibus, quotquot consului, pertinaciter *dixit* servantibus, vocem illam ex contextu Livii malo exemplo ejectam puto, quam pristino loco restitui.

§ 11 *Mitteret secum auxilia. Auxilia se missurum dixit*] Voces modo usurpatas Livium repetere solitum fuisse, plurimis exemplis docui ad I. 3. § 9. quare sine codicum consensu loco huic controversiam non movissem. Verum solus tantum Lov. 5. hic stat cum editis. *Ea se amissurum* legit Mead. 1. *Ea se admissurum* Lov. 2. *Ea se missurum* reliqui omnes; quod probavi.

CAP. XL. § 1 *Ab ipsis Argivis, ut se defenderet, adcitum*] Pall. *ab ipsis Argivis, se defenderet, accitum,* excluso *τῷ ut.* Gebh. Eamdem voculam excludunt etiam Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 4 *Achæorum et Lacedæmoniorum tyrannum in quatuor menses factis*] Pall. *tyrannum quatuor menses factis.* Gebh. Præpositionem *in* omittunt etiam omnes mei præter Harl. et Lov. 5. *quatuor mensibus* legit Gaertn. Insuper *Lacedæmoniorumque tyrannum* Lov. 4. et 6.

§ 6 *Hortantique, ut exemplo transiret*] *Orantique* Lov. 3. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXX. 7. § 7. Deinde § seq. *tentandum Acarnanum gentem* Voss. Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§ 8 *Ibi et civitas novis honoribus veteres, &c.*] Cum hoc et seq. § conferendus est Polyb. in Exc. de Virtut. et Vitiis p. 1425.

§ 9 *Et decem millia medimnum frumenti*] *Modium frumenti* Voss. Lov. 2.

Digitized by Google

3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quod ex glossa indocti interpretis natum puto, quamvis non nesciam *medimnum* et *modium* multum differre. Librarios has voces confundere solitos fuisse, patet ex illis quæ notantur ad XXXVIII. 14. § 14. Ut vulgatum malim, inter alia efficit locus Polyb. laud. qui similiter *μυρίους μεδίμνους πυρῶν*. Mox *redit* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad XXXVI. 35. § 1.

§ 10 *Firmato præsidio Argis*] Lege *firmatis præsidio Argis*. T. Faber. Sic Tacitus Ann. XIII. 41. 'Nec nobis id virium, quod firmando præsidio et capessendo bello divideretur.' In Agricola c. 4. 'Subactis nationibus præsidiisque firmatis.' Quæ nihil aliud quam *firmo collocando*, et *firmis collocatis*. Ex more tamen Livii magis *firmatis*. Lib. XXXV. c. 23. 'Oppidaque omnia maritima, quæ in Græciam versa erant, præsidiis firmavit.' Auctor Belli Africani c. 9. 'Ne maritima oppida post se vacua relinqueret, præsidioque firmata ad classim receptacula muniret.' Tacitus ipse in dicto Agricola cap. 23. 'Glota et Bodotria angusto terrarum spatio dirimuntur, quod tum præsidiis firmabatur.' Vide ad lib. XXI. cap. 57. *J. F. Gronovius.* Ita sine dubio sæpius, si non ubique, quod adfirmare non possum, loquitur Livius. Nec tamen eum refugisse credo, quod hic legitur. IV. 27. 'Pars militum portarum stationes firmant.' Et V. 23. 'Ad omnes aditus stationibus firmatis.' Nam quid, quod ad genus loquendi attinet, interest inter 'stationes firmare' et 'præsidium firmare?' *Duk.* Livium sæpissime dixisse 'firmare præsidio' dictum est ad XXI. 57. § 6. Verum hic uno ore codd. calamo et typis exarati vulgatum servant. Ceterum Livius hæc vertit ex Polyb. lib. XVII. ex quo petitum fragmentum superest in Exc. de Virtut. et Vitiis p. 1425.

§ 11 *Sed et postremo vestem mundumque omnem muliebrem ademit*] Vetus exemplar habet *sed postr. vestem quoque*, non *sed et postremo vestem*. Gelen. Gelenii Mato concinunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. *et postr. vestem quoque* legunt Mead. 1. et Gaertn. vocula *sed* omissa. Verum in illis ultima vocis *iis* primam literam *τοῦ sed*, vel, ut etiam barbari scribæ exararunt, *set*, intercepit: *sed ex postr. vestem* Lov. 5. et ed. Camp. *sed et postr. vestem* reliquæ ante Gelenium; cujus emendationem sequentes receperunt usque ad Gronov. qui edi jussit *sed et postr. vestem quoque*, utraque particula simul recepta, quod a recentioribus adoptatum est, quamvis neque mutationis caussam reddiderit, neque ex ullo cod. eadem lectio a quopiam prolata sit. Gelenii igitur emendationem reduxi. Præterea *cultumque omnem muliebrem ademit* Lov. 3. quod est ex glossa interpretis: *mundumque omnem ademit* Lovel. 2. Male. Infra XXXIV. 7. 'Mundiciæ, et ornatus, et cultus, hæc feminarum insignia sunt: his gaudent et gloriantur; hunc mundum muliebrem adpellarunt majores nostri.' Cic. in Œconom. apud Colum. XII. 3. 'Primum ea secrevimus, quibus ad res divinas uti solemus, postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur.' Paullo ante *inlustres* deerat in Lov. 6. vox *simul* in Harl. sequens *plures* in Lov. 3. errore librariorum. Ut enim hic 'singulis' obponuntur 'simul plures,' ita 'duo simul' XXI. 60. 'Malletque adversus singulos separatim, quam adversus duos simul rem gerere.'

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER XXXIII.

Cap. 1.] Tertius liber belli Macedonici non exstat, quod ex ipsa Epitome datur intelligi: idque non advertentes plerique primum decadis hujus volumen parum considerate in duo divisere. *Sabell.* Hic liber acephalus est, ita Moguntiæ repertus. Deest autem pugna, qua Philippus ad Cynoscephalas a T. Quintio proconsule victus est, ut ex Flori Epitome, et ex sequentibus Livii verbis colligitur. Pars etiam deest descriptionis urbis Leucadis, et circa regionis Acarnaniam contingentis. Multæ hic insunt mendæ, quas sanare omnes absque vetusti codicis auxilio plane impossibile est. Conabimur tamen pro virili officium nostrum facere, vel saltem indicare, ubi hæsitabimus. Studiosus ac candidus lector boni consulat. *Glar.* In hoc libro emendando veterum Mss. librorum ope carulmus, judicio tantummodo, si quid insidere alicubi nobis vitii visum est, usi sumus. Deest autem huic libro expositio prœlii, quo Philippus ad Cynoscephalas est fugatus ac victus a T. Quintio, itemque magna pars ejus, quo L. Quintius frater ejus Leucadem expugnavit. Quod ex epitome libri intelligi potest, in qua hæc prima verba sunt: 'T. Quintius Flamininus proconsul cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus frater proconsulis Acarnanes, Leucade urbe, quæ caput est Acarnaniæ, expugnata, in deditionem accepit.' Itaque ait Livius c. 17. 'Et post dies paucos audito prœlio, quod ad Cynoscephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniæ in deditionem legati venerunt.' Legatum autem L. Flamininum intelligit. Et paullo post cap. 18. 'Hæc in Thessalia, hæc in Achaia, hæc in Asia per eosdem dies ferme gesta.' Intelligit autem, quæ T. Quintius ad Cynoscephalas, quæ Lucius in Acarnania, quæ Rhodii in Perœa gesserunt, quæque ab iis gesta paulo ante ipse exposuerat. Prœlium ad Cynoscephalas pugnatum extat adhuc apud Polybium XVIII. 17. et seqq. diligentissime descriptum, reliqua apud eum intercidérunt. *Sigonius.* Neque principium hoc, quod e codice Bambergensi, optimo publico, vulgarunt, neque quæ antehac publicata erant libri hujus, in scriptis usquam nobis obvia fuerunt. Quod et de se in posteriori conqueritur Sigonius. Providimus tamen, ne ingenium quoque nostrum atque industria in aliquibus certe nos desereret. *J. F. Gronovius.* Tempore Glareani et Sigonii extabat tantum ultima pars hujus libri, a cap. 17. § 6. per Moguntinos an. 1518. ex codice, in ædis ibidem metropolitanæ bibliotheca servato, in lucem protracta: quo pertinent eorum querelæ, librum hunc acephalum esse. Postea, quæ a principio libri deerant, a. 1616. ex cod. Bambergensi Romæ et alibi edita sunt. Universi vero hujus libri nullos codd. scriptos nancisci potui.

§ 1 *Bœotorum gentem*] *Bœotiorum gentem* passim in hoc fragmento prima edit. quod et alibi in Mss. et antiquis edd. obcurrit, sed sæpius in *Bœtius* corruptum est. Ceterum

Digitized by Google

Græcos non tantum *Βοιωτὸς*, verum etiam *Βοιώτιος* gentile formasse, auctor est Steph. Byz. Latinorum etiam tam *Bœotius*, quam *Bœotus*, esse, testatur Sigon. ad Livii XLIV. 43. § 6. *Bœotorum* primus edidit J. F. Gron. 1665. idque reliqui recentiores servarunt.

§ 2 *Legionis hastatis (ea duo millia militum erant)*] Hoc non est sine scrupulo. In legione quatnor millium et ducentorum militum erant hastati IↃↃↃ. totidem principes, et triarii IↃↃ. Unde dicendum est, levem armaturam itidem IↃↃↃ. fuisse, ut expleretur numerus IↃↃↃↃↃↃↃ. Si major esset legio, pro rata augebatur numerus singulorum corporum, exceptis triariis, qui semper erant IↃↃ. Hæc docet Polyb. lib. VI. et ex eo Lipsius de Milit. Rom. II. 1. et 5. Legiones Quintii non potuerunt habere ultra IↃↃↃↃↃↃↃ. pedites: nam, hoc veteris instituti ante bellum cum Perseo fuisse, testatur Livius XLII. 31. Si ergo legio jam tum habuit 'duo millia hastatorum,' paremque numerum, ut solebat, principum, et sexcentos triarios, supererunt tantum sexcenti velites, qui numerus dimidio minor est, quam in legione IↃↃↃↃↃ. militum. Hoc quomodo explicari possit, fortassis melius docebunt alii. Mihi hic vel in numero hastatorum vitium esse, vel in numero levis armaturæ post institutionem velitum proprie dictorum, de qua est in Livio XXVI. 4. aliquid mutatum fuisse videtur. *Duker.* Hic locus etiam Crevierium advertit, cui primo vox *legionis* sic unde posita displicet; observat deinde hastatos mille ducentos in quaque legione fuisse; ex ratione autem diversorum legionis corporum inter se patere, numquam eam ita augeri posse, ut hastatorum numerus crescat ad duo millia. Reponendum itaque censet *duarum legionum hastatis.* Addit tandem mirum videri non debere, duo tantum hastatorum millia tunc fuisse in duabus Quintii legionibus, quæ bello per æstatem gesto inminutæ fuerant, nec adhuc acceperant ab Roma supplementum. Hanc sententiam si quis sequi velit, haud adversabor: nisi quis mallet *legionum hastatis*, sine τῷ *duorum.* Quum tamen legio jam tum fuerit quinque millium et ducentorum peditum, adeoque duarum legionum hastati effecerint tria admodum millia militum, modum forsitan excesserit, si statuerimus, unius anni militia tertiam eorum partem mille hastatos perisse. Vide igitur num numerus notis scriptus, et, pro *ea* ↀↀ ↀↀ *mil. erant*, legendum sit *ii* ↀↀ *IↃ. mil. erant*, sive *ii mille quingenti milites erant.* Certe notas numeri millenarii et quingenarii interdum in Mss. commutatas fuisse videbimus ad XL. 36. § 10.

Sequi se, mille passuum intervallo distantis] Sic unica membrana. Sed, quo referatur τὸ *distantis*, difficile dictu est: nam, si τὸ *hastatis* respicias, *distantibus* requiritur: si τὸ *se*, *distantem.* Nec vero, si abest hæc vox, eam desideres. *J. F. Gronov.* Haud duble Livius scripsit *intervallo distante.* Jac. Gron. Si tamen Latini ita loquuntur, 'loca' et aliæ res 'distare,' 'discedere,' ac 'disjungi intervallo' dicuntur; 'intervallum' ipsum 'distare' quis dixerit, quæro. Livius XXIII. 29. 'Quinque millium intervallo castra distantia habuere.' Cic. Famil. I. 7. 'Intervallo locorum ac temporum disjuncti sumus.' Et de N. D. II. 20. 'Neque umquam a sole duorum signorum intervallo longius discedit.' *Duk. Spatio distante* obcurrit apud Ovid. Met. XI. 715: 'in liquida, spatio distante, tuetur, Nescio quid, quasi corpus, aqua:' et in Nuce vs. 85. 'Vas quoque sæpe cavum, spatio distante, locatur.' Quo minus tamen veram Jac. Gronov. conjecturam putem, illud obstat, quod, quum librarios vocabulum perperam eodem casu, quo prox-

Digitized by Google

ime vel præcedens vel sequens, efferre solitos fuisse notarim ad VI. 3. § 8. eos nunc, quum convenire deberent, diverso casu extulisse non credam. Si in unico codice *distantis* fuisse, quod J. F. Gronov. adfirmat, constaret, emendationem ejus, qua *distantibus* pro *distantis* reponit, haud temere inprobarem: errores enim similes sollemnes esse in Mss. vidimus ad XXI. 60. § 7. Verum omnes, quas vidi, edd. etiam Romana 1616. constanter *distantes*, quod Cortius ad Sall. Jug. c. 33. § 2. defendit, et absolata constructione intelligit, ut ita *ipse* et *legiones* (forte voluit et *legionis hastati*) distarent mille passuum intervallo. Vide an *distantes* referri debeat ad præcedens *se*; per illud vero pronomen non solum intelligi Quinctium, sed simul ejus comites, unius signi milites, Attalum, et legationes, a quibus legionis hastati mille passuum intervallo distarent. Mihi tamen id nondum satisfacit.

§ 3 *Adventum imperatoris Romani regisque prospeculabatur*] Supra III. 43. '*L.* Siccium in Sabinis prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt.'

§ 6 *Oppidani ante lictorem turba acti*] Scribe, *Oppidani, ante lictorum turba acti*: ut c. 5. 'Castra his ante objectis sepsissent.' *J. F. Gron.* Gronovii conjecturam minus probabilem judicat Donjatius. Magistratibus enim Romanis, præter consules, non facile plures adesse lictores, quam sex; de quibus proprie vox *turbam* usurpari posse non videtur. Noverat tamen, aut certe novisse debuerat, Donjatius, Quinctium primo consulem in Græciam missum, postea vero imperium ei prorogatum fuisse: non tantum autem consulibus, sed etiam proconsulibus duodecim adparuisse lictores. Vide Sigon. de Antiq. Jure Provinc. II. 1. et totidem etiam concessos fuisse illis, qui prætores proconsulare imperium accipiebant: quod negare videtur Spanhem. de Præst. et Usu Num. diss. X. p. 92. quum tamen aperte testetur Plut. in Æmil. Paull. p. 256. Ὁ Αἰμίλιος ἐξεπέμφθη στρατηγὸς, οὐχ ἓξ ἔχων πελέκεις, ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες, ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους. De duodecim autem lictoribus haud male *turba* dici posse videtur. Vel *turba* accipi potest de perturbatione, quam lictores obvios submoventes edebant. Videat autem Donjatius, quo jure teneatur vulgatum *ante lictorem*, quum Quinctius duodecim lictores habuerit. Sed nec *ante* mihi placet. Vide num legendum *Oppidani autem, lictorum turba acti*. Solent autem voces *ante* et *autē*, sive *autem*, in Mss. confundi. Vide ad XXVII. 35. § 7.

§ 7 *Concilio, quod in diem posterum edictum erat, Bœotis relictum*] Si distinguas *quod in diem post. indictum erat Bœotis, relictum*, nihil hic est quod quemquam morari possit. Nescio cur viris doctis placuerit distinctio, quæ sensum obscurat et implicat. *Duk.* Distinctionem Dukeri sine dubitatione recipiendam judicavi.

§ 8 *Texerunt tamen dolorem*] Non fuit in scripto τὸ *tamen*, etsi videatur id sensus requirere. Scribe *Texere tamen dolorem*: nam *texeratu*, ut compendio scriptum erat, librarius reddidit *texerunt*. J. F. Gronov. *Texerunt tamen* receptum erat ex conjectura editoris, quam ad marginem ed. Rom. 1616. adjecit.

CAP. II. § 2 *Senior jam et infirmior*] Puto *senior*. Virgilius Æn. VI. 304. 'Jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus.' *J. F. Gron.* Conjecturam Gronovii firmat locus Plut. in Quinct. p. 372. Ἄτταλος μὲν (ὡς ἔοικεν) τοῦ γήρως προθυμότερον ἑαυτὸν τῷ Τίτῳ ῥήτορα παρασχεῖν φιλοτιμούμενος. Alibi ita variant codd. Exemplum occurrit XXXVIII. 7. § 10.

§ 3 *Dum regem auferunt perferuntque*] Fortasse *refoventque*. Tacitus

Digitized by Google

Ann. XII. 66. 'Claudius valetudine adversa corripitur, refovendisque viribus mollitie cœli et salubritate aquarum Sinnessam pergit.' Nisi malis *reficiuntque*. Lib. XXXIX. c. 49. de Philopœmene: 'diutino morbo ex quo tum primum reficiebatur.' Et ibid. 'Haud secus quam ducem suum attollunt reficiuntque.' Ovidius Met. XIII. 171. 'Ego Telephon hasta Pugnantem domui, victum orantemque refeci.' *J. F. Gron.*

Paullisper concio intermissa est] Ita Ant. Quærengius in margine ed. Rom. conjecit, eamque emendationem postea Gruter. Gronov. aliique receperunt, quum in unico cod. legeretur *contentio* sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 6. § 4. et X. 45. § 1.

§ 4 *Aristænus inde, Achæorum prætor*] Hæc iterum lectio recte ex Ant. Quærengii emendatione admissa est. In Msto unico erat *Aristhenus inde Achæorum P. R.* De Achæorum hoc prætore, eumque verius *Aristænum* vocari, vidimus ad XXXII. 19. § 2. et c. 32. § 11. Sæpissime etiam librarios *Pr.* id est *prætor*, in *P. R.* id est *Populus Romanus*, perperam commutasse, dictum est ad XXXI. 10. § 4. Mox Dan. Heinsius apud Elzev. primus edidit *majori auctoritate*, quia operarum errore in postrema Gruteri invenerat *major auctoritate*. Heinsii autem lectionem recentiores omnes servarunt contra fidem unici cod. quî simul cum editis prioribus præfert *majore auctoritate;* quod revocavi.

§ 6 *Rogatio inde, a Platæensi Diœarcho lata recitataque, de societate cum Romanis jungenda*] Locus hic admodum corrupte in cod. Bambergensi legebatur hoc modo: *Rogatio inde ablata cusidice archolata, recitataque cum Romanis jungenda;* quod autem nunc vulgo circumfertur, primo in ed. Rom. margine expositum, postea a viris doctis in contextum receptum est. Neque habeo quod culpem, nisi tantum corruptæ lectionis vestigia exigere videri, ut *ab Platæensi Diœarcho* legamus. Qui autem hæc verba, idem et sequentia restituit, quæ ita in Msto corrupte exstabant: *nullo contra edicere audente, omnium Bœotice civitatum suffragiis accipitur.* Ceterum inter vana somnia referenda est sententia Doujatii, existimantis, *Diœarchum* esse nomen, quo summus magistratus indicatur, desumtum a justo principatu: præterea ex hoc loco adparere, Bœotorum rempublicam hoc tempore sic fuisse constitutam, ut Thebanorum in ceteras urbes perpetuum non esset imperium, sed per urbes reliquas ambularet, et nunc penes Platæarum prætorem esset. Nam, ut etiam Crevierius docuit, 'Diœarchus' est nomen viri proprium, quo etiam adpellatus est frater Thoantis prætoris Ætolorum XXXV. 12. et XXXVI. 28. et sæpius apud Polyb. Qui autem Bœotorum reipublicæ præerant, non Diœarchi, sed Bœotarchæ, Græcis Βοιωτάρχαι et Βοιωταρχοῦντες vocantur. Hi videntur fuisse legati populorum, ex quibus respublica Bœotorum coaluit; unde non unus eo tempore, sed plures simul fuerunt. Livius XLII. 43. 'Decretum fecit Thebis, ne Bœotarchæ urbibus reciperentur.' Septem simul memorantur apud Paus. in Bœot. c. 13. Ad undecim usque fuisse dicuntur apud Thucydidem IV. 91. Omnes autem ad commune concilium hoc loco Thebas convenisse. Eosdem etiam in Minervæ Itoniæ templum convenisse, auctor est idem Paus. in Bœot. c. 34. Plura vide apud Emmium in Græc. vet. in Descr. Reip. Theban. et Vinding. in Hellade, titulo Bœoti Æoles.

§ 9 *Adscitis, quoniam tuta ea pacis esse*] Hæc lectio demum adparuit in ed. Jac. Gronov. majori a. 1679. sed sine dubio operarum errore, copula-

Digitized by Google

quam *et* omittentium. Ea enim et in reliquis aliorum, et in minori ejusdem Gronovii ed. 1678. superest hoc modo *et quoniam tuta ea.* Prioris editionis *ἀμάρτημα* servavit Clericus, quod emendarunt Hearnius et Crevierius. Deinde *et quoniam tuta* primum inveni in ed. J. F. Gronov. 1665. In cod. Bamb. legebatur *et qūo tuta*, quod Quereng. in margine exponit, *et quando tuta*, neque opus erat, ut in *quoniam* mutaretur; quum *quando* pro 'quoniam' sæpe usurpetur. Supra VII. 10. 'Vole ego illi bellum extendere, quando adeo ferox præsultat hostium signis, me ex ea familia ortum.' IX. 4. 'Se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque clausi essent.' c. 9. 'Ego tamen, quando neque de noxa nostra, neque de pœna retulistis, omissa defensione, sententiam paucis peragam.' Eodem cap. 'Sponsione tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur populus Romanus.' X. 14. 'Desperato improviso tumultu, quando in apertum semel discrimen evasura esset res, et ipsi acie justa maluerunt concurrere.' Alia vide ad XL. 9. § 1. Illud *qūo* posset etiam reddi per *quom*, sive *quum*. Sed alterum placet. Vide ad c. 6. § 5.

CAP. III. § 2 *Macedonas, ipso quoque regnante: et navalibus*] Distinguendum ita: *Abs. enim per multos jam annos continua bella Mac.: ipso quoque regn. et nav. bellis adv. Rhodios Att., et terr. adv. Rom. occiderat magnus numerus.* Jac. Perizon. Distinctio, quæ recte Periz. displicuit, primum extitit in Heinsii ed. Elzev. Priores interpungunt *Macedonas, ipso quoque regnante, et navalibus.*

§ 4 *Tirones ab decem et sex annis*] Ita primus J. F. Gronovius. Priores per notas numerales *ab XVI. annis*; quod reddendum est *ab sedecim annis.* Mox § seq. *diu* ed. Rom. pro quo vir doctus in margine legendum conjecit *Dium.*

§ 5 *Secundum vernum æquinoctium*] Vide Dodwell. de Cyclis X. 91. *Duk.*

§ 6 *Præter Thronium et Scarpeam*] Sic Ms. Quærengus corrigit *Scarphen.* Propius est *Scarpheam.* Oppidum est Locrorum, qui Epicnemidii dicti, Græcis Σκάρφη et Σκάρφεια. Ita enim Eustathius de Strabone ad Hom. Il. B. vs. 532. p. 210. Ὅρα ὅτι καὶ Σκάρφην λέγει καὶ Σκάρφειαν τὴν αὐτήν. Ptolemæus IV. 7. item Σκάρφειαν vocat, et Pausanias in Achaicis c. 15. et Plinius IV. 7. *Horrion. Scarphia* vocatur XXXVI. 19. ubi vide quæ notantur. De ea consule Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 716.

§ 7 *Concilium Ætolorum, &c. tenuit*] Id est, eum detinuit. Ellipsis accusativi personæ neminem debet offendere. III. 26. 'Confestim se dictator magistratu abdicasset, ni comitia M. Volscii, falsi testis, tenuissent.' Et XXXIV. 39. 'Et primo angustiæ suæ hostiumque referta turba tenuerunt.' Si hoc displicet, per me licet, legatur 'indictum eum tenuit.' XXXV. 42. 'Tres eum civitates tenebant.' Et ibid. 'Tenuit eum et de Annibale deliberatio.' *Duk.*

§ 8 *In confinio Æniænum Thessalorumque*] Gronov. ad Livii XXVIII. 5. § 15. testatur, in codice Bamberg. *fuisse in confinio Æniatium*; sed recte, ut nunc editur, *Æniænum* emendatum esse. Quod unde noverit, latet: certe ed. Rom. jam *Æniænum* præfert.

§ 9 *Nihil morati Ætoli sunt. Phanea duce*] Docet Hearnius, Cellarium malle *Ætoli Phanea duce.* Sed credo pro Cellario memorandum fuisse Perizon. qui ad Sanctii Minervam IV. 8. p. 709. scribendum conjicit, *Nihil morati Ætoli, Phanea duce, duo millia peditum cum quingentis equitibus venerunt.* Ita Livium loqui potuisse, confiteor. Unici tamen cod. auctoritatem rejiciendo vulgatam, quæ nihil

Digitized by Google

vitii continet, spernere, eoque invito τὸ *sunt* expungere, temerarium puto. Dukero etiam elegans, sed non necessaria conjectura videtur.

Phænea duce, ducenti pedites cum equitibus quadringentis venerunt] Membranaceus *DC*. Quærengus *MM*. vel *duo millia*. Plutarchus de copiis Titi in Flamin. p. 372. ὑπὲρ ἑξακισχιλίους καὶ δυσμυρίους ἔχων στρατιώτας· ὧν οἱ Αἰτωλοὶ πεζοὺς ἑξακισχιλίους καὶ ἱππεῖς τετρακοσίους παρεῖχον. *J. F. Gron.* In ed. Rom. quæ ex membranaceo procurata est, non *DC*. sed *ducenti*, invenio. Si tamen in cod. scripto *DC*. vel *VI*ᵉ. quod tantumdem valet, exstiterit, suspicio nasci posset, legendum esse *VI*ᵐ. id est *sex millia*. Tot enim pedites ab Ætolis ad Quinctium adductos esse, testatur Plut. loco a Gronov. laudato; de numero enim equitum inter Plutarch. et Livium etiam convenit. Quo minus tamen hanc conjecturam pro vera venditare ausim, illud obstare video, quod Liv. cap. seq. referat, Romanis 'ferme parem' numerum fuisse, ac Philippo; sed equitum copiis Ætolorum accessu Romanos superasse. Quibus verbis indicat, plures aliquanto pedites Philippo, quam Romanis, fuisse; quum tamen numerus peditum Romanorum apud Plut. major sit numero peditum Philippi, quem edit Liv. cap. seq. adeoque Plut. non in omnibus Livio consentiat. Ceterum ad verba præced. dictum est, Perizon. pro *equitibus quadringentis* legisse *quingentis* vel *D. equitibus*: quam conjecturam non recipiendam esse, idem locus Plutarchi docet. Corrupte etiam *Phanea* erat in Msto Bamb. qui error ubique in aliis Livii codd. obcurrit. Vide ad XXXII. 32. § 11. Mox *Et ne dubium esset* in margine ed. Rom. scribendum conjicit Quæreng. et receperunt Paris. 1625. Sed recte voculam *et*, quæ non necessaria est, reliqui omnes spreverunt.

§ 10 *Duce Cyndate*] Ms. *Cydante*. Sed omnino legendum *Cydate*. Hoc enim nomen usitatum apud Gortynios, discimus ex Polyb. in Excerpt. Legat. num. XLV. Κοσμοῦντος ἐν Γορτυνῃ Κυδάτου Ἀντιτάλκους. *Horrion*. *Cydante*, quod in Msto esse Horrion testatur, commode servari potest. Certe 'Cydantem Cretensem' memorat Livius XLIV. 13. ubi pro *Cydantem* Sigon. conjicit *Cydam*, quam lectionem et ipse et reliqui receperunt. Vide quæ ad eum locum notantur. *Cydante* autem formatur a casu recto 'Cydas.' Liv. XLIV. 24. 'Cydas erat Cretensis ex intimis Eumenis.' Eodem modo ut 'Atlas,' 'Mimas,' et similia. Vide Voss. Gramm. IV. 8. In loco Polybii, quem Horrion laudat, Κυδωνιάτου, pro Κυδάτου, legendum censet Fulv. Ursinus. Paullo ante *Ptiocum* Mstum, pro quo in marg. ed. Rom. recte emendatur *Phthioticum*.

Haud dispari armatu] Sic exstat in Ms. Puer, qui exemplum fecit, ex quo pars hæc Livii primum in Italia typis descripta est, reddiderat *armatum*, Quærengus *armatura*. Nobis nihil mutare libuit. *Horrion*. Recte. Est enim vox Livio usitata. Vide Gronov. ad XXVI. 5. § 3. qui eamdem etiam Livio restituere conatus est hoc lib. c. 18. § 2. Eadem etiam utitur Curtius III. 2. 'Peditum decem millia pari armatu sequebantur.'

§ 12 *Disseruisset, ad ea, quæ tum maxime animos terrebant, quibusque erigi ad aliquam spem*] Ita emendatum est a viro docto in margine ed. Rom. In ipso contextu ex Msto editur *diss., de re tum max. an. terrebant, quibusque ad aliquam spem*.

CAP. IV. § 1 *Acceptæ ad Aunum*] Immo *Aoum*, ut constat ex l. XXXII. c. 10. et seqq. et Straboni VII. 316. est Ἄωος. Ex quo disces, cur inter se super hac clade dissentiant Livius et Plutarchus in T. Quinctio p. 370. Hic enim ad *Apsum* flumen conti-

Digitized by Google

glsse tradit. Nimirum exiguo intervallo distant Apsus et Aous. *Horrion.* *Ad Aoum* est ex Quæreng. conjectura, ad marginem ed. Rom. exstante: *ad Aeum* legunt ipsæ membranæ; pro quo, unica litera extrita, recte Horrion *ad Aoum*. Non aliter etiam Freinsh. ad Flori II. 7. § 10. ubi vide etiam Dukerum.

Cladi terra Macedonum phalange] Quærengius *territa*. Legendum *terra a Mac. phalange*. Historia est XXXII. 15. ubi pro illis *Inde ad Ragen est profectus*, scribe *Inde Atracem*. Oppidum est Atrax super Peneum. Romani obsidentes id oppidum, decussa jam aristibus muri parte, posteaquam per ipsas ruinas transcenderunt, objecta phalangis sunt expulsi. Inde multis frustra tentatis, quia nec muturam expugnandi spem, nec rationem procul a mari, et in evastatis belli cladibus locis hibernandi cernebat, Quinctius relicta obsidione Anticyram in Phocidem se contulit. Hoc igitur est, quod ait hic Philippus, a Macedonum phalange ad Atracem 'terra vi pulsos' Romanos. *Horrion.* *Territa Macedonum phalange* Romæ dederunt, quod locum habere non posse, demonstravit eruditus Horrion: ipse quod in unica membrana erat, *terra Macedonum* præpositione tantum adjecta, ut sit *terra a Macedonum*, tuetur, quod, obsidione relicta, Anticyram se contulerit in Phocidem Quinctius. Acute, nisi nimium est: nam discesserunt illi quidem, non tamen a phalange terra pulsi, sed quod procul a mari et in evastatis belli cladibus locis hibernandi non erat copia. Forte, *ter a Maced. phalange ad Atr. vi pulsos Rom. opponebat.* Quod et in margine habet Patherbornensis ed. Vide XXXII. 17. *J. F. Gronovius.* Quærengii conjectaram *territa* probat Crevier. Putat enim obponere Philippum Macedonum phalangi, repentino terrore degredientium e jugis Romanorum perculsos, Romanos ad Atracem non improviso aliquo terrore, nullis insidiis, nulla arte, sed vi pulsos. Eam quidem Horrion rejecit, non tamen demonstravit, locum habere non posse, ut credidit Gronov. Et sane posset ea lectio defendi. Macedonas enim terrore in fugam effusos fuisse, constat ex Livii XXXII. 12. 'Neque inpunita temeritate inde recepissent sese' Romani, 'ni clamor primum ab tergo auditus, dein pugna etiam cœpta amentes repentino terrore regios fecisset.' Id tamen longius a Msto discedit. Malim itaque cum Gronov. *ter a Macedonum phalange.* Aliquoties, post decussum murum, a phalange Macedonum repulsos fuisse Romanos, constat ex lib. XXXII. c. 17. Mox *ad Atragem* cod. Bamb. pro quo Quæreng. recte emendavit *ad Atracem.*

§ 3 *Et loco æquo justaque pugna semper mansuram invictam*] Ita recte Quæreng. emendavit, quum ex cod. Bamb. editum fuisset *ex loco æquo, &c. mansuram invitam.* Illa *et* atque *ex* sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad XXVI. 45. § 1. Similiter 'invitus' et 'invictus.' Vide ad Epit. Liv. l. III.

§ 4 *Decem et sex millia militum hæc fuere*] *Decem et undecim mil. militum* Romæ ex Msto Bamb. editum est, pro quo Quæreng. conjicit *X. et VI. M.* Error inde ortus videtur, quod, quum notis numerus scriptus esset, librarii notas *V.* et *X.* confuderint, et pro *VI.* dederint *XI.* Vide ad XXXIX. 29. § 7. Quum autem etiam per compendium *mil. militum* in ed. Rom. vulgatum esset, *M. militum* ad ejus marginem Quæreng. conjecisset, illi deinde, qui ed. Paris. 1625. præfuerunt, id minus recte evolverunt *millium militum*, eodem illo errore, qui sæpe a scribis indoctis in codd. committitur. Vide ad XXV. 9. § 16. *Millia militum* jam Dan. Heins. apud Elzev. substituit.

Ad hoc duo millia cætratorum, quos peltastas adpellant] In Msto fuit *Ad*

Digitized by Google

hoc $\overline{XX}$. *cetratorum, quos peltas adpellant.* Sed Quæreng. in marg. ed. Rom. conjecit *Ad hoc* CIↃ CIↃ *cetratorum.* Solent autem notæ numeri denarii *X.* et millenarii CIↃ sæpissime confundi. Vide mox ad § seq. et hoc lib. ad c. 14. § 5. Deinde idem etiam scribendum conjecit *peltastas*, cujus loco Paris. 1625. perperam dederunt *peltatas*: Supra XXVIII. 5. 'Menippum item quemdam ex regiis ducibus cum mille peltastis (pelta cætræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit.' l. XXXI. c. 36. 'Nocte cætratos, quos peltastas vocant, &c. in insidiis abdiderat.'

Triballi nomen est gentis] Sic correxerunt Romæ. In scripto *Trailis.* Scribendum autem *Trallis nomen est genti.* Neque enim hi alii, quam qui appellantur in auxiliis ejusdem Philippi XXVII. 32. 'Contracto jam inter Ætolos et Trallos (Illyriarum id est genus) certamine.' Et XXXI. 35. 'Quadringentos Trallos (Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus) et Cretenses trecentos.' *J. F. Gron.* Romæ edebatur *traelis est nomen gentis.* Quæreng. autem in ejus ed. margine *Triballi nomen est gentis* conjecit Gronov. in prima ed. natt. *Triballis nomen est genti:* quod recte secundis curis mutavit. Pessea etiam *Trallibus nomen est genti.* Vocantur enim *Tralli* et *Trallos.* Dedissent autem *Traclis* vel *Trailis* pro *Trallibus* eodem errore, quo *principiis* pro *principibus.* Vide ad XXI. 60. § 7. Mox Quæreng. interpunctionem mutandam censebat hoc modo, *par numerus bina millia. Erant et misti.*

§ 5 *Mercede conducti auxiliares mille ferme, et bis mille equitum*] Sic reddiderunt notis expressa *CIↃ CIↃ equitum:* hoc est, ut solet Livius, *duo millia equitum.* Impingit eodem modo Rhenanus III. 5. 'Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos.' Ait esse in scripto *VACCC.* hoc est *quinquies mille trecentos.* Ut aliquid ei concedamus, delere licet copulativam: nam et Pal. unus *V. millia ac CC.* quod parum refert: cæteræ notæ significant vulgatum. *J. F. Gron.* Ex cod. Bamb. editum est Romæ *X. ferme, et XX. equitum:* pro quo Quæreng. in margine ejus ed. conjecit CIↃ *ferme, et* CIↃ CIↃ *equitum.* Vide modo ad § præc. Hæ autem notæ in Heinsii ed. Elsevir. perperam reddunter *mille ferme, et bis mille equitum,* licet jam antea Paris. 1625. vulgassent recte *mille ferme, et duo millia equitum.* Eodem errore *quater centena millia* legebat Rhenan. ad Livii III. 3. § 9. *III. mille,* sive *ter mille* Rubon. ad XXII. 37. § 8. *bis denum millium* Pighius ad XLII. 19. § 6. Ejusdem etiam erroris exempla in Mss. et edd. antiquis plura obcurrunt. Ita 'ter centum' VII. 19. § 2. 'bis centum' XXII. 52. § 4. 'decies centum' XXXIII. 42. § 8. 'quatuor centum' XXXV. 41. § 9. XXXVIII. 41. § 12. 'quinque centum' XXXIV. 52. § 7. XXXV. 43. § 6. 'bis senos' XXXVIII. 1. § 6. Parum usitatam loquendi formulam vocat Crevier. et tamen ipse *ad bis mille* Livio obtrudere conatur XXVI. 42. § 7. ubi Sigonius *ad duo millia* scribendum conjecerat. Est tamen locutio potius poëtica, et aliquoties etiam apud posterioris ævi scriptores obcurrit. Vide ad XXXVIII. 1. § 6. Præterea *mercede educti* edd. Rom. et alii, pro quo Gronov. primus dedit *conducti.* Forte olim per epitomen scriptum fuerat *ēducti,* quod indocti librarii maturant in *educti* sollemni errore. Vide ad XXXVII. 5. § 5. Sine necessitate etiam *auxiliares,* quod in Mate falsse videtur, et præfert ed. Romana, Quæreng. in ejus margine mutat in *auxiliarium,* passime ed. Paris. 1625. in *auxiliarum.* Nam, 'mille passuum,' 'mille equitum,' 'mille jugerum' Livium quidem usurpasse, vidimus ad XXI. 61. § 1. non tamen 'mille passu,' 'mille equites,' 'mille jugera' displicere, et iavitis Mss. mutari debent.

Digitized by Google

§ 6 *Qui tamen copiis tantum quod Ætoli accesserant, superabant*] Alii ediderunt, *qui tum copiis*. Restitue, *Romanis ferme par numerus erat; eq. copiis tantum quod Ætoli accesserant, superabant:* nempe copias hostium numero. Lib. v. c. 38. 'Haud dubius facilem in æquo campi tantum superanti multitudine victoriam fore.' Junctas easdem particulas habes XXII. 2. 'Tantum quod exstaret æqua, quærentibus ad quietem.' Quamvis hic τὸ *quod* potius videtur pronomen. Est et brevissimi temporis descriptio. Cornelius Nepos in vita Datamis cap. 6. 'Hac re probata exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur, qui tantum quod ad hostes pervenerat. Datames signa inferri jubet.' Id est, commodum: eo ipso momento, quo Datames eum assecutus est, sic ut consilii sui rationem nondum illis edere ac probare satis potuerit. Suetonius Octavio cap. 63. 'Juliam primum Marcello, Octavia sororis sua filio, tantum quod puerilium egresso.' c. 98. 'De navi Alexandrina, quæ tantum quod appulerat.' Nerone cap. 6. 'Natus est Antii, XVIII. Cal. Januarias, tantum quod exoriente sole.' Potuisset etiam dicere, 'qui tantum quod ad hostes pervenerat, cum Datames signa inferri jubet.' Ut Cicero Fam. lib. VII. cap. 23. 'Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literæ redditæ sunt.' Ad Attic. XV. 13. 'Hæc cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse prolatam.' Velleius II. 117. 'Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello Cæsar manum, cum intra quinque tanti consummati operis dies funestam ex Germania epistolam.' Libri, in quibus est, *qui dum ad hostes*, aut *qui tantum dum*, partim sunt mutili, partim interpretationem habent pro verbis auctoris. Tolerabilius tamen posterius: nam *tantum dum* est id ipsum, quod *tantum quod*. Male hunc trahit Heraldus in postremis observationibus illud Tertulliani Apolog. III. 'Bonus vir C. Seius: tantum quod Christianus:' vultque esse, repente factus Christianus: rectius alii, et ipse olim πλὴν ὅτι. Non enim simpliciter aliquid nuper factum narratur, sed laudatur Seius iste cum exceptione. Suavis ejusdem formulæ alius usus apud Ciceronem, ut 'Tantum quod non facit' sit propemodum facit: minimum abest, quin faciat. In Verrem I. 45. 'Composuit edictum iis verbis, ut quivis intelligere possit, unius hominis causa conscriptum esse, tantum quod hominem non nominat: causam quidem totam perscribit.' Et III. 53. 'Ait se misisse et confirmasse, suam interposuisse auctoritatem, tantum quod aratoribus Metellus obsides non dedit, se nulla in re Verri similem futurum.' Ita cum fuisset olim in editis, et invenisset Gruterus in suis scriptis, non debuit probare Victorianum *tantum non aratoribus Met. obsides dedit*. Est enim non observata hac formula mutilatum. J. F. Gron. Omnes, quas vidi, edd. *qui tum copiis;* pro quo cum Gronov. recepi *equitum copiis*. De formula loquendi 'tantum quod,' quæ tamen alterius loci est, et huc omnino non convenit, videri possunt Lambin. ad Nep. Dat. et plures viri docti ad pleraque loca a Gronovio laudata. Adde Græv. ad Luciani Solœc. pag. 729. et Perizon. in Notit. nuper. p. 22. Præterea *superabat* edd. quas consului, usque ad Gronov. qui *superabant* edidit.

CAP. V. § 1 *Per Timonem principem civitatis*] Ita primum inveni in ed. Gronovii 1665. Priores, quas vidi, legunt *per Dimonem*. Verum 'Dimonis' aut 'Timonis' nomen apud Græcos frequens fuit, 'Dimonia' nondum obcurrisse memini.

§ 2 *Ni castris exciti repente pedites*] Ita recte Ant. Quæreng. in margine ed. Rom. conjecit, pro *in castris*.

Digitized by Google

§ 4 *Satis gnarus, jam in Thessalia*] Sic Gronovius, id requirente, quod sequitur, *parare jubet*, scribendum monuit in prima ed. notarum, testatus ex duabus edd. postremis hujus partis, quæ sibi solæ in promtu, alteram præferre *gnarum*, alteram *gnaro*. Et posse hoc tolerari pro cognito, ut apud Tacitum et alios παθητικῶς accipitur: nondum tamen meminisse, in Livio sic reperisse. Habere quoque nescio quid arcani decoris illam variationem: *satis gnarus, nondum comperto*. Hæc cur in sequentibus edd. omissa sint, non adsequor. Ipsum enim Gronov. non induxisse, neque conjecturæ pœnituisse, inde conjicio, quod ipsa tamen emendatio in contextu servata sit: *gnarum* servant omnes edd. quibus usus sum, præter Heinsii Elzevir. quæ habet *gnaro*.

§ 6 *Quum castra his ante objectis sepsissent*] Illa lectio exstat in margine ed. Rom. in ipso cod. erat *sæpissent*. Quod adtinet ad formam verbi, Vossius monuit Gramm. v. 33. Livium lib. XLIV. *sepii* pro *sepsi* dixisse. Locus exstat XLIV. 39. 'Quum munimentis ea sepissent.' Sed vide quæ ibi notantur. Quod ad orthographiam, sæpe hanc vocem per diphthongum in Mss. exarari, eamque scripturam multis viris doctis probari, aliis displicere, vidimus ad III. 37. § 6. VIII. 8. § 10. et IX. 2. § 9.

§ 8 *Qua vulsa, portæ instar extemplo patebat*] Hoc modo primum a Gronov. editum vidi. Verbum autem 'vellere' in hac re usitatum esse, patet ex illis quæ notantur ad II. 25. § 3. Verum quum priores, quas vidi, edd. constanter legant *quæ vulsa*, etiam Rom. 1616. quare ita etiam in Msto Bamb. fuisse suspicor, propius hanc lectionem accedere videtur, si, nulla litera extrita, legamus *qua evulsa*. Nam et 'evellere' in hac re usurpatur. Ita verbis præc. 'Tres juvenes connisi arborem evellebant.' Et postea hoc cap. 'Si evulsus forte est unus, nec multum loci aperit.'

§ 9 *Trium, aut, quum plurimum, quatuor ramorum vallos cædit*] Sic Quæreng. in margine ed. Rom. emendavit, quum ex Msto in contextu ederetur *complurium*. Similiter emendandum docuit Freinsh. ad Tacit. Ann. IV. 51. et ad Curtii VIII. 11. § 8. adducto etiam hoc Polybii loco, quem Livius vertit, ex XVII. 14. Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἔχουσιν οἱ χάρακες, ὅτι δὲ πλείστας, τέτταρας. Voces 'complures,' et 'quum plurimi' vel 'quam plurimi' confundi, vidimus ad IV. 31. § 2. Mox τὸ *simul*, quod in nulla priori ed. comparuit, primus addidit Gronov. a. 1665. Polyb. loco laud. inquit, Ὁ γὰρ εἷς ἀνὴρ φέρει τρεῖς καὶ τέτταρας, συνθεὶς ἐπ' ἀλλήλους.

§ 10 *Densos adfigunt inplicantque ramos*] Ms. *offigunt*. Quod verbum hoc loco magis convenit. Et eo usus Plautus Mostellaria II. 1. 13. *Horrion*.

Ut neque, quæ cujusque stipitis palma sit pervideri possit] Hæc mutila. Sententiam habes in his verbis Polybii (XVII. 15.) Τιθέασι γὰρ εὐθέως ἐμπλέκοντες εἰς ἀλλήλους οὕτως, ὥστε μήτε τὰς κεραίας εὐχερῶς ἐπιγνῶναι, ποίας εἰσὶν ἐκφύσεως τῶν ἐν τῇ γῇ κατωρυγμένων, μήτε τὰς ἐκφύσεις, ποίων κεραιῶν. *J. F. Gron.* Alterum membrum orationis deesse, ex loco illo Polybii conjicit Crevierius; id autem ita concipi posse, *neque quis cujusque palmæ stipes*. Præterea *pervideri* primus Gronov. 1665. edidit; priores *provideri*. Sed alterum verius est, quod est 'perspicue,' 'penitus videre.'

§ 11 *Neque prehendi, quod trahatur, neque trahi*] *Neque tradi* edd. ante Gronov. qui *neque trahi* non tantum in contextum recepit, sed expresse in prima not. ed. ita legendum monuit, adscriptis his verbis Polybii, ex quo totus hic locus depromtus est, XVII. 15. Οὔτ' ἐπιλαβέσθαι παρείραντα τὴν χεῖρα δυνατὸν, ἅτε πυκνῶν οὐσῶν καὶ προσπιπτουσῶν αὐταῖς, ἔτι δὲ φιλοπόνως ἀπωξυμμένων τῶν κεραιῶν, οὔτ' ἐπιλαβό-

Digitized by Google

μενον ἐκσπάσαι ῥᾴδιον. Hæc autem admonitio ejus, non video, cur in curis secundis omissa sit; præsertim quum ipsa ejus emendatio in contextu servata sit.

§ 12 *Et si evulsus forte est unus*] Hanc lectionem Gronov. 1665. recepit. Priores legunt *et si vulsus.* Vide ad § 8.

CAP. VI. § 2 *Quidve pararet, misit*] Ita Quæreng. in margine ed. Rom. conjecit: in contextu edebatur *qui dis pararet.* In initio cap. *postera die* ed. Paris. 1625. Sed recte priores omnes *postero die.* Vide ad I. 12. § 1.

§ 3 *Circa Larissam erat rex, qui certior*] Pronomen, quod a prioribus perperam aberat, apud Elzevir. addidit Dan. Heinsius.

§ 4 *Quum inter se conspecti essent, constiterunt*] Sic Quæreng. emendavit in margine ed. Rom. 1616. quum in contextu *constituerunt,* unica litera interjecta, ederetur: quod supplendum *constituerunt signa,* existimat Crevier. quemadmodum similiter supplet Gronov. ad XXVII. 16. § 11. Id tamen aliquam hoc loco dubitationem movere posse agnoscit, quod mox cap. seq. ubi legitur legendumque est, *non ante restiterunt,* exemplar unicum habuit *restituerunt;* ita ut hic etiam *constituerunt,* pro *constiterunt,* inrepere potuisse videatur. Posterius illud mihi hic verius videtur. Alibi etiam *constiti* et *constitui* a librariis commutari, vidimus ad d. loc. Livii.

§ 5 *Quum præter spem hostis obcurrisset*] In unico cod. exstitit *quo præter spem;* pro quo Gruter. 1628. pessime edidit *quomodo præter spem:* quod quum aperte vitiosum esset, Gronov. 1644. *siquidem præter spem,* nimium a vestigiis scriptæ lectionis recedens, subposuit: quo nomine et ipsum conjecturæ suæ pœnituisse verisimile fit, quia a. 1665. edidit *cum præter spem:* quasi *quo,* ut Mstum legit, foret idem ac *quom,* quomodo sæpe pro *quum* scribi solet. Id tamen ideo minus placet, quia in cod. Bamb. alibi hanc orthographiam usurpatam esse non constat. Nihil igitur propius, quam ut Quæreng. sententiam probemus, qui in margine *qũo,* exponit *quando;* eodem modo, quo hoc scribendi compendium etiam reddidit c. 2. § 9. ubi vide.

§ 6 *Non minimum Ætolorum opera regii fugati*] Scribe *non minima Æt. opera:* id est, egregia. Polybius de iisdem Ætolis l. XVII. c. 15. *συνέβαλον ἐκθύμως.* Ita solet Livius. Vide ad XXVIII. 25. Sic etiam forte scribendum XXI. 40. 'Aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen non ægre vicissent:' hoc est, facile, non magno molimento et labore. Sic optimus Pal. Alii libri, omissa negativa, *ægre:* unde exstitit a Vallæ conjectura vulgatum *egregie.* J. F. Gron. Simili modo *maximo usui fuit,* pro *maxime,* ex Mss. restituitur XXXI. 42. § 8. Vulgatum tamen defendit Crevier. qui *non minimum* exponit 'magna ex parte,' 'maxime.' De locutione 'non minimum' pro 'maxime,' vel 'non minima' pro 'egregia,' vide ad XXX. 45. § 5.

§ 7 *Magnum utrisque impedimentum*] Inepte Paris. 1625. dederunt *Magnum utriusque impedimentum.* Vide ad XXXVI. 16. § 6. Mox *coartata* ed. Rom. 1616. Vide quæ notantur ad II. 50. § 8. et III. 6. § 3.

§ 8 *Ambo Scotussam petierunt*] Ita Gronov. 1665. edidit. *Scotrisam* ex cod. unico habet ed. Rom. 1616. in cujus margine pro eo emendatur *Scotusam,* quod reliquæ usque ad Gronov. servarunt. Vide ad XXXVI. 5. § 11. Mox recte Gronov. edidit *prægressus;* pro quo priores dederant *progressus.* Vide ad IX. 10. § 7.

§ 10 *Romani ad Eretriam Phthiotici agri*] Hunc totum locum mire depravatum restituimus ex Polybio XVII. 16. At vicissim Polybius Livio nostro debet. Nam ubi est Ἐρέτριαν τῆς φ***ς, interpretes in illa voce extrita

Digitized by Google

hallucinati sunt. At cum Livius, qui se hoc ipso loco Polybium sequi profitetur, *Eretriam Phthiotici agri* faciat, quis ambigat, quin a Polybio sit scriptum Ἐρέτριαν τῆς Φθιωτικῆς. Ex eodem Polybio restituimus *Melambium* et *Thetideum*. Sic enim ille: Φίλιππος μὲν ἐπὶ Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Ἰκοτοσσαλίας. Τίτος δὲ περὶ τὸ Θετίδειον τῆς Φαρσαλίας. De Thetideo vide Euripidem et ejus Scholiasten initio Andromaches. *Horrion.* Hinc vides, in Polybio scribendum et supplendum, Ὁ μὲν Τίτος ἐπὶ τὴν προσαγορευομένην Ἐρέτριαν τῆς Φθιώτιδος, ὁ δὲ Φίλιππος ἐπὶ τὸν Ὀγχηστὸν τοτμὸν αὐτοῦ κατέζευξαν. Non *Pharsalias*, ut suspicatus est vir summus. Strabo inter τὰς ὑπὸ τῷ Φθιωτικῷ τέλει τῷ ὑπ' Ἀχιλλεῖ κατοικίας nominat Ἐρέτριαν ὁμώνυμον τῇ Εὐβοικῇ l. IX. p. 433. Cæterum hæc scripseramus ante viam Horrionem, ne quis ex eo deformata putet. *J. F. Gron.* Rectius ex hoc Livii loco Polybium emendavit Gronovius, quam Palmer. in Exercit. p. 88. qui conjecit Ἐρέτριαν τῆς Φαρσαλίας ex Strab. X. pag. 447. quamvis etiam Ἐρέτριαν περὶ Φάρσαλον memoret Eustath. ad Hom. B. p. 211. in fine. Prænositionem *ad*, quæ aberat a Mss. ex conjectura addendam esse, in margine editionis Rom. 1616. monuit Quereng.

§ 11 *Ad Melambium, quod vocant Scotussæi agri*] *Ad Melambium* legendum esse, vir doctus ad marginem ed. Rom. 1616. monuit, quum in ejus contextu foret *ad Melandium*: quam emendationem sibi vindicat Horrion § præc. *Scotussæi agri* primum vidi in ed. Gronovii a. 1665. quum a. 1644. *Scotussæi* edidisset, itaque in prima ed. notaram legendum monuisset. Vide modo ad § 8. Ante Gronov. vulgabatur *Scotusæa agri*. Sed in loco Polyb. ab Horrione laudato est Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Ἰκοτοσσαλίας. Mox *circa Thetidem* cod. Bamberg. pro quo *circa Thetidium* repouit vir doctus in margine ed. Rom. 1616. *circa Thetideum* Horrion ad § præc. ex Polybio laudans Θετίδειον, quod Latine vel *Thetidium* vel *Thetideum* efferri potest. Malo tamen *Thetidium*, quia cap. seq. etiam in Mste Bamb. ita scriptum fuisse indicatur, et non tantum in Polyb. verum etiam Strab. IX. 431. bis Θετίδιον vocatur. Præterea *satis compertum haud habuerunt* Mstum Bamb. Verum *haud* delendum esse vir doctus in margine ed. Rom. 1616. monuit.

CAP. VII. § 1 *Nubibus in terram demissis*] Vide Periz. in Curtio Vind. p. 84. *Duk.*

§ 3 *Supergressi tumulos, qui Cynoscephalæ vocantur*] *Supergressi* perperam ed. Paris. 1625. Non displiceret etiam, si codex consentiret, *quæ Cynoscephalæ vocantur*. Ita enim *Livium* loqui maluisse, vidimus ad XXXII. 30. § 5.

§ 4 *Decem turmas equitum et mille pedites misit*] Polybius XVII. 17. Ὁ δὲ Τίτος στρατοπεδεύων περὶ τὸ Θετίδειον, καὶ διαπορούμενος ὑπὲρ τῶν πελταστῶν, νοήσας' εἰσὶ, δίκα προθέμενος ὀβολοὺς, καὶ τῶν εὐζώνων εἰς χιλίους ἐξακόσιους τελε. Iteramque c. 18. οὐ μόνον τοὺς εὐζώνους καὶ τοὺς ἱππέας ἐγκελεύεται. Audeo affirmare vertisse *Livium et mille velites misit*. Nam idem prorsus habes XXXI. 35. 'Ab Romanis item (aberat acies eorum paullo plus quingentos passus) velites et equitum duæ alæ emissæ.' *J. F. Gron.* Casaub. quoque d. l. Polybii εὐζώνους vertit *velites*. Nam et quos Polyb. ibid. c. 19. εὐζώνους, eos Livius hic c. 8. 'levem armaturam' dicit. Livius tamen XXX. 11. bis 'pedites' pro velitibus posuit, et a legionibus distinguit. *Duk.* Similem maculam Gronovius fide optimi cod. ex Livio eluit ad XXIII. 29. § 3. Ceterum *et X. pedites* erat in Msto, pro quo Quæreng. *et* ∞ *pedites* emendavit. Vide ad c. 14. § 5.

§ 6 *Subsidiis tuentium pulsos*] Sic

Digitized by Google

Quærengus non male, quum in Ms. esset *tuentum pliesis*. Nobis placuerat *utrimque missis*. Ita enim Plutarchus in Quinct. p. 373. Γενομένων δὲ, οἷον εἰκὸς, ἐν τόποις σκληροῖς μεταβολῶν κατὰ τὰς φυγὰς καὶ διώξεις, ἑκάτεροι τοῖς πονοῦσιν ἀεὶ καὶ ὑποχωροῦσιν ἐπιπέμποντες βοήθειαν ἐκ τῶν στρατοπέδων. *Horrion.* Ed. Rom. 1616. ad cujus marginem Quæreng. *tuentum pulsos* emendavit, præfert *tuentum pulsis*. Paris. 1625. *tuentium pulsis*. Donjatius *tuentium pulsos*. Idque præstare puto. Caussam vide ad II. 5. § 9.

§ 8 *Propter effusam caliginem*] Vitium solenne. Scribe *offusam*, nempe oculis videntium. Vide Observ. IV. 21. et ad Senecam Ep. 82. *J. F. Gron.* Liv. II. 40. 'Nec in sacerdotibus, tanta obfusa oculis animoque religione, motus esset.' X. 5. 'Incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem obfundit.' XXVI. 45. 'Quam altitudo caliginem oculis obfudisset.' XXVIII. 29. 'Simul omnium rerum terror oculis auribusque est obfusus.' XXXIV. 6. 'Itaque periculum est, ne quis terror vobis obfundatur.' XXXIX. 15. 'Ne nimium terrorem obfundam vobis, vereor.' Senec. Controv. III. 16. 'Tenebræ stupentibus obfunduntur oculis.' Solent autem voces 'effundere' et 'offundere' passim a librariis confundi. Certe ita variant codd. in plerisque locis Livii modo laudatis; quibus adde quæ notavi ad Silii X. 366.

§ 9 *Et jam juga montium detexerat nebula*] Nebulæ non *detegunt*, sed *tegunt* omnia circa. XXVI. 17. 'Densa nebula saltum omnem camposque circa intexit.' Nec solet ita in hac re loqui Livius, verum addere 'nebulam dispulsam,' 'disjectam,' 'discussam,' 'dilapsam fuisse.' Sic d. l. 'dispulsa sole nebulâ aperuit diem.' XXIX. 27. 'Sole orto est discussa' caligo. Et ibid. 'Ventus nebula disjecta aperuit omnia Africæ litora.' XLI. 2. 'Nebula matutinæ texerat inceptum; qua dilabente ad primum teporem solis.' Polybius XVII. 18. de hac nebula dicit, τῆς ὁμίχλης ἤδη διαφαινούσης, quod ex Livii XLI. 2. verti potest *perlucente jam inter*, vel *per nebulam luce*. Non dubium est, quin idem, quod Polybius, voluerit dicere Livius. Sed si ad id exprimendum nihil aliud, quam quod hic legitur, scripsit, mihi satis obscure videtur locutus esse. *Duker.* Contextus ed. Rom. 1616. præfert *etiam juga*; ejus margo vero ex conjectura viri docti *et jam juga*. Solent sæpissime hæ particulæ a librariis confundi. Vide ad I. 47. § 9.

§ 11 *Et equitatu Macedonum et Thessalorum*] Ita ed. Jac. Gronovii major 1679. quam Cleric. et Crevier. secuti sunt. Omnes priores, etiam Gronoviana minor 1678. *ac Thessalorum*. Cur id mutatum?

§ 12 *Non ante restiterunt*] Hoc modo Quæreng. conjecit in margine ed. Rom. 1616. quum in contextu perperam ederetur *restituerunt*. Etiam alibi 'resistere' et 'restituere' in Mss. commutantur. Exemplum habuimus X. 29. § 5. Similes alias aberrationes vide ad XXVII. 16. § 11.

§ 13 *Pedites, &c. vincebantur*] Videtur scripsisse *pedite*. Ut supra c. 4. 'equitum copiis superabant.' Possis dubitare an non ita et fuerit XXVI. 4. 'Equestria prœlia ferme prospera faciebant, pedite superabantur:' ubi libri *pedites*: quamquam id facilius hic sensus ferat. Sed illic *pedite* fuisse in Ms. jam monuit Horrion. *J. F. Gron.* Antequam Horrion *pedite* in Msto esse moneret, ita jam Quæreng. in margine ed. Rom. 1616. scribendum conjecit. Polyb. XVII. 18. id exprimit ἐν τοῖς πεδικοῖς ἐλλιπεῖς εἰσί.

CAP. VIII. § 3 *Lævo cum omni levi armatura*] Hæc Quærengli emendatio est. In Msto fuisse dicitur *Lærio cum omni*.

§ 5 *Cum iis, quos P. Sulpicii prius ductu obsidentes in eodem aditu vicis-*

Digitized by Google

sent] Non *eodem* profecto, si memineris, quæ et XXXI. et XXXII. præcedentibus libris tradidit. Adhibeamus Polybium XVII. 19. *οὐτ ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν Ἐορδαίαν ὑπερβολὰς ἐκ τοῦ προφανοῦς μετὰ Σουλπικίου βιασάμενοι πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε.* Hinc licet mecum audaciter et tuto rescribas, *quos P. Sulpicii prius ductu, obsidentes Eordææ aditum, vicissent.* Adfirmat et exposcit ipse auctor in ea parte historiæ XXXI. 39. 'Inde satis comperto, Eordæam petituros Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes arctis faucibus inclusum aditum possent, præcessit.' Et deinde jam victoribus Romanis c. 40. 'Ita angustiæ minore certamine, quam quod animis proposuerant, superatæ, et in Eordæam perventum.' *J. F. Gron.*

§ 7 *Cum cetratis et cornu dextro peditum*] Supra ad XXI. 21. § 12. cum diphthongo *cætratos* legendum esse dixi, quomodo hic etiam ex cod. Bamberg. exhibet ed. Rom. 1616. licet tamen cap. 4. § 4. cod. illo eadem ed. præferat *cetratorum:* ut et hoc cap. § 18. *cetratos.*

§ 11 *Et, præterquam quod cædebantur adversi*] Qui *adversi* cæduntur, nondum fugiunt, sed referunt pedem repugnantes, atque ita recipiendo servant se ipsos. At dixerat ante, 'mox, refugientibus suis, et terrore verso.' Ergo lego *quod cædebantur aversi:* præbitis videlicet tergis. Et ita fuisse in Ms. testatur Horrion. *J. F. Gron.* Eamdem lectionem firmant etiam, quæ similiter hoc cap. præcessernut, 'pugnam renovant, inpetuque facto rursus avertunt hostem.' Eo sensu 'aversus' IV. 27. 'Unde ex necopinato aversum hostem invadat:' ubi etiam quædam dicta sunt. XXII. 48. 'Aversam adoriuntur Romanam aciem.' XXVIII. 36. 'Turbatosque hostes, et ad primum incursum conjectumque telorum aversos usque ad litus cum multa cæde persequuntur.' Hoc lib. cap. seq. 'Dextrum cornu hostium aversum invadit.' Solent autem passim 'aversus' et 'adversus' a scribis confundi. Vide ad II. 31. § 6.

Ac ne ipsi quidem in tuto jam receptus erat] Inducendum esse *τὸ ac*, attendenti accuratius ad sensum verborum manifeste, ut reor, apparebit. *Jac. Perizon.* Illud *ac* expunxi, ut Perizon. monuit. Deest enim in prima ed. ad exemplum Msti procurata et aliis, usque ad Dan. Heinsii Elzevir. quæ male prima exhibuit.

§ 12 *Dextro in cornu locat: cetratos et Macedonum phalangem, hastis positis*] Ed. Rom. 1616. ex Msto Bamberg. dedit *dextro in cornu locatus, cetratas Mac. phal.;* in cujus ed. margine Quereng. conjecit *locat: cætratos et Mac. phal.*

§ 13 *Phalangem, hastis positis, &c. gladiis rem gerere jubet*] Quum proprium phalangis Macedonicæ robur in hastis sive sarissis ante primos militum ordines projectis constitisse pateat ex Polyb. XVII. 25. et seq. in animum inducere nequit Crevierius, Macedonas jussos esse ab rege, suam ipsos vim solvere ponendis hastis. Dubitat igitur, an Livius hic genuinum sensum expresserit Polyb. cujus hæc sunt verba XVII. 20. *τοῖς μὲν φαλαγγίταις ἐδόθη παράγγελμα, καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας ἐπάγειν* quæ ita vertit Casaub. *Phalangitis data est tessera, ut demissis sarissis hostem invadant.* Conjicit autem, in errorem induxisse Livium verbum *καταβαλοῦσι* quod vulgo sumitur pro 'abjicere,' at hoc loco procul dubio intelligi debet 'demittere:' ut jussi sint phalangitæ, non 'ponere,' sed demittere hastas, atque ante se projectis illis hostem invadere. Mox autem § seq. verba 'dimidium de fronte demtum introrsus porrectis ordinibus duplicat' per hypallagen recte accipit, pro dimidio de fronte demto introrsus porrectos ordines duplicat. Po-

Digitized by Google

lyb. loco laud. id exprimit, Τοῖς δὲ πελτασταῖς καὶ τοῖς φαλαγγίταις παρήγγειλε διπλασιάζειν τὸ βαθὸς, καὶ πυκνοῦν ἐπὶ τὸ δεξιόν.

CAP. IX. § 3 *Sinistro, tum cum maxime adpropinquante phalangis parte*] Ex cod. Bamberg. Romæ editum est *sinistrorum cum maxime:* pro quo Quæreng. in ejus margine scribendum conjecit *sinistro cum maxime*, vel *sinistrorsum cum maxime*. Priorem conjecturam recepit ed. Paris. a. 1625. Gronov. deinde ex vestigiis *τοῦ sinistrorum* a. 1665. edidit *sinistro, tum cum maxime, &c.* De junctis his vocibus *tum cum maxime* videbimus ad XL. 13. § 4.

§ 4 *Media acies, quæ propior*] Quæreng. in margine ed. Rom. 1616. scribendam conjicit *Media acie*, in quo sensum non video; nisi inducta distinctione junctim legamus *pugnæ intenta phalanx*. Puto tamen rectius viros doctos vulgatum servasse.

§ 5 *Phalanx, quæ venerat*] Gronov. ad § seq. legendum conjicit *phalanx, quæ læva erat*. Eam conjecturam multum sibi adridere testatur Crevier. qui exponit, altera phalangis pars, quæ sinistrum cornu constituere debebat. Insuper tamen suspicatur, vocem unam excidisse, ac legendum esse *quæ modo venerat*.

§ 6 *Quamquam pedem referentes in dextro cornu suos cernebat*] Non potuit dextrum cornu Macedonum idem esse, et simul opponi dextro Romanorum, ipsa natura docente, quæ adversa se respiciunt, eorum cujusque dextrum obverti alterius sinistro, et vicissim sinistrum dextro. Sic igitur qua dextrum Macedonum stabat, resistebat Romanæ aciei sinistrum cornu, quemadmodum sinistrum Macedonum incurrit in dextrum Romanorum. Potiores autem fuerant Philippici in dextro, impares in sinistro. Polyb. XVII. 21. Τὸ μὲν οὖν δεξιὸν τοῦ Φιλίππου λαμπρῶς ἀνήλλαττε κατὰ τὸν κίνδυνον. Noster hoc cap. 'Dextro cornu rex loci plurimum auxilio, ex jugis altioribus pugnans, vincebat; sinistro, tum cum maxime adpropinquante phalangis parte, quæ novissimi agminis fuerat, sine ullo ordine trepidabatur.' Ergo necessario scribendum, *In hos inc. Q., quamq. pedem ref. in sinistro cornu suos cernebat, elephantis prius in hostem actis, imp. facit.* Phalangem Macedonum, quæ, ut sinistrum cornu constitueret, tantum quod venerat duce Nicanore Elephante, aptior itineri, quam prælio, vocat *hos incompositos*, non *compositos*, ut male vulgo. In eam dextro cornu Romanorum, cui præerat ipse Quinctius, quamquam vacillare sinistrum suum videret, invadit. Non aliter Achæorum princeps XVII. 21. 'Ο δὲ Τίτος θεωρῶν οὐ δυναμένους τοὺς παρ' αὐτοῦ στέγειν τὴν τῆς φάλαγγος ἔφοδον, ἀλλ' ἐκπιεζομένους τοὺς ἐπὶ τῶν εὐωνύμων. Nempe ipsius Titi. Nisi malis *in lævo*. Quæ vox, vereor, ne obliterata sit et in istis præcedentis membri: 'phalanx, quæ venerat,' ut fuerit, 'phalanx, quæ læva erat, agmen magis, quam acies.' *J. F. Gron.* Perizon. Animadv. Historicis c. 8. p. 338. hic non obscure Livii ipsius peccatum argnit; sed, si quid mutandum sit, mavult *in altero cornu*. Ego neque Livium tam incogitantem fuisse credo, ut in re adeo manifesta peccare potuerit, quum præsertim alia recte ex Polybio descripserit, neque intelligo, cur *altera* hic melius sit, quam alterutrum eorum, quæ scribi placebat Gronovio. Sed, quod hic dicit, Quinctium *dextro cornu* præfuisse, caute accipiendum est. Tenebat ille sinistrum cornu Romanorum, Polybio et Livio ipsis auctoribus. Sed quum hoc a dextro cornu Macedonum, in quo Philippus erat, multis occisis pelli videret, omnem spem salutis in dextro superesse ratus, ad id, relicto sinistro, advolavit. Ita Plutarchus in Quinctio, et Polybius XVII. 21. Nicanori cognomen fuisse 'Ελέ-

Digitized by Google

φας, est in Polybio ibid. c. 20. *Duk.* Scriptores antiquos, et inter eos Nostrum, interdum errorem illum, cujus hic Livium arguit Perizon. errasse, non diffiteor. Vide quæ notantur ad VII. 15. § 6. Hic tamen, ubi Polybium recte narrantem liberiori interpretatione Latine vertit, tam insignem incogitantiam, ex nimia festinatione ortam, ei adscribere non audeo; sed, culpam potius in librariorum oscitantiam conferens, contextui ejus aliqua earum mutationum, quæ viris doctis ad hunc locum in mentem venerunt, subcurrendum censeo; et quidem tanto confidentius, quod hæc pars operis Liviani unius tantum codicis ope nobis servata sit; in quo multo facilius statui potest scribam errasse, quam si, vulgata lectione plurium codicum consensu confirmata, plures librarii ejusdem erroris accusandi forent. Minorem in literis mutationem fore, si cum Perizon. *in altero cornu*, quam cum Gronov. *in sinistro*, vel *in lævo* legamus, existimat Crevier.

§ 7 *Terrore primo bestiarum*] Elephanti utique 'bestiæ' sunt: sed, quum de prœliis agitur, eos magis 'belluas,' quam 'bestias,' dici puto. *Duk.* Vide viros doctos ad Flor. I. 18. § 8. et II. 6. § 49. Ad locum autem ejus priorem Rupert. *bestia* etiam de elephanto usurpari, testimonio Cic. docuit.

§ 8 *Extemplo capto consilio*] Credo melius esse *ex tempore*. Polyb. XVII. 22. παρ' αὐτὸν τὸν τῆς χρείας καιρὸν συμφρονήσας, ὃ δέον ἦν ποιεῖν. Sallust. Jugurth. cap. 70. 'Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur; cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit:' ubi Ms. unus Cortii itidem perperam habebat *extemplo*. Cic. de Offic. III. 6. 'Hujus generis sunt quæstiones omnes eæ, in quibus ex tempore officium exquiritur:' et ad Att. l. IX. ep. 2. 'Nos adhuc, quid Brundisii actum esset, plane nesciebamus: quum sciemus, tum ex re et ex tempore consilium capiemus.' 'Pro tempore' et 'pro re consilium capere' dicit Cæsar Gall. V. 8. quod idem est: nempe prout περιστάσεως rei ac temporis postulant. *Duk.*

Cum viginti signorum manipulis] Polyb. XVII. 22. σημαίας ἔχων οὐ πλείους εἴκοσι· σημαία est *manipulus*. Idem VI. 22. Livius supra cap. 1. 'Cum unius signi militibus:' et XXV. 23. 'Signi unius milites.' *Duk.*

§ 9 *Nudam aciem ab tergo adortus cum turbasset*] Non hæc veteris codicis lectio est, sed conjectura doctissimi Quærengi. In scripto erat *Nullam aciem*, et deinde *non turbasset*. Quod utique mutandum non fuit, ut vidit et Horrion, sed distinctione illustrandum. Hoc modo: *brevi circ. dextr. cornu host. av. invadit. Nullam aciem ab tergo ad. non turbasset: cæt. ad comm. omn. in tali re trep. accessit, quod phal. Mac. gravis atque imm. nec circ. se poterat, nec hoc qui a f. paullo ante pedem referentes* (in sinistro cornu Romanorum, ut diximus) *tunc ultro territis instabant, patiebantur*. Ridiculo errore post τὰ *nec hoc* postremis insertum *tredecim*. Significat, eo deventum, ut nec ipsa salus ultra servare Macedonas valeret. Etenim nullam aciem tam firmam esse, quam sic ex improviso ab tergo impugnatam constare nec turbari contigisset. Præter autem illud periculum, quod alia quævis acies, non ad hunc casum ante instructa præparataque, subitura foret, hoc opportuniorem phalangem Macedonum fuisse, quod natura sua immobilis erat, nec posset circumagi, quin dissolveretur. Denique absque hoc etiam foret, et quamvis salvis ordinibus phalanx se vertere potuisset, (quod non poterat,) tamen ne id quidem licuisse propter novos animos recentemque impetum illorum ex Romanis, qui paullo ante modicum cesserant, ac pedem retulerant. *J. F. Gron.* Ed. Paris. 1625. partim Quæreng. conjecturam, partim Mssti lectionem hoc modo perpe-

Digitized by Google

ram expressit *Nullam aciem ab tergo adortus cum turbasset.*

§ 10 *Nec hoc qui a fronte paullo ante*] Hæc etiam Quæreng. conjectura est in margine ed. Rom. 1616. in cujus contextu ex Msto editur *nec hos quia fronte.* Ed. Paris. iterum utraque lectione confusa dedit *nec hos qui a fronte.* Ceterum postrema ed. quam *nec hos tredecim, qui a fronte* ridiculo errore vulgasse Gronov. ad § præc. dixit, est Elzeviriana Heinsii. Quid autem errori ansam dederit, patebit, si quis Gruterianam 1628. consulere operæ judicarit.

§ 11 *Dum per proclive pulsos insequuntur*] Ita ex emendatione viri docti ostentavit margo ed. Rom. 1616. in cujus contextu ex membranis erat *inseruntur* nullo sensu. Patet hinc olim scriptum fuisse *insecuntur.* Vide ad IX. 2. § 15. Id autem in *inseruntur* corrumpere proclive erat.

CAP. X. § 1 *Cepit, ut specularetur*] In Ms. post *cepit* erat lacuna. In quam Romæ inserta vocula *ut*, nos *unde* reposuimus. Lector eligat utrum volet. *Horrion.*

§ 2 *Signis atque armis fulgere, tum et ipse*] Ex *rom.* quod erat *Romanis*, factum est *τὸ tum.* Ita enim reliquerat Livius: *postq. fug. eff. an., et omnia circa juga signis atque armis fulgere Romanis, et ipse acie excessit.* J. F. Gron. Conjectura Gronovii Perizonio displicuisse videtur, qui firmandæ vulgatæ lectioni et inlustrandæ particulæ *tum* margini adscripsit duo loca Livii, alterum ex II. 8.' Quas quum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia collegæ subrogando habuit:' alterum ex XXIII. 34. 'Deinde ut Punicus cultus habitusque suspectos legatos fecit Hannibalis, tum, comitibus eorum seductis, literæ quoque inventæ.' Idem Gronov. in priori ed. nott. aliter huic loco subcurrebat. Suspicatus enim est, excidisse vocem, et scriptum fuisse, *signis atque armis Romanis*, vel *hostium, fulgere, tum et ipse.* Etiam Polyb. expresse *Romanorum* in hac re meminit. XVII. 22. *Καταυοήσας δὲ, τοὺς Ῥωμαίους κατὰ τὸ δίωγμα τοῦ λαοῦ κέρως τοῖς ἄκροις ἤδη προσπελάζοντας.*

§ 3 *Quum cedentibus institisset*] Ita Paris. 1625. et deinde semper editum est. At Romæ 1616. dederunt ex Msto *institisset cedentibus:* quemadmodum etiam postea *quidnam pararet*, cujus loco ed. Paris. substitnit *quidnam pararent*, quomodo legendum esse Gronov. quoque in pr. ed. nott. monuit. Inferius, pro *constituit signa*, eadem *ἔκδοσις* Paris. *constitit*, omisso *τῷ signa.* Infeliciter. Vide ad XXVII. 16. § 11.

§ 4 *Parcere victis in animum habebat*] Fortasse Livius scripserat *in animo*, ut Romæ correctum est ad marginem. Nobis nihil mutare libuit. Licuit enim Livio sic loqui, quomodo Plautus in Amphitruone dixit I. 1. 25. 'Numero mihi in mentem fuit.' Vide Manutium in Orat. pro Quintio c. 5. *Horrion.* Recte Horrion Mati lectionem contra Quæreng. defendit Vide ad II. 14. § 4.

§ 5 *Impetus in eos factus*] Ita Gronov. 1665. vulgavit. Priores omnes *in eosdem factus;* quod cur displiceret, rationem reddi oportuerat; nisi forte operæ typographorum aberrarint. Priorem igitur lectionem reduxi.

§ 6 *Spe prædæ irruunt: verum ea magna jam ex parte direpta ab Ætolis inveniunt*] Voces *irruunt verum* et *ex parte* desunt in unico cod. quarum loco relictæ erant lacunæ, quas vir doctus ad marginem ed. Rom. supplevit, quemadmodum deinde semper editum est, nisi quod Paris. 1625. vulgarint *spe prædæ irrumpunt: ea magna jam ex parte direpta.* Non probo etiam conjecturam amici legentis *eam magna jam ex parte direptam ab Ætolis inveniunt*, quasi ad *prædam* referendum foret. Supra II. 14.

Digitized by Google

'Castra opulenta Romanis dono dedisse. Ea deinde, ne populo inmisso diriperentur hostiliter, venisse.' XXIII. 1. 'Hannibal post Cannensem pugnam, castra capta ac direpta, confestim ex Apulia in Samnium moverat.' XXXVII. 43. 'Pergunt ad castra diripienda.' c. 44. 'Victores direptis hostium castris cum magna præda in sua reverterunt.' Eodem modo 'diripere urbem' et similia alia passim obcurrunt.

§ 7 *Cæsa eo die VIII. hostium*] Post hæc verba in Ms. erat lacuna: sequebatur enim *capta ex victoribus*. Sed eam expleas licet ex Orosio IV. 20. 'Victi Macedones castra amiserunt. Octo millia hostium eo die cæsa, quinque millia capta Polybius tradit. Valerius dicit, quadraginta millia trucidata: Claudius vero triginta millia interfecta commemorat.' Ex quo *Vario* (sic enim Ms.) scribendum apparet *Valerio*. Est autem is Valerius Antias. Infra Polybius XVII. 23. Ἔπεσον δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ὀκτακοσίους· τῶν δὲ Μακεδόνων ἀνέθανον μὲν οἱ πάντες εἰς ὀκτακισχιλίους· ζωγρεῖα δὲ ἁλόντες οὐκ ἐλάττους τετρακισχιλίων. Plutarchus in Quinct. p. 373. Ἔπεσον μὲν οὖν ὀκτακισχιλίων οὐκ ἐλάττους, ἁλόντες δὲ περὶ τετρακισχιλίους. Horrion. Verba tria, quæ sequuntur, *millia, quinque capta*, perperam omittit ed. Paris. 1625.

§ 8 *Si Valerio quis credat, omnium rerum, &c.*] Romæ ex Msto editum erat, *Si vario qui credat omnium rerum imm. numerum augenti XL. millia hostium eodem die sunt cæsa capta ibi. Mod. mend. est V. millia d. CC. signa mil. CCXLXI. mil. Cl. quoque duo et XXX. millia hostium cæsa scribit, capta IIII. et CCC.* Id, quod nunc vulgo exstat, receptum est ex Quæreng. conjectura, nisi quod tamen dederit *signa militaria CCLXI.* Ed. Paris. 1625. *signa militaria CCXLI. mil.* vulgavit: Gronov. *signa militaria ducenta unum et quadraginta.*

§ 11 *Nos non minimo potissimum numero credidimus*] Vide quid sit *numero credere*. Mihi obscurum est, et in mentem venit *minimum numerum* hac sententia: ego minimum numerum retuli, non quod eum potissimum verum esse credam, aut pro certo adfirmare velim esse; sed in eo referendo Polybium secutus sum. *Duk.*

Quum omnium Romanarum rerum] Vox *rerum*, quæ in ed. Rom. deerat, addita est ex conjectura Quæreng. *omnium rerum Romanarum* præfert ed. Paris. 1625.

CAP. XI. § 1 *Philippus, conlectis ex fuga, qui, cariis, &c.*] Polyb. XVII. 29. Φίλιππος δὲ ἀναβεξάμενος ὅσους ἐδύνατο πλείστους τῶν ἐκ τῆς μάχης ἀνασωζομένων, αὐτὸς μὲν ὥρμησε διὰ τῶν Τεμπῶν εἰς Μακεδονίαν· εἰς δὲ τὴν Ἀδρίσσαν ἔτι τῇ προτεραίᾳ νυκτὶ διεπέμψατο τινὰ τῶν ὑπασπιστῶν, ἐντειλάμενος ἀφανίσαι καὶ κατακαῦσαι τὰ βασιλικὰ γράμματα.

In Macedoniam cessit] Ita primum inveni in ultima Grunteri ed. eamque lectionem recentiores omnes servarunt: at priores, et præsertim ed. Rom. 1616. vulgarunt *concessit*, quod revocavi. Supra IV. 61. 'In arcem munitam natura globus armatorum concesit.' XXII. 20. 'Hasdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concesit.' XXVIII. 8. 'Retro in regnum concesit.' XXXVII. 44. 'Media ferme nocte Sardes concesit.' XXXVIII. 2. 'In altiorem deruptioremque undique tumulum concessere.' Sallust. in Jug. c. 12. 'In loca propinqua thesauris alius alio concessere:' ubi vide Cortium. Justinus etiam sæpissime ita locutus est.

§ 2 *Quinctius, captivis prædaque, &c.*] Polyb. XVII. 29. Τῖτος δὲ μετὰ τὴν μάχην ποιησάμενος τὴν καθήκουσαν πρόνοιαν περί τε τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν ἄλλων λαφύρων ἦλθε πρὸς Ἀδρίσσαν.

§ 4 *Utrumque ab Romano impetratum*] Ita ad marginem ed. Rom. Quæreng. conjecit, quum in contextu ex Msto *imperatum* editum foret.

Digitized by Google

De sollemni hoc scribarum errore vide ad IX. 30. § 10.

Ætolos obfendit, timentes jam querentesque] Placet *tumentes*, quod erat in scripto: non tamen ut id referam ad arrogantiam eorum, victoriæ gloriam in se rapientium, sed ut significet indignantes, iratos. Sic XXXI. 8. 'Multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate, iraque inde tumentibus.' Plautus Casina II. 5. 17. 'Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.' Cicero Tusc. III. 9. ex versu Homerico, 'Cor penitus turgescit tristibus iris.' Ovid. Met. II. 508. 'Intumuit Juno.' *J. F. Gron.* Illud *timentes* receptum erat ex conjectura Quæreng. quum Mstum recte exhiberet *tumentes*, quod optime Gronov. defendit, et non ad arrogantiam, sed ad indignationem et iram refert. Vide Burm. ad Ovid. Her. XVI. 134. Met. II. 86. et quæ notavi ad Silii II. 626. Insuper primus Gronov. ordine verborum mutato, a. 1665. edidit *tumentes jam*, quum Romæ ex cod. datum foret *jam tumentes*; quod nulla, ut puto, de caussa mutatum restitui.

§ 7 *Donis regiis inminere credebant*] Sic ex ingenio emendavit Quæreng. quum ex unico Msto *Donis regis* editum foret. Solent passim ita errare librarii. Vide ad XXXII. 6. § 6. An tamen ita ubique, etiam sine Mstorum auctoritate, emendandum sit, admodum dubito. Vide ad XLIV. 6. § 9. De ipsa hac Ætolorum suspicione vide Polyb. in Exc. Legat. num. VI. p. 1097. et de Virtut. et Vitiis, ubi eadem repetuntur, p. 1426. Etiam Appian. in Exc. Legat. num. XXIV. Vide etiam an § præc. legendum sit, *ut, ubi dura, &c.* sensu simile quid, ut videtur, flagitante.

§ 8 *Succensebat non inmerito Ætolis, ob insatiabilem, &c.*] Plura vide apud Polyb. Exc. Legat. num. VI. p. 1096. et Plutarch. in vita Quinctii Flamin. p. 373. Ceterum *succensebat* est ex emendatione Quæreng. quum ex Msto Romæ ederetur *succensebant*.

§ 9 *Quæ vanitate sua omnium aures obfendebat*] Lege *qua vanitate sua omnium aures offendebant*. J. F. Gronov. Gronovii conjecturam in contextum recepit Clericus, quod tamen se numquam factnrum promisit, nisi monito semper lectore in notulis infimæ paginæ subjectis. Quum autem vulgatum aliquo modo servari possit, priorem lectionem revocare satius habui.

CAP. XII. § 1 *Induciæ quindecim dierum datæ*] Caduceator enim regius veniam mittendis legatis, quam petiit, impetrarat. Venerunt itaque tres legati a Philippo missi, Demosthenes, Cycliadas, et Limnæus; quibuscum conlocutus Quinctius, præsentibus tribunis, quindecim dierum inducias pepigit. Vide Polyb. Exc. Legat. num. VI. p. 1097.

In consilium advocavit socios. Retulit, quas leges] Videtur fuisse *in cons. advocatis sociis retulit, quas leges pacis placeret dici.* J. F. Gron. Conjecturam Gronovii probare nequeo: non enim Quinctius *in consilium advocatis sociis retulit*, id est narravit, *quas leges pacis placeret dici*; verum de illa re ad eos retulit, id est sententiam eorum exquisivit. Polyb. loco laud. p. 1098. 'Αθροισθέντων δὲ τῶν συμμάχων, καὶ τοῦ συνεδρίου συναχθέντος ἐξ αὐτῶν τούτων, ἐκάστας ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐκέλευε λέγειν ἕκαστον ἐφ' οἷς δεῖ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸν Φίλιππον διαλύσεις. Si quid igitur mutandum, legam *adv. socios, ad quos retulit*, vel *adv. socios, et ad eos retulit*, vel *cons. advocans ad socios retulit*, vel denique *in consilium advocavit, et ad socios retulit*. De locutione 'in consilium vocare' vide Gronov. ad XXIII. 32. § 3.

§ 2 *Potens tuendæ * simul pacis libertatisque esset*] Adeo suspectus hic fuit locus doctis, ut eum non uno, sed quatuor asteriscis infamem redde-

Digitized by Google

rent. Tu vero dele omnes: est enim Crotone, ut aiunt, sanior: *ita componendam pacem esse, ut Græcia etiam abs. Rom. satis potens tuendæ simul pacis lib. esset.* Non intellexerunt vim particularum; quæ eadem est ac si dictum esset 'simul pacis, simul libertatis.' Lib. IV. c. 40. 'In suos quæque simul corpore atque animo vix præ gaudio compotes effusæ.' XXI. 21. 'Inde partiens curas simul inferendi atque arcendi belli.' Hoc lib. c. 16. 'Silentium mox verecundia simul pristinæ dignitatis, ac misericordia præsentis fortunæ ortum est.' *J. F. Gron.* Lib. II. c. 12. 'Simul ira infensus, periculoque conterritus.' III. 38. 'Dimissi circa domos adparitores simul ad pignora capienda sciscitandumque.' IV. 32. 'Factis simul dictisque odium explet.' Alia plura exempla vide XXI. 16. § 2. XXII. 3. § 9. c. 58. § 3. c. 60. § 22. XXV. 3. § 16. XXVII. 5. § 1. XXVIII. 36. § 6. XXXIII. 16. § 10. XLII. 28. § 12. XLIV. 12. § 7. et alibi. Vide Cortium ad Plinii Epist. II. 17. § 5. Ceterum non ideo locus asteriscis notatus videtur, quia non intelligebatur vis particularum, verum quia in ed. Rom. ad præscriptum unici Msti procurata, videbatur eodem loco lacuna, quam hoc modo supplere conatus est, qui præfuit ed. Paris. 1625. *satis potens per se tuendæ simul pacis libertatisque.* Verum, si editioni Rom. fides habenda est, exciderat aliquid non ante, sed post vocem *tuendæ;* adeoque si voces, quæ supplentur, genuinæ fuerunt, legendum foret *satis potens tuendæ per se simul, &c.*

§ 3 *Pauca præfati, nec recte atque ordine imperatorem Romanum facere*] Polybius Exc. Legat. num. VI. Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἀναστὰς, καθότι μὲν ἤθροικε τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὸ περὶ τῶν διαλύσεων διαβούλιον, καὶ καθότι νῦν ἐκέστους ἀξιοῖ λέγειν τὸ φαινόμενον, ἐπῄνεσε τὸν Τίτον. Ergo dele τὸ *nec*, quod et sententia refutat, et procul habet scriptus. *J. F. Gron.* Illud *nec* perperam additum fuerat ab Grutero in ultima ed.

§ 4 *Falli autem eum tota re*] Supplendum monet Crevier. per *adjecerunt*, ut suus constet sensus verbo *præfati*, quod præcessit. Polyb. loco laudato, Τοῖς δ' ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν ἔφη καὶ παραλίπτειν αὐτόν.

§ 5 *Ætolos aut moris Romanorum memores, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse*] Legendum est *memorem, aut sibi ipsos:* utrumque ex more Livii. *Memorem*, ut referatur ad 'sententiam.' Lib. I. c. 28. 'Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit.' Et eodem lib. c. 32. 'Medium erat in Anco ingenium, et Numæ et Romuli memor.' Sic IV. 48. 'Si temporis interdum potius, quam majestatis, memor adhibeatur oratio.' Lib. VII. c. 31. 'Ut preces Campanorum, responsum senatus amicitiæ Samnitium memor, deditionem postremo factam, Samnitibus exponerent.' *J. F. Gron. Memorem*, ut III. 36. 'Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu, aut in populo misisset.' cap. 69. 'T. Quinctium orationem memorem majestatis Patrum, concordiæque ordinum, et temporum inprimis habnisse.' Et ita fere 'inmemor' IX. 3. 'Qua cibi, qua quietis inmemor nox traducta est.' Quum tamen unicus codex *memores* servet, id etiam per ellipsin τοῦ *esse*, quæ frequentissima est, commode servari potest. Quid autem de altera parte emendationis Gronovianæ *sibi ipsos* sentiam, satis intelligitur ex illis quæ notavi ad II. 19. § 5.

§ 6 *Conciliis conloquiisque de conditionibus pacis semper, ut ad*] Scribe *conciliis.* Deinde excidit negativa particula. Flagitat enim sensus, *non ut ad internecionem bellaretur.* Ideo enim disconveniebant secum, quod prius haudquaquam præ se tulerant

Digitized by Google

optare ac velle, ut cum internecione Philippi finiretur bellum; nunc id aperte censebant. *J. F. Gron. Conciliis* legendum esse, monuit Gronov. etiam ad XLIV. 2. § 5. Deinde *conloquiisque* debetur ingenio Quærengii, quum ex Msto Romæ ederetur *conloquiis et de cond.* Sed mitius fore videtur, si, transpositis vocibus, legamus *conciliis et conloquiis de conditionibus pacis.* Insuper negationem orationi addendam esse Gronovio consentio. Casus autem dari, ubi necessario particulæ negandi vel addendæ, vel demendæ sint, vidimus ad XXI. 9. § 1. Adde Muret. Var. Lect. IV. 9. Quum tamen hic in Ms. nulla lacuna adpareat, vide num præstet *ne ad internecionem.* Solent enim *ut* et *ne* inter se commutari a librariis. Vide Cortium ad Plinii III. 9. § 8.

§ 8 *Quia victus prælio foret*] Ita recte conjecit Quæreng. quum Romæ edidissent *quia victis.*

§ 9 *Animum maximum habere*] Sic dederunt Romæ. Sed τὸ *animum* non exstat in scripto. Itaque Horrion conjecit *mitissimum quemque maximum haberi.* Quid si retineamus omnem veterem lectionem, et explicemus ' mitissimum quemque ' hominem ' maximum ' animum ' habere ?' Commode enim omissa hic ea vox ex præcedenti membro repetitur. *J. F. Gron.* Non decerno, utrum horum melius sit: sed admodum durum videtur, ex præcedente *animis* hic repetere *animum.* Qui addiderunt *animum,* eos melius trajectis verbis daturos fuisse credo, *maximum quemque mitissimum animum habere;* ut ' mitissimus ' animus opponeretur ' infesto,' quemadmodum ' victus ' hostis ' armato.' Ovidius Trist. III. 5. 31. ' Quo quisque est major, magis est placabilis ira :' et plura ibi in eamdem sententiam. Hujusmodi aliquid dixisse Quintium, ex Polybii Legat. VI. satis patet, ubi hæc illius referuntur verba: πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βαρεῖς εἶναι καὶ θυμικούς, ἡττωμένους δὲ γενναίους καὶ μεγαλόφρονας· νικῶντάς γε μὴν μετρίους καὶ φιλανθρώπους. *Duk.*

§ 10 *Thracas, Illyrios, Gallos deinde*] Videndum, ait vir doctus, sintne hi *Galli* gens Asiatica, cum qua negotium fuit Attalo regi, an pro Gallis restituendum *Triballi,* qui viciniores Macedonibus. Immo retineantur potius *Galli,* vel ob locum l. XLV. c. 30. de tertia regione Macedoniæ, quam fecit Paullus; ' incolas quoque permultos Gallos et Illyrios, impigros cultores.' Certe hi Galli sunt Scordisci: nam qui Delphos oppugnaverant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam, extorres fugerunt: inde per eadem vestigia, qua venerant, antiquam patriam repetivere. ' Ex his manus quædam in confluente Danubii et Sabi consedit, Scordiscosque se adpellari voluit,' verbis Justini XXXII. 3. Livius Epit. lib. LXIII. ' Livius consul adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.' Adde Polybium IV. 46. *J. F. Gron. Gallos* non mutandum, docet etiam locus Polybii, unde sua hic hausit Livius, qui exstat in Exc. Legat. num. VI. p. 1099. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς Ἕλλησι ταπεινωθῆναι μὲν ἐπὶ πολὺ συμφέρει τὴν Μακεδόνων ἀρχήν, ἀρθῆναί γε μὴν οὐδαμῶς· τάχα γὰρ αὐτοὺς πεῖραν λήψεσθαι τῆς Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν παρανομίας.

§ 13 *Non iis conditionibus inligabitur pax*] Mallem *pacis.* Lib. XXXVI. c. 11. ' Invitum se gravioris fortunæ conditioni illigantem.' Postea monuit me Rubenius, se quoque hic offendi, et conjecisse *illi dabitur pax.* J. F. Gron. Vide ad XXXV. 46. § 10. Perperam *instigabitur,* pro *inligabitur,* ed. Paris. 1625. Paullo ante *Desistite tumultuari* est ex conjectura viri docti in margine ed. Rom. quum in contextu editum foret *Desistit te tumultuari.* Etiam § præc. *testifican-*

Digitized by Google

tique, si elapsus in ejusdem ed. margine conjecit Quæreng. quum editum foret *testificanti quæ si lapsus.*

Cap. XIII. § 1 *Hoc dimisso concilio*] Ita Gronov. 1665. pro *consilio* edidit. Indicatur enim conventus legatorum ab diversis populis sociis; quod *concilium*, non *consilium*, vocari, docuit Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Is datus erat locus conloquio] Malim *dictus.* Ut Terentius Andr. I. 1. 75. 'Hic nuptiis dictus est dies.' Eunucho III. 4. 4. 'Quo in loco dictum est, parati nihil est.' Cæsar Gall. I. 42. 'Dies colloquio dictus est ex eo die quintus.' *J. F. Gronov.* 'Dicere' in hac re frequens verbum est. Vide ad XXXV. 3. § 2. Hic tamen nihil mutandum esse, recte monuerunt Doujat. ad h. loc. et Dukerus ad Flori III. 3. § 14. Nepos in Pelop. c. 2. 'Domum Charonis deverterunt, a quo et tempus et dies erat datus.'

§ 3 *Sua potius voluntate omissis*] An *remissis?* IV. 43. 'Remittendo de summa quisque juris.' VI. 17. 'Remisso, id quod erepturi erant.' c. 18. 'Videant vos paratos ad vim, jus ipsi remittent.' XXXV. 45. 'Multa homines, ne bellarent, voluntate remittere, quæ vi et armis cogi non possint.' Polyb. Legat. VI. Ἔφη τὰ μὲν πρότερον ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων ἐπιτασσόμενα πάντα συγχωρεῖν καὶ ποιεῖν. *Duk.*

Quam ut altercando extorquerentur] Voculam *ut*, quæ in omnibus prioribus edd. deerat, primus addidit Gron.

§ 4 *Imperata a Romanis*] Ita Gronovius pr. ed. uott. legendum monuit, pro *impetrata*, ut antea edebatur, adducto loco Livii ex XXXII. 35. ubi, de priore conloquio verba faciens, inquit, 'Quum tam gravia et indigna imperarentur, inopem consilii diem se consumsisse deliberando aiebat.' Eam emendationem probant verba Polyb. in Exc. Legat. num. VI. pag. 1100. a Dukero ad § præc. laudata, et quidem præsertim vox ἐπιτασσόμενα. Solitos autem fuisse librarios verba 'imperare' et 'impetrare' commiscere, vidimus ad IX. 30. § 10. Mox *senatui se permissurum* edd. usque ad Gronov. qui a. 1665. pronomen *se* omisit, quod modo præcesserat.

§ 5 *Quamquam vel inimicissimis omnibus*] Malo *iniquissimis.* Cicero ad Quinctium III. 4. 'Ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum.' *J. F. Gron.* Infra cap. 16. 'Ultro aliquid etiam queri, et castigare iniquitatem simul in se crudelitatemque ausi.' Passim voces 'iniquus' et 'inimicus' in Mss. commutantur. Vide ad XXVIII. 29. § 8.

§ 6 *Quid nobis, inquit, Philippe, reddisne tandem Pharsalum*] Perizon. ad marginem Livii adscripsit, ita interpungendum esse: *Quid? nobis, inquit, Philippe, reddisne tandem Pharsalum?* De hoc usu pronominis *quid* in interrogationibus vide ad XXVIII. 41. § 12. Et ita Crevier. jam edidit.

§ 7 *Disceptatio inter imperatorem Romanum et Ætolos orta est de Thebis: nam, eas, &c.*] *Imperatorem Romanorum* perperam ed. Paris. 1625. Ceterum omnino hic dormitavit Livius, ut vidit Jac. Perizon. Animadv. Hist. cap. 9. pag. 385. et seqq. ubi docuit, Livium in Polyb. ex quo sua desumsit, vertendo errasse, et historici Græci sensum adsecutum non esse. Apud eum enim, ut constat ex Exc. Legat. num. VI. pagg. 1100. et 1101. Quinctius Ætolis litem non movit de Thebis Phthioticis, ut inquit Livius, (eas enim solas, tamquam bello captas, iisdem reddendas concedebat,) sed de reliquis, Pharsalo, Larissa Cremaste, et Echino, quæ voluntate desciscentes ab amicitia Philippi in ditionem Romanorum pervenerant, et ideo captæ dici non poterant, de quibus solis fœderis cum Romanis initi legibus statutum fuerat. Originem autem et caussam erroris Liviani fuisse existimat, quod, quum Polyb. scripserit τῶν μὲν ἄλλων οὐκ

Digitized by Google

ἔφη δεῖν ὀδδεμίαν, sc. παραλαμβάνων Θήβας δὲ μόνον τὰς Φθίας, in verbis ejus duas negationes οὐκ ὀδδεμίαν, quæ apud Græcos vehementius negant, imprudenter pro affirmatione more Latinorum acceperit, et in posteriori commate ex priori intellexerit οὐ δεῖν, quasi dixisset, *aliarum quidem urbium nullam non recipere Ætolos oportere; Thebas autem Phthias solas non oportere.* Pluribus hæc latius apud eum deducta et adstructa videri possunt.

§ 10 *Quæ ferri agique possent*] Ita Quæreng. scribendum conjecit, quum editum inveniret ex cod. *fieri agique*, sollemni librariorum errore. Vide ad v. 54. § 6. At contra 'ferre' et 'agere' sæpissime junguntur. Supra x. 34. 'Cum omnibus rebus suis, quæ ferri agique potuerunt.' XXXIX. 54. 'Arma deinde sibi, et postremo omnia alia, quæ ferrent agerentve, ademta.' Ita apud Græcos ἄγειν καὶ φέρειν. Xenoph. Cyrop. III. 76. Πάντες ἐνήρων, ἡδόμενοι τῇ εἰρήνῃ, καὶ φέροντες καὶ ἄγοντες, εἴτι ἕκαστον ἄξιον εἶχε. Dion. Hal. v. 281. Διάθεσιν τῶν μὴ δυναμένων ἄγεσθαί τε καὶ φέρεσθαι σκηνοτόμους. Et quidem locutio sæpissime usurpatur de direptione hostili. Liv. III. 37. 'Hi ferre agere plebem plebisque res.' XXXVIII. 15. 'Fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt.' XL. 49. 'Quum ferret passim cuncta atque ageret.' Xenoph. Cyrop. III. 72. Τὰ μὲν γὰρ ὑμέτερα ἀσφαλῶς εἶχε, τὰ δὲ τῶν Ἀρμενίων ἤγετε καὶ ἐφέρετε. Dion. Hal. IX. 583. Τὴν Ῥωμαίων χάραν ἠγόν τε καὶ ἔφερον ἀκόλουθοι. Vide Cameranii recens. vocum Herodoti voce Ἄγειν, et Erasmi Adag. tit. 'Molesti' pag. m. 1317. Et quidem horum 'agere' pertinet ad res animatas, 'ferre' ad inanimatas. Ammon. de Differ. Ἄγειν καὶ Φέρειν διαφέρει· ἄγεται μὲν τὰ ἔμψυχα, φέρεται δὲ τὰ ἄψυχα. Vide Turneb. Advers. XXVII. 32. Unde 'præ se agere et portare' vocat Livius, quod modo 'ferre atque agere' dixerat, XXXVIII. 18. 'Cum conjugibus ac liberis, quæ ferre atque agere possent, præ se agentes portantesque, Olympum montem petere.'

§ 13 *Ætolis non præsentia modo gravia auditu, sed mox belli etiam caussæ*] Scribe *in præsentia*. J. F. Gron. Locutio Livio est familiarissima. Plurima exempla vidimus ad II. 44. § 2. et VIII. 7. § 22. Alia vide XXXI. 22. § 8. XXXII. 23. § 3. XXXIII. 27. § 10. cap. 28. § 6. XXXV. 8. § 8. cap. 33. § 10. c. 44. § 4. XXXVI. 8. § 1. c. 26. § 5. XXXIX. 24. § 1. XL. 5. § 6. c. 21. § 11. c. 22. § 14. XLII. 14. § 1. c. 18. § 2. c. 43. § 3. XLIV. 24. § 7. Ex his patet quid censendum sit de sententia Henr. Stephani, qui in Pseudo-Cic. pag. 98. omnia loca, ubi locutio *in præsentia* obcurrit, de menda suspecta habet. Ex aliis optimis scriptoribus totidem proferri possent, quæ omnia a librariis corrupta esse, nemo sanus dixerit. Donjatius vulgatum adversus Gronovium tuetur, et rerum præsentium statum, sive res, quæ tunc præsentes erant, a Livio rebus postea secutis obponi putat. At non agitur de statu rerum, sed de sermone Quinctii; qui, quo tempore proferebatur, Ætolis auditu gravis fuit, postea bello originem dedit. An vero 'sermo præsens' vel 'dicta præsentia' eo sensu commode dicantur, admodum dubito. Contra 'in præsentia' et 'mox' hic obponuntur. Ceterum *belli etiam caussa* malebat Crevier.

§ 14 *Et ducenta talenta daret*] Appian. in Exc. Legat. num. XXIV. Ὅθεν ἐγὼ δοκιμάζω, &c. Φίλιππον, &c. Ῥωμαίοις ἐς τὴν τοῦ πολέμου δαπάνην ἐσενεγκεῖν τάλαντα διακόσια. Ex Livio igitur et Appian. consentientibus emendandus est Polyb. in Exc. Legat. num. VI. p. 1101. Διὸ συνεχωρήθη τῷ βασιλεῖ, καθάπερ ἠξίου, λαβόντα τετραμήνους ἀνοχὰς, παραχρῆμα μὲν δοῦναι τῷ Τίτῳ τὰ οὐ τάλαντα· et p. 1102.

Digitized by Google

Τίτον, ἐὰν μὴ συντελῆται τὰ κατὰ τὰς διαλύσεις, ἀποδοῦναι Φιλίππῳ τὰ οὐ τάλαντα. Et quidem illud *τὰ οὐ τάλαντα* utrobique redditur *quadringenta talenta*, quæ sola *ducenta* fuisse Livius et Appian. testantur. Lege igitur apud Polyb. utroque loco *τὰ σ' τάλαντα*, id est *διακόσια*.

§ 15 *Reddi Philippo receptum est*] Verbum substantivum *est* demum vidi in ed. Gronovii 1665. omnes priores illud excludunt.

Cap. XIV. § 3 *Quod jam ante ibi fuerat*] Aut deest vox *præsidium*; aut scribendum *qui jam ante ibi fuerant*. J. F. Gronov. Aliter, ni fallor, sentiebat, quum Obs. III. 2. defendebat hæc Sallust. Catil. c. 56. 'Servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant,' et Jugurth. cap. 95. 'Cum magno equitatu in castra venit, quod uti ex Latio et a sociis cogeret, Romæ relictus erat.' Nec multo aliter, quam hic, Liv. III. 14. 'Juniores id maxime, quod Cæsonis sodalium fuit:' et X. 38. 'Ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt.' *Duk.* Posses etiam *quot jam ante ibi fuerant*. Solent autem librarii voces *quot* et *quod* commutare; præsertim si, qui verbis præibat, minus adcurate pronunciaret. Vide ad XLIV. I. § 1.

§ 5 *Acarnanes mille, scutati omnes*] Ita recte emendat Quæreng. in margine ed. Rom. in cujus contextu edebatur *et Acarnanes X.* Passim scribæ notas numeri denarii *X.* et millenarii ↀ confuderunt. Vide ad III. 15. § 5. IV. 32. § 8. Epit. Liv. l. V. XXIV. 40. § 8. c. 47. § 8. XXV. 13. § 4. c. 19. § 17. XXVII. 38. § 11. c. 40. § 11. c. 41. § 2. c. 43. § 11. c. 49. § 7. XXVIII. 34. § 2. c. 45. § 12. XXX. 4. § 11. c. 6. § 7. c. 18. § 14. c. 29. § 7. XXXIII. 4. § 3. c. 7. § 4. c. 15. § 16. XXXV. 37. § 7. XXXVII. 8. § 6. XLV. 43. § 5. et alibi.

Et ex ipsorum Corinthiorum juventute] Ita Gronov. edidit, quum ex unico codice vulgaretur *et ipsorum* sine præpositione, quæ a vocula præcedente elisa est. Vide ad XXX. 4. § 7.

§ 6 *Niceratus prætor Achæorum*] *Nicostratum* appellandum puto, ut et posteriore loco hujus capitis in membrana scribitur, et nominatur lib. XXXII. capp. 39. et 40. *J. F. Gron.* Immo in posteriore loco hujus cap. ed. Rom. *Niceratus* etiam legi indicat. Contra *Nicostratus* in membrana scribitur cap. seq. § 3. at iterum *Niceratus* § 13. Insuper *τὸ prætor* est ex emendatione viri docti ad marginem ed. Rom. quum contextus ejus ex Msto præferret *P. R. Achæorum* sollemni aberratione, de qua vide ad XXXI. 10. § 4.

Cum duobus millibus peditum, centum equitibus] *Millibus* Quæreng. emendavit in margine ed. Rom. quæ in contextu habet *militibus*. De hoc errore, quem librarii in membranis antiquis sæpius commiserunt, vide ad XXIII. 41. § 10. Deinde eadem ed. Rom. *peditum et equitibus*: pro quo Paris. 1625. *peditum et equitibus aliquot*. Gronov. tandem *peditum, centum equitibus*. Si ita cod. unicum habere aliunde resciverit, lectionem illam probo: numerum enim equitum requiri, omnes sentiunt. Verum si ita ex conjectura rescripsit, malim *centum quinquaginta equitibus*. Propius enim scriptam lectionem est, si *et* mutemus in *cl*, quam in simplex *c*. Vide ipsum Gronov. ad XXI. 22. § 3.

§ 7 *Regiæ copiæ peditum equitumque vagantes*] Scriptus habuit *vagare*: quod factum erat ex 'vagæ,' non 'vagantes.' Infra c. 15. 'in vagos palantesque.' Supra c. 7. 'agmen ad incertos clamores vagum.' Sic alibi 'vagam populationem.' *J. F. Gron.* Vide Gronov. ad Liv. XXVII. 16. § 4. Vide etiam num possis *vagatæ*.

§ 10 *Quo die, et quot, ex quaque civitate armati ad Apelaurum*] Ita recte

Digitized by Google

Quæreng. scribendum conjecit in margine ed. Rom. quum ibi vulgaretur *quotidie et quod ex quaque*. Pro quo ed. Grut. ultima *quotidie et quod ex quaque:* ed. Paris. 1625. *quo die et quo ex quaque*. Deinde *Apelaurum* locum fuisse haud magni nominis, ex eo adparere judicat Donjatius, quod ejus mentio apud geographos non invenitur. Memorat tamen Ἀπέαυρον eodem hoc loco prope urbem Stymphaliorum Polyb. IV. 69. *τὴν ὑπερβολὴν τὴν περὶ τὸ καλούμενον Ἀπέαυρον, ἡ πρόκειται τῆς τῶν Στυμφαλίων πόλεως περὶ δέκα στάδια.* Quare vel ex hoc Livii loco Polybius, vel ex Polybio Livius corrigendus est: prius tamen verisimilius est, quia ex Polybii contextu facilius Λ in ea voce excidere potuit ob similitudinem sequentis A, quam in Livio *L* addi.

§ 11 *Omnibus ad diem edictam paratis*] 'Edicere diem' Livio usitatam locutionem esse consentio, at tum demum locum habere posse videtur, si, vel edicto proposito, vel alia ratione, publice indictus esset. Quum autem contra hoc loco dies conveniendi occulto nuncio constitutus fuerit, una litera detrita *ad diem dictam* legendum arbitror: de qua locutione vide ad XXXV. 3. § 2. Forte olim scriptum fuerat *diẽdictam;* ut prior litera *τοῦ edictam* ex ultima præced. vocis perperam repetita sit. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Solent ceteroqui 'dicere' et 'edicere dicta' et 'edicta' in Mss. commutari. Vide ad IX. 14. § 2. XXIX. 1. § 5. XXXV. 3. § 2. et XXXVII. 47. § 7. Mox *profectus inde extemplo* est ex conjectura Quæreng. quum vulgatum ex Msto sit *præfectus inde ex templo.*

§ 12 *Armaturæ levis et trecenti equites, cum iis copiis dimissi*] Sive *armaturæ levis* referas ad 'pedites,' eumque nominativum intelligas, sive ad 'equites,' quod sequitur, non nisi inepta evadit oratio. Præterea abundat vox *copiis*, quam omnino tollendam existimo, et refingendum, *ex quibus armaturam levem et trecentos equites cum iis dimissos, qui spec., quam in partem hostes eff. sese, opperiebatur.* Milites levis armaturæ et cum illis una trecentos equites exploratum missos ait: et his ducem aliasque copias præstolatas. Τὸ *iis* ad intellectum refertur, militibus scilicet levium armorum. *J. F. Gronov.* Excidisse hic numerum levis armaturæ militum reor. Cætera, quam mitissime potest, dempta una, unaque addita litera, hoc modo restituo: *Erant autem cum eo quinque millia peditum, (ex quibus .... armaturæ levis,) et trecenti equites. Cum iis copiis, dimissis qui spec., quam in partem hostes eff. sese, opperiebatur.* Nempe exspectabat cum copiis suis, quam in partem hostes sese effunderent, dimissis, qui id specularentur: quamvis etiam simpliciter ac absolute positum intelligi possit τὸ *opperiebatur.* Ut apud Corn. Nepotem in Eumene cap. 9. 'Ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum.' Cicero Fam. VI. 20. 'Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri, quoad scire possis, &c. Cum iis copiis,' ut XXXI. 10. 'Cætero exercitu dimisso, præter quinque millia socium ac Latini nominis. Cum iis copiis Ariminum substiterat.' *Jac. Perizon.* Gronovii conjectura Donjatio duplici nomine displicuit; partim quia non levis est textus mutatio; quam Gron. inducere conatur; partim quia verisimile non putat, ex tam exiguis copiis totam levem armaturam cum trecentis equitibus ad speculandum missam esse. Fatetur tamen, emendatione aliqua opus esse, ut idoneus eruatur sensus. Non incommode autem legi posse existimat, *Erant autem cum eo quinque millia peditum, ex quibus armatura levis, et trecenti equites. Ex iis copiis, dimissis qui spec., quam in partem hostes eff. sese, opperiebatur.* Per voces, *ex quibus armatura*

Digitized by Google

levis, indicari monet, leviter armatos sub numero illo quinque millium comprehendi. Verum tam scabre Livius numquam locutus est; neque intelligo, cur *Ex iis copiis*, pro *Cum iis*, dederit. Clericus interpretando vulgatam juvare conatur, et omnia plana esse existimat, *si* ad voces *ex quibus armaturæ levis* suppleamus *qui erant*, hoc modo: Ex Achæorum peditibus, qui erant armaturæ levis, una cum trecentis equitibus secum dimissis, opperiebantur, speculantes, quam in partem hostes effunderent se, ut Nicostratum monerent. Sed longe præferendam esse puto Perizonii conjecturam, quam etiam Crevier. amplexus est, et felicissimam vocavit. Addam tantum locum simillimum Sallust. in Jug. cap. 91. 'Pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo: ibique, quam occultissime potest, cum omnibus copiis opperitur:' ubi vide Cortium.

Cap. xv. § 1 *Nemeam* (*amnis est Corinthium*] Strabo viii. 382. 'Ορίζει τὴν Σικυωνίαν καὶ τὴν Κορινθίαν ποταμὸς Νεμέα. *J. F. Gron.*

§ 2 *Ibi parte dimidia exercitus dimissa, dimidiam trifariam divisit*] Crevierius suspicatur excidisse hic unam aut alteram vocem, cujus loco sciolus aliquis intruserit τὸ *dimissa*; sensum autem manifeste flagitare judicat *secum retenta*, vel quid simile. Si enim Androsthenes partem exercitus dimidiam dimisisset, dimidiam trifariam divisam agros hostium populari jussisset, nullum castris præsidium relictum fuisset; quum tamen ex sequentibus pateat, partem aliquam in castris remansisse, an pro *dimissa* legendum *considere jussa*? Deinde *trifariam divisit* est ex conjectura Quæreng. quum perperam ederetur *trifariam dimisit*. De eo errore vide ad xxxvii. 45. § 19.

Pellenensium Sicyoniumque agros] An non scripsit Livius *Pellenensem*? Jac. Gron. Ita cap. præc. 'Pellenensem et Phliasium et Cleonæum agrum depopulabantur.' Hanc conjecturam Clericus in contextum recepit, nihil monito lectore. Se etiam, pro *Pellenensium*, quod recentiores vitiose editi præferunt, et Jac. Gronovio (non J. F. Gronovio, ut Hearnius existimabat) displicuit, *Pellenensem* ex vetustioribus correxisse, Crevier. monuit. *Pellenensem* tamen, si Clericum excipias, in nulla vidi ed. nisi in Paris. 1625. erroribus admodum infami: priores et posteriores membranarum lectionem *Pellenensium* servarunt, quod iis invitis in contextu non mutandum existimo. Vel enim *Sicyonium*, aut *Sicyonium*, accipiendum est, pro *Sicyoniorum*; vel, ne elegantias suas Livio eripiamus, de industria *Pellenensium et Sicyonius agri* dixit variandæ orationis causa. Ita xxxvi. 29. 'Inter Macedonum Romanaque castra, &c. in stationem incidit Macedonum:' ubi quædam vide. Et ita locum accipiendum esse, existimavit J. F. Gronov. ut constat ex illis quæ notavit ad iii. 17. § 12.

§ 5 *Altera clipeati, dein aliarum gentium exercitus robur erat*] Ita Quæreng. ex conjectura rescripsit, quum ex unico cod. ederetur *dein aliarum gentium exercitibus robur erat*. Nondum tamen vel sic locus est persanatus. Moratur enim mentio *aliarum gentium*, quum nulla adhuc gens memorata sit. Advertit ea res Crevier. qui fortasse excidisse *Achæorum* nomen; ac Livium dedisse suspicatus est, *altera clipeati Achæorum, dein aliarum gentium, exercitus robur erat*: ita ut ad *aliarum gentium* subintelligat 'clipeati,' et *exercitus robur* accipiat de clipeatis tum Achæorum, tum aliarum gentium. Quid? si, revocata veteris Msti lectione, reponamus? *altera clipeati, quod in illarum gentium exercitibus robur erat*. Ex *dein* feci *qđ in*, sive *quod in*; ex *aliarum* autem *illarum*. Solent autem voces *alia* et *illa* sæpe commutari. Vide ad xxiii. 7.

Digitized by Google

§ 3. *Illarum gentium* nempe 'Græcorum,' et finitimarum civitatium; ad quas occultum nuncium de mittendis armatis Nicostratum misisse, Livius cap. præc. retulit. Jam autem illarum gentium robur erant clipeati, præter quos in eorum exercitu modo memorati sunt mercenarii cum levi armatura, et postea hoc cap. cætrati.

§ 6 *In vagos, &c. hostes impetum fecerunt*] Legendum forte *impetum fecerant*. Præcessit enim 'aberant.' Eadem conjectura etiam Crevierio in mentem venit. Mox recte Gronovii edd. easque secutæ recentiores *demittere*, pro *dimittere*. Vide ad XXXIV. 50. § 2.

§ 7 *Ut qui hostes nusquam, nisi raro in collibus, &c. vidisset*] Fortassis *raros*, et ob id non audentes descendere in campos. Cap. 1. 'Rara arma, paucique milites circa eos apparebant.' Qui *raro* hostes viderant, eos non viderant *nusquam*. Nec tamen plane damno *raro:* nam et ita accipi potest, nusquam, nisi in collibus ante Sicyonem, idque raro, viderant hostes. *Duk.*

§ 8 *Vagos a castris dilapsos*] Ed. Rom. ex cod. Bamb. *vagos a castris dilapsus*, ad cujus marginem *dilapsosque* legendum monuit Quæreng. Id autem Paris. 1625. recepit. Quum vero deinceps ultima Gruteri perperam adfirmasset, Quæreng. *vagos a castris dilapsos* conjecisse, mox Heinsii Elsevir. ita etiam vulgavit, quod ex eo tempore recentiores omnes servarunt. Paullo post etiam *infrequenti agmine porta egressus* reponendum vidit idem Quæreng. pro quo ex Mstο edebatur *in frequenti agmine porta gressus*, sine ullo sensu.

Porta egressus per flumen instruit aciem] Scribe *egressus super flumen*. Ut XXXVIII. 13. 'Ipse, nihil via digressus, ad Antiochiam super Mæandrum amnem posuit castra.' XLII. 55. 'Inde quum tria millia ferme abesset a Tripoli (Scæam vocant) super Peneum amnem posuit castra.' *J. F. Gronov.* Supra I. 2. 'Situs est super Numicium flumen.' XXXIII. 6. 'Philippus super amnem Onchestum posuit castra.' c. 18. 'Eo die steterunt tantum acies utræque super ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis.' XXXIV. 28. 'Die altero ad Sellasiam super Œnunta fluvium pervenit.' l. XXXV. c. 28. 'Super torrentem prælium commiserunt.' c. 33. 'Decretum responsumque brevi in Italia, castris super ripam Tiberis positis, daturum.' XXXVII. 45. 'Magnesia, quæ super Mæandrum est.' Auctor Epit. Liv. l. XXVI. 'Hannibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit.' Frontin. Strateg. I. 10. § 3. 'Quum adversus Thebanos castra super ripam posuisset.' Prima syllaba *τοῦ super* intercidit, ob similitudinem ultimæ in voce præcedenti *egressus*.

§ 11 *Levis armatura ab latere, cliprati*] Lectio hæc ex Quæreng. conjectura nata est. Antea ex Mstο edebatur *levis armaturæ ab latere*.

§ 12 *Nulla spe castrorum tuendorum relicta*] Ita primum Gruterum edidisse vidi in postrema ed. quem Heinsii Elzevir. et recentiores omnes secutæ sunt. Olim ex Mstο unico edebatur *castrorum tenendorum*. Solent quidem confundi 'tenere' et 'tueri.' Præter illa quæ notavi ad X. 3. § 2. vide etiam ad XXII. 45. § 8. XXIII. 17. § 12. c. 38. § 9. l. XXVI. c. 49. § 9. et XXXVII. 35. § 6. Hic tamen Mss. lectio inmerito repudiata est. Ita enim 'tenere' v. 51. 'Quum victoribus Gallis, capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem Diique et homines Romani tenuerint:' ubi alia vide. XXXVII. 35. 'Parari singula adquirendo facilius potuisse, quam universa teneri posse.'

§ 13 *Magnam ubique cædem edidit*] Lege *utrobique*. Duo enim genera significat, in quibus sit cædes facta; alterum eorum est, qui in prœlio fugerant, alterum populatorum agri Sicyonii. Lib. XXXVI. c. 16. 'Depo-

Digitized by Google

pulatus Hypatensem primo, dein Heracleensem agrum, inutili utrobique Ætolorum auxilio.' *J. F. Gron.* Lib. VI. c. 30. 'Ibi dum iniquo loco cæduntur cæduntque, ad castra interim Romana ab altera parte hostes invasere. Ab ducibus utrobique proditæ temeritate et inscitia res.' XXVII. 40. 'Profecti ab urbe velut in duo pariter bella distenderant curas hominum simul, &c. simul quum illa angeret cura, quos tam propitios urbi atque imperio fore Deos, ut eodem tempore utrobique respublica prospere gereretur.' XXXVI. 39. 'Aut pacem aut bellum utrobique habenda.' *Ubique* est ex emendatione Quæreng. quum editum foret *ibique*.

§ 14 *Qui Pellenen Phliuntaque depopulati erant, incompositi partim omniumque ignari*] *Pellenen* primus emendavit Jac. Gronov. perperam autem priores *Pellenem*. Deinde *incompositi partim omniumque ignari* recte Quæreng. conjecit, quum ex Msto ederetur *compositi partim omnium signari*. Pessime Paris. 1625. præfert (*ut compositi partim omnium signati*) sine sensu.

Inlati sunt: partim, ex discursu] Olim edebatur ex Msto *inlati: sed partim:* pro quo Quæreng. conjecit *inlati: et partim*. Heinsii Elzevir. deinde dedit *inlati, partim ex discursu*. Gronov. tandem 1665. id admisit, quod nunc vulgo obtinet.

§ 15 *Id, quod erat, suspicati, ita se in fugam passim sparserant*] Hæc quoque lectio ingenio Quæreng. debetur, quum corrupte cod. unicus legeret *id quod erat supplicavit a se in fugam*. Præterea *sparserunt* convenientius videtur Crevierio. Idem Quærengius mox *circumvenirentur* substituit, pro *circumvenirent*, ut editur ex Msto.

§ 16 *Ceciderunt eo die mille et quingenti*] Et hoc Quæreng. acceptum referendum. Mstum enim legebat *X. et d.* Vide ad cap. præc. § 5.

CAP. XVI. § 1 *Quæ sola Græciæ gentium in societate Macedonum manserat*] In Msto unico erat *quæ sola Græciæ gentium manserat*. Aliquid autem deesse suspicatus Quæreng. id ita supplevit in margine ed. Rom. *quæ sola Græcia gentium in partibus Philippi manserat:* quod recepit Paris. ed. a. 1625. ita tamen, ut *regis* pro *Philippi* substituerit. Quum autem postea supplementum Quæreng. in edd. Heinsii Elzevir. et Gronovii prima omissum esset, in illa deinde, quæ 1665. excusa est, id adparuit, quod nunc vulgo exstat. Eadem autem Gronov. ed. mox § seq. *Duæ autem maximæ causæ* dedit, pro *maximæ*, ut habent priores. Vide Dukerum ad XXI. 33. § 7. et quæ dixi ad VI. 36. § 2. Præterea *Leucaden* edd. priores, pro quo recte Gronov. *Leucadem*.

§ 3 *Sed et principes et magistratus pervicerunt, ut privatum decretum*] Suspecta mihi τὰ *Sed et:* videturque sub iis latere *Duo principes et magistratus*. Hoc est, Archelaus et Bisnor cum Zeuxida prætore. *J. F. Gron. Privatum decretum* interpretatur Crevierius, non totius Acarnanum gentis nomine latum, sed quorumdam tantum populorum. Paullo ante ed. Rom. ex Msto *nec in iis qui*. Paris. a. 1625. *nec iis qui*. Quæreng. conjecit, ut nunc editur, *nec ipsis qui:* quod Gronovio ad V. 42. § 4. *ipse* pro *is ipse* minus probanti, corruptum videbatur. Quamvis autem id ibi vindicare conatus sim, vide tamen an hoc loco ex *nec in* faciendum sit *neque*, ac legendum *neque iis, qui convenerant*.

§ 4 *Androcles et Echedemus*] Ita Gronov. 1665. edidit. *Erhidemus* ex Msto habet ed. Rom. *Echidemus* conjecit Quæreng. *Echtidemus* vulgavit Elzevir. Heinsii. 'Echedemus princeps legationis Atheniensium' memoratur XXXVII. 7. Paullo ante etiam Gronovius eodem tempore dedit *qui abfuerant*, pro *adfuerant*, quod perperam erat in antiquioribus excusis. Vide ad XXIII. 8. § 11.

Digitized by Google

§ 5 *Archelaus et Bianor*] Ita vir doctus in margine ed. Rom. conjecit. In Msto erat *Bianos*. Mox *Zeuxidæ* primum inveni in Gronov. ed. 1665. priores omnes *Leuxidæ*.

§ 6 *Suadentibus namque amicis, cederent tempori*] Hæc lectio ex conjectura Quæreng. recepta est, quum antea ex Msto ederetur male *Suadentibus nam amicis, cederetur tempori*. Sed *nam* et *namque* sæpe commutantur in codd. scriptis. Vide ad VII. 28. § 7. Deinde *cederēt*, id est *cederent*, perperam mutarunt in *cederet*, sive *cederetur*, de quo errore vide ad XXXVIII. 40. § 1. Ed. Paris. 1625. exhibet *ut cederent tempori*. Sed ita propius ad vestigia cod. unici dari posset *cederent ut tempori*. Verum emendationi potius Quæreng. subscribo. Particula enim *ut* post τὸ *suadere* sæpius omitti solet. Supra XXIV. 8. 'Ego magnopere suadeo, eodem animo consules creetis.' Mox § seq. idem Quæreng. legendum monuit *statuerunt*; quum antea, præeunte Msto, editum fuisset *statuerant*.

§ 10 *Quæ in eos decreta erant, frequentes tollerent*] *Frequentes colerent* præfert cod. unicus, pro quo vir doctus in margine ed. Rom. recte conjecit *tollerent*. Paullo ante hoc cap. 'Non ad tollendum modo decretum Romanæ societatis valuerunt.' Solent autem etiam alibi 'tollere' et 'colere' in membranis permutari. Vide Burm. ad Suet. Tiber. c. 65. *frequentes recolerent* præfert ed. Paris. anni 1625.

CAP. XVII. § 2 *Itaque, quum hæc repentina mutatio*] Emendavit hoc modo Quæreng. ad marginem ed. Rom. in cujus contextu ex Msto edebatur *Namque quum hæc*. Idem etiam recte vidit § præc. legendum *id caput Acarnaniæ*, quum ex Msto in editione Rom. vulgaretur *id capiti*.

Cum classe profectus Leucadem, ad Heræum, quod vocant, naves adplicuit] Edebatur Romæ *Leucade*. Id Quærengio displicuit; qui, conjungens forte *profectus Leucade*, et reputans, Quinctium non Leucade, sed in insula Corcyra conscendisse, legendum putavit *Leucadi*, vel *Leucadem*; quorum posterius deinde in Gronovianis aliisque recentioribus edd. receptum est. Ipse tamen Gronovius in prima notarum ed. conjecit *cum classe profectus inde ad Heræum*, quod curis posterioribus tacitus omittendo damnavit. Et sane locus, recepta distinctione, quæ in ed. Rom. aliisque antiquioribus reperitur, sanus videtur. Est autem hæc: *cum classe profectus, Leucade ad Heræum*. Per 'Heræum' autem intelligo templum Junonis non longe ab urbe remotum. Ita templum Apollinis Leucadii, ac Veneris Æneadis extra ipsam urbem Leucadem fuisse creduntur. Vide Palmer. Græc. Antiq. III. 10. p. 412. Naves itaque adplicuit Leucade ad Heræum: quare priscam lectionem revocavi.

§ 6 *Leucadia nunc insula est, &c.*] Scribe, *Leucad. nunc ins., et vadoso freto, quod perf. manu est, ab Ac. divisa; tum pen. erat, occ. regione arctis faucibus cohærens Ac.* Aliter alii. *J. F. Gron.* Locus ita Romæ ex Msto edebatur *Leucadia non ins. est vadoso freto, quod perf. manu, et ab Ac. divisa tumpæn insula erat occ. regio ne? ratis faucibus coherens, Ac.* Ea verba Quæreng. sic ex ingenio emendavit: *Leuc. nunc ins. est vadoso freto, quod perf. manu, et ab Ac. divisa. Tum peninsula erat, occ. regione artis faucibus cohærens Ac.* Vossius vero ad Scylac. Peripl. p. 30. ed. Gron. hoc modo: *Leuc. nunc ins. est, vadoso freto, quod perf. manu, ab Ac. divisa. Tum peninsula, et ab occidente regioni artis faucibus cohærens.* Sed Gronovio adsentior, cujus lectio minus a Msto recedit. In principio tamen periodi malim *Leuc. nunc ins. est, vadoso freto, quod perf. manu est, ab Acarn. divisa. Tum peninsula erat*: duabus periodis,

Digitized by Google

quas in unam contrahebat Gronovius, servatis. *Regione occidentis* est parte occidentali, ea parte, quæ occidentem spectat. Vide ad III. 64. § 5. versus occidentem. Vide Gronov. ad XXV. 25. § 8.

Iis partibus cohærens Acarnaniæ] Quid illud *cohærens* referat, sciri non potest, nisi ex prioribus, quæ desunt. Conjectura autem omnibus est libera. *Glar.* Ab his verbis incepit fragmentum hujus libri, quod Moguntini primi 1518. publicarunt. Priori autem hujus libri parte postea in lucem protracta jam recte patet, quid illud *cohærens* referat: ex eodem fragmento etiam recte *artis faucibus*, pro *iis partibus*, receptum est. Moguntinus autem et Bambergensis codd. in servanda voce *Acarnaniæ*, quam Voss. expungebat, conspirantes ejus conjecturæ illam Gronovii præferendam esse docent.

§ 8 *Ima urbis plana sunt, jacentia ad mare*] An melius *patentia ad mare?* id est, quæ porrigitur planicies usque ad mare. *J. F. Gronov.* Infra XLIII. 18. 'Solum infestum esse Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens.' Vide ad XXV. 23. § 11. Solent autem 'patere' et 'jacere' in Mss. commutari. Vide N. Heins. ad Nason. Met. II. 179. et Fast. IV. 478. Cur tamen vulgatum hic mutandum sit, non video. Vel enim 'jacentia' respectu reliquæ partis colli adplicatæ. 'Jacere' autem usurpatur de locis humilioribus. Supra l. v. c. 48. 'Loco jacente inter tumulos castra habentes.' IX. 2. 'Saltus duo alti, angusti, silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti. Jacet inter eos, &c. campus.' c. 37. 'Sub Ciminii montis radicibus jacens ora.' Ovid. Fast. II. 392. 'Quaque jacent valles, maxime circe, tuæ.' Justin. XXII. 5. 'Non in montibus positæ sint, sed in planis campis jaceant.' Vide quæ notavi ad Silii XII. 132. Vel etiam 'jacentia ad mare' est simpliciter ad mare sita, posita. Infra VI. 30. 'Castra interim Romana jacentia in campo invasere.' XXIII. 8. 'Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent.' Flor. III. 5. 'Pontica gentes ad septentrionem in mare sinistrum jacent.' Virgilius Æn. III. 692. 'Sicanio prætenta sinu jacet insula contra Plemmyrium undosum:' ubi Servius: '*Jacet* sita est: ut 'Medio jacet insula ponto.'' Vide Passer. ad Prop. p. 194. et Vorst. de Latinit. Falso Susp. c. 13. Ceterum Moguntini et quidam alii ediderunt *injacentia*; et mox *inexpugnabilis*; pro quo Froben. 1531. *jacentia* et *expugnabilis* substituit.

§ 9 *Aut ariete decussi*] Dixi ad XXXII. 17. *Duk.*

§ 11 *Leucade habitantes, ab arce milites accepissent*] Forte *Leucade hab. in arce, milites acc.* vel *Leucade hab., in arcem milites acc.*

§ 14 *Dediderunt se victori*] Ita primum vidi in ultima Grunteri; quod recentiores omnes servarunt, quum antea et Moguntinæ et alibi semper editum fuisset *dediderunt sese*; quod revocavi.

§ 15 *Quod ad Cynos Cephalas pugnatum erat*] Scotussa urbs est Thessaliæ Pelasgicæ, ut ait Strabo lib. VII. ad finem p. 339. Ad eam locus est quidam, quem *Κυνὸς κεφαλὰς*, id est *Canis capita*, vocant, ubi Romani ac Ætoli, duce T. Quintio, ingenti prœlio Philippum Demetrii filium et Macedoniæ regem vicere, ut ait idem Strabo lib. IX. ad finem p. 441. Hæc pro locorum notitia indicare visum est nobis operæ precium. *Glar.*

Omnes populi Acarnaniæ in deditionem legati venerunt] Omnino *in ditionem* legendum judicat Crevier. Has voces sæpe commutari, vidimus ad XXVI. 21. § 17. Quo minus tamen ejus conjecturam probare possim, obstat vox *legati*; per quam intelligitur L. Quinctius Flamininus, T. Quinctii frater, cui classis cura, ma-

Digitized by Google

pitimæque oræ imperium mandatum ab senatu erat anno præcedenti, ut Livius testatur XXXII. 16. et qui hoc iterum anno præesse classi jussus erat, teste Livio ibid. c. 28. Eum 'legatum Flaminium' vocavit hoc cap. Locutio autem 'venire in ditionem alicujus' notat se submittere alicujus imperio. Jam vero populi, a ducibus Romanorum subacti, non se submittebant imperio illorum ducum, sed populi Romani. At 'venire in deditionem' est sese dedere. Populi autem devicti dedebant se ducibus Romanis, ut essent sub imperio populi Romani. Eo sensu 'se in deditionem consulis permittere' Livius dixit VIII. 20. Ubi perperam Gronovium *in ditionem*, sine causa Doujatium *consuli* emendandum censuisse docui.

CAP. XVIII. § 1 *Ad vindicandam a Philippo continentem regionem*] *Continentis* puto. Tota Asia est regio continens: eam autem non vindicare volebant Rhodii, sed Peræam, partem illius continentis. Livius l. XXXII. c. 33. 'Rhodii Peræam (regio est continentis adversus insulam, vetustæ eorum ditionis) repetebant.' *Duk.*

§ 2 *Cum octingentis Achæis peditibus, mille et nongentis fere armatis*] Numquid ergo 'pedites' illi non 'armati?' Scribe *nongentis levi armatu*. Ut hoc libro c. 8. 'Haud dispari armatu.' Vel si mavis *leviter armatis*. Infra hoc cap. 'equites levisque armaturæ quod erat.' *J. F. Gron.* 'Armatos' puto posse accipi pro militibus, ut sæpe; vel pro iis qui justis armis instructi erant: nam auxiliares plerumque dispari armatu erant. 'Fere' solet apponi numeris, nec maxima causa est, cur suspectum esse debeat. *Duker.* Gronovio respondet Crevierius, Achæis peditibus, qui erant unius gentis, obponi armatos, ex vario nationum et auxiliorum genere conlectos. Difficultati tamen non satisfacit. Similiter enim quæri potest, cur ex vario genere auxiliorum conlecti, qui obponuntur Achæis, qui erant unius generis, dicuntur 'armati?' num quid ergo Achæi non erant 'armati?' Nec mihi tamen Gronovii conjecturæ probantur. Infra enim hoc cap. Rhodios tria millia peditum in aciem eduxisse Livius testatur, ex quibus mille et nongentos leviter armatos fuisse vix verisimile videtur. Doujatius, Gronovii vestigiis insistens, et forte etiam adrepta occasione ex loco Livii a Gronovio laudati, legendum conjicit *mille et nongentis dispari armatu*.

§ 3 *Galli, et Nisuetæ, et Pisuetæ, et Tamiani, et Arei, ex Africa*] Galatas intelligit, opinor, quorum populos (credo) aut eorum vicinos vocat Nisuetas, Pisuetas, Tamianosque, sicut et Laodiceni erant. Areorum in Arabia meminit Plinius VI. 28. ad finem: quamquam longinqua ea militia videtur. Vide etiam num *Taniani* legendum. 'Tanium' enim Troemorum oppidum in Galatia ponit Ptolemæus V. 4. de quibus copiosius XXXVIII. 15. *Glar.* Scribendum *et Pisuetæ, et Nisuetæ*. Nam Pisuetæ non erant ex Africa. Stephanus: Πισύη, πόλις Καρίας· λέγεται καὶ Πιστύη· τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Πισυήτης. At de Nisua Ptolemæus IV. 3. ordine, Καρχηδὼν μέγα ἄστυ. Κατάδα ποταμοῦ ἐκβολαί· Μαζοῦλα· Καρπὶς· Νίσουα· Κλυπέα. *J. F. Gron.* Fundamentum, quo Gronovius transpositis vocibus *et Pisuetæ, et Nisuetæ* legendum censet, illud est; quod Nisuetas, Tamianos, et Areos omnes ex Africa fuisse putet: in quo ipsi consentit Crevier. Contra vero Doujatius voces *ex Africa* eo animo a præcedentibus interpunctione distinguit, ut Livius innuat, præter Gallos, Nisuetas, Pisuetas, Tamianos, et Areos, inter auxilia Rhodiorum fuisse etiam milites ex Africa, nempe ex Africa pro-

Digitized by Google

prie dicta. Verum secundum Gronovium Nisuetæ etiam ex Africa proprie dicta fuerunt: et præterea, si ea Livii mens fuisset, quemadmodum modo dixit *et Nisuetæ, et Pisuetæ, et Tamiani, et Arei*, ita etiam nunc dixisset, *et ex Africa*. Quamvis autem incertum sit quinam per Tamianos et Areos intelligantur, non tamen cum eodem Doujatio indicari puto Arios, regni Persici populos, quia nimio terrarum spatio a Rhodiis remoti sunt, quam ut inter auxilia eorum militasse existimari possint. Ceterum particulam *et* ante vocem *Tamiani*, quam primus Sigonius, et post eum recentiores omnes omiserunt, jubentibus antiquioribus edd. revocavi. Ex edd. Glareano posterioribus quædam conjecturam ejus *Taniani* receperunt; quædam ex utraque lectione juncta dederunt *Tamniani*.

§ 4 *Cum his copiis Pausistratus tendebat in Strutonicensi agro*] Præclaram hujus loci restitutionem debemus eruditioni et virtuti Freinshemii nostri. Verbum *tendebat* est nihili, cæterum occultat nomen castelli, quod Rhodii duce Pausistrato ceperunt. Stephanus Τένθηβα, πόλις Καρίας. Ita ergo repone: *Cum his copiis Paus. Tendeba in Strat. agro, locum peropp., ignaris regiis, qui tenuerant, occupavit.* Et deinde, *Din. regius præf., rec. cast. caussa, primo castra ad ipsa Tendeba movit.* Sed quid est, *ignaris regiis, qui tenuerant?* An credibile est, nullum in eo castello tam opportuno præsidium fuisse? et qua de caussa deseruerunt, quod occupatum ab hostibus reciperare sunt aggressi? Nec habeo quod supponam, nisi forte nimis audacter, *ignaris regiis, qui Stratonicæ erant.* Felicius forte Rubenius *qui Theræ erant.* Thera enim urbs Perææ regionis, Rhodo insulæ opposita, apud Ptolemæum v. 2. et Stephanum. *J. F. Gron.* Locus, ubi Freinsh. bis *Tendeba* Livio restituendum docuit, exstat in Indicis Curtiani principio. Cujus *εὕρεσιν* laudavit etiam Gronov. Epistola ad Salmas. quam edidit Burm. Syllog. Epist. tom. II. p. 604.

§ 5 *In tempore et ad ipsum*] *Ad id ipsum* lege. *Gelen.* Vide tamen ad v. 43. § 4. XXI. 55. § 11. et XXVI. 40. § 8.

§ 7 *Omnibusque ex præsidiis, quæ multifariam dijecta erant, devocatis*] Cogitabam *evocatis* ex Lucano I. 394. 'sparsas per Gallica rura cohortes Evocat.' Sed nihil tentandum credo, qui paullo post dicit 'contracta ex castellorum præsidiis,' et castella fere sunt in locis editioribus. IV. 39. 'Ab tumulo suos devocat, et in castra Romana penetrat.' *Duker.* Pariter etiam locutus est Livius VI. 20. 'Jovem Deosque alios devocasse ad auxilium fortunarum suarum.' Plura de hoc verbo vide apud eruditos commentatores ad Phædri I. 20. 2. Deinde *quæ multifaria dijecta erant* ed. Mogunt. et proximæ, pro quo Froben. 1531. dedit *multifariam*; qua voce sæpius usus est Livius. Supra III. 5. 'Superante multitudine hostes carpere multifariam vires Romanas.' XXXVII. 5. 'Multifariam scalis adpositis, urbem eo die defenderunt.' XLIV. 41. 'Interrupta multifariam acie obviam ire cogebantur.' Idem vocabulum restitui XXI. 8. 'Oppidani, &c. multifariam distineri cœpti sunt:' ubi antea edebatur *multimoda arte.*

Alabanda, ubi hostes erant, ducere] *Alabandam* Mogunt. et proximi: pro quo recte Froben. 1535. *Alabanda*: Livius enim numero plurali etiam nomen hujus urbis effert, XXXVIII. 13. 'Quo legati ab Alabandis venerunt.'

§ 9 *Lævo Acrianos locat*] Qui sint 'Acriani' illi, haud usquam legi, quod sciam. 'Acria' quidem oppidum est sinus Laconici; sed haud scio, quam hic quadret. Alii *Agrianos* legunt. *Glar. Agrianas* legendum e Stephano (voce Ἀγρίαι) qui, quum multis modis

Digitized by Google

hanc vocem editam doceat, *Agrianos* tamen nunquam, *Agrianas* certe dictos affirmat. Fœdius apud Ciceronem in Pisonem c. 37. *Aggrinarum et Dolopum* legitur, pro *Agrianum*. Sigon. 'Agrianes' memorantur XXVIII. 5. ubi vide Sigonium: etiam XLII. 51. et XLIV. 11. Mox pessime *mares* Mogunt. et proximi ediderunt. Recte Froben. 1531. in *Cares* mutavit.

§ 10 *Cretensium auxiliares Thracumque Rhodia cohors*] *Rhodia cohors habuere* conjungendum: et Thraces Cretensesque a dextro cornu Rhodiorum contra Acrianos, qui in sinistro hostium erant cornu. Achæi a sinistro Rhodiorum cornu contra Macedonas: quod propter sequentia annotandum duximus, ubi dicitur Achæos 'contra Acrianos' ivisse superato torrente. Legendum enim puto *contra Macedonas:* quia statim post ait de Achæis, 'numero acie mille, et ipsi quadringentos loco expulere:' ubi rursus *quingentos* legendum arbitror ex superioribus. *Glar.* Glareanus notat conjungendum, *Rhodia cohors et Cretensium auxiliares Thracumque habuere*, qui steterint adversus Agrianas. De Cretensibus utcumque fero: etsi superius eos in Philippi sociis invenio. Sed Thraces unde Rhodiis? Dein quomodo 'Rhodia cohors' pro exercitu? Magnum hic mendum latere suspicor, quod haud scio an de conjectura possit sanari. Tentare licet, *equites cornibus circumdat, Cret. aux. Thracumque. Rhodia cohors sin. cornu, dextro merc. milites, lectam ped. manum, habuere.* Mercenarios intelligo Achæos, ut et Glareanus. Nam in lævo Macedonum erant Agrianes, quos Achæi pepulere. Ergo hi in dextro Rhodiorum. *J. F. Gron.* Locus corruptissimus, in quo tamen aliquantulum nos juvat antiquissima hujus libri ed. quæ est Moguntina, exhibens *circumdaret*. Unde manifesto apparet legendum esse *circumdat, et Cretensium auxiliares Thracumque*, ut recte vir summus hæc superioribus esse conjungenda vidit. Cætera sic dedit Livius: *Rhodii Achæos dextro cornu, sinistro mercenarios milites, &c.* Rhodios dicit, quia illorum res agebatur, eorumque auspiciis et ductu, licet paucissimi forsan ejus civitatis fuerint milites. Sic paulo post, 'Rhodii, quantum diei superfuit, secuti.' Achæos dextrum tenuisse cornu ex sequentibus constat, neque minore negotio, quam nunc a me factum, in illud restitui posse puto. *Jac. Perizon.* Palmaria est Perizonii conjectura, quam Crevier. etiam probavit, et Clericus in contextum recepit; quem lubens secutus sum. Dicendum tamen, male Gronovium mirari, unde Thraces militassent in castris Rhodiorum. Nam apud Achæos Philippi hostes stipendia fecerunt c. 15. a quibus Rhodii accipere potuissent. Non ergo ex hoc inprimis capite vulgatum falsi argui debet.

§ 14 *Sed animis quoque paribus, et æqua spe pugnaverunt*] Etsi in præcedentibus suppleri potest *pari*, et ablativus sequens *æqua spe* videtur tueri *paribus*, tamen suspicor eam corrumpendæ vocis præcedentis causam fuisse, et Livium scripsisse *sed animis quoque pares*. Duk. *Pugnaverunt* apud primum invenio Curionem. Priores habent *pugnarunt;* quod revocavi.

§ 15 *In Agrianas impetum fecere*] Glareanus ad § 10. *Macedonas.* Putat enim Achæos sinistrum cornu tenuisse. Sed superius peccatum, ut diximus. *J. F. Gron.*

§ 16 *Numero Achæi mille et ipsi quadringentos*] Glareanus ad § 10. *quingentos*, Macedonas intelligens. Sed Agrianes Achæis oppositi fuere. Scribe igitur, *numero Achæi mille et ipsos octingentos loco expulere.* Significat pari numero Achæos et Agrianes fuisse. Achæi autem mille octingenti erant, nam octingentos habebat olim Pausistratus: Theoxenus adduxerat alios mille. Nec mirandum supra ab

Digitized by Google

Rhodiorum partibus tria millia septingentos colligi, dein dici, terna tantum millia peditum pugnasse : interque hos Rhodiam cohortem, cujus prius facta non fuerat mentio. Accipio enim partem auxiliorum custodiæ castrorum et Tendeborum relictam. *J. F. Gron.* Ex his vix ullus sensus effici posse videtur Crevierio; cui Gronovii conjectura non satisfaciebat, quia vox *numero* plane alieno loco et ordine posita turbat. Si autem ea mens Livii fuit, quam credidit Gronov. plus audendum ac legendum censet *Agrianas Achæi mille et ipsos octingentos loco expulere.* Hæc tamen valde incerta agnoscit. Ceterum *numero acie mille* Mogunt. ejusque traduces. Vulgatum primum obcurrit in Froben. 1535.

Inclinat dein dextrum omne cornu] Atqui dextro in cornu stabant Macedones, de quibus dicturus est. Quomodo autem hi sunt lævo latere nudati altero cornu cæso? Nonne lævum eorum latus protegebat acies media? Prima ed. *Inclinato dein dextrum omnis cornu.* Nec aliter Aldus, Saveterius, Frobenius. Scribe, *Inclinata dein omnis media acies. Dextr. cornu, Mac., usque dum ordines et velut stipata phalanx consistebat.* J. F. Gron.

§ 18 *In præcipitem fugam effusi, Bargyllas petentes fugerunt*] 'Bargylia' neutro genere oppidum Cariæ omnes authores proferunt, sicut et Livius ipse lib. priore c. 83. 'Ab Jasso, et Bargyliis, et Euromensium urbe.' *Glar. Bargylia* aut *Bargylias* legendum est. Quamquam Stephanus non nisi *Bargylia* neutro genere, et *Bargyliam* muliebri dici ait. *Sigon. In præcipitem pugnam effundentes* Mogunt. et proximæ edd. usque ad Froben. qui a. 1531. illud substituit, quod nunc vulgo exstat.

§ 19 *Receperunt sese ad castra*] *Receperunt se* Mogunt. et paucæ ex vetustioribus. Frobenius deinde a. 1535. vulgavit *sese*, quos recentiores omnes secuti sunt. Priscam lectionem reduxi.

§ 20 *Vicisque Perææ recipiendis*] In hunc ordinem vocabula iterum primus digessit Froben. 1535. Antea Moguntini ex codice, Aldus, et quidam alii dederant *vicisque recipiendis Pyrrheæ.*

§ 22 *Recipi nisi aliquanto properum Antiocho potuit*] Ita in codice Moguntino habebantur verba. Quidam ita emendarunt: *recipi nisi aliquanto post per Antiochum non potuit.* Sed parum adhuc intelligitur nostro huic proposito congruens. *Glar.* Vulgatam lectionem, in qua adhuc aquam sibi hærere Glareanus confitetur, primum invenio in ed. Froben. 1535. Rem ita expediendam censeo. Victo Philippo Romanos Rhodiis dono dedisse Stratoniceam Cariæ atque ullas urbes, quas Philippus tenuisset, Valerius Antias narravit, teste Livio lib. XXXIII. c. 30. Verum aut erravit, aut res exitum sortita non est. Antiochus enim, fractum Philippum videns, ut victoriam Romanorum in rem suam verteret, plures Asiæ urbes, quæ ad ipsum pertinuerant, occupavit. Certe legati Romanorum ad Antiochum missi, ut de statu præsenti Asiæ agerent, id ferendum esse negarunt, Antiochum civitates a Philippo possessas per occasionem, averso Philippo in Romanum bellum, intercepisse. Vide Livium XXXIII. 39. et Polyb. XVII. 31. Quinctius etiam et decem legati legatis Antiochi pronunciarunt, ut excederet Antiochus Asiæ urbibus, quæ Philippi fuissent. Vide Liv. ibid. cap. 34. Polyb. Exc. Leg. num. IX. p. 1110. et App. in Syriac. p. 88. Inter has urbes videtur fuisse Stratonicea, quæ in potestate Antiochi substitit, donec a Romanis victus omni Asia cis Taurum cesserit: quo tempore Rhodiis data est Lycia et Caria, atque ita etiam Cariæ urbs Stratonicea. Vide ad XXXVIII. 39. Rhodii igitur non, nisi aliquanto

Digitized by Google

post, recipere potuerunt Stratonicean ' per Antiochum,' id est propter Antiochum, Antiocho obstante. Hoc sensu præpositio *per* obcurrit apud Liv. VIII. 12. ' Per valetudinem id bellum exsequi nequierat.' Cic. pro Domo c. 20. ' Ne id quidem per legem Liciniam, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti.' In Pison. c. 8. ' Id iis non licere per interdicta crudelitatis tuæ, potestatis erat non ferendæ.' De Provinc. Cons. c. 18. ' Si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem atque inimicitias meas reipublicæ concessisse.' Paullo ante *nequiquam* ex Msto suo ediderunt Moguntini. Vide ad XL. 47. § 9.

CAP. XIX. § 1 *Dardanos transgressos fines ab contentu concessit cum regni*] Hæ voces, *ab contentu concessit cum*, plane hic superfluunt. *Gelenius. Ab conventu discessit* [pro *ab contentu concessit*] legendum puto. Quamquam, *Philippus cum audisset, Dardanos transgressos fines regni superiora Macedoniæ evastare*, planus erat sermo, sed interjecta verba rem faciunt obscuram, ideo a quibusdam prorsus amota sunt. *Glar.* Hic legebatur antea *fines ab contentu concessit cum regni*. Eas quatuor voces pro supervacuis induxit Gelenius. Videtur potius leviter corrigendum fuisse, *Dardanos transgressos ab contemtu concessi velut regni*. Philippus dum contrahit undique militem in bellum adversus Romanos, oppositam Dardanis regni partem præsidio nudaverat: atque eam velut in prædam, se ipsum contemtui, latrocinio gaudentium populorum exposuerat atque concesserat. Infra c. 38. ' Smyrna et Lampsacus libertatem usurpabant: periculum erat, ne, si concessum his foret, aliæ urbes sequerentur.' X. 24. ' Postremo se collegæ honores præmiaque concessurum verecundia ætatis ejus majestatisque: quum periculum, dimicatio proposita sit, neque cedere sua sponte, neque cessurum.' XXIII. 18. ' Quia silentium erat, solitudo visa, metuque concessum barbarus ratus, moliri portas et claustra refringere parat.' XXXVII. 31. ' Quum confessionem concessi maris ultimam hosti expressisset.' XLII. 13. in oratione Enmenis: ' Hæc quum vobis quiescentibus et patientibus fecerit, et concessam sibi Græciam esse a vobis videat.' Glareanus, qui nec Gelenio scit assentiri, (non hic, sed in aliis quoque certioribus) nec ipse quid melius adfert, quid muginetur, non intelligo. *J. F. Gronov.* Lego minima mutatione *concussi tum regni*. Scilicet toto prope orbe terrarum in Thessalia, Achaia, et Asia profligabat Macedonas fortuna, regnumque illud gravibus damnis afficiebat et labefactabat. Id enim est ' concutere.' Nepos Epam. c. 6. ' Ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna.' Florus II. 15. ' Ut, quam urbem concusserat avus, nepos ejus everteret.' Velleius II. 78. ' Quas (provincias) Labienus magnis momentis concusserat.' Et c. 79. ' Virum humana ope invictum graviter eo tempore fortuna concussit.' *Jac. Perizon.* Liv. XXII. 34. ' Ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis aliena invidia splendentem vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur.' XXVIII. 44. ' Concusso jam et pene fracto Hannibale.' XXXI. 7. ' Florentem Italiam adgressus Pyrrhus tamen concussit.' Valer. Max. IV. 1. ext. 4. ' Concussum et labentem civitatis statum in pristinum habitum revocavit:' ubi nihil mutandum. Silius IX. 44. ' Per toties, inquit, concussæ mœnia Romæ.' XVII. 175. ' Karthago laboret Ut trepidi Hasdrubalis ... Non una concussa fuga.' Vide Heinsium ad Vell. Pat. II. 2. et Duker. ad Flori II. 15. § 12. Quia codicis Moguntini lectio commodum sensum non reddebat, eam editores Livii uno consensu repudiarunt. Et quidem Froben. a. 1535. Gelenii conjecturam in con-

Digitized by Google

textum recepit; eaque ad Gronov. usque obtinuit: qui in priori ed. nott. emendavit *ab contentu concessi tum regni*. Id autem postea in contextu Liviano Gelenii conjecturæ subposuit, et a. 1665. ut et omnes recentiores viri docti servarunt, licet jam tum Gronovius, priori emendatione rejecta, aliam in curis secundis proposuerit. Quum igitur conjecturis standum sit, neminem vitio versurum confido, si certissimam Perizonii, quam etiam Crevier. probavit, receperim. Emendationis Glareani, quam se non intelligere Gronov. fatetur, hic sensus fuisse videtur, Philippum, quum audivisset Dardanos fines transgressos, discessisse ab conventu, sive colloquio cum Quinctio et aliis, de quo egit Livius c. 13. Quum vero audivisset, (hæc enim verba repeti voluisse videtur,) eos superiora regni Macedoniæ evastare, quamvis ubique adversa fortuna bellum gerebatur, milites conscripsisse, et obvium progressum inproviso hostes obpressisse. Eam tamen nemini placituram existimo.

§ 2 *Quamvis toto prope orbe terrarum, undique se suosque profligante fortuna, urgebatur*] Versus *se suosque profl. fortuna urgebatur* obscuram habet compositionem. *Glar.* Cur obscure hæc compositio visa sit, nescio; nisi forte fuerit, quod amphibolon esse putet, utrum fortuna se suosque, an vero Philippum ejusque socios profligarit: ad quæ tamen neminem suæ mentis hæsurum spero. Vox *toto* deest in ed. Mog. quæ etiam dedit *se suosque eligente*, pro *profligante*. Vulgatum prima exhibuit Froben. 1535.

§ 3 *Circa Stobos Pæoniæ*] Ptolemæus III. 13. Stobos Pelagonum oppidum ponit inter Axium ac Erigonem fluvios. Ergo hic legendum *Pelagoniæ*, non *Pæoniæ*. Intraverant enim jam Macedonum regnum Dardani. *Glar.* Ab Glareani conjectura sic [*Pelagoniæ*] receptum, quum codex Moguntinus, unde primum typis descriptus hic liber, haberet *Stobos Pæoniæ*. Auctore Ptolemæo utitur Glareanus, qui Pelagonum id oppidum dicat. Quid tum? Excerpta Strabonis VII. 331. Ὅτι παρ' Ὁμήρῳ Ἀστεροπαῖος υἱὸς Πηλεγόνος ἐκ Παιονίας ὢν τῆς ὑπὲρ Μακεδονίᾳ ἱστορεῖται· διὸ καὶ Πηλεγόνος υἱός· οἱ γὰρ Παιόνες Πελαγόνες ἐκαλοῦντο. Noster XXXIX. 54. 'Pæoniæ ea regio est prope Erigonum fluvium, qui ex Illyrico per Pæoniam fluens in Axium amnem editur. Haud procul Stobis veteri urbe.' XL. 21. 'Stobos Pæoniæ exercitu indicto in Mædicam ducere pergit.' XLV. 29. 'Salis commercium dedit: tertiæ regioni imperavit, ut Stobos Pæoniæ devehorent.' Plinio IV. 10. inter Pæoniæ gentes 'Pelagones,' 'Mygdones.' *J. F. Gron.* Vide Cellarii Geogr. Ant. II. 13. p. 662.

§ 8 *Nihilo quietiores postea res habuit*] Hæc lectio primum proposita est in Frobeniana ed. 1531. Priores simul cum Mogunt. ex Msto vulgarunt *nihilo quietiores res Pausistratus habuit*. Quod qui mutavit, et vulgati auctor exstitit, quum ordinem verborum servare, et *quietiores res postea habuit* dare debuisse videatur, voces potius trajecit, ut vitaret ingratam auribus repetitionem *quietioRES RES*. Vide tamen ad XXVI. 46. § 6. Aliud hoc loco latere videtur, quod acutioribus indagandum trado.

Filiis duobus, Ardye ac Mithridate] Ita primus edidit Cervicornus 1528. quum Mogunt. ex cod. eosque secuti Aldus et Sobius vulgassent *Ardue agmine tridatis*. At insuper legendum *Ardye*. *Ardys* hominis nomen obcurrit apud Polyb. V. 58. et 60. unde id nomen in aula Antiochi eo tempore usitatum fuisse constat. Ardys rex Lydorum, Gygis filius, memoratur Herodoto I. 15. Ab 'Ardys' autem formatur casus patrius 'Ardyis,' ut ab 'Atys' et 'Capys' similiter 'A-

Digitized by Google

tyis' et 'Capyis.' Vide ad I. 8. § 8. Ceterum 'Ardys' et 'Mithridates' Antiochi filii alibi, quod sciam, non reperiuntur; at 'Mithridates' filius sororis Antiochi apud Polyb. in Exc. de Virtut. et Vit. p. 1381. An igitur legendum hic *filiis duobus sororis?*

§ 10 *Per omnem oram Ciliciæque et Cariæ*] Non exciderunt, quæ de copulis *que* atque *et* notavi ad X. 30. § 2. quum tamen hæc lectio demum compareat in ed. Frob. 1535. ac priores legerint *Ciliciæ et Cariæ*, illud *que* expungendum censuissem, nisi Gelenium, qui editioni huic Frobenii præfuit, cod. unicum consuluisse constaret: ex quo lectionem hanc petitam esse suspicio est.

CAP. XX. § 2 *Miserunt, nec Helicinas (promontorium Ciliciæ est, inclitum fœdere antiquo Atheniensium) si eo non contineret*] Impudens mendum hoc loco est. Sed pro *nec Helicinas* legendum est *Nephelida*, cujus in Ciliciæ descriptione meminit Ptolemæus V. 8. ut reliqua hic oppida apud eundem litoralia invenies. Sensus est: Rhodii ad regem miserunt legatos Nephelida. Quidam perperam emendarunt hunc locum, adjicientes verbum *superaret* de suo: ad quem modum multa emendare possemus, si quidem id emendare, ac non potius corrumpere est authores. *Glar.* Scire cupio, quodnam illud fœdus, aut cum quo ab Atheniensibus factum fuerit. In eo, quod additur, *si eo non contineret copias suas*, supplendum est *promontorio*, si locus sanus est. Sed magis placeret *si eo loco non c. c. suas.* Duk. Ut ad caput hujus adnotationis legitur, ediderunt Mogunt. eosque secuti proximi. Froben. deinde 1531. vulgavit *miserunt, ne Helicinas (promontorium Ciliciæ est, &c.) superaret. Si eo non contineret.* Ea, quæ nunc exstat, lectio a Vascos. ex emendatione Glareani primum recepta est. Ceterum Doujatius indicari putat fœdus, quod Cimon Atheniensis, mari ac terra eadem die victor, ab Artaxerxe primo, Persarum rege, cui Longimano cognomen, sub initium Olympiad. LXXXIV. expresserat: quo cautum erat, ne ultra Chelidonias insulas ad Sacrum Lyciæ promontorium versus occasum navigare Persis armatis liceret. Fœderis hujus meminerunt Diod. Sic. XII. 293. et Plut. in Cimon. pag. 486. Nescio tamen unde patere possit, hoc fœdus ad Nephelida compositum esse.

§ 3 *Et impedimento esse Romanis*] Ita Froben. a. 1531. edidit. Priores cum Mogunt. dederunt *impedimento esset*, ut potius pendeat ex τῷ *ne*, quam ex verbo *paterentur*.

§ 4 *Superato Anemurio*] Fortassis, *et Coryco et supra Anemurium (prom. id quoque Cil. est) Selinunte, omnibus his aliisque ejus oræ cast., aut metu aut vol., sine cert., in ded. acceptis;* deleto τῷ *recepto:* quod interposuerunt, quibus serum fuit ad omnia superiora revocare verbum commodum, quod intelligerent ex eo quod sequitur, *acceptis.* J. F. Gron.

§ 5 *Omnibus vicis aliisque ejus oræ castellis*] Pro *omnibus vicis aliisque* scriptum est *omnibus his aliisque.* Gelen.

Sine certamine in deditionem acceptis] Sic vulgavit Froben. 1531. Moguntini ediderant *in ditionem acceptis.* Prior locutio Livio est familiarissima. Exempla vide VIII. 12. § 6. c. 13. § 8. c. 15. § 2. IX. 16. § 1. c. 24. § 13. XXIII. 30. § 5. XXVIII. 22. § 1. XXIX. 3. § 3. XXXIV. 17. § 11. c. 20. § 7. XXXIX. 2. § 2. XL. 41. § 1. c. 49. § 2. XLII. 53. § 9. et apud auctorem Epit. Liv. l. LXI. Eamdem etiam ex Mss. reddidi eidem auctori Epit. Liv. l. XXXVIII. ubi nunc legitur *per deditionem accepit.* Alterum genus loquendi apud Livium nondum observavi, sed, quod parum inde distat, 'in jus ditionemque recipere' occurrit XXI. 61. § 7. Tot igitur exemplis inducor ne lectionem a Fro-

Digitized by Google

benio invectam mutare audeam.

§ 7 *Ut renovarent vetusta jura*] *Vetusta fœdera* legendum esse, ad marginem Livii conjecit Ant. Perizon.

§ 8 *Non violaturum. Argumento, &c. esse*] Tolle τελείαν στιγμὴν, et continua orationem hoc modo: *Nam Rom. am. se non violaturum argumento et suam rec. ad eos leg. esse.* J. F. Gron. Recte. Majorem distinctionem demum admisit ultima Gruteri: priores ejus loco præferunt minimam.

§ 9 *Tum forte legati redierunt ab Roma*] Lege *redierant*. J. F. Gron. Hoc etiam probo: *redierunt* enim non ulla exhibet ed. ante Basil. a. 1554. operarum, ut verisimile sit, aberratione. Moguntini dederunt *redibant*; Froben. deinde *redierant*, ut Gronov. conjecit; quod recepi.

§ 11 *Tuendæ libertatis civitatum sociarum*] Ita Aldus edidit; at Mogunt. ex cod. suo *civitatium*: quam formam probavit Vossius Gramm. IV. 14. Vide etiam Cortium ad Sall. Catil. c. 40. § 2. Qui edendo Livio præfuerunt, inlaudabili inconstantia interdum *civitatium*, sed sæpissime *civitatum* vulgari curarunt: quum tamen in plerisque locis optimi Mss. semper *civitatium* probent, quos proinde secutus sum. Ita partim ex Florent. partim ex Leid. 1. qui primæ partis operis Liviani integerrimi sunt codd. hanc lectionem restitui I. 9. § 1. c. 17. § 4. II. 6. § 5. et III. 31. § 8. Quam formam in libris belli Punici servet optimus Put. nescio, quum viri docti, qui venerandæ antiquitatis et eximiæ bonitatis volumen versarunt, sileant; at ex Flor. bonitate ei proximo *civitatium* restitui XXV. 8. § 1. c. 40. § 4. XXVI. 49. § 9. et XXVIII. 16. § 10. Semel etiam Gronov. ita edidit XXVI. 40. § 15. ubi omnes mei, etiam Flor. alteram scripturam præferunt. In hac autem parte Livii, cujus pars ope cod. Moguntini ab interitu servata est, eodem illo codice emendatiorem atque integriorem non novi. Ejus autem auspiciis similiter *civitatium* non tantum hic reposui, sed etiam XXXIII. 34. § 1. XXXIV. 16. § 5. c. 17. § 7. c. 36. § 2. XXXV. 16. § 13. XXXVI. 42. § 3. ope autem ed. Mediol. 1480. sæpissime. In quinque ultimis historiarum Livii libris unicus ille codex, ex quo evulgati sunt, si unum vel alterum locum excipias, semper *civitatium* exaratum habuisse videtur; certe ita ex illo Froben. 1531. edidit. Vide ad XLI. 22. § 7. Adde Livium plurium aliorum vocabulorum genitivum pluralem similiter formare solitum fuisse, si Mss. optimis credendum est. De quibus vide IV. 33. § 4. et VII. 38. § 5. Hinc *civitatium* substituere ausus sum, ubi in codd. tamen altera lectio obtinebat, XXXII. 4. § 10. XXXV. 16. § 2. aliisque locis.

§ 12 *Caunois, Mindiis*] Rectius in aliis *Cauniis Myndiis*. Gentile a 'Caunus' non minus apud Latinos, quam apud Græcos, tertiam vocalem habet in secunda syllaba. Apud Ciceronem quidem de Divin. II. 40. et apud Plinium Hist. Nat. XV. 19. est 'Caunææ caricæ:' et in Petron. c. 44. 'Habemus ædilem trium Caunearum.' Sed vide Jac. Gronov. ad Cic. l. laud. Nec *Mindus*, sed *Myndus*, scribunt Latini, a Græco Μύνδος. *Duk.* Priscæ edd. Moguntina, et multæ aliæ *Cauniis, Myndiis*. In Heinsii Elzeviriana operarum errore datum *Caunis*, pro quo Gronov. demum *Cauneis* substituit. At saltem dandum erat *Caunæis*, si quidem verum sit, quod Stephan. tradit in voce Καῦνος, gentile hujus vocis formari Καύνιος, καὶ Καυνία, καὶ Καυναῖος. Sed *Cauniis* præstare tum prima ed. tum ratio erroris a typographis commissi docet: literæ enim ni coaluerunt in *m*, quæ tantum iterum separandæ erant. Nam et populum hunc 'Caunios' vocat Liv. XL. 25. Deinde *Mindiis* prima dedit ed. Francof. 1578. At 'Myndus' recte hæc urbs vocatur XXXVII. 16.

Digitized by Google

CAP. XXI. § 1 *Moritur altero et septuagesimo anno, quum quatuor et quadraginta annos regnasset*] Suidas in voce Ἄτταλος hunc locum vertit, ac duos et septuaginta annos vixisse hunc ait. *Sigon.* Conferendus cum hoc loco est Polyb. de Vit. et Virtut. p. 1428. ex quo sua hæc vertit Livius. Et quidem pag. seq. inquit Polyb. *βιώσας ἔτη δύω πρὸς τοῖς ὀ· τούτων δὲ βασιλεύσας μ' καὶ δ'.* Ex quo eodem loco Polybii sua etiam hausit Suidas, ut nuperus ejus editor ibidem monuit, non vero ex hoc loco Livii, ut credidit Sigonius; cujus tempore nondum laudata operis Polybiani pars in lucem publicam protracta erat.

§ 2 *Huic viro, præter divitias, nihil, &c.*] Polyb. p. 1428. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐξαρχῆς ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφόδιον ὑπῆρξε πρὸς βασιλείαν τῶν ἐκτὸς, πλοῦτος δὲ μόνον.

§ 3 *Victis deinde proelio uno Gallis*] Polyb. pag. 1428. Νικήσας γὰρ μάχῃ Γάλατας, ὁ βαρύτατον καὶ μαχιμώτατον ἔθνος ἦν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν, ταύτην ἀρχὴν ἐνεστήσατο, καὶ τότε πρῶτον αὐτὸν ἔδειξε βασιλέα. Attalum hunc principum Pergamenorum primum exstitisse, qui titulum regis sumserit, vulgo credunt viri docti. Vide Spanhem. de Præst. et Usu Numism. diss. VIII. p. 511. et Vales. ad loc. Polyb.

Cujus magnitudini semper animum æquavit] Dubito an Livius scripserit *cujus magnitudinem semper animo æquavit*, id est, magnitudini nominis regii parem habuit ac præstitit animum. XXXV. 43. 'Nulla ingenia tam prona ad invidiam sunt, quam eorum, qui genus ac fortunam suam animis non æquant.' Virgil. Georg. I. IV. vs. 132. 'Regum æquabat opes animis.' Flor. II. 14. 'implere' dixit: 'Regiam fortunam, regium nomen animo quoque regio implevit:' quod etiam potuisset dicere *æquavit*. Vide Clar. Burmann. ad Virg. Æn. I. 716. Poëtæ tamen metri, ut puto, caussa interdum aliter. Auctor Panegyrici ad Pison. vs. 12. 'Felix, qui tantis animum natalibus æquas.' *Duk. Cujus magnitudine* est in ed. Mog. pro quo jam Aldus *magnitudini* substituit.

§ 4 *Unicum fidem sociis præstitit*] Polyb. pag. 1429. Διεφύλαξε δὲ τὴν πρὸς πάντας τοὺς συμμάχους καὶ φίλους πίστιν.

Uxorem ac liberos duos superstites habuit] Ut nihil caviller, quam Latine hoc dicatur *liberos duos*, (nam Livium ita locutum non credo,) certe lib. XXXVIII. c. 13. Attalus atque Athenæus Eumenis fratres nominantur, omnes hujus Attali filii. *Glar.* Legendum est *liberos quatuor*, Eumenem, Attalum, Athenæum, et Philetærum, quorum meminit Livius XLII. 55. et Appian. in Syriaco p. 89. *Sigon.* Ita legendum esse, quamvis invito unico cod. constat ex loco Polyb. quem Livius reddidit, p. 1429. Τὸ δὲ μέγιστον δ' υἱοὺς ἐν ἡλικίᾳ καταλιπών. Ceterum uxor hæc, quam Attalus superstitem habuit, dicta est Apollonias, patria Cyzicena, teste Polyb. p. 1483. b. ubi eam pluribus laudat, et quatuor filiorum Attali matrem fuisse testatur.

§ 5 *Mitis ac munificus amicus fuit*] Lege *amicis*. Justinus de Philippo et Alexandro IX. 8. 'Regnare ille cum amicis volebat; hic in amicos regna exercebat.' *J. F. Gron.* Gronovii emendationem probant verba Polybii p. 1428. Ὃς τὴν ἀρχὴν ἐνεστήσατο τῆς προειρημένης ἐπιβολῆς οὐ μόνον διὰ τῆς εἰς τοὺς φίλους εὐεργεσίας καὶ χάριτος, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. Per 'amicos' regum autem intelliguntur eorum aulici, purpurati. Supra IX. 18. 'Referre piget et fœda supplicia, et inter vinum et epulas cædes amicorum, et vanitatem ementiendæ stirpis.' XXXIII. 41. 'Magna vis hominum ibi interiit, &c. etiam insignium amicorum.' Lib. XXXV. c. 15. 'Cum Miuione quodam,

Digitized by Google

qui princeps amicorum ejus erat, secreta consilia agitavit.' c. 18. 'Alexander Acarnan in concilio erat, Philippi quondam amicus, nuper relicto eo secutus opulentiorem regiam Antiochi.' XXXVI. 41. 'Quam securitatem ei' [Antiocho regi] 'magna pars amicorum aut per errorem aut adsentando faciebat.'

Regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam] Polyb. pag. 1429. *Οὕτως ἠρμόσατο τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, ὥστε καὶ πολλῶν ἐνστασίζων παραδοθῆναι τὴν βασιλείαν.*

§ 7 *M. Helvius eam provinciam obtinebat*] *M. Ælius* legendum ex priore libro c. 27. si quidem ibidem recte legitur, ubi hujus anni eliguntur magistratus. *Glar. M. Helvidius* ed. Mog. pro quo recte jam Aldus *M. Helvius* substitnit. Ita enim vocatur lib. XXXII. capp. 27. et 28. ubi ex ædilitate plebeia prætor creatur, et Hispaniam ulteriorem sortitur; et lib. XXXIV. capp. 10. 45.

§ 8 *Cum Culca decem et septem oppida*] Lib. XXVIII. cap. 13. 'Colcam' appellat duodetriginta oppidis regnantem. Idem a Polybio Κόλιχας dicitur. Suspicor autem ne hoc etiam loco *XXVII.* pro *XVII. oppidis*, ex superiore loco sit reponendum. Veteres libri desunt, quos inspiciamus. *Sigon.* Hunc *Colcam*, sive, ut habet ed. Mogunt. *Culcum*, Polyb. XI. 18. Κολίχαντα vocat. At in Legat. n. XXII. Καλάχαντα: ob quam in nomine varietatem de mendo dubitabat Ursin. ad posteriorem loc. Polybii.

Cum Luscinone fidas urbes] Scriptum exemplar, quod unicum exstat, habet *cum Luscino validas urbes*. Quod vero ed. Maguntina hic et aliis locis degenerarit, in caussa fuit priscus character, nec hoc seculo cuivis lectu facilis. *Gelen.*

Cardonem et Bardonem] Quia in ulteriore Hispania hæc acta sunt, pro *Cardonem Castulonem* libentius legerim, ab pro *Bardonem Betulam*, quæ ab Castulone non longe abest, ut ex multis Livii locis patet, præcipue vero XXVIII. 13. 'Cardonis' ac 'Bardonis' nemo, quod sciam, meminit. *Glar.* Si Glareani conjectura probanda est, pro *Betulam* tamen *Bæculam* legendum erit ex sententia Sigonii ad d. l. Livii. Contra Donjatius *Cardonem* et *Bardonem* interpretatur de Cardona et Berga in principatu Catalaunensi. Verum non animadvertit, Livium modo dixisse, bellum hoc 'in Hispania ulteriore' coortum esse; regionem vero, quæ hodie Catalaunia vocatur, olim pertinuisse ad Hispaniam citeriorem. Neque hac difficultate liberari potest *citeriore* pro *ulteriore* in Livii verbis substituendo. Non enim Helvius, qui eam provinciam, ubi bellum hoc coortum est, obtinebat, Hispaniam *citeriorem*, sed *ulteriorem*, sortitus est, ut Livius testatur XXXII. 28. Vide etiam XXXIV. 10. Potius igitur statuo cum Marca Marcæ Hisp. II. 24. 6. (ubi Pujadesium III. 37. *Cardonem* de eadem Cardona interpretantem refellit) ignotum hodie esse, quæ urbes fuerint.

Et maritimam oram omnem] Hæc a præcedentibus separanda sunt distinctione majore: nam Colca, Luscinus, oppidaque et urbes illæ, quas dicit, jam in armis erant, et consurrexerant. *Duk.* Ita etiam Crevier. distinxit: cujus interpunctionem recepi. Neque aliter distinxerat, qui librum hunc XXXIII. Romæ edidit a. 1616.

Quæ nondum animos mutaverat] In scripto exemplari est, pro *mutaverat*, *nudaverat*. Gelen. Sic Gelenius ex V. C. quum male expressissent ante *mutaverat*. Sed requirit Latinitas *nudaverit*. J. F. Gron. Moguntini ediderunt *nudaverant;* pro quo Aldus perperam substituit *mutaverat*. 'Nudare' enim hic aptum est verbum. XXIV. 27. 'Nec illi primo statim

Digitized by Google

creati nudare, quid vellent.' XXXV. 32. 'Ætoli defectionem nudabant.' Vide Gronov. ad XLIV. 38. § 1. Gronovii conjecturam probavit Crevier.

§ 9 *His literis a M. Sergio prætore, cujus jurisdictio inter cives et peregrinos erat, recitatis*] Libro priore c. 28. ubi hujus anni prætores sortiuntur præturas, urbana Sergio, peregrina jurisdictio Minutio obtigit. Pro *M.* igitur *Sergio, Minutio* legendum videtur: nisi inter cives et peregrinos intelligas prætorem urbanum, cujus erat officium recitare literas, ut sæpe apud hunc authorem. At posteriore anno statim postea c. 26. ita loquitur Livius: 'Prætores deinde provincias sortiti, L. Apustius Fullo urbanam jurisdictionem, M. Attilius Glabrio inter cives et peregrinos:' quod ego de solo intelligo peregrino. Quamquam Livius libro XXXV. c. 41. post dirum illud incendium, ubi de prætorum provinciis decernitur, ambigue loquitur, ut vix ex hac trica nos explicemus. Sed judicet lector. *Glar.* Opinor hæc verba inducenda esse: *cujus jurisdictio inter cives et peregrinos erat.* Cur ita opiner, hæ causæ sunt: primo quod M'. hic Sergius prætor urbanus erat; hæc autem verba peregrinum describunt. Deinde, quia prætoris urbani negotium erat literas recitare, non peregrini. Tertio loco, quia paulo ante libro superiore c. 31. idem M'. Sergius pr. urb. hoc officium præstitisse dicitur ab eodem Livio, cum ait, 'M'. Sergius prætor urb. in senatu eas recitavit.' Quarto quia non solet Livius, ubi semel prætorem urbanum nominavit quemquam, si sit iterum idem nominandus, nisi prætorem addere, ut paulo post cap. 24. 'Hæ literæ prius in senatu a Sergio prætore recitatæ:' prætermisit autem *urbano*. Puto autem ea verba esse ex albo libri desumpta, ubi illustrandi loci causa ab inscio aliquo fuerant scripta. Significari autem prætorem peregrinum, cum ait, *inter cives et peregrinos*, inferiora, quæ recitabo, testimonia demonstrabunt. Est autem primum intelligendum, prætores duos creari consuevisse, qui Romæ jus dicerent; alterum, qui civibus; alterum, qui peregrinis: ut Livius XLII. 28. 'His prætoribus provinciæ decretæ duæ jure Romæ dicundo.' Et XLIII. 11. 'Designatis prætoribus, præter duas urbanas, quatuor provinciæ sunt decretæ.' Itaque plerumque solet unam urbanam, alteram peregrinam provinciam nominare: alias vero unam urbanam jurisdictionem, alteram vel inter peregrinos, vel inter cives et peregrinos, ut XL. 1. 'Jurisdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit.' Et XLI. 15. 'Prætores L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos sortiti sunt.' XLII. 1. 'Prætores deinde provincias sortiti sunt: A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives et peregrinos.' XXXIII. 26. 'Prætores deinde provincias sortiti, L. Apustius Fullo urbanam jurisdictionem, M'. Acilius Glabrio inter cives et peregrinos.' Et XXII. 35. 'Romæ jurisdicundi urbana sors Pomponio, inter cives Romanos et peregrinos P. Furio Philo evenit.' Hoc autem anno Q. Minucio peregrinam provinciam obtigisse, narrat idem Livius in comitiis prætoriis exponendis lib. XXXII. cap. 28. *Sigonius.* Clausulam, quæ prætorem describit, inducendam esse, pugnat Sigonius quatuor argumentis: primum, quod Manius hic Sergius prætor urbanus esset, non peregrinus: deinde, quia prætoris urbani negotium fuerit recitare literas in senatu, non peregrini: tertio, quia libro superiore c. 31. hoc officium præstitisse dicatur Manius Sergius prætor urbanus: quarto, quia non soleat Livius, ubi semel 'prætorem urbanum' nominavit quemquam, si sit iterum nominandus, nisi 'prætorem' addere: ut

Digitized by Google

paullo post c. 24. 'Hæ literæ prius in senatu a Sergio prætore recitatæ:' ubi prætermisit scilicet 'urbano.' Ex his tria priora argumenta evincunt, non totam clausulam, quod contendit Sigonius, sed duo verba, *et peregrinos*, inducenda esse. Nam urbanus haud dubie erat, non peregrinus: quod etiam advertit Glareanus, sed male, pro *Sergio*, *Minucio* obducit. Quartum, quod proprie sententiam Sigonii probare videtur, fallit: non enim hoc perpetuum Livio, ut semel tantum urbanum prætorem vocitet. M. Æmilius prætor urbanus XXII. 9. quæ decemviri ex libris Sibyllinis ediderant, ab senatu curare jussus. De eo libro eodem c. 33. 'Duumviri ad eam rem creati ab Æmilio prætore urbis Cn. Pupius et Cæso Quinctius Flamininus.' De eodem lib. XXVII. c. 35. 'Ludos magnos, quos M. Æmilius prætor urbis C. Flaminio Cn. Servilio consulibus fecerat, et in quinquennium voverat.' Sic XXXVIII. 3. 'Diemque comitiis ab C. Calpurnio prætore urbis petiit.' De eodem c. 10. 'C. Calpurnium prætorem urbanum Capitolio atque arci præesse.' Habes XXVII. 22. 'P. Licinio Varo evenisse provinciam urbanam.' Legis deinde, 'P. Licinio Varo prætori urbis negotium datum.' Neque eo minus cap. seq. 'P. Licinius Varus prætor urbis legem ferre ad populum jussus.' Ergo scribe *a Manio Sergio prætore, cujus jurisdictio inter cives erat.* J. F. Gron. Pariter XXXIV. 43. Livius refert, Cn. Domitio prætori urbanam jurisdictionem evenisse; et tamen inquit iterum c. 53. 'Ea bina comitia Cn. Domitius prætor urbanus in Capitolio habuit.' XXXIV. 55. C. Scribonius dicitur jurisdictionem urbanam sortitus esse; et tamen additur c. 57. 'Hæ legationes a C. Scribonio prætore urbano in senatum introductæ sunt.' XXXV. 20. M. Fulvius Centumalus sortitur prætoram urbanam; de eodem tamen ait cap. 24. 'M. Fulvio prætori urbano negotium datum est, ut quinqueremes novas quinquaginta faceret.' Ceterum *M. Sergio* cum antiquis edd. non *M'. Sergio*, ut nunc vulgo ex Sigonii conjectura editur, legendum esse, docui ad XXXII. 27. § 7.

CAP. XXII. § 2 *C. Atinius Labeo*] Ita Froben. 1535. edidit. Moguntt. et panci eos secuti vulgarunt *Catinius Labeo*, quemadmodum etiam c. 25. et 42. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXVIII. 35. § 2.

§ 5 *De honore Diis immortalibus habendo dubitari posset*] Hæc quoque lectio ex ed. Froben. 1535. profluxit. Moguntini aliique priores vulgarunt *dubitari possit*; quod revocavi.

§ 8 *T. Juvencium*] Quamvis hoc modo Moguntini multique alii vulgarint, legendum tamen est *T. Juventium*, cum Frobeniana utraque, Basileensi 1589. Vascos. Gryph. et Sigon. Ita enim id nomen scribitur in fastis Capitol. ad a. DXC. Clericus semel ita edidit XXXIX. 31. Sed alteram scripturam servavit non modo antea, ut hoc loco, et lib. XXXIV. capp. 42. ac 43. sed postea etiam XXXIX. 38. XLIII. 10. et lib. XLV. capp. 14. ac 21.

Et Cn. Labeonis fratrem] Quo auctore factum sit, ignoro: apud Gryphium jam invenio. Moguntiaci et Aldo editum *et Cn. Labeonem ejus fratrem.* Aut uterini fuerunt, aut alter in adoptionem datus. *J. F. Gron. Et Cneum Labeonis fratrem* ante Gryphium edi curarunt Froben. 1535. Basil. 1539. et Vascos. existimantes, ut videtur, indicari alterius tribuni fratrem. Quæ si displicet lectio, revocanda est illa, quæ in Mogunt. et proximis exstitit, *et C. Labeonem ejus fratrem:* eam recepi: licet tamen id, quod Froben. substituit, magis placeat. Aldus Manutius ad Cic. de Amicit. cap. 20. *ejus patrem* exponit *suum*, sive C. Asinii Labeonis supra

Digitized by Google

nominati fratrem.

§ 9 *Sine ullo pignore deditiones factas esse*] Id est, neque obsidibus acceptis, neque armis ademtis. XXVIII. 34. 'Obsides accepti, arma ademta.' Et, 'Se neque arma iis ademturum, quippe ea pignora timentium rebellionem esse, &c. neque in obsides innoxios, sed in ipsos, si defecerint, sæviturum.' *Duk.*

CAP. XXIII. § 1 *Cn. Cornelio omnium consensu*] *C. Cornelio* legendum esse, dictum est ad XXXII. 27. § 5. Similiter scribi debet mox § 4. Utroque loco Crevierius veram scripturam recepit.

Et Placentini Cremonensesque addiderunt] Hic eorum sequitur opinionem, qui hoc anno Hamilcarem Pœnum in Gallia a consulibus Cn. Cornelio ac Q. Minutio victum scribunt, Cremonamque obsidione liberatam, cum XXXI. 21. prætorem L. Furium Purpureonem ea gessisse scripserit non exspectato consule Cotta, qui pugnæ adesset. Lib. vero XXXII. c. 30. tamquam aliorum, eamdem recitavit historiam. *Glar.*

§ 2 *Plerosque etiam, quum apud hostes essent, servitute exceptos*] An non potius *servitute exemptos*? ut 'eximere obsidione.' L. XXIV. c. 41. 'Ibi quoque circumsessus adventu fratris obsidione eximitur.' XXXVI. 13. 'Quum Ap. Claudium, ut obsidione Larissam eximeret, in Thessaliam misissent.' XXXVII. 22. 'Dædala et quædam alia parva castella obsidione exemerunt.' Al XXXIV. 52. 'Præbuere speciem triumpho capitibus rasis secuti, qui servitute exemti fuerant.' Ant 'e servitute ereptos?' Ut in nobilibus verbis Crassi: 'Eripite nos ex miseriis, eripite nos ex faucibus eorum,' &c. Illud potius. Alterum non tam aliquos liberatos, quam plures in servitute relictos significat. *J. F. Gronov. Exemtos* etiam citat Pighius ad a. IDLVI. Supra VI. 15. 'Eximendo de nervo cives vestros.' *Duk.* Gronov. vel *e servitute ereptos*, ut VIII. 33. § 14. 'In L. Minucium consulem ex obsidione a se ereptum non ultra sævisse.' XXII. 60. 'Morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones.' XLI. 14. 'Coloniam ex hostibus eripere.' Sallust. Jug. c. 24. 'Me ex manibus impiis eripite:' ubi vide Cortium. Vel *servitute exemtos*. Supra v. 15. 'Lacus in Albano nemore sine ullis cœlestibus aquis, caussave qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam crevit.' IX. 21. 'Magno exercitu coacto ad eximendos obsidione socios:' ubi vide quæ notantur. XXXVII. 56. 'Ut eam civitatem ex servitute regia eximerent.' XLV. 31. 'Leucas exemta est Acarnanum concilio.' Auctor Epit. Liv. l. LXXII. 'Unius feminæ opera captivitate exemtus est.' Colum. I. 8. 'Villicus nisi ejusdem permissu compedibus non eximat.' Et ita multi codd. præferunt VIII. 35. 'Non noxa eximitur Q. Fabius,' pro *noxæ*: ubi vide.

§ 5 *Inter quos, quidam, Hamilcarem*] Vide ad XXXI. 21. § 18. et XXXII. 30. § 12.

§ 7 *Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia quingentos*] Si ultimus numerus bene habet, ego sestertios intelligam. At Livius frequenter æris summam initio ponere solet, quare et æris numerum intelligere possumus. Illud autem *argenti bigati* de denariis intelligo, ex Plinio XXXIII. 3. *Glar.* Addita voce, *quingentos æris* scribendum, conjecit Pighius in Ann. ad IDLVI. p. 257. Ejus vero conjecturam in contextum recepit, qui præfuit Gruteri editioni ultimæ, et post eum servarunt omnes recentiores. At Hotomann. de Re Numm. p. 92. ante Pighium monuit, verbum *æris* ab initio deesse, quia mox sequitur, 'Æris translata ducenta et quinquaginta quatuor millia.'

Duplex equiti, triplex centurioni]

Digitized by Google

Duplex centurioni, triplex equiti, ut et c. 37. et XXXIV. 46. *Duk.* Vide Dukerum ad X. 46. § 15.

§ 9 *Militibus centurionibusque et equitibus*] *Centurionibus et equitibus*, altera copula recisa, Mogunt. ejusque traduces. Eam addidit Froben. 1535. Solet Livius hac compositione delectari. Ita paullo ante hoc cap. 'Signis, carpentisque, et spoliis ferme æquabat.' Vide ad II. 31. § 1. Ceterum quod hic gradatim 'milites, centuriones, equites' memorentur, vocum transpositionem in proxime præcedentibus 'duplex centurioni, triplex equiti,' quæ Dukero placebat, verisimillimam reddit.

CAP. XXIV. § 2 *Ti. Sempronius Longus*] In prætorum prænominibus bis terve peccavit ed. Mogunt. sive librarius cod. ex quo pars hæc operis Liviani edita est. Primo enim sollemni errore exhibet *T. Sempronius*. Pro eo *Ti. Sempronius* Sigonius substituit; quem etiam vide ad XXXIV. 42. § 3. Deinde dedit *M. Acilius*, pro quo *M'. Acilius* reposuit Sigonius. Vide ad XXX. 40. § 9. XXXI. 50. § 5. XXXIII. 26. § 1. c. 36. § 2. XXXVI. 1. § 1. et alibi. Denique exhibet *C. Apustius*, quod Aldus mutavit in *L. Apustius*. Et recte. Sic enim vocatur paullo post c. 26. etiam in ipsa ed. Mogunt. Hoc autem ei prænomen fuisse, monuit etiam Sigon. ad XXXI. 27. § 1. Etiam § præc. eadem Mogunt. et aliæ edd. *Purpurio*: cujus loco recte Sigonius *Purpureo*. Vide ad XXVII. 14. § 10.

§ 6 *Quæcumque senatus censuisset, id regem facturum*] Quid impedit legere *ea regem facturum esse?* Aut *quodcumque senatus censuisset?* J. F. Gron. Vlitius ad Nemes. Cyneg. vs. 3. defendit vulgatam scripturam ex Virg. Ecl. II. 71. 'Quin tu aliquid saltem, potius quorum indiget usus, Viminibus mollique paras detexere junco.' Et ex Manil. v. 204. 'Et quodcumque solet venandi poscere cura, In proprios fabricare dabit venalia quæstus.' Sed horum dispar est ratio: nam in his plena oratio est, 'detexere aliquid eorum,' et 'fabricare venalia quodcumque eorum:' quod supplementum hic locum habere non potest. *Duk.* Jac. Perizon. ad marginem Livii, vocula ejecta, legebat *quæcumque senatus censuisset, regem facturum*. Sed nihil puto mutandum. Similes enim locutiones aliquoties apud Livium reperiuntur. Ita II. 10. 'Reliqua præda vendita, quibus domini non exstitere.' c. 53. 'Veiens bellum exortum, quibus Sabini arma conjunxerant.' c. 60. 'Nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ. Omnis militi data est.' XXX. 17. 'Quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissæ, ea Patres comprobare.' XXXVII. 54. 'Barbari, quo gaudent, reges habeant.' XLII. 8. 'Bonaque ut iis, quidquid ejus recuperari possit, reddantur, curare.' Similiter Cic. ad Fam. XIII. 16. 'Si uti commendationibus vellet, per alios id eum videbam consequi posse.' Sallust. Catil. cap. 51. 'Sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.' Flor. I. 13. § 11. 'Quidquid religiosissimi in templis erat, partim doliis defossa terræ recondunt.' Vide Salmas. ad Solin. p. 665. a. C.

§ 7 *T. Quinctius imperator*] Negligenter postremæ edd. efferebant *L. Quintius*, quæ etiam mox vitiose edunt *M. Cornelium et Ti. Sempronium*; alias etiam video habere *M. Cornelium et P. Sempronium*. Haud dubie vera nomina sunt *P. Cornelium et Ti. Sempronium*. Similiter cognomen Marcii *Rex* scribebatur minori litera. Quæ omnia mutavimus. *Jac. Gron.* Gruterus fuit, qui in postrema ed. *L. Quinctius* perperam dedit.

§ 8 *Cossanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur*] Sæpe antea de hoc nomine admonuimus,

Digitized by Google

dubium esse, de quanam loqueretur urbe. 'Cossæ' enim in Hetruria, 'Compsa' autem, ubi Beneventum. Cæterum hi, sive 'Cossani,' sive 'Compsani' dicendi, hoc in loco impetrarunt, quod a senatu negatum erat initio XXXII. 2. *Glar.* Mogunt. ed. ex unico cod. *Cossanis* dedit: quod indicat, Etruriæ urbem intelligendam esse. Ejus loco Vascos. *Cossanis*, sed iterum Gronov. 1665. *Cosanis.* Vide ad XXII. 11. § 6.

§ 9 *Qui post L. Cornelium et T. Sempronium consules hostis fuisset*] Legendum, *qui post M. Cornelium et P. Sempronium.* Intelligit autem consules anni decimi quinti secundi belli Punici. Vult igitur eos, qui his octo annis venissent in amicitiam cum Romanis, cum ante hostes fuissent, non adscribi in colonorum numerum. Tot enim sunt ab his consulibus anni. Hos errores, tam faciles correctu, nemo animadvertit. *Glar.* Antiquissima ed. *L. Cornelium et T.* (solenni errore pro *Ti.* hoc est, Tiberio) *Sempronium consules.* Glareanus substituit *M. Cornelium et P. Sempronium*, qui consules fuerint octo abhinc annis, extremo tempore belli Punici, quando Italici generis vix ulli ampliss hostes fuerunt populi Romani, præter Bruttios. Mirum vero, Gruterianam et recentiores edd. in altero tantum consule Glareanum sequi, in altero antiquam lectionem, cum numquam simul consules fuerint M. Cornelius et Ti. Sempronius. Mutandum fuerat *L.* in *P.* restituendumque *post P. Cornelium et Ti. Sempronium consules*, qui primo anno belli Annibalici consulatum gesserunt, ex quo tempore quicumque cum cæteris a populo Romano ad Annibalem defecisset, eum colonorum numero adscribi vetuit senatus. *Jac. Perizon.* Vide Jac. Gronov. ad Livii XXXVI. 36. § 4.

CAP. XXV. § 1 *Ab ædilibus curulibus Cornelio Scipione et Cn. Manlio Volsone*] Multi hoc tempore Cornelii Scipiones erant. De Africano, qui consul fuit, vix hoc intelligo, sed de ejus fratre Lucio. Sed judicet lector. *Glar.* Scipionis prænomen mendose legitur, et alterum cognomen Nasica periit in exemplaribus. Nam ab ædile curuli *L. Cornelio Scipione* ludos istos factos legimus, sic ut frater P. Africani hic fuisse videatur, cum rectius 'P. Cornelius Scipio Nasica' vocari hic ædilis debeat. Quæ nominum vitia, sæpius in auctoribus occurrentia, ex fide marmorum Capitolinorum et ordine magistratuum restauranda in hunc modum esse videntur. Nam P. Nasicæ prætura tertio abhinc anno sequitur prior, et L. Scipionis Asiatici deinde anno quarto, ut ejus ædilitas potius in an. DLVIII. quam in hunc DLVI. cadat. *Pighius* in Annal. ad a. DLVI. p. 254. Moguntini Cornelii Scipionis prænomen ignorant. *L. Cornelio* postea edidit Vascos. ex sententia Glareani: Gruterus demum in ed. ultima *P. Cornelio* ex emendatione Pighii. Præterea *C. Manlio* ed. Mogunt. pro quo Froben. a. 1535. *Cn. Manlio* dedit. Indicari videtur is, qui prætor fit a. DLVIII. infra c. 42. ubi eadem Froben. ed. servat lectionem Moguntinæ ed. *C. Manlius*, sed Sigonius *Cn. Manlius* legendum docuit. Idem etiam primus *Volsone* edidit; quomodo illud Manliorum cognomen scribendum esse, sæpe monuit. Vide ad XXII. 35. § 1.

§ 2 *Acilius Glabrio, C. Lælius*] Pighius in Annal. ad a. DLVI. p. 255. Acilio tribuit 'Manii' prænomen, et ad a. DLVII. p. 258. testatur, eum ex ædilitate plebis præturam obtinuisse. An igitur hic quoque legendum *M'. Acilius Glabrio*? Certe, quum collegæ ejus C. Lælii prænomen non omittatur, eadem ratione id ei restitui potest, qua § præc. restitutum est ædili curuli Cornelio Scipioni, inter cujus collegæ nomina etiam memora-

Digitized by Google

tur prænomen. Vide quæ notata sunt ad IV. 49. § 1.

§ 3 *Ex argento multaticio tria signa ænea, Cereri, Liberoque, et Liberæ, posuerunt*] Per 'Liberum' patrem quidam hoc loco intelligendum credidere solem, Virgilii authoritate moti, Georg. I. 5. 'Vos, o clarissima mundi Sidera, labentem cœlo qui ducitis annum, Liber et alma Ceres.' Quod pariter confirmari potest ex Macrobio Saturn. I. 18. et 21. scribente, Liberum patrem esse Solem, eundemque Adonem. Nihilominus Liberum ego communissima appellatione intelligendum non dubito Bacchum hoc in loco; quod aliorum numinum connexa nomina palam faciunt. Siquidem Cic. tradit de Nat. Deor. II. 24. Liberum Cereris fuisse filium, et fratrem Liberæ. Sic idem Livius in calce XLI. 28. scribit, supplicationem fuisse ad Cereris, Liberi, Liberæque ædes. Has A. Posthumium dictatorem vovisse, testatum reliquit Halicarnassens VI. 354. quod pariter confirmat Corn. Tacitus Ann. II. 49. ubi quoque addit, ædem juxta Circum Maximum vetustate abolitam Libero Liberæque et Cereri dedicasse Tiberium imperatorem. Augustinus 'Liberam' etiam Venerem dictam scripsit. Quamobrem si et 'Cererem' interpretemur lunam, sicuti 'Liberum' solem, ex Virgilii authoritate, et 'Liberam' Venerem, non erit inconveniens, præsertim quum Apollinem et Liberum eadem sacra habuisse apud Thracas, Lacedæmonios, et Bœotios, eisdemque honoribus coli mos fuerit, id scribente Macrobio loco jam allegato. *M. Donatus.*

§ 4 *Petebant. Marcellus, &c.*] Distinctio hæc debetur Frobenii editioni 1535. Antea edebatur et interpungebatur *petebat Marcellus provinciæ cupidior. Pacem simulatam.*

§ 5 *Dubios sententia Patres fecerat*] Vet. lib. *sententiæ.* Sigon. Ita Ovid. Fast. VI. 572. 'et dubium me quoque mentis habet.' Trist. III. 3. 25. 'Ergo ego sum vitæ dubius.' Silius I. 52. 'Teque vadi dubium cœuntibus, Aufide, ripis.' Justin. II. 13. 'Dubium consilii Xerxem Mardonius adgreditur.' Apul. Apol. p. 301. ed. Elm. 'Dubius sententiæ sum, dicamne fieri posse, an negem.' Veliem tamen Sigonius nobis indicasset, ex quo vet. lib. *dubios sententiæ* laudarit; quum testatus sit ad initium cap. 1. nullo se in hoc libro codice scripto usum esse, cap. autem 21. § 8. vett. libb. deesse, quos inspiciat. Certe omnes editi *sententia* præferunt.

§ 6 *Et forsitan obtinuissent consules*] Ita edi curavit Froben. 1535. Moguntina, et aliæ vetustiores edd. legunt *obtinuisset consul.* Per recentiores edd. quas Jac. Gronov. ad cap. præc. § 7. Marcii cognomen *Rex* minore litera scripsisse queritur, intelligenda est ed. J. F. Gronovii 1665 Mox *Catinius Labeo* ed. Mogunt. et proximæ. *C. Atinius Labeo* substituit Frob. 1535. Vide ad c. 22. § 2.

§ 7 *Uti rogatæ, jusserunt*] *Uti rogas,* ut supra sæpe admonui. *Sigon.* Ita monuit Sigonius ad VI. 38. § 5. ejusque emendatio placere videtur Pighio in Annal. ad a. DLVII. p. 260. Sed Gronov. vulgatum tuetur ad XXXI. 8. § 1.

§ 9 *C. Sempronium Tuditanum proconsulem in citeriore*] Libro priore, c. 27. ubi et anni prioris magistratus creantur, *Cn. Sempronius,* non *C.* legitur: et idem *prætor,* non *proconsul,* dicitur: quare utrumque hic corruptum. *Glar. Prætorem* ex Sigonio adnotat Hearnius. Et ita citat Pighius ad a. DLVI. p. 254. Recte. Prætor eo anno provinciam illam sortitus fuerat, Livius lib. XXXII. capp. 27. et 28. eodemque anno prœlio victum fuisse ex eo intelligitur, quod initio anni sequentis, non multo post quam novi consules et prætores magistratum inierant, hæ literæ Romam ad-

Digitized by Google

datæ fuerunt. Non potest ergo 'proconsul' dici, quum etiam Livius ipse eum c. 42. 'prætorem' vocet. 'M. Marcellus consul' (pontifex suffectus est) 'in locum C. Sempronii Tuditani, qui prætor in Hispania decesserat.' *Duk. Cn. Sempronium Tuditanum* ex emendatione Glareani edidit Vascos. quod deinde probarunt Gryph. Basil. a. 1554. et Sigonius. At ipse Sigonius ad XXXII. 27. § 7. eum Caii prænomen habuisse docuit. Deinde *proconsulem* in *prætorem* non mutandum existimo. Videtur enim circa hæc tempora id præcipuum provinciæ Hispaniæ datum esse, ut prætoribus in eam missis daretur imperium proconsulare: unde quamvis prætores vel proprætores sæpius tamen 'proconsules' dicti sunt. Plura vide ad XL. 39. § 1.

Cum gravi vulnere latum ex prælio] *Elatum* habet Pighius loc. laud. nec displicet. Cic. Tusc. II. 16. 'Videmus ex acie sæpe efferri saucios.' Si quis *latum*, pro *elatum*, dici contendet, ut in iis quæ Heinsius ad Ovidii Amor. II. 14. 39. adnotat, non multum repugnabo. *Duk.*

Duas, quæ, quo senatus censuisset, mitterentur] *Duasque, quo senatus censuisset, mitterent* ed. Mogunt. Vulgatam lectionem demum inveni in ed. Frob. 1535. Ceterum consules jubentur quatuor legiones scribere, quarum duæ mitterentur quo senatus censuisset; quid vero duabus reliquis factum fuerit, non additur. Eas tamen ad urbem mansisse colligitur ex c. 36. Puto igitur ante hæc verba quædam excidisse, hoc vel simili modo supplenda: *duas, quæ ad urbem manerent;* (vel *quæ urbanæ forent;*) *duas, quæ, quo senatus, &c.* Certe verba quæ exciderunt, incepisse videntur a voce *duas*, eaque caussa fuisse cur librarii illa præterierint.

§ 11 *Flaminium cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere jussus*] Putabam *cum duabus leg. prov. eodemque exercitu.* Nunc potius adsentior Crevierio, existimanti voces *cum duabus legionibus* delendas esse. Et quidem additæ videntur, postquam illa verba, de quibus ad præc. vidimus, exciderant, ut ita constaret, ad quem usum duæ reliquæ legiones ex quatuor quas consules conscripserunt, adhibitæ fuerint: quum tamen Quinctius quidem cum duabus legionibus, id est vetere exercitu, Macedoniam obtinuerit, non vero duas legiones ad veterem exercitum acceperit.

Satis jam ante dividere esse] Hæc verba, non solum depravata, sed etiam non suo loco posita, initium sunt orationis Antiochi ad legatos Romanos, ut indicabitur, cum ad eum locum ad c. 40. § 1. ventum fuerit. *Gelen.* Quid si legeretur *satis jam ante decretum esse?* ut alludat ad hanc concertationem, quæ fuit prioris anni initio inter consules ac tribunos plebis, L. Oppium et Q. Fulvium, l. XXXII. c. 28. quamquam ego defectum esse puto. Quidam abjiciunt prorsus, qua ratione moti, haud equidem intelligo. *Glar.* Vetus unum, quod exstat, exemplar hujus libri, ut aiunt, habet *imperium ei prorogatum satis jam ante dividere.* Quæ verba Gelenius profitetur se, ut ad rei sententiam non pertinentia, sustulisse. Fecit autem injuste: nam sententia optima est, si, quod in iis vitium est, tollas ita: *imperium ei prorogatum satis jam ante videri.* Causam enim affert, cur Quintio non prorogarint imperium, quia, inquit, priore decreto satis prorogatum judicabant. Hoc autem decretum scriptum est anno superiore, de quo sic Livius XXXII. 28. 'T. Quintio prorogarunt imperium, donec successor ei venisset.' *Sigon.* Si verba quæ Gelenius in alium locum transfert, huc pertinere censenda sunt, non neglegendum est τὸ *esse.* Legam itaque *imperium ei prorogatum satis jam ante*

Digitized by Google

videri esse. Ne tamen plane adquiescam sententiæ Sigonii, scrupulus hæret. Si nempe hoc anno imperium Quinctio non est prorogatum, quia satis prorogatum videbatur esse decreto prioris anni, quæ ergo ratio fuit, cur nihilominus anno proxime imperium ei in annum unum prorogetur c. 43. 'T. Quinctio, suspectis non solum Antiocho et Ætolis, sed etiam Nabide Lacedæmoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est.' Neque est quod quis forte respondeat, imperium ei olim prorogatum fuisse, ut bellum gereret adversus regem Philippum: et infra post pacem cum Philippo initam iterum prorogari, ut caveat, ne quid novi moliantur vel Antiochus et Ætoli, vel Nabis Lacedæmoniorum tyrannus. Nam supra prorogatum fuit 'donec successor ei veniisset.' Ergo anno sequenti, quo nondum advenerat successor, non opus erat, ut iterum prorogaretur.

Cap. xxvi. § 1 *M. Acilius Glabrio*] *M'. Acilius* ex consulatu Capitol. et Plutarcho. *Sigon.* Vide ad cap. 24. § 2.

§ 2 *T. Sempronius Longus*] *Ti. Sempronius* ex consulatu Capitolino. *Sigon.* Vide ad xxxiv. 42. § 3.

§ 3 *Quibus Hispaniæ provinciæ evenerant*] *Hispania provincia evenerat* ed. Mog. pro quo recte Frob. 1535. dedit, quod vulgo exstat. Hispania enim eo tempore in duas provincias, citeriorem et ulteriorem, divisa a duobus prætoribus regebatur. Mox *quas videretur* est a Gronovio: Mogunt. omnesque priores *quas viderentur*. Male. Vide ad vi. 26. § 2.

§ 5 *Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum*] Hic duas voces *exortum* et *fuerat* typographus per incuriam omiserat. *Gelen.* Sensus est, bellum in Hispania quinto ante anno, quam secundum bellum Punicum finitum: idque verum. Nam P. Cornelio Scipione et P. *Licinio* Crasso consulibus L. Lentulus et L. Accidimus cum Indibili ac Mandonio Hispaniæ regulis ultimo conflixere, anno decimoquarto ejus belli. Decimooctavo autem anno Punicum prorsus finitum est, ac deinde sequenti anno captum Macedonicum. Quare ego hunc locum ita legerem: *Bellum in Hisp. quinto post anno, quam secundum bellum Punicum, finitum est.* Sed et hoc lector dispiciat. Quidam ita emendarunt hunc locum: *Bellum in Hisp. quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum:* quod ego non intelligo. *Glareanus.* In veteri illo uno exemplari, teste Gelenio, ita est: *Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum.* Quæ verba sic legenda esse censet Glareanus: *Bellum in Hisp. quinto ante anno, quam secundum bellum Punicum finitum est.* Ego autem ita: *Bellum in Hisp. quinto post anno exortum est, quam secundum bellum fuerat finitum.* Hanc lectionem si confirmavero, nihil erit, quod quisquam duas illas sequatur. Bellum novum in Hispania excitatum esse significat annos quinque, postquam cum Pœnis debellatum fuerat. Finitum est enim a. DXLIX. Hoc declarat Livius, cum ait paulo ante cap. 21. 'Ingens in Hispania ulteriore coortum est bellum:' et hoc loco exponit causam, cur novum hoc bellum appellet, quia tum primum suo nomine, nullo Punico exercitu aut duce, ad arma ierant. Neque vero bellum aliquando in Hispania finitum potest intelligere, quemadmodum duabus illis lectionibus significatur, cum et ante et post confectum Punicum bellum a proconsulibus in provincia bellatum sit, ut supra ostendi. *Sigon.* Sensus lectionis, quam Gelenius ex unico cod. revocavit, est: Bellum in Hispania exortum est quinto anno, postquam simul cum

Digitized by Google

Punico finitum fuerat. Decet autem Crevier. dici quidem non posse, nullum omnino in Hispania bellum fuisse a finito Punico bello: sed tamen bella per illos annos in Hispania gesta adeo levia fuisse, ut Livius ea vix memorarit. 'Bellum' igitur nunc 'exortum in Hispania,' exponit bellum memorabile, bellum quod aliqua majore cura administrandum esset. In conjectura Sigonii vox excidisse, atque ipse scribere voluisse videtur, *quum secundum Punicum bellum fuerat finitum*. Ita sane propius codicis scripturam dedisset; nec causam video cur vox *Punicum* displicuerit. Verum præferenda est Gelenii lectio.

§ 7 *L. Julius Sequestris*] Cognomen merito suspectum esse potest: primum quia nomen appellativum, a quo hoc cognomen sine dubio sumtum est, 'sequester' est, non 'sequestris:' deinde, quia nec 'Sequester,' nec 'Sequestris,' cognomen gentis Julia fuit. Lycosthenes in Supplementis Obsequentis edidit 'L. Julius equestris in Sabinos proficiscens.' Sed hoc quoque probari non potest, sive 'equestrem' pro eo accepit qui ordinis equestris est; sive cum 'proficiscens' jungi, et 'equestris proficiscens' idem esse voluit, quod equo proficiscens: nam et hoc sine exemplo est, et illud demum die post Livium a Tacito Ann. XII. 60. 'apud equestres, qui Ægypto præsiderent,' dictum invenio. Cogitabam primo, quia 'Sequester' est cognomen Vibii, cujus exstat libellus de fluminibus, &c. hic fortassis scriptum fuisse *L. Vibius Sequester*; eoque magis, quod *Julius* et *Vibius* in Mss. Ciceronis ad Famil. VIII. 8. et Valer. Max. III. 2. 20. permutantur. Sed hoc deinde repudiavi ob hanc causam, quod ex cognomine infimæ notæ, ut recte putat Hesselius, scriptoris non potest probari, cum quidquam ad vetustiorem gentem Vibiam pertinuisse; aut in ea cognomen 'Sequester' fuisse; etsi hoc solo argumento Pighius et Glareanus 'Sequester' cognomen Vibiorum fecerunt. Accedit quod credo dubitari posse, an gens Vibia jam hoc tempore inter Romanas gentes fuerit. 'Vibius' prænomen Italicum fuisse, constat ex Livio qui 'Vibium Virium' Campanum lib. XXIII. c. 6. 'Vibium Accuanum' Peligna cohortis præfectum XXVI. 13. et 'Vibium' et Pactium fratres Lucanos XXVII. 15. memorat. Sed Vibiam gentem Romanam non ante extrema fere reipublicæ libera tempora nominari video. Nec improbabile est, eam, quum Italicæ stirpis esset, civitate Romana donatam sibi ex priore prænomine nomen gentis adscivisse: quod de 'Gellii,' 'Herennii,' et 'Marii' quoque, quæ itidem prænomina Italica fuerant, non absurde videtur dici posse. Sed, ut ad 'Julium Sequestrem' Livii redeam, suspicor primum fuisse *L. Julius equus in Sabinos proficiscens*, ac deinde scribam alio dictante perperam excepisse *L. Julius Sequs*, vel *L. Julius Sequs*; quumque hæc pelam vitiosa essent, postremo inde ortum inauditum cognomen *Sequestris*. 'Eques proficiscens' non minus recte dicitur, pro eque proficiscens, quam 'pedes,' pro pedibus. Livius XXVIII. 9. 'Illum equitem sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiæ.' Et ibidem, 'Neronemque, etiamsi pedes incedat, memorabilem fore.' *Duk.*

§ 8 *Duarum hastarum spicula arserunt*] *Speculatores erant* edd. Mogunt. et proxime: *spicula tecta erant* Ascens. 1520. *spicula arserant* Froben. a. 1531. Similia prodigia obcurrunt XXII. 1. 'In muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse.' XLIII. 13. 'Fregellis in domo L. Atrei hasta, quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arsisse dicebatur.'

§ 9 *Tusco vico atque Intemelio, per portum Capenam*] Livius XXVII. 37. ubi de sacro Junonis Reginæ, Tusci

Digitized by Google

vici mentionem facit: 'Ab æde,' inquit, 'Apollinis boves fœminæ duæ albæ porta Carmentali in urbem ductæ, a porta Jugario vico in forum venere: inde vicó Tusco Velabroque per Boarium forum in clivum publicum atque ædem Junonis Reginæ perrectum.' Libro autém XXIV. c. 47. de incendio Romæ facto ita habet: 'Solo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem cum Æquimælio Jugarioque vico.' Libro denique XXXV. cap. 21. e Capitolio, scribit, saxum ingens cecidisse 'in vicum Jugarium.' Ex his locis lector videat num huic loco mederi queat. Nam ego, *Intemelium* quid sit, non memini me legere: sed neque *Melium*, ut quidam *inde Melio* legunt. *Glar.* Quid sit Romæ *Melium* nemo scit. Itaque legendum puto *ac Æquimælio*. Nam ante legebatur *atque Intemælio*. Lib. XXXVIII. c. 28. 'Substructionem super Æquimælium in Capitolio et viam silice sternendam a porta Capena ad Martis locaverunt.' *Sigonius.* Hanc conjecturam recte quidem refellit Jac. Gronovius Dissert. in Livii Loca Quæd. Geogr. ep. IV. p. 84. Nec tamen ipsum rem acu tetigisse credo. Nardinus 'vicum Melium' præteriit, sed Rom. Vet. v. 10. ex Mogunt. legit *Intemelio*; quod tamen quid sit, nescire se fatetur. Donatus Rom. Vet. II. 27. eum ex hoc solo loco Livii memorat. Nec alium auctorem in Apolog. ad Gronovium habuit Fabrettus, cujus sententia mihi non improbabilis videtur. *Duk.* *Atque Intemelio* Mogunt. *atque inde Melio* Froben. 1531. *atque inde Cælio* Jac. Gronovius. Nardinus, qui, quid *Intemelium* fuerit, se ignorare fatetur, et locum mendosum esse negare non audet, duplicem tamen ob caussam Sigonii conjecturam *ac Æquimælio* rejiciebat, partim quod 'Æquimælium' non vicus, sed area in vico Jugario sit, partim quod e Tusco vico ad portam Capenam per Æquimælium iter non fuerit: quibus addo hanc tertiam, Livium non solere ante voces quæ a vocali incipiunt, præmittere copulam *ac*. Vide ad X. 36. § 17. Revocavi igitur *atque Intemelio*, non quia eam lectionem veram puto, sed quia auctoritate Mssti firmatur, et, quid ejus loco Livius reliquerit, incertum est.

CAP. XXVII. § 1 *Eodem diebus Cornelius Lentulus, qui, &c. quum ex senatusconsulto urbem esset ingressus*] Hunc puto L. Cornelium Lentulum, qui consul fuit anno secundo hujus belli, cuique prorogatum imperium anno tertio. Anno autem quarto Cn. Sempronius prætor factus citerioris Hispaniæ, Ælius ulterioris. Sed de hoc ad finem lib. XXXI. Porro quod subjungit, 'ex senatusconsulto urbem est ingressus,' deesse puto vel *ovans*, vel *triumphans*. Nam de Stertinio statim subnectet, 'Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe.' Sed judicio lectoris hoc committo. *Glar.* Hic est ille Cn. Lentulus, de quo lib. XXXI. extremo: 'Plebes Cn. Cornelio Lentulo et L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania jussit.' Probo autem valde conjecturam Glareani, qui suspicatur legendum esse, *ex senatusconsulto ovans urbem esset ingressus*; vel *ex senatusconsulto triumphans urbem esset ingressus*. Conjecturam autem suam ille recte inde ducit, quod de Stertinio collega subdit ita: 'L. Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit.' Egregie. Cur enim necesse erat dicere *ne tentata quidem triumphi spe*, nisi collegam ejus Lentulum triumphasse dixisset? Puto tamen 'ovantem' eum ingressum esse, non 'triumphantem:' primum quia usitatior dicendi forma est, ut in ovatione dicatur 'ingressus est,' aut 'iniit ovans urbem;' deinde quia ei, qui sine magistratu res gesserat adhuc, nisi, ut ovans iniret, permis-

Digitized by Google

sum fuerat: ut de L. Lentulo lib. XXXI. cap. 20. 'Decurrunt eo, ut ovans urbem iniret.' *Sigon.* Corruptus haud dubie locus Livii est, sicut non male divinarunt Henr. Glareanus et Car. Sigonius, ducti in hanc sententiam ex eo quod continuo subjungat Livius, L. Stertinium ex ulteriore Hispania ne tentasse quidem triumphi spem. Unde et suspicor, immo fere persuasum habeo, librarios scribas ibi vocem *ovans* in *cum* mutasse, et postea *est* in *esset*. Itaque legendum sic esse puto: *ovans ex senatusconsulto urbem est ingressus. Tulit præ se auri, &c.* Pighius in Annal. ad a. IDLVII. p. 262. Ex eo quod Livius dicit, Stertinium *ne tentasse quidem spem triumphi*, non sequitur Lentulum triumphasse, sed summum nihil aliud, quam spem triumphi tentasse; quod verum esse potest: nam sæpe iis, quibus triumphus negatus fuerat, concessum legimus, ut ovantes urbem inirent. Vide XXVI. 21. XXXI. 20. XXXIV. 10. *Duk. Iisdem diebus Cornelius Blacio, qui* Moguntinus ex cod. suo ediderunt; cujus librarius dare voluisse videtur *Blavio*, quod familiæ in gente Corneliorum cognomen fuit. Verum Cornelius, qui ante Sempronium Hispaniam citeriorem obtinuit, ex familia Lentulorum fuit, ut Glareanus et Sigonius docuerunt. Id jam Aldus deprehendisse videtur, qui propterea *Iisdem diebus Cornelius Lentulus* edidit. Hunc autem Cornelium Glarean. 'Lucii' prænomen habuisse putat; sed 'Cn. Cornelium Lentulum' vocavit ed. Froben. 1535. Vide Sigonium ad XXXI. 50. § 6. Deinde *quum ex senatusconsulto urbem est ingressus* ed. Mog. *quum ex senatusconsulto urbem esset ingressus* Froben. a. 1535. Conjecturam Sigonii Gronovius recepit; mihi magis placet illa Pighii, quam etiam admisi in contextum, quia minus a lectione Moguntini libri recedit.

§ 2 *Signati denarios triginta quatuor millia, et quingentos quinquaginta*] Scaliger de Re Numm. legendum putavit *denarium trecenta quatuor millia.* Si enim *denarios* legamus, locutionem minus probam esse existimavit: at si *triginta quatuor millia*, summam indignam fore triumpho florentissimis rebus Romanis. Gronov. vero ad XXXIX. 7. § 1. in posteriori parte emendationis se facile ei adsentiri testatur, sed non in priori: Livium enim τὸ *denarios* retulisse ad minorem summam, et perinde esse quasi scripsisset *signati trecenta quatuor millia, et quingentos quinquaginta denarios.* Quum igitur ita existimarit, idque verum esse videatur, unde factum fuisse dicemus, ut in contextum receperit eam partem, quæ ipsi displicuit; contra vero repudiarit, quam probavit; atque ediderit *signati denarium triginta quatuor millia?* Eamdem lectionem etiam recentiores editores servarunt, pro qua priorem restitui.

§ 3 *L. Stertinius ex ulteriore Hispania*] Quemadmodum ed. Mog. in principio capitis prænomen Cornelii Lentuli, ita hic prænomen Stertinii neglexit, quod primus Frob. addidit 1535.

§ 4 *Duos fornices, in foro Boario ante Fortunæ ædem et Matris Matutæ, unum in maximo circo*] Sic habent quidem Liviana exemplaria, vulneribus atque cicatricibus plena, in quibus tamen hæc ita videntur restituenda: *et de manubiis duos fornices, unum in foro Boario ante Fort. ædem et Mat. Mat., unum in max. circo fecit.* Pighius in Annal. ad a. IDLVII. p. 262. Forte repetendum bis *Matutæ unum, unum in maximo, &c.* Grut. Si huic conjecturæ locus dandus est, quatuor fornices fecit Stertinius, duos ante Fortunæ, tertium ante Matris Matutæ ædem, et quartum in circo maximo. Pighius tantum duos fornices factos a Stertinio putavit: nam ad a. IDLVII. vocem *unum* post τὰ *duos fornices* inseruit. Utrasque has ædes quidem in foro Boario fuisse, ostendunt Do-

Digitized by Google

nat. de Urbe Rom. II. 25. et Nardin. Rom. Vet. v. 10. Sed quum alia fuerit ædes Fortunæ, alia Matris Matutæ, non facile intelligi potest, quomodo unus fornix ante duas ædes fieri potuerit. Nec possum perspicere, quid viros doctos in vulgata scriptura tantopere offenderit, ut eam necessario emendandam esse, nec tres fornices, unum ante Fortunæ, alterum ante Matris Matutæ ædem, tertium in circo maximo, sed vel quatuor vel duos a Stertinio factos crediderint. *Duk.* Si quid mutandum est, verisimilior multo Gruteri, quam Pighii, conjectura videtur: facillime enim librarii vocem, quæ bis scribenda erat, semel neglegere potuerunt. Ejusdem erroris plura passim exstant exempla. Vide ad II. 2. § 1. c. 48. § 6. IV. 21. § 9. VII. 32. § 6. IX. 40. § 21. c. 46. § 3. XXI. 39. § 9. XXII. 29. § 3. XXVIII. 19. § 11. XXX. 10. § 18. XXXVII. 11. § 12. XL. 46. § 12. XLIV. 34. § 8. XLV. 37. § 6. ad Epit. Liv. libb. LV. et LVII. Adde Burm. ad Suet. Cæs. c. 30. Davis. ad Cic. de N. Deor. I. 6. et Cortium ad Sall. Jug. c. 23. ad Plinii Ep. II. 2. et v. 9. § 5. Potius tamen cum Dukero nihil muto.

§ 5 *Hibernabat eo tempore Athenis Quinctius*] Certum est legi debere *Elatiæ*, ubi hibernavit Quintius, non Athenis. Illinc enim eduxit mox copias suas, cum in hostem exiret. Cap. 29. 'Evastatis prius agris, qua ab Elatia duo diversa agmina iere.' Et ne Athenis eum fuisse existimare possimus, ex hibernis antequam moveret, 'legatos Athenas et in Achaiam misit,' eod. cap. atque inde vicissim legati ad ipsum in castra venere, ibid. quibus pro Bœotis intercedentibus, atque illis imperata jam facientibus, rediisse eum Elatiam ex c. 31. colligitur. Neque vero hoc tantum tempore illic hiberna egit, sed quamdiu fuit in Græcia. De priore anno constat ex lib. XXXII. capp. 32. 39. et lib. XXXIII. capp. 1. 2. de sequentibus duobus, quibus exactis ad triumphum decessit, ex lib. XXXIV. capp. 25. et capp. 41. 48. 50. Ista jam congesseram, quum vidi Polybium aperte hanc confirmare emendationem Excerpt. Legat. VIII. ubi ait, *μετὰ τὴν μάχην Τίτου παραχειμάζοντος ἐν Ἐλατίᾳ, Βοιωτοὶ, &c.* Ad quem locum etiam diligentissimus Ursinus observavit discrepantiam hanc apud Livium in nomine Elatiæ. Sed quod adfert quasi ex hoc lib. XXXIII. Quintium *eodem hoc anno Elatiam in hiberna reduxisse copias*, in eo lapsus est memoriæ vitio. Leguntur enim illa demum secundo ab hinc anno lib. XXXIV. c. 48. *Jac. Paris.*

§ 7 *Perinde atque ab ipso hi, et non a Quinctio et Romanis dati essent*] Vetus lectio *perinde atque ipsi id a Quintio et Romanis datum esset.* Gelenius. Ante legebatur *perinde atque ab ipso id, et non a Quintio.* Quam lectionem probo in primis. Hæc enim a sensu aliena est. *Sigon.* Locus est mendosus, quem docti viri emendare conati nimis longe a vera lectione discesserunt, quæ tamen ex Polybii fragmento VIII. elici potest, si ita legatur: *perinde atque id ipsi, non a Quintio et Romanis datum esset, &c.* Polybii verba, quæ Livius imitatus est, sunt hæc: *ἔπεμψαν δὲ καὶ πρεσβείαν πρὸς τὸν Φίλιππον, τὴν εὐχαριστήσουσαν ἐπὶ τῇ τῶν νεανίσκων καθόδῳ, λυμαινόμενοι τὴν τοῦ Τίτου χάριν.* Id enim est, *non a Quintio datum esset.* Ursinus. Non hæc Moguntini codicis lectio, sed illa, teste Gelenio, *atque ipsi id a Quinctio et Romanis datum esset.* Unde facile est conficere, *perinde atque ipsis id non a Quinctio et Romanis datum esset.* Quod et voluit F. Ursinus. Est quidem aliqua sententia lectionis veteris, prout ex unico codice eam produximus, quaque acquievit Gelenius: videlicet, quasi gratia et reverentia Philippi id beneficium tribuissent Bœotis Romani, apud quem credibile

Digitized by Google

est illos etiam tum exsulasse. Sed hanc exprimere Livium voluisse non existimo. Utcunque Philippi gratiæ datum hoc fuisset, tamen dantibus quoque, etsi propter alium dantibus, obligati erant: habet enim, propter quem datur, beneficii honorem; cui datur, utilitatem. At ipsam particulam *perinde atque* satis indicant voluisse auctorem ponere rationem aliquam hujus rei recte faciundæ, aut quomodo juste potuerint Philippo tantum ab illis grates agi, Romani præteriri. Ea erat, si ab his non accepissent, ab illo accepissent; non autem, si in hujus gratiam quidem, ab illis tamen accepissent. Causam vero, cur Bœoti magno suo malo Macedonibus obnoxii tum essent, habes apud Polybium in Excerptis l. XX. *J. F. Gron.* Eodem modo, ut Gronov. volvit, verba Livii emendavit etiam Ursin. in notis ad Polyb. Exc. Legat. num. VIII. Paulla ante *nam ad Philippum* ed. Mogunt. et utute proximæ: *nam et ad Philippum* Froben. 1535. verisimiliter ex mente Gelenii, qui unicum cod. consuluit, et in eo ita forte scriptum invenit.

§ 8 *Bœotii ceu nullam aliam ob causam, &c. fecerunt prætorem*] Scriptum habet *Bœotarchen nullam aliam:* num *puniorum* castigator addidit de suo. *Gelen.*

Barcillam quemdam] Hunc in aliis libris nominat Livius *Brachillam*, ut est in Mss. Polybius Βραχύλλην, itemque Plutarchus. *Sigon. Barcillæ* nomen ex eodem Polybio mutandum est in *Brachyllam*, ut in Mss. etiam Livii codd. legitur. *Ursinus.* Polyb. Exc. Leg. num. VIII. Ἐκ οἷς ἦν καὶ Βραχύλλας, τούτων μὲν οὐθὲν Βοιωτάρχην κατέστησαν. Eum non Βραχύλλην, sed Βραχύλλαν vocat Plut. in vita Quinctii pag. 372.

§ 9 *Qui Romanæ societatis auctores fuerunt*] Lege *fuerant*. J. F. Gron.

§ 10 *Quidnam de se futurum esset*] Castigator addidit de suo præpositionem *de*. Gelen. Unici igitur Msti lectio fuit *quidnam se futurum esset*; quomodo Livius XXXIV. 24. 'Quid, si in media Peloponneso arcem sibi fecerint, futurum nobis est?' Ter. Phorm. I. 2. 86. 'O Geta, quid te futurum est?' Id. Heaut. III. 1. 53. 'Quid te futurum censes, quem assidue exedent?' Eodem modo antiqui dixerunt 'quid hoc homine faciatis?' pro de hoc homine. Vide Manut. ad Cic. in Verr. I. 16. et Gronov. ad Livii XXVII. 16. § 8.

CAP. XXVIII. § 2 *Qui joci causa convivio celebri interfuerant*] *Joci* suspectum esse, dicit Gronov. Obs. III. 21. Causam nec ipse addit, nec ego scio. *Duk.*

§ 3 *Quorum tres Italici, tres Ætoli erant*] *Tres Ætolici erant* ed. Mogunt. et aliæ usque ad Probenianam 1535. quam prima dedit *Ætoli*. Sed primam lectioni favet Polyb. Exc. Legat. VIII. Τρεῖς μὲν τῶν Αἰτωλικῶν συνέστησε, τρεῖς δὲ τῶν Ἰταλικῶν νεανίσκων, τοὺς προσλοιπους τὰς χεῖρας τῷ Βραχύλλᾳ. Eam igitur revocavi.

Fuga comitum et quiritatio facta] Ecce *quiritatio* de Græcis, quasi illi in necessitatibus 'Quirites' clamarint. Sed Livius Romanis hæc scripsit. Est etiam exemplum, non tam anxie authores semper loentos, ut quidam superstitiosi semper observant. *Glareau.* Varro de Ling. Lat. 'Quiritare,' inquit, 'est Quirites ciere.' Et Nonius 'Quiritare,' ait, 'est clamare, deductum ab iis qui Quirites invocant.' Lucilius Sat. l. XII. 'Concursus velut aurarius, clareque quiritans.' Ab Apuleio ponitur pro 'suppetias petere.' Budæus in calce lib. II. de Asse scribit: 'Quum olim Cato et alii severiores in urbe magistratus conciones queribundas ad populum haberent, quiritare a crebra Quiritum appellatione vocatum.' Ciceroni in epistolis 'quiritare' est fidem populi Romani implorare: ait namque X. 32. 'Et illi misero quiritanti,

Digitized by Google

Civis Romanus sum, respondit, Abi nunc, populi Romani fidem implora.' Tacitus Ann. in calce l. XVI. (c. 34.) 'Igitur flentes quiritantesque, qui aderant.' Livius XXXIX. 8. 'Occulebat vim, quod præ ululatibus, tympanorumque et cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra et cædes exaudiri poterat.' Et paulo post (cap. 10.) 'Deducere in locum, qui circumsonet ululatibus cantuque symphoniæ, et cymbalorum et tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit.' Publius quoque Nigidius in commentariis grammaticis scribit, 'Clamat, quiritat.' Ab hoc verbo 'quirito' tractæ voces 'quiritatio,' quiritatus.' Testimonio Vallæ, authoritate Varronis 'quiritatus' est 'clamor' urbanorum; 'quiritatus' quoque infantium est, sicuti 'clamor' virorum, et 'ululatus' fœminarum. Plinius Ep. VI. 20. 'Audires ululatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores virorum.' Ita et 'quiritatio' est clamor publicus cum mœrore et tristitia auxilium implorantium, quod clare ex ipsius textus verborum serie colligitur. Nec mirum, quod Glareanus annotavit, Livium Romana voce in Græca actione usum; nam Romanis, non Græcis, scribebat historiam. *M. Donatus.* Livius XL. 9. ubi Perseus Philippi regis Macedonum filius loquitur: 'Tamquam si voce et comploratione nocturna excitus mihi quiritanti interveniisses.'

§ 7 *Zeuxippus, consimili animo*] Non video quo verba hæc *consimili animo* referri possint. Nam non potest esse, ut similiter ostenderet, sibi placere comprehendi eos, qui simul fuerant, quæstionemque ex iis haberi: ad hos enim nihil pertinere hanc cædem persuadere voluit. Plane non intelligo, quid sit, et locum corruptum aut mutilatum credo. *Duk.*

§ 8 *Argumentatus, quibus fidem*] Tὸ *quibus* delendum videtur. *J. F. Gron.* Nisi potius *argumentatur.* Ait, et multis argumentatur, quibus fidem facit. *Jac. Gron.*

§ 9 *Obviam eundo impudentem*] Lege *impudenter.* Gelen.

§ 11 *Eo ipso rem ad indicium protraxit*] Lege *eo ipso timore*, pro *eo ipso rem.* Gelen.

§ 12 *Non tam idoneum ad celandum rem eum videri sibi, quam ad agendam rem fuerit*] In vocibus *quam ad agendam rem, rem* redundat. *Gelen.* Conjecturam Gelenii probat Gronov. ad Livii XLII. 17. § 7. Sæpe librarios vocem *res* de suo addidisse, sæpe etiam ipsos scriptores eam paucis interpositis repetiisse, vidimus ad II. 18. § 2. Quum autem non nisi unicus codex notus fuerit, ex quo Livii lib. XXXIII. editus sit, isque *rem* utroque loco servarit, aliorum judicio relinquere, quam meo definire malo, quid de ejus vocis repetitione hoc loco censendum sit. Eo tamen animus inclinat, ut eorum sententiæ, qui eam delendam putarunt, calculum adjiciam.

Has qui tulit literas, jussit Zeuxippo] His verbis satis indicatur, alii servo datas literas, non illi suspecto, cum tamen antea totius internuncius et minister rei sit dictus, et per quem res ad indicium sit protracta. *Glar.* Sine caussa hic dubitat et hæret Glareanus. Totius internuncius et minister rei fuerat servus Zeuxippi; de quo interficiendo ad eum literas scribens Pisistratus, illas per ipsum hunc conscium mittere non potuit. Sed misit Pisistratus per unum suorum, mandans ut ipsi Zeuxippo traderet. Sed quum is sui conveniendi copiam non faceret, traditæ sunt literæ conscio Zeuxippi servo, totius internuncio et ministro rei. Qui quum ex literis apertis periculum sibi imminens cognovisset, Thebas refugiens cædis auctorem indicavit. Timore igitur Pisistrati, timentis ne conscius rem

Digitized by Google

indicaret, et hinc Zeuxippum ad ejus cædem inpellentis, conscius ille ad indicium protractus est.

Jussit Zeuxippo dare quamprimum. Is quia] Moguntinus ignorat τὸ *Is*. Scribe, *Has qui tulit literas, jussus Zeux. dare quampr., quia non sibi conv. ejus copia fuit, &c.* J. F. Gron.

§ 13 *Quem ex omnibus domino fidissimum credebat*] *Fidelissimum* ed. Mogunt. pro quo *fidissimum* substituit Froben. a. 1535. Si ex Manuscripto, per me licet: sin, nihil mutandum existimo. Excerpta Vet. Grammat. apud Gothofr. in Auctoribus Ling. Lat. p. 1335. 'Fidelis fit, fidus nascitur.' p. 1358. 'Fidus in maximis, fidelis in minoribus negotiis. Fidus est amicus, fidelis servus.' Donat. ad Ter. Phorm. I. 2. 26. 'Fidus est amicus, fidelis est servus.' Servius ad Virg. Æn. I. 113. 'Fidum, fidelem: utrumque nomen idem significat; quamvis quidam velint, fidum amicum, fidelem servum dici.'

§ 14 *Fuga servi motus, Atenorem, &c. concessit*] *Anthedonem* legendum, quod est oppidum littorale Bœotiæ. *Glar. Athenas* substituit Frob. 1535. Glareani conjectura vera esse non videtur, quia Zeuxippum tota Bœotia cessisse, et hinc in ejus urbem Anthedonem non concessisse, innuit Polyb. Exc. Legat. num. XXXVIII. Ὁ γὰρ Τίτος ἐν τῇ Ῥώμῃ πάλαι μὲν ἐσπούδαζε περὶ τοῦ καταπορευθῆναι τὸν Ζεύξιππον εἰς τὴν Βοιωτίαν.

§ 15 *De Pisistrato aliquæ quæstiones*] Forte *aliquot*. J. F. Gron. Verba Polybii sunt Leg. VIII. ἃ συνορῶντες οἱ περὶ τὸν Ζεύξιππον καὶ Πεισίστρατον, καὶ πάντες οἱ δοκοῦντες εἶναι Ῥωμαίων φίλοι. Quæ etsi non de tormentis agunt, declarant tamen factionem hujusmodi et corpus fuisse, atque inde suspicabar, *de Pisistrato aliisque quæstiones, &c.* ut etiam cap. 27. auctor loquutus est. *Jac. Gron.* Heumannus me monuit, sibi legendum videri *De Pisistrato denique quæst.*

CAP. XXIX. § 1 *Efferaverat cædes Thebanos*] Lege *Efferavit ea cædes.* Gelen. Moguntiæ ediderunt *Efferaverat cædes.* Gelenius inde exstruxit vulgatum. Verum non modo pronomen id superest, sed etiam nomen proximum *cædes. Efferaverat* (videtur scripsisse) *Thebanos Bœotosque omnes ad exs. odium Rom., Zeux. princ. gentis id facinus conscisse.* Forte etiam fuit *in principem*, ut Brachylias intelligatur. *J. F. Gron.* Fuit ante Gelenium *Efferaverat cædes.* Unde legendum videtur *Efferaverat ea res Thebanos Bœotosque omnes ad exs. odium Rom., Zeux. in principem gentis* (ut optime mea sententia conjecit ὁ πάνυ) *id facinus conscisse.* Ita per appositionem postrema hæc dicta erunt, quo nihil usitatius veteribus. Supra XXV. 28. 'Quæ ubi in castra Siculorum nunciata sunt, Epicydem Syracusis cessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam.' XXXVI. 26. 'Id ad dignitatem ejus fidemque pertinere, non prodi socios.' Et alibi. *Jac. Perizon.* Recepta Gronovii emendatione τὰ *Zeuxippum in principem gentis id facinus conscisse* erunt loco nominativi. Ita sæpe totam sententiam pro casu recto sumi, vidimus ad I. 53. § 1. Perizonii tamen emendatio propius ad lectionem cod. Mog. accedit. Recte autem *in principem gentis:* ut præpositio intercepta fuerit a litera ultima vocis præced. Vide ad X. 13. § 3.

Zeuxippum principem gentis id facinus] Verba sunt aliquot libris asterisco notata: atqui per admirationem dicta videntur, qualia multa apud idoneos authores similia. Potest etiam defectus aliquis hic esse, ut plane suspicor. *Glar.* Recepta Perizonii conjectura verba sunt planissima.

§ 2 *In varios commeatus usus*] Legendum *commeantes.* Gelen.

§ 3 *Ad notas latebras insidiantibus*] Crevierius vel exponit, *Bœotis* insidiantibus ad notas *sibi* latebras; vel

Digitized by Google

legebat *ab notas latebras incidentibus*, eamque locutionem inlustrabat locis Livii ex IX. 31. et XXV. 21. Alia vide ad XXI. 32. § 8. Mox lege *deversoria*. Vide ad I. 51. § 2. et 8. et VII. 20. § 7.

§ 4 *Negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes*] De negotiatione militum in vetere militia Romana nihil statutum invenio. Livius hic quidam milites, qui cum commeatu ab hibernis aberant, et V. 8. eos, qui in præsidiis urbium erant, negotiari solitos docet; sed tamen id lixarum potius, quam militum fuisse, significat, eos 'lixarum in modum' per agros vicinasque urbes negotiatos fuisse scribens. Sub posterioribus principibus Romanis militibus interdictum fuit negotiatione. Vide Savaron. ad Sidonii Ep. I. 8. Et fortassis jam ante eos, quorum de hac re constitutiones in libris Juris Romani exstant: hoc enim videtur indicari verbis Pauli Apostoli Epist. II. ad Timoth. II. 4. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. *Duk.* Ed. Mog. *argenti mintionis habentes*: pro quo id, quod nunc exstat, Froben. 1535. recte reposuit. Zonis argentum reconditum fuisse, docent Salmas. ad Spartiani Pescenn. Nigr. X. Torrent. ad Hor. Ep. II. 2. 40. et viri docti ad Petron. c. 88.

§ 5 *Dein indies plures desiderarentur*] Ita primum vulgatum vidi in ed. Paris. 1573. Priores, quas consului, præferunt *deinde in dies plures*; quod revocavi. Mox *infamis ex Bœotia omnes cepit* edd. Mog. et proximæ. Quod nunc exstat, primum obvium fuit in Frob. 1531.

Egredi ausus miles] Legendum *egredi castris miles*. Gelen.

§ 6 *Circa Copaidem paludem*] *Copidem* ed. Mog. pro quo recte Frob. a. 1531. *Copaidem* restituit. Steph. Byz. voce Κῶπαι· Λέγεται δὲ καὶ Κοπαΐα λίμνη, καὶ Κωπαιεὺς, καὶ ἡ λίμνη Κωπαΐς, ἡ ἐλέγετο Λεωκωνίς. Vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 733. et Holsten. ad d. l. Stephani. Paullo ante *quærendum* ediderat Modius, quum prieres *quærendum* vulgassent: quod recte revocavit Crevier.

§ 8 *Legatis, qui testarentur sociis*] Se non dubitare, quin Livius scripserit *socios*, recte monuit Crevier. Supra IV. 53. 'Consulibus Deos hominesque testantibus, culpam penes Mænium fore.'

§ 9 *Et cum parte copiarum P. Claudio Acræphiam ire jusso*] *Ap. Claudio*, ut ante ex Polybio. *Sigon.* Vide Sigonium ad XXXII. 36. § 10. Copulam autem *et* primus adscivit Frob. an. 1535. Ab antiquioribus omnibus exsulat.

Evastatis prius agris, quam ab Elatia duo diversa agmina iere] Qua, non quam. Gelen. Utraque lectio commodum sensum præbet. Si emendationem Gelenii, quam Froben. 1535. recepit, et reliqui editores servarunt, sequimur, dicet Livius, priusquam Acræphia et Coronea obsiderentur, in itinere agros evastatos esse, qua parte duo diversa agmina ad earum urbium obsidionem ab Elatia profecta sunt. Si vero priscam lectionem probamus, innuet Livius, Quinctium, priusquam ipse et Appius duobus diversis agminibus ab Elatia ierint ad obsidendas urbes Acræphiam et Coroneam, curasse, ut ager Bœotorum undiquaque evastaretur. Si igitur Gelenius *qua* ex unico cod. restituit, id retinendum puto; sin, priorem lectionem probo. Præterea *fere* pro *iere* perperam edd. Mog. Ald. et quædam aliæ: *ferret* Cervicorn. et Ascens. a. 1530. *iere* demum Frob. a. 1531.

§ 10 *Quum omnia terrore ac fuga complessent*] Malim *terror*. J. F. Gron. Genus loquendi per se non damno: similiter enim sæpe Livius loquitur II. 17. 'Aurunci cæde incendioque cuncta complent.' XXVI. 41. 'Punicum nomen maria terrasque fœda fuga impleturum.' XLI. 5. 'Ii, &c.

Digitized by Google

omnia terrore ac tumultu, &c. impleverunt.' XLII. 61. 'Quæ (legiones) nocturna fuga vobis subtractæ naufragorum trepidatione passim natantium flumen compleverunt.' Hic tamen magis placet conjectura Gronovii. 'Terror ac fuga complessent' illustratur ex iis quæ notantur ad I. 31. § 7. Vel etiam legendum *terrore ac fuga completa essent*. Infra XXXIV. 15. 'Ubi omnia fuga completa vidit Cato.' Genus autem erroris *complessent* pro *completa essent* in Mss. frequentissimum est. Vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 11 *Ac qui impetrassent pacem Bœotiis, &c.*] Quidam *ac qui* mutarunt in *ac ni*: quasi Achæos Athenienses que minates imperatori Romano, nisi daret Bœotiis pacem, se rebellaturos, ac auxilio Bœotiis futuros: quod nescio quam sit credibile id auses post Philippum tam memorabili victum pugna. De Bœotiis minus mirum, qui de stupiditate proverbiis etiam male audierunt. *Glar.* Prima ed. *ac qui impet.* Scribe, *nam, ni impetrassent pacem Bœotis, bellum simul gerere decreverant*: nempe adversus eosdem Bœotos. *J. F. Gron.* *Ac ni impetrassent* primum vidi in ed. Froben. a. 1531.

§ 12 *Per Achæos Bœotis copia*] Prima ed. *Per Achæos et Bœotis.* Scribe, *Per hos ergo Bœotis* vel *Per Achæos ergo Bœotis.* J. F. Gron. Voculam *et* primus omisit Sigonius, quæ capi potest pro 'etiam.' Certe restitui contextui.

CAP. XXX. § 1 *Post paucos dies decem legati*] Confer cum his fragmentum Polybii in Exc. Legat. num. IX. Id autem deformatum a Livio repræsentari, adeo ut, quæ ipse cap. seq. tradit, nisi eo adhibito, intelligi nequeant, observat Crevier. Vide etiam Duker. ad § 3.

§ 3 *His, quæ in Asia essent, Euromo, Pisidisque*] *Pedasso*, non *Pisidis*, lego. *Gelen.* Vellem doctissimi interpretes de hoc loco explicando cogitassent: nam mihi quidem in eo non pauca obscura et intellectu difficilia sunt. Horum primum est, quod oratio non apte connectitur. Si enim ex præcedentibus repetendum est 'præsidia deduceret,' omnino desideratur copula, et scribendum fuerat *et his, quæ in Asia essent.* Secundum, quod inter civitates, quæ in Asia sunt, 'Perinthus' numeratur, quam in Thracia fuisse certissimum est. Nam de 'Myrina' et 'Thaso' insula nihil dico, etsi Myrinam urbem insulæ Lemni designari eo credo, quod Polyb. Legat. IX. et Livius inf. c. 35. tradunt, Stertinium, unum ex decem legatis, post pronunciatum hoc decretum senatus ad Hephæstiam, itidem urbem Lemni, et Thasum liberandas profectum fuisse; 'Lemnum' autem et 'Thasum' inter insulas maris Ægæi, Europæ literibus adpositas, recenset Pompon. Mel. II. 7. Tertium, quod 'Myrina' contra ordinem, qui apud Polybium est, inter Jassum et Abydum ponitur. Quartum denique, quod Polybius, quem hic Latine interpretatus est Livius, pannum istum, *his, quæ in Asia essent*, non habet. Verba illius Legat. IX. hæc sunt: Τοὺς δὲ ταττομένους ὑπὸ Φίλιππον, καὶ τὰς πόλεις τὰς ἐμφρούρους, παραδοῦναι Φίλιππον Ῥωμαίοις πρὸ τῆς τῶν Ἰσθμίων πανηγύρεως. Εὕρωμον δὲ καὶ Πήδασα, καὶ Βαργύλια, καὶ τὴν Ἰασσέων πόλιν, ὁμοίως Ἄβυδον, Θάσον, Μυρίναν, Πέρινθον, ἐλευθέρας ἀφεῖναι, τὰς φρουρὰς ἐξ αὐτῶν μεταστησόμενον. His omnibus inducor, ut mihi persuadeam, hic aliquid turbatum, et verba *quæ in Asia essent*, a Livio non esse, eique melius cum Polybio conventurum, si scribatur *præsidia deduceret: et Euromo, Pedasisque, et Bargyliis, et Jasso, et Abydo, et Myrina, et Thasso, et Perintho.* Duk. Modius primus in adnotationibus Gelenii edidit *Pedasso*, pro *Pedasso*, ut priores exhibent: unde Gru-

Digitized by Google

ter. in ipso Livii contextu *Pedasiesque* substituit, quod recentiores servarunt; quum antea *Pedasiique* a Frobeniana usque anni 1535. vulgatum fuisset. Id igitur reduxi: quod et Crevier. fecisse video. Neque aliter legendum monuit Cellar. Geogr. Ant. III, 3. p. 64.

Bargyllis, et Jasso] *Bargyliis et Jasso*, ut ante. *Sigon.* Vide ad XXXII. 33. § 6.

Et Abydo, et Thasso] Ita primus edidit Vascos. hoc loco et c. 35. quum Mogunt. aliæque priores utroque loco *Thaso* præferant; quæ contra, æque ac Vascos. c. 39. præferunt *Thasso*. Nomen illud vel uno vel duplici sibilo scribi solet. Certe apud Polyb. in Exc. Legat. num. IX. in verbis, quæ Livius hic et cap. 35. Latine interpretatus est Θάσον legitur, at Θάσσον apud Polyb. XVII. 31. quæ verba Livius vertit cap. 39. Priscas igitur edd. et Polyb. secutus hic et c. 35. unico sibilo contentus fui; at c. 39. eum duplicavi.

Eas quoque enim placere liberas esse] Τὸ *quoque* in Polybio non esse, omnemque decreti sensum pervertere, observat Crevier.

Liberas esse Decianorum libertate] Non memini uspiam me hoc verbi legere. Fortassis autem decem legatorum a senatu Romano missorum datam libertatem intelligemus. *Glar.* Merito hæsitavit hoc loco Glareanus. Non est autem mentem auctoris et veritatem lectionis assecutus, cum pro *Decianorum, decem legatorum* supplendum esse censuit. Sunt enim duæ voces *De Cianorum*, quæ sequenti sententiæ annectendæ hoc modo: *De Cianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet.* De Cianis et eorum clade supra sæpius dictum est. Sic enim Philippus libro priore c. 34. 'Neque ego Cium expugnavi, sed Prusiam socium et amicum oppugnantem adjuvi.' Et Polyb. XV. 23. φίλων γὰρ ὑπαρχόντων καὶ συμμάχων Αἰτωλῶν, Λυσιμαχέων, Χαλκηδονίων, καὶ Κιανῶν; βραχεῖ χρόνῳ πρότερον τρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν Λυσιμαχέων πόλιν ἀποστάσας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίας· δευτέραν δὲ τὴν Χαλκηδονίων, τρίτην δὲ καὶ τὴν Κιανῶν ἐξηνδραπόδιστο, στρατηγοῦ παρ' Αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντος, καὶ προεστῶτος τῶν κοινῶν. Προυσίας δὲ καθὸ μὲν ἡ πρόθεσις αὐτοῦ συντελείας ἔτυχε, παρηχαρὴς ἦν καθὸ δὲ τὰ μὲν ἄθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀνέφερεν, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκιστοῦσαν ἔρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς διέκειτο. Et Suidas: Κιανοὶ, οἱ τῆς Κίου, οὓς Προυσίας παρασπονδήσας ἐθέλησε διά τινας αἰτίας. *Sigon.* Locus corruptissimus ex Polybii fragmento IX. ita potest emendari: *De Cianorum libertate Quinctius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet.* Polybius sic habet: Περὶ τῆς τῶν Κιανῶν ἐλευθερώσεως Τίτον γράψαι πρὸς Προυσίαν, &c. *Ursin.* Vide eumdem Ursin. ad Polyb. Excerpt. Legat. p. 246. *Bithynorum* Gronov. dedit a. 1665. *Bithyniorum* priores.

§ 5 *Tectas tradere, quin et regiam unam inhabilis prope magnitudinis*] Videtur ex Polybio legendum ita: *præter lembos quinque et regiam*, &c. Polybii verba ex fragmento IX. sunt hæc: Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καταφράκτους ναῦς, πλὴν πέντε σκαφῶν, καὶ τῆς ἑκκαιδεκήρους, &c. Id enim est, *quam sexdecim versus remorum agebant.* Confirmat hanc lectionem locus Appiani ex Macedonico, in Exc. Legat. num. XXIV. in quo est, Ναῦς τε ὅσας ἔχοι χωρὶς ἑξήρους μιᾶς, καὶ σκαφῶν πέντε καταφράκτων, &c. Videtur tamen Appianus in eo mendosus, quod regiam navem ἑξήρη, non, ut Polybius et Livius, ἑκκαιδεκήρη, dixit. *Ursin.* Eodem modo hoc emendat Pighius ad a. ICLVII. p. 261. nisi quod omittit vocem *lembos.* Putavit nimirum relictas fuisse regi quinque naves tectas; cujus sententiæ auctores sunt Appian. in Exc. Legat. hic apud Ursin. et Zonar. IX. 16. Sed aliter sentit Polybius, qui quum regi τὰς κατα-

Digitized by Google

φράκτους ναῦς πλὴν πέντε σκαφῶν ademtas scribit, aperte illa πέντε σκάφη a καταφράκταις destinguit. Nam si illa quoque κατάφρακτα fuissent, nihil opus fuisset addita voce σκαφῶν, quum sufficere potuisset πλὴν πέντε. Livius quoque, qui Philippum *omnes* naves tectas tradere jussum dicit, ei nullam earum relictam fuisse significat. Unam illam inhabilis prope magnitudinis a Livio *regiam* appellari puto, quod reges mole ac magnificentia navium regias opes ostentare solebant; quales erant naves regum Ægyptiorum, et navis Hieronis apud Athenæum lib. v. et 'liburnicæ deceres' Caligulæ, quas memorat Suetonius Calig. c. 37. Zonaras hanc Philippi navem στρατηγίδα *prætoriam* vocat. Sed navis tam inhabilis magnitudinis vix ullus usus in prœliis esse potuit: ob quam caussam eam etiam Philippo a Romanis relictam fuisse verosimile est. De 'versibus remorum' agunt Salmas. Observ. ad Jus Attic. et Rom. c. 29. p. 687. et Scheffer. de Milit. Nav. II. 2. Meibom. et Opelius de Fabric. Trirem. *Dukerus*. Eodem modo, quo hoc loco, Livium emendandum esse, monuit Ursinus ad Polyb. Exc. Legat. p. 246. Contra eadem emendatio, quæ Pighio, etiam in mentem venit Meibom. de Fabric. Trirem. p. 613. legendum nempe *omnes tectas tradere, præter quinque et unam regiam*. Nam σκαφῶν apud Polyb. non *scaphis* cum Casaub. (vel *lembis* cum Ursino,) sed *navibus* vertendum esse. Emendatio hæc placuit etiam Jac. Gronov. in Dissert. Epist. ad Livii Loca Quæd. Geograph. Epist. VI. p. 48. ubi simul docet, perperam Meibom. gloriatum esse, neminem mancum esse hunc Livii locum vidisse. Regiæ autem istius navis, inhabilis prope magnitudinis, hoc loco memoratæ, meminit etiam Livius XLV. 35. ubi vide.

§ 6 *Plus quingentis armatorum*] Pighius ex Zonara IX. 16. *plus quinque millibus armatorum*. Polyb. in Exc. Leg. num. IX. et Appianus in Exc. Leg. num. XXIV. hoc præterierunt. *Duk.*

§ 8 *Triginta quaterna millia pondo et ducenta*] 'Vectigal' præcessit, 'præsens' pecunia sequitur. Hæc summa in medio quid sibi velit, haud equidem scire possum. *Glar.* Turbata hæc sunt, ut cuivis videre pronum. Fortasse scripsit Livius, *Val. Antias quatern. millium pondo argenti vectig. in decem annos, præsens tricena quat. millia et ducenta viginti pondo.* Non desunt rationes, et alibi dabuntur. *J. F. Gron.* Non scio, ubi dederit. *Duker.* Hæc depravata esse, nec sine libris emendari posse existimanti Crevierio adsentior. Cur tamen Gronov. duplicis formæ numeros junxit? An forte *triginta quatuor millia et ducenta viginti pondo?*

CAP. XXXI. § 1 *Soli Ætoli id decretum decem clamium sanies carpebant*] Non erat opus asterisco, si, qui primæ editioni præfuit, acrius oculos in characterem non satis notum intendisset: vidisset sinceram lectionem nempe hanc: *decretum X. legatorum clam mussantes carpebant*. Eadem cæcutientia mox pro *liberentur* legit *libenter*; et *Eretriam* omisit, ubi scriptum est *Oreum cum Eretria et Demetriade*. Gelen. Supra VII. 25. 'Mussantesque inter se rogitabant, num quem plebeii consulis pœniteret?' ubi vide quæ notantur; et viros doctos ad Phædri IV. 25. 34. Mox *literas inane una specie libertatis adumbratas esse* Mog. et aliæ edd. Quod nunc vulgo exstat, primum inveni in ed. Frob. 1531.

§ 2 *Cur enim alias Romanis tradi urbes*] Hoc intelligi non posset, nisi Polybius Legat. IX. docuisset, Philippum jussum fuisse urbes Græcorum, in quibus præsidia habebat, antequam celebrarentur Isthmia, Romanis tradere, nec tamen eas nominatas fuisse. Horum prius tantum, de

Digitized by Google

traditione scilicet urbium Græcarum, expressit Livius cap. 30. in referendis conditionibus pacis, non item cetera. Sed locus ille mihi, ut dixi, videtur mendosus esse. *Duk.*

Sine traditione jubere liberas esse] Scribe *juberi*. J. F. Gron. Donjatius etiam vulgatum *jubere* defendi posse existimat, si intelligatur 'Romanos jubere:' Livium enim sæpe ita variare solitum fuisse. Ad id probandum adducit locum ex fine hujus cap. 'Ipsis tutius esse, monere pauliosper sub tutela præsidii Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi.' Similia plura vide ad IV. 2. § 7. Emendatio tamen Gronoviana videtur præferenda esse.

§ 8 *Nisi ut, quæ in Asia sint, liberentur*] *Liberentur* ex Mss legendum docuit Gelenius ad § 1. Moguntini ediderant *nisi quæque in Asia sint, liberentur*.

Longinquitate ipsa tutiores] Non est in Polybio. Sententia non satis aperta est: sed hanc esse puto, Romanos libertatem reddidisse urbibus Græcis Asiæ, quod eas sibi propter longinquitatem parum utiles esse putarent ad id, quod parabant, id est, ad compedes Græciæ injiciendas, quod iis apud Polybium objiciunt Ætoli. *Duk.*

Quæ in Græcia sint, ne nominatæ intercipiantur] Scribe *quæ in Græcia, non nom. intercipiantur*. Neque enim huc convenit τὸ *ne*, et abundat τὸ *sint*. J. F. Gron. Ut τὸ *sint* delcatur, nullam, quam subigit, causam video. *Non* pro *ne* legendum, judicat etiam Crevier. at Donjatius ejus loco *nec* malebat.

Et Oreum, cum Eretria et Demetriade] Mogunt. et alii ediderunt *et Chalcis et Oricum et Demetrias*. Ejus loco, quod nunc editur, restituit Gelenius ad § 1. Et recte. Polyb. Exc. Legat. num. IX. p. 1107. Τὰς δὲ παραδεδομένας Ῥωμαίοις φανερὸν, ὅτι τὰς κατὰ τὴν Εὐρώπην εἶναι δὲ ταύτας, Ὦρεόν, Ἐρέτριαν, Χαλκίδα, Δημητριάδα, Κάρυστον.

§ 4 *Dubitabatur enim de Corintho, et de Chalcide, et Demetriade*] Puto hic præpositionem *de* excidisse, interceptam a prima syllaba vocis seq., ac legendum esse *et de Demetriade*. Vide ad III. 30. § 3. Liv. XXXVI. 7. 'Quum de Rabea, de Achaia, de Bœotia agebatur.' De repetitis præpositionibus vide ad VI. 28. § 6.

Cetera Græciæ atque Asiæ haud dubie liberabuntur] Ex sequentibus ad hæc verba *repetendum* esse τὸ 'urbes,' monuit J. F. Gronovius ad XXX. 7. § 6.

§ 5 *Quo tempore po. Romanus postulasset*] *Quod tempora reipublicæ postulassent* depravatum in *quo tempore P. R. postulasset*. Gelen. Origo erroris fuit, quod notas *R. P.* id est *respublica* notarint, literis transpositis, *in P. R.* id est *populus Romanus*. Alia hujus erroris exempla vide ad lib. XXXVIII. c. 56. § 6.

Id e republica fideque sua facere, utuntur jussi erant] Expressit Livius veterem senatusconsulti formulam *I. V. E. E. R. P. F. S. V.* hoc est, *ita ut ea e republica fideque sua videbitur*: ad quam etiam respexit Polybius verbis illis βουλεύσεται κατὰ τὰς αὑτῶν προαιρέσεις. *Ursin.* ad Polyb. Exc. Leg. num. IX. p. 247. Adde Brisson. de Formul. II. p. 215.

§ 6 *Quum primum ei vos suæ placuisent*] Id est, quum primum sibi satis paratus ad bellum Romanum, satis virium ad Romanos bello lacessendos collegisse visus fuisset. Vide Gronov. ad Taciti Germ. c. 11. Non puto quidem necesse esse, hic aliquid mutari; sed mallem tamen *quam primum*. Duk.

§ 7 *Ab Elatia Anticyram, &c. trajecit*] Facile intelligi potest, hoc de Quintio dici: sed quia eum neque hoc, neque præcedenti capite nominat, nec quidquam fecisse dixit, nomen illius hic addendum videtur. Polybius: Ὁ δὲ Τίτος ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Ἐλα-

Digitized by Google

τείας μετὰ τῶν δέκα. *Duk.* *Quintius ab Elatia* etiam Crevierius legendum conjecit.

§ 8 *Si Ætolorum linguas retunderet*] *Retundere* perspicue legendum est, ut sit, *si Ætolorum linguas retundere vellet.* Sigonius. *Retundere* non tantum Mog. sed etiam Aldus aliique ediderunt: primus deinde Curio *retunderet* substituit, sine dubio operarum errore. In verbis seqq. aliquid excidisse, ac legendum censet Crevier. *si veram caritatem, si integram*, vel *inviolatam majestatem apud omnes nominis Romani vellent esse:* nam *veram majestatem* ferri non posse. Quid, si cum Roëllio legamus, *si veram caritatem, si majestatem?*

§ 9 *Ad transferendum a Philippo ad se imperium, se mare trajecisse*] Ed. Mog. et quædam aliæ *ad transf. Philippo adesse imp. esse mare trajecisse.* Id quod nunc exstat, demum inveni in ed. Frob. 1531. An legendum *ad transf. a Philippo ad sese imp., sese mare trajecisse?* Solent enim *sese* et *esse* literarum transpositione commutari. Vide ad XL. 26. § 5. Paullo ante eædem edd. *si idem esse idem facere.*

§ 10 *Manere paullisper sub tutela populi Romani*] *Præsidii Romani* depravatum in *populi Romani.* Gelen.

§ 11 *Ut in Acrocorintho tamen præsidium esset*] Ita primus Froben. 1535. edidit. Priores male vulgarant *ut in agro Corinthio.* Pariter in cod. Moguntino peccatur etiam XXXIV. 50. § 8. ubi vide. Ἀκροκόρινθον in hac re memorat Polyb. in Exc. Leg. num. IX. pag. 1108.

CAP. XXXII. § 1 *Nemeorum statum ludicrum aderat*] *Isthmiorum ludicrum* depravatum in *Nemeorum.* Gelenius. *Erat* legendum in margine Livii conjecit Ant. Perizonius. Male. Polyb. Exc. Legat. num. IX. pag. 1108. Τῆς Ἰσθμίων πανηγύρεως ἐπελθούσης. Mox pronomen *quo* et copula *ac* desunt in edd. Mogunt. aliisque, usque ad Frob. qui a. 1531. utrumque adjecit. Hinc § seq. *omnium rerum undique convenerat* eædem edd. pro quo *omnium Græcorum undique commune erat* a. 1531. id quod nunc exstat, a. 1535. Frobenius reposuit. Vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 3 *Sed exspectatione erecti, qui deinde, &c.*] Postquam ostenderat *semper alias* frequens fuisse ludicrum Isthmiorum, exspectari poterat, ut diceret, *tum* solito frequentius fuisse. Polybius non dicit, id semper alias frequens fuisse; sed tantum, cur tum frequentius, quam aliis temporibus, fuerit; quia scilicet ex omnibus fere orbis partibus clarissimi viri propter exspectationem futuri eo convenerant. Τῶν Ἰσθμίων, inquit, πανηγύρεως ἐπελθούσης, καὶ σχεδὸν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν συνεληλυθότων, διὰ τὴν προσδοκίαν τῶν ἀποβησομένων, πολλοὶ καὶ ποικίλοι καθ' ὅλην τὴν πανήγυριν ἐνέπιπτον λόγοι. Suspicor hic intercidisse quædam, et Livium dixisse, spectatores *tum solito frequentiores* eo convenisse. Ita certe postulat, quod antea dixerat 'semper quidem et alias frequens.' *Duk.* Idem etiam suspicatur Crevier. Quod tamen is addat, pluscula hic deperdita esse indicare vocem *alii*, quæ mox sequitur; nihil enim in præcedentibus ei respondere, omissam maluissem. Nam *alii* eo modo accipi potest, quo inlustratur ad III. 37. § 8.

Sed sermonibus etiam ferebant] Ita ultima demum Gruteri ed. exhibuit. Neque genus loquendi damnandum. Præferunt tamen priores omnes *serebant:* quod perperam, vel dedita opera, vel librariorum lapsu, mutatum est. Supra VII. 39. 'Hæc, qui in castris erant, occultis sermonibus serunt:' ubi vide quæ notantur. Silius XV. 283. 'Hæc atque his paria alterno sermone serebant.' Cæsar Civ. II. 17. 'Hæc omnibus serebat sermonibus:' ita legendum *ſ*; vet

Digitized by Google

Freinsh. in ind. Curtii voce 'Serere,' ubi vulgo editur *ferebat*. Apul. Met. I. in princ. 'At ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram:' ubi vide Pricæum.

§ 5 *Senatus Romanus et T. Quinctius imperator*] Legendum esse puto *Senatus populusque Romanus*. Nam sic Val. Max. IV. 8. 5. caput ejusdem edicti formula solemni liberæ civitati congrua profert. Cui etiam adstipulatur Plutarchus. *Pighius* in Annal. ad a. IDLVII. p. 262. Pighii emendationem recepit ultima Gruteri ed.; eamque adstruere videtur locus App. in Exc. Legat. num. XXIV. p. 362. Ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων, καὶ ἡ σύγκλητος, καὶ Φλαμινῖνος ὁ στρατηγὸς, Μακεδόνας καὶ βασιλέα Φίλιππον ἐκπολεμήσαντες, ἀφίησι τὴν Ἑλλάδα ἀφρούρητον, ἀφορολόγητον, ἰδίοις ἤθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι. Nihilominus priorem lectionem reduxi, quia Polybius, quem Livius Latine reddidit, nullam populi mentionem fecit, in Exc. Leg. num. IX. p. 1108. Ἡ σύγκλητος ἡ Ῥωμαίων καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις Κορινθίους, Φωκέας, Λόκρους, Εὐβοεῖς, Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας, Μάγνητας, Θετταλοὺς, Περραιβούς. Quin etiam Plutarchus, cujus testimonio Pighius emendationem suam firmare conabatur, populi non meminit, in vita Flaminini p. 374. Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος, καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους Κορινθίους, &c. Supra etiam apud Livium non populi in hac re mentio facta est, sed solius senatus, qui decem legatos more majorum mittendos decrevit, quorum ex consilio T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, cap. 24. Et ita cap. 31. 'In senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, ceteræ Græciæ atque Asiæ haud dubie liberabantur.'

Thessalos, Perrhæbios, Achæos, Tietas] Quia ultimum nomen haud dubie corruptum est, pro duobus ultimis quidam *Achæos Phthiotas* reposuerunt: sed neutiquam satis ita sanatum est hoc vulnus. Nam multa hic nomina omissa sunt, quæ absque fide vetusti alicujus codicis restituere non possumus. *Glarean.* Glareanum non laudo, qui arbitratur, hoc loco nomina aliquot populorum intercidisse: cur non laudem, Plutarchus causa est, qui totidem pene verbis hanc rem in Flaminino exponit pag. 374. Προσελθὼν εἰς μέσον ὁ κήρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος, καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους, καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις, Κορινθίους, Λοκροὺς, Φωκεῖς, Εὐβοέας, Ἀχαιοὺς, Φθιώτας, Μάγνητας, Θετταλοὺς, Περραιβούς. Cum igitur totidem apud Plutarchum sint nomina populorum, quot apud Livium, a quo hanc sumpsit Plutarchus, profecto nihil hoc loco desiderari judicandum est. Quod autem vocibus illis movetur Glareanus, 'percensuerat omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant,' intelligendum est, eas vitiose legi. Placet autem, ut legatur, *percensuit inde omnes gentes*, id est, post Græcos Macedoniæ etiam populos nominavit, ut Dolopas, Orestas, Lycum, Parthinos: utraque enim gens cum sit Illyriorum, sub ditione Philippi fuerat. Error ortus est ex compendiosa scriptura: ex *percensuit in* factum est *percensuerat*. Porro autem apparet ex Plutarcho, legendum esse *Perræbi*, non *Perrhæbii*. Sigon. *Perræbos* legendum esse, Ursinus non modo cap. seq. § 8. sed etiam ad Polyb. Exc. Leg. num. IX. p. 248. monuit. Vide etiam ad XXXIX. 24. § 11. Pro *Achæos Tietas* Frob. 1531. legit *ac Hestiæotas*, quadriennio postea *Achæos Phthiotas*. Pessi-

Digitized by Google

me deinde *Achæos, Phthiotas*, interpunctione distinctis vocabulis, quasi duo diversi populi forent, dedit Vascosanus, quem reliqui editores secuti sunt. Licet autem postea Gronovius distinctionem expunxerit, eam tamen Clericus iterum revocavit. Sed Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας vocavit Polyb. L. laud. Vide etiam Gelen. ad cap. 34. § 7. Idem etiam error vulgo committitur apud Plutarchum. Recte denique Sigonius a Glareano dissensit. Non tantum enim Plutarchus quem laudat, sed neque Polyb. in Exc. Leg. num. 9. quem Plut. et Livius reddiderunt, plures populos memorarunt. Plutarchus tamen id singulare habet, quod Quinctius ei vocetur στρατηγὸς Ὀπάων, quo nomine neque hic apud Livium, neque apud Polyb. neque apud Appian. in Exc. Leg. adpellatur.

§ 6 *Majus gaudium fuit, quam quod universi homines acciperent*] *Universum homines caperent* debet legi. *Gelenius.* Aliud exemplum rei lætioris, quam ut mox credi potuerit, vide XXXIX. 49. Cum hoc autem Livii loco alium Æschyli ex Agam. vs. 276. confert Victor. Varr. Lect. XXVII. 4.

§ 7 *Quod ad quemque pertineret*] Hæc verba nihil Livio dignum habere, sed potius oscitante librario, monet Crevierius: itaque vel recidenda esse, vel inmutanda. Dukerus etiam locum haud sanum putabat. Paullo ante *et alii alios intueri*, tum *somni vanam speciem* edd. Mog. et aliæ. Vulgata lectio demum adparuit in Froben. 1535.

§ 8 *Iterum pronunciaret eadem*] Malim hæc verba ita accipere, ut non sint revocantium præconem, sed narrantis, quid revocatus præco fecerit, Livii, scribique, *averet, iterum pronunciare eadem:* id est, pronunciavit, vel pronunciabat. *J. F. Gronov. Iterum pronunciat eadem* legendum, conjicit Crevier. 'Revocatus præco' est denuo pronunciare jussus, quam antea pronunciarat. Livius VII. 2. 'Quum sæpius revocatus vocem obtudisset:' λέγων πάλιν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν dixit Polyb. Exc. Leg. num. IX. p. 1109.

§ 10 *Præoccupaverat omnem aliorum sensuum voluptatem*] Temere ab archetypo discessum est, quod habet *præoc. omnium aliarum sensuum voluptatum.* Gelen. Livius, si codd. integerrimis fidem habemus, aliis locis *voluptatium* efferre amavit. Vide ad VII. 38. § 5. et XXIII. 8. § 6. An ergo ita etiam hic scribendum?

CAP. XXXIII. § 2 *Haud procul periculo fuerit*] Ita primus Froben. dedit 1535. Priores edd. præferunt *haud procul periculo fuerit ia.*

§ 7 *Una voce præconis liberatas omnes Græciæ atque Asiæ urbes*] Quia non omnes Asiæ urbes, sed tantum Græcæ in Asia sitæ, liberatæ sunt, Gronov. in prima ed. notarum vocem excidisse, ac legendum existimavit *lib. omnes Græciæ atque Asiæ Græcas urbes.* Sed recte hanc conjecturam curis secundis omittendo tacite damnavit. Similiter enim supra cap. 31. 'Dubitabatur de Corintho, et de Chalcide, et Demetriade, quia in senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, ceteræ Græciæ atque Asiæ [urbes] haud dubie liberabantur.' Utrobique 'Græciæ atque Asiæ urbes,' scil. quibus Philippus cedere cogebatur, intelligi debent.

§ 8 *Hoc spe concipi audacis animi fuisse; ad e. a. v. et fortunæ gentis*] Et hæc verba corrupta sunt, sed utcumque restituta in aliquot libris. At obscuritas est in verbis his, quæ non ita multo post sequuntur: 'Abstineret liberæ omnesque Græcas.' Item quæ rursus, aliquot interjectis versibus, sequuntur: 'Phocenses, Locrenses, et quæ sicut antea fuerant adjecta decreti auctoritate, his contribuerunt.' Neque enim hi duo populi Ætolis contributi sunt, opinor. *Glar.* Apertior erit locus, si ita legas, *Hoc spe concipere audacis animi fuisse; ad*

Digitized by Google

effectum adducere, virtutis et fortunæ ingentis. Sigon. Primæ edd. præferunt *Hoc spe concipi, audacis animi fuisse; effectum adduceret, virtutis et fortunæ gentis.* Froben. 1531. *ad effectum ducere:* quadriennio postea *ad effectum adducere* idem. Sigonius tandem id, quod nunc vulgo in editis exstat.

Cap. XXXIV. § 1 *Secundum ista jam Quinctius et decem legati*] Τὸ *jam* deest in Mog. alliisque primis edd. Addidit illud Frob. a. 1535. Mox *civitatium* Mog. pro quo Aldus *civitatum* dedit. Sed vide ad XXXIII. 20. § 11. et hoc cap. § 5.

§ 2 *Verba sine fide rerum jactata*] *Jactantibus* legendum. *Gelen.* Sic *jactantibus* Gelenius legendum ait, dubium ex conjectura sua, an quia sic erat in unico codice: nam ex eodem Moguntini ediderunt, *his eadem, quæ fere Romæ erant, verba sine fide rerum jactata: nihil jam perplexe, ut ante, &c. pron.* Quod potest ferri, et τὸ *erant* non belle videtur congruere τῷ *jactantibus.* Itaque hoc si malis, illud dele. *J. F. Gron.* Idem Gronov. in priori ed. nott. ad XXXVIII. 25. lectionem, quam Moguntini ex cod. suo ediderunt, probavit; Crevier. posteriorem Gronovii emendationem.

§ 3 *Abstineret liberas omnesque Græcas*] Obscuritatem ait Glareanus ad cap. præc. § 8. his verbis inesse. Ego vero et vitium inesse puto, et restituendum: *pron., ut excederet Asiæ urbibus, quæ aut Phil., aut Ptol. regum fuissent: sineret liberas omnes esse Græcas.* J. F. Gron. Equidem viro eruditissimo omnino adsentior, judicanti corruptum esse locum; sed cogitavi, num forte leviore mutatione possit restitui, quam pro *abstineret* legendo *sineret*, et pro *omnesque, omnes esse.* Si nimirum legas *has sineret*, hoc propius paullo accedit ad vulgatum *abstineret*, et sic stare potest *omnesque*, nec opus mutare in *omnes esse*, hoc modo: *has sineret liberas, omnesque Græcas:* id est, has Asiæ urbes, quæ sc. Philippi aut Ptolemæi fuissent, et præter eas omnes Græcas. Sinere urbes liberas' Græci dicunt ἐᾶν πόλεις αὐτονόμους. Ita Diod. Sic. XV. 484. ἀνάσας τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις ἐᾶν αὐτονόμους. Idem passim distinguit inter τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδας πόλεις, et inter τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. *Lamb. Bos* Specimine Animadv. Latin. Bossii conjecturæ propius quidem ad codicis et priorum edd. lectionem accedit; non tamen sensui satisfacit. Livius enim in hac historia per 'Græcas urbes' nunquam intellexit urbes Græciæ, ita ut opponantur urbibus Græcæ originis in Asia; verum eo sensu potius vocat 'urbes Græciæ atque Asiæ,' ut capp. 31. et 33. Præterea Livius his verbis tantum agit de urbibus Asiæ Græcis, quas Antiochus occuparat, et de transitu ejus in Græciam demum verbis seqq. aget. Crevier. vix dubitare potest, quin scripserit Livius *abstineret liberis*, sc. urbibus. Reliquas autem duas hujus loci voces *omnesque Græcas* vel aliquod vitium celare credit; vel esse initium alterius periodi, cujus postrema verba exciderunt. Clericus edidit *ac sineret liberas omnesque Græcas*, non monito lectore, se ita conjecisse, aut conjecturam recepisse. Si quid mutandum, partim ex Gronovii, partim ex Clerici conjectura posses, *ac sineret liberas omnes esse Græcas*, vel *ac sineret liberas omnes Græcas*, vel denique *abstineret liberas omnes Græcas.* Nam ita 'abstinere usurpationem vocis' etiam emendatur XXVII. 19. § 5. Similiter autem particulam *que* in libris belli Punici secundi contra mentem Livii a librariis vel additam, vel omissam esse, docuit Jac. Gronov. Dissert. Epist. ad Livii Loca Quæd. Geogr. ep. 2. Per 'omnes Græcas' autem intelligo urbes Græcæ originis in Asia. Id colligi potest ex Polyb. qui, quas Livius 'omnes Græcas,' vo-

Digitized by Google

cavit τὰς ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεις, in Exc. Legat. num. IX. p. 1110. Πρώτοις μὲν ἐχρημάτισαν τοῖς παρ' Ἀντιόχου πρεσβευταῖς· διακελευόμενοι τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεων τῶν μὲν αὐτονόμων ἀπέχεσθαι, καὶ πρὸς μηδένα πολεμεῖν· ὅσας δὲ νῦν παρείληφεν τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον καὶ Φίλιππον τεττομένων, ἐκχωρεῖν.

§ 5 *Quod decreta decem legatorum civitates, &c.*] Polyb. ibid. simpliciter dicit τὰ δόξαντα τῇ συνεδρίᾳ διεσάφουν· unde colligit Crevier. hanc Livii mentem fuisse, eo maturius rem in conventu peractam esse, quod ibi pronunciabantur solummodo decreta jam a legatis facta. Hæc igitur Livii sana non videri, eumque fortasse dedisse putat, *quod decreta decem legatorum in civitates nominatim pronunciabantur.* Voces autem *in civitates nominatim* exponit de singulis nominatim civitatibus. Aliquid latere certum puto. Paullo ante *civitatiumque* ed. Mog. pro quo Aldus *civitatumque* vulgavit. Sed priscam lectionem revocavi. Vide hoc cap. ad § 1.

§ 7 *Thessalorum genti, præter libertatem concessam, Phthiotæ dati*] *Achæi Phthiotæ* lege. Sic et Strabo hos vocat. *Gelen.* In συμπολιτείαν, opinor, et in idem corpus conciliumque contributi. Nam libertas ex decreto senatus iis data fuerat. Cap. 32. *Duk.* Recte emendat Gelenius. Polyb. Exc. Leg. num. IX. pag. 1111. Θετταλοῖς δὲ μετὰ τῆς ἐλευθερίας, καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας προσένειμαν. De Achæis Phthiotis vide ad XXXVI. 15. § 7. Ex voce autem Polybii προσένειμαν Jac. Perizon. ad marginem Livii *additi*, pro *dati*, legendum conjecit. Crevier. vero *dati* exponit 'contributi' in unum reipublicæ corpus.

§ 8 *Phocenses Locrensesque, sicut ante fuerant, adjecta decreti auctoritate, his contribuerunt*] Ita legendus hic locus ex Polyb. cum in vulgatis edd. mendosissime legatur *Locrenses, et quæ sicut ante fuerant, &c.* Verba Polybii, quæ Livius imitatus est, sunt hæc ex fragmento IX. Τοὺς δὲ Φωκέας καὶ τοὺς Λοκροὺς συνεχώρησαν αὐτοῖς ἔχειν, καθάπερ εἶχον καὶ πρότερον, ἐν τῇ συμπολιτείᾳ. Ex eodem fragmento legendum apud Livium *Perræbos*, non *Perræbios*, Græce enim est Περραιβούς. *Ursin.* Quem etiam vide ad Polyb. Exc. Legat. p. 250. Eamdem emendationem probavit quidem Doujatius, vim tamen et sensum verborum non est adsecutus; quem hunc esse perperam existimavit: Concesserunt legati Phocensibus et Locris, ut conjuncti agerent, quemadmodum prius ἐν τῇ συμπολιτείᾳ: aut, Phocensibus ipsis ac Locrensibus, liberis pronunciatis, contribuerunt, quæ ante eorum ditionis fuerant. Verba enim Polybii indicant, sensum Livii esse, Quinctium et legatos Ætolis, quorum postulata de Pharsalo et Leucade sibi restituendis ad senatum rejeceraut, contribuisse Phocenses et Locrenses, qui antea ad eorum concilium et συμπολιτείαν pertinuerant.

§ 9 *Herea*] *Heræa*, ut supra. *Sigon.* Quem etiam vide ad XXVIII. 7. § 17. et Ursin. ad Polyb. Exc. Legat. num. VII. p. 244.

§ 10 *Phocæam et Eretriam*] *Oreum et Eretriam* lege. *Gelen.*

Libertatem his civitatibus dedit, Carysto adjecto. Pleurato] *Carysto ac Pleurato* edd. Mog. et proximæ. *Scerdileto ac Pleurato* ed. Frobenii 1531. qui quadriennio post dedit, ut nunc vulgo exstat. Polyb. id ita exprimit in Exc. Legat. num. IX. p. 1111. Μετά τινα χρόνον ἠλευθερώθησαν αἱ πόλεις αὗται διὰ τῆς συγκλήτου, καὶ σὺν ταύταις Κάρυστος. Horum verborum Polybii sensum correctorem Livianum expressisse, agnoscit ac fatetur Crevier. non facile tamen se credidturum addit, sensum illum his verbis a Livio expressum esse. Paullo ante etiam *dissentiente Quintio una res in arbitrium senatus libertatem* primæ edd. Id quod nunc in excusis legitur, a Frob. 1531. substitutum est.

Digitized by Google

§ 11 *Pleurato Lingus et Partheni*] *Lycus et Parthini.* Lycus in Dassaritiis, ut ait Plutarchus in Quintio pag. 870. quos eosdem cum Parthinis Illyriorum populos facit Appianus in principio Illyrici ; *Parthinos* etiam Capitolini lapides habent. *Sigonius.* Videtur legendum *Lychnidus* ex Polybio et Strabone, non *Lingus.* Polybius enim sic habet in fragmento IX. Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ Λυχνιδοῦντα καὶ Πάρθον, οὗτος μὲν Ἰλλυρίδας, ὑπὸ Φίλιππον δὲ τεττομένους, &c. et Strabo VII. 327. Ἐξ Ἐπιδάμνου, inquit, καὶ Ἀπολλωνίας περὶ τὴν ἐπὶ Καυδανοῦς ὁδὸν, αἵτε λίμναι εἰσὶν αἱ περὶ Λυχνιδοῦντα, &c. *Ursin. Parthinos* gentem Illyridis esse constat. *Lycum* nemo neque Illyriorum, neque alterius nationis gentem fuisse prodidit. In Polybio est Λυχνίδα, de quo nomine ibi Ursinus, interpretes Stephani voce Λυχνιδὸς, et Palmerius Græc. Ant. I. 85. agunt. Sed sive id Λυχνὶς, sive Λυχνιδὸς, sive Λυχνιδοῦς fuit, scimus urbem Illyrici fuisse. Livius XXVII. 32. et lib. XLIII. capp. 9. 10. et 21. eam *Lychnidum* vocat, eoque auctore Ursinus et Palmerius hic quoque pro *Lycus* recte legunt *Lychnidus.* Sed hoc non satis est sanando loco. *Parthini* recte dicuntur gens Illyriorum, non *Lychnidus*, quæ urbs Illyrici erat. Nec urbs et gens ita conjungi possunt, ut, quod hac emendatione fit, utraque 'gens Illyriorum' dicatur. Mihi, sequenti verba Polybii, legendum videtur, *Lychnidus et Parthus data : Illyriorum utraque gentis sub ditione Philippi fuerat.* Nam Polybium non gentes, sed urbes dicere apertum est. Parthum autem, a quo 'Parthinos' dictos verisimile est, urbem Illyrici fuisse, etiam Stephanus scribit. *Duk.* Ursinus ad Polyb. Exc. Legat. num. IX. p. 251. in Polyb. pro Λυχνίδα, ut erat in Msto, legendum existimat Λυχνιδοῦντα ex Strab. VII. 317. Contra Casaub. in Strab. Λυχνιδὸν pro Λυχνιδοῦντα corrigit ex Steph. Byz. voce Λυχνιδός. Alii viri docti Mstorum lectionem Λυχνίδα apud Polyb. tuentur, et urbis nomen etiam Λυχνὶς proferri existimant. Quod si verum, minori mutatione hic *Lychnis*, pro *Lyngus* vel *Lingus*, scribi posset. Id tamen ideo minus placet, quia Livio semper hæc urbs, ubi ejus meminit, *Lychnidus* vocatur. Insuper semper *Parthini*, pro *Partheni*, scribendum esse, contendit etiam Palmer. Græc. Ant. I. 34. quomodo etiam viri docti legendum docent ad XXIX. 12. § 3. Vide etiam ad XLIV. 30. § 13. Contra, *Partheni*, ut ex cod. unico ediderunt Moguntini, defendi posse, existimat Ursinus ad Polyb. l. laud. quia Stephan. Byz. a voce Πάρθος deducit gentile Παρθηνός. Vide viros doctos ad dictum loc. Stephani. Male etiam nunc *Parthynus* editur apud Suet. in Aug. cap. 19.

CAP. XXXV. § 2 *P. Lentulus Bargyllas, L. Thermus Hephæstiam et Thasum*] Pro *L. Thermus* lege *L. Stertinius.* Gelen. Hæc sic Plutarch. in Quinct. p. 375. Ἅμα γὰρ ἐξέπεμψεν ὁ Τίτος Λέντουλον μὲν εἰς Ἀσίαν Βαργυλλήτας ἐλευθεράσοντα, Τιτίλλιον δ' εἰς Θράκην, τὰς αὐτόθι πόλεις καὶ τὰς νήσους ἀπαλλάξοντα τοῦ Φιλίππου φρουρῶν. Πόπλιος δ' Οὐίλλιος ἔπλει διαλεξόμενος Ἀντιόχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπὲρ αὐτῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. Ex his apparet, pro *Stertinium*, *Titillium* esse restituendum : siquidem ante legebatur *L. Thermus.* Sigon. Male ex Plutarcho docti viri emendarunt *L. Titilius* pro *L. Stertinius.* Nam Polyb. Exc. Legat. num. IX. p. 1111. habet Στερτίνιος, propiore ad *Sertinium* scriptura : et familia *Stertinia* notissima est, cum *Titilium* nemo nominet scriptorum, quos legerim. Apud Livium ex eodem Polybio videtur legendum *Bargylias*, licet Polybius neutro genere edat Βαργύλια. *Ursin.* Hæc bene refellit Ursinus ad Polyb. Legat. IX. Plutarchus e Polybio, in quo tamen hoc nomen leviter corruptum legitur

Digitized by Google

Στερέννιος, et Livio emendandus est, non hi ex illo. *L. Stertinium* proconsulem in Hispaniam missum fuisse scribit Livius XXXI. 50. ex eaque reversum XXXIII. 27. An idem inter decem legatos a senatu ad Quintium missos fuerit, dubitari potest: nam decem hi legati, si ordinem narrationis Livianæ sequimur, jam ante reditum illius ex Hispania decreti fuisse videtur. Vide capp. 24. et 27. Nec tamen ideo negari debet. Nam Livium omnia, quæ capp. 24. 25. 26. 27. leguntur ita distincta temporibus, ut acta fuerant, retulisse, nequaquam probabile est. De Stertinio quidem demum cap. 27. postquam cap. 24. decem legatos decretos dixerat, agit; sed non ita, ut certum sit, eum inter illos esse non potuisse. Quum enim his verbis cap. 27. 'Iisdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, &c. L. Stertinius ex ulteriore Hispania quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit,' nulla certa temporis definitio, quo Stertinius ex Hispania redierit, contineatur, potuit et ante illa gesta, quæ a cap. 24. usque ad cap. 27. narrantur, et interim dum ea gerebantur, Romam rediisse, atque adeo in numero decem illorum legatorum esse. Hæc ratio tamen, quod Livius reditum Stertinii post decretum senatus de decem legatis memorat, satis gravis visa fuit Pighio ad a. IDL. quamobrem *Stertinium* e numero decem legatorum eximendum, et pro eo apud Livium *L. Titinius* e Plutarcho, ut ait, substituendum putaverit. 'Titinia' gens nota est ex multis locis Livii. Sed si infirma est, ut ostendi, ratio, ob quam Pighius nomen *Stertinius* corruptum esse credidit, non est, cur pro eo aliud substituatur. Nec Plutarchus in vita Quintii hunc *Titinium*, sed *Titillium*, inaudito nomine gentis Romanæ, quod recte observavit Ursinus, vocat. Quæ quum non ignoraret Pighius, de una fidelia duos parietes dealbare, et tam in Livio, quam in Plutarcho, *Titinius*, quem nullo auctore a. IDL. tribunum plebis fuisse dicit, scribere voluit. Aliud est in hoc loco Livii nonnihil impeditum, de quo vide ad cap. 30. *Duk. Bargylios* operarum errore edidit Sigon. Sed recte *Bargylias* Gronov. Vide Sigon. ad XXXIII. 18. § 18. Deinde *Thassum* primus dedit Vascos. Sed vide ad c. 30. § 4.

§ 6 *Temporum opportunitates captasse ad bellandum*] Vide num *rebellandum* sit legendum. *Glarean.* 'Bellare' et 'rebellare' interdum commutari in Mss. videbimus ad XL. 38. § 5. Si autem hæc conjectura placet, 'rebellare' hic erit iterum bellare; quo sensu id verbum passim a Livio usurpatur. Polybius, quem Livius expressit, illud *ad bellandum* vel *ad rebellandum* omittit in Exc. Legat. num. IX. p. 1112. Dicit enim Ἵνα μὴ δοκῇ τοῖς καιροῖς ἐφεδρεύων ἀκοκαραδοκεῖν τὴν Ἀντιόχου παρουσίαν.

§ 8 *Thermopylas, ubi frequens Græciæ statis diebus esse solet conventus*] Polybius Legat. 9. quæ ex lib. XVII. historiarum excerpta est, p. 1112. Ἦκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον. Dubitari potest, ne Polybius eo loco non de conventu Græcorum ad Thermopylas, sed de concilio gentis Ætolorum in urbe Thermo intelligendus. Ibi enim concilium publicum gentis habebatur, ut est in Legat. LXXIV. p. 1242. Tamen ex itinere ipso legati id refelli videtur. *H. Valesius.* Nam Tempe, ubi Cornelius Philippum convenit, propiora erant Thermopylis, quam Thermis. Sed Livium ea, quæ Polybius de 'Thermis Ætoliæ,' ubi concilium totius gentis Ætolorum habebatur, quod illi 'Panætolicum' vocabant, dixerat, non recte de 'Thermopylis Thessaliæ,' quo Amphictyones ad concilium Pylaicum Græcorum conveniebant, accepisse, non contemnendis rationibus disputat Palmerius in Exercitat. ad auctores Græc. p. 89. Nec video quomodo

Digitized by Google

defendi possit Livius, qui de Pylaico conventu ita scribat, quasi in eo multi principes Ætolorum fuerint. Sed immiscet Palmerius disputationi suæ quædam, non satis firma ad probandum, quod intendit, nec valde accurata. Illud quidem, quod dicit, Cornelium in Pylaico conventu nihil agere potuisse in Ætolorum negotio, quod in eo duo tantum legati eorum essent, non magni momenti est: nam et cum duobus illis agere poterat Cornelius, et, quum de aliis rebus cum ceterorum Græcorum legatis egisset, Ætolorum legatos cum alia, tum hoc præcipue, quod Livius dicit, monere. Nec negari debet, quod videtur facere Palmerius, de rebus Ætolorum etiam in Pylaico concilio actum fuisse: hoc enim utique fieri potuit, si verum est, quod prætor Ætolorum apud Livium XXXI. 32. dicit, legibus Ætolorum cautum fuisse, 'ne de pace bellove, nisi in Panætolico aut Pylaico concilio, ageretur.' Et cur, si in Pylaico concilio de rebus Ætolorum agi non poterat, idem eodem loco auctor fuisset Ætolis decernendi, 'ut prætor sine fraude, quum de bello aut de pace agere velit, advocet concilium, et, quod tum referatur, decernaturque, ut perinde jus ratumque sit, ac si in Panætolico aut Pylaico concilio actum esset?' Denique non recte ex Livii XXXI. 29. probare nititur, concilium Ætolorum, quod Thermis habebatur, Panætolicum fuisse dictum. Thermaicum concilium Ætolorum 'Panætolicum' dictum fuisse, facile concedi potest: sed quum in verbis Livii, 'Concilium Ætolorum statuto die, quod Panætolicum vocant, futurum erat,' non sit demonstratio loci, ex iis non liquet, id tum Thermis habitum fuisse; et Naupacti fuisse, non obscure ex oratione legatorum Philippi in concilio illo colligitur. Nec Thermis solum, verum etiam aliis locis, quæ Ætolorum juris erant, concilia totius gentis habita *fuisse*, quæ 'Panætolica' dicerentur, probabile faciunt ea quæ de conciliis eorum Heracleæ, Naupacti, Lamiæ, et Hypatæ habitis in Livio XXVIII. 6. XXXIII. 3. lib. XXXV. capp. 12. 43. 49. et XXXVI. 26. leguntur. *Duk.* Recte Palmer. Livium erroris arguisse videtur, quod, quæ Polyb. de concilio Ætolorum Thermaico dixerat, ille intellexerit de concilio Græcorum Pylaico. Ut autem huic opinioni inserviret, vocat 'frequentem Græciæ conventum,' quod in Polyb. non obcurrit; et quod Polyb. dixit διὰ πλειόνων, *multis*, reddit *præcipue*. Mox *statutis diebus* male ed. Mog. et proximæ. *Statis* Frobenius 1535. substituit. De hoc errore scribarum vide ad XXXIX. 13. § 8.

Phylaicum adpellant] Quidam *Pylaicum* emendarunt: fortassis autem *Phylacen* legendum, de qua Strabo lib. IX. aliquot meminit locis. *Glar.* Frobenium intelligit, qui a. 1535. forte ex mente Gelenii, *Pylaicum* edidit, cui Glareanus adversari non debuerat.

§ 10 *Ætolorum alii questi sunt*] In archetypo est *interquesti*, sicut *interloqui* dicimus. *Gelen.* *Alii questi sunt* lectio est Aldina. Mogutini *alii taliter questi sunt* ediderant. Polyb. Exc. Legat. num. IX. p. 1112. dixerat τῶν μὲν πρόφως καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρούντων αὐτοῖς. Hinc, ut et quod verbum 'interqueri' rarissimum sit, cujus haud facile aliud exemplum reperias, Crevier. scribendum conjecit *alii leniter questi sunt*.

§ 12 *Ne altercationem excederet res*] Perspicue legendum est *ne in alt. excederet res*. Ut XXXIV. 1. 'Quæ studiis in magnum certamen excesserit.' *Sigon.* Simili locutione 'excedere ad publicam querimoniam' Livius dixit XXV. 1.

CAP. XXXVI. § 2 *Cum una ex duabus legione urbana missus*] *Legione urbana est missus* ed. Mogunt. Sed

Digitized by Google

verbum *est* jam recte Aldus omisit. Paullo ante *M. Acilius* edd. vett. usque ad Sigon. qui vere *M'. Acilius* subposuit. Vide ad c. 24. § 2.

§ 5 *T. Sempronius Gracchus, M. Junius Syllanus*] *Ti. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus* ex Capitolinis lapidibus. *Sigon.* Sigonio primus dicto audiens fuit Gronov. et a. 1665. *Ti. Sempronius* edidit. An tamen recte, dubito. Fateor enim equidem, sæpissime *Ti.* id est *Tiberius*, in *T.* id est *Titus*, commutari. Vide ad XL. 44. § 12. Præterea 'Tiberii' prænomen in gente Sempronia usitatissimum esse. Vicissim tamen negari nequit, in eadem etiam prænomen 'Titus' non incognitum esse. Certe 'T. Sempronius Rutilus' est XXXIX. 9. 'T. Sempronius Musca' XLV. 13. Neque Sigonius jure ad Capitolinos lapides provocare potuit. Ex illis enim nihil aliud probatur, quam a. DLXXVI. consulem 'Ti. Sempronium Gracchum' vocatum fuisse. At Gracchus hic memoratus prælio interficitur. Ergo a consule illo diversus fuit. Recte vero Sigonius legendum monuit *Silanus*. Vide ad XXIII. 15. § 2.

De legione secunda, A. Ogulnius et P. Claudius] Ogulnii prænomen *A.* omiserunt edd. Mog. Aldina, et aliæ; quod tamen vix omitti posse videtur. Vide ad IV. 49. § 1. Id postea restituit Froben. 1535. Nisi vero id potius ex mente Gelenii, qui forte in unico cod. deprehendit, restituerit, id commode elisum esse censeri potest a litera ultima vocis præcedentis.

§ 6 *Hostes prospera pugna nequidquam obpugnassent*] Legendum *a prospera pugna*. Gelen. Vide ad XXIII. 6. § 1.

§ 7 *Et tanto terrore animos militum reficeret*] Perspicuum est, legi debere, *et a tanto terrore*. J. F. Gron. Cæsar Gall. VIII. 1. 'Militesque hibernorum quiete reficere a tantis laboribus vellet.' Quum tamen bis eadem præpositio præcesserit, vide num præstet *et ex tanto terrore*. Cæs. Gall. III. 5. 'Tela missa exciperent, seque ex labore reficerent.' VII. 32. 'Exercitum ex labore et inopia refecit.' c. 83. 'Militesque ex nocturno labore sese reficere jussit.' Hirtius B. Afric. c. 34. 'Equites ex navibus egressos jubet ex languore nauseaque reficere.' Cic. pro Arch. c. 6. 'Animus ex hoc forensi strepitu reficiatur.' Ita *ex* elisum erit a præcedenti *et*.

§ 8 *Ut est gens minime ob moræ tædium patiens*] In his vix commodum sensum video. Clericus tamen interpretatur, minime patiens belli, quod in longum tempus duceretur, ob tædium moræ. Sed inusitatæ hujus ellipseos, *patiens* pro 'patiens belli' in longum tempus ducti, vel ullum exemplum productum oportuisset. Crevier. vocibus transpositis scribendum conjicit *minime ob tædium moræ patiens*. Non adversarer, si eam lectionem, quæ vulgo exstat, ex cod. unico promanasse constaret. Contra nunc ea primum adparuit in edd. Gruteri, quum Mogunt. et omnes priores legant *ad moræ tædium*. Quare nullas edd. antiquiores Clericus consuluit, qui Donjatium reprehendit, quod ita vulgarit. Ceterum, præpositione ejecta, legendum forte *minime moræ tædium patiens*. Ita IV. 18. 'Faliscus procul ab domo militiam ægre patiens.'

§ 9 *Marcellus, Padо confestim trajecto, in agrum Comensem, ubi, &c. castra habebant, legiones in ipso*] Non est dubium quin hic desideretur verbum: quare hunc locum ita legerem: *Marc., Pado conf. trajecto, in agrum Com., ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, legiones induxit, quæ statim in ipso itinere prælium committunt*. Glar. Vox *ducit* a Glareano addita est, quæ ante nulla erat. ['Glareanus *induxit* legit, non *ducit*.'] Rec-

Digitized by Google

te, quod loci vitium sensit. Non sat recte, quod multas alias voces desiderari non sensit. Nam si dicamus legiones Romanorum in ipso itinere prælium commisisse, easdem etiam intelligendum est adeo acriter invasisse, ut antesignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiendum est. Videntur autem hæc omnia desiderari: *Marc., Pado conf. trajecto, in agrum Com., ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, leg. induxit. Cujus adventu audito, Galli conf. occurrunt, atque in ipso itinere prælium committunt, et primo adeo acriter invaserunt, ut antesignanos impulerint. Quod ubi consul animadvertit, veritus, &c.* Itaque asterisco, ut ante, hanc locum signandum censeo sic *legiones * in ipso.* Sigon. Vocem *ducit* a Glareano additam (est tamen apud illum *legiones induxit: quæ statim in ipso itinere*) recte ait Sigonius, sed parum attentum fuisse, qui multas alias voces desiderari non senserit. Nam si dicamus, legiones in ipso itinere prælium commisisse, easdem etiam intelligendum adeo acriter invasisse, ut antesignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiendum est. Itaque posito supplemento censet tamen, locum signandum asterisco sic *legiones * in ipso itinere.* Fortassis id tutius. Videtur tamen haud incommode concinnari posse: *Marc., Pado conf. trajecit legiones in agrum Com., ubi Insubres, Com. ad arma excitis, castra habebant. In ipso it. prælium comm. Et primo adeo acr. invaserunt.* Sic postremum de hostibus Gallis commode intelligitur. *J. F. Gronov.* Verbum, quod deesse queritur Glareanus, omittebatur quidem in Mogunt. et proximis edd. Verum ante Glareanum jam Froben. 1535. vulgarat *castra habebant, ducit: legiones in ipso itinere, &c.* Si ita, jubente Gelenio, dedit, isque codicem unicum, quem inspexit, secutus est, neque voces a Sigonio interpositas, neque mutationem Gronov. recipiam; sed, Frobenii lectione servata, tantum interpunctionem, quæ exstat in edd. Gronovii et posterioribus, recipiam: *castra habebant, ducit legiones: in ipso itinere.* Neque a sententia dimovet, quam difficultatem Sigonius urguet, verba *ducit legiones* intelligenda esse de Marcello, sequentia de Insubribus, ulteriora 'quod ubi animadvertit' iterum de Marcello, nullo interim addito indicio, unde de transitu orationis pateat. Id enim Livio sollemne esse, vidimus ad 1. 50. § 9.

§ 10 *Ne moti se inde pellerent*] Legendum *ne moti semel pellerentur.* Gelenius.

§ 13 *Quingenta septem signa militaria*] Quamquam Antiatem Valerium mirifice numerum semper augere meminerim alibi Livio notatum, malim *et quinquaginta septem signa militaria capta.* J. F. Gron. Ego nihil mutandum censeo. Quum enim Valerius Antias quadraginta hominum millia hoc prælio cecidisse referat; eorum respectu habito, justo pauciora videntur quinquaginta septem signa militaria capta. Mox in ed. Jac. Gronov. typographorum aberratione legitur *carpenta quadraginta triginta*, pro *quadringenta;* quod quum in syllabo errorum adnotari omissum sit, Clericus etiam fideliter servavit.

In Capitolio Jovi donum in æde positum] Crevier. vel voces *in æde* delendas, vel legendum judicat *Claudius Capitolino Jovi donum in æde positum scribit.*

§ 14 *Castra eo die Gallorum expugnata*] Ita Froben. 1535. Antea edebatur *Postero die Gallorum castra expugnata.* Si Frobenius Gelenii, unici cod. fide subnixi, auctoritatem secutus est, nihil habeo quod dicam; sin, mutationis causam non video.

§ 15 *Utrum in Boios prius, an Insubres*] Mox in sequentibus Moguntiæ et alibi editum est *an in victoria*

Digitized by Google

ad Comum. Ubi præpositio abundat, quam Froben. 1531. expunxit. Eam huc translatam, ac scriptum mallem *in Boios prius, an in Insubres.* Supra XXII. 60. 'Prius P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum:' ubi unus etiam codex præpositionem ultimo loco omittebat. Vide ad IV. 58. § 4. Mox *ad Comum parata* Mogunt. et plures usque ad Paris. qui a. 1573. *parta* dederunt; quod videtur præstare. Nam 'parata victoria' est facilis. Vide ad v. 6. § 1. ubi 'partus' et 'paratus' passim a librariis confundi docui.

CAP. XXXVII. § 1 *Sub hæc tam varia fortuna gesta*] Hæc lectio primum adparuit in ed. Froben. 1535. Antea Mogunt. et alii dederant *Sub hæc, tam varia fortuna re gesta, L. Furius.* De tribu Sappinia vide ad lib. XXXI. c. 2. § 6.

§ 2 *Jam castro Mutilo adpropinquabat*] *Castro Munitilo* edd. Frob. pro quo recte Aldus *Mutilo* substituit. 'Castri Mutili' meminit etiam Livius XXXI. 2. De eo plura vide apud Cluver. Ital. Ant. I. 28. p. 279.

Eadem via, qua adduxerat, reduxit] Hoc nusquam alibi ita dictum inveni. Credo excidisse aliquid, ut 'exercitum,' 'legiones,' aut aliud hujusmodi. *Duk.*

Per aperta, eoque tuta loca] Ita Gronov. 1665. edidit, quam scripturam omnes recentiores editores servarunt. Moguntini et alii ante Gronovium ediderant *eaque tuta loca.* Id autem cur displiceret, non video. Vulgatam igitur lectionem revocavi.

§ 4 *Ea urbs, ceteraque castella, et Boii fere omnes, &c. in ditionem venerunt*] Sic demum vulgatum vidi in ultima Gruteri ed. Priores, quas consului, exhibent *in deditionem.* Utraque locutio proba est, et apud Livium obcurrit. Et quidem 'in deditionem venire' IX. 20. § 4. ubi eam contra Doujatium pluribus testimoniis adstruxi. XXXVIII. 3. § 4. XL. 33. § 2. et 9. c. 41. § 2. c. 47. § 9. c. 53. § 2. XLII. 67. § 11. et XLIII. 4. § 2. Quædam etiam exempla vide apud Duker. ad XXIX. 38. § 1. 'Ad deditionem venire' dixit Liv. XL. 39. § 1. Contra 'venire in ditionem' est X. 10. § 5. XXXVIII. 11. § 9. et XLI. 11. § 9. 'In jus ditionemque venire' XL. 35. § 12. Standum igitur est Mstis, quorum auctoritate recte viri docti hanc lectionem restituerunt XXIX. 38. § 1. XXXI. 31. § 5. et XL. 28. § 6. de qua locutione vide etiam Oudendorp. ad Frontini III. 5. § 1. Quum autem hoc loco antiquissima ed. Mogunt. ex unico codice vulgata, et multæ eam secutæ *in deditionem* præferant, id etiam revocandum putavi.

§ 5 *In Boiis negligentius coactum agmen*] Legendum *Boii negligentius.* Gelen.

§ 6 *Lebos Libuosque*] Quidam pro *Lebos* emendarunt *Levos.* Sed neque illud clarum, ut neque seqq. verba 'redeuntes inde Ligurum extremo fine.' Hæc mihi in hoc notantur, quod videam a quibusdam transmissa tamquam clara, cum sint nimium obscura. *Glar.* *Lævos Lebuosque* legendum puto, ut v. 35. Hos vocat II. 17. Polybius Λάους et Λαβοκίους. *Sigon.* Vide ad XXI. 38. § 7.

Redeuntes inde Ligurum extremo fine] Vide Rhenan. ad Tacit. Ann. XVI. 15. et Gronov. ad Livii XXXV. 27. *Duk.* Vide ad IX. 6. § 10.

§ 7 *Tempore locoque ad certamen destinati*] Legendum *ad certamen destinatis.* Gelen.

§ 12 *In pedites singulos dati octingenti æris*] *Octogeni* aut *octoginta* legendum puto, cum supra cap. 23. Cn. Cornelium, qui de iisdem Insubribus ac præterea Cenomanis triumphavit, septuagenos æris militibus divisisse dicat: esse autem nimis magnus excessus. Talia leviter nostra ætate curant, qui authores

Digitized by Google

emendandos suscipiunt; cum in his, meo quidem judicio, maxime vigilandum, si quidem historiæ consultum per nos videri voluerimus. *Glar.* Malim *octogeni*. Neque enim credibile est, Marcellum plus largitum e præda Gallica, quam T. Quintium e Macedonica, qui ducenos quinquagenos æris, aut L. Scipionem e Syriaca, qui quinos vicenosque denarios (æraria ratione, quadringenos æris) viritim distribuerunt. *J. F. Gron.*

Triplex equiti centurionique] Supra ad cap. 23. dixi, videri legendum *duplex centurioni, triplex equiti*. Duker. Vide etiam Dukerum ad x. 46. § 15.

Cap. xxxviii. § 3 *Ne, si concessum his foret, quos metuebat*] Haud scio cujus sit: sed nec quid sit. In Frobenio jam invenio. Moguntiæ datum est, servaruntque Aldus, Junta, Saveterius, *quos in Theba*. Scribe *ne, si concessum his foret, quasi tabe, Smyrnam, &c. aliæ urbes sequerentur:* ne illa velut pestis regni sui ad plures serperet. Lib. ii. c. 23. 'Primo se agro paterno avitoque exuisse, deinde fortunis aliis, postremo velut tabem pervenisse ad corpus.' xxix. 6. 'Postremo Romani quoque jam contagione quadam rapto gaudentes.' xxxix. 9. 'Hujus mali tabes ex Etruria Romam, velut contagione morbi, penetravit.' Sic veteres, non *labes*, quod Gelenius intulit. Sed et xlii. 5. 'Ea contagione, velut tabes, in Perrhæbiam quoque id pervaserat malum.' Ad mentem Antiochi Cæsar Gall. iii. 10. 'Tot civitatum conjuratio: in primis ne, hac parte neglecta, reliquæ nationes idem sibi licere arbitrarentur.' *J. F. Gron.* Vide eumdem Gronov. in epist. ad N. Heinsium, quam edidit Burm. Syll. Epist. tom. iii. p. 281. De ipsa locutione 'quasi tabe' vide ad xxxix. 9. § 1. Doujatius legendum censet *quod metuebat*, et refert ad sequentia. Id non displiceret, si, *quos metuebat* ex Mato promanasse, constaret. Verum quum ea lectio primum exstiterit in Frob. ed. 1531. minoris auctoritatis est, quam si demum adparuisset in Frob. 1535. Ei enim qui præfuit Gelenius, se unicum cod. ex quo hæc pars libri xxxiii. in lucem protracta est, consuluisse refert, unde ex eo cod. mutatio illa inducta esse videri posset. Id autem de eo, qui prioris editionis curam gessit, credi nequit; sed lectionem *quos metuebat* potius ex ejus conjectura profectam arbitror. Nihil itaque Doujatio prodest, emendationem ejus parum a vulgato abire. Contra illa Gronov. proxime accedit ad lectionem *quos in Theba*, quam Moguut. ex Mato ediderunt. Verum neque illa Crevierio placet, cui dura nec satis aperta videtur; se itaque loco huic fracto sine libris mederi non posse confessus, veterum edd. lectionem revocavit; in quo posteriore ipsi obsecutus sum, licet tamen a Gronovii conjectura haud alienus sim. Tetigit etiam hunc locum Trillerus Obs. Crit. cap. 17. ubi vestigiis Gronovii insistens, accuratius depravatæ scripturæ *quos metuebat* responsurum et sensum efficaciorem effecturum existimat si legatur *quasi mutua tabe:* quin et minori longe negotio Livium sanari posse, legendo *quod metuebat*. Quam conjecturam etiam Doujatio in mentem venisse vidimus. Mox *aliquæ urbes* Mogunt. et alii usque ad Frobenium, cujus ed. 1531. *aliæ* substituit. Solent hæ voces commutari. Vide ad xxv. 38. § 3.

§ 5 *Brevi, quæ peterent, habituros: et tum satis et ipsis, et omnibus aliis adparere*] Vera lectio est, *brevi, quum pet., hab., sed quum satis et ipsis et al. omn. appareret, ab rege imp. eos lib., non per occ. raptam, habere*. Pollicetur illis, quam usurparent, libertatem post breve tempus, tum tamen, quum constaret, eam non rebellione quæsitam, sed regium munus esse. Ex conjectura fecimus *quam*, pro *quæ*;

Digitized by Google

etsi ferri possit: cætera sic habuit codex Moguntinus, et servat Aldina. *J. F. Gronov.* Non tantum servant edd. Mog. et Ald. verum et reliquæ usque ad Froben. quæ 1531. recepit lectionem, quæ ad Gronov. usque vulgo exstitit. Recte igitur Clericus et Crevier. a Gronovio indicatam editionis Mogunt. lectionem recepe-runt.

§ 8 *Terrestres copias ad Abydum trajicit, Chersonesi urbem*] Abydus Hellesponti quidem urbs, sed non in Chersoneso: itaque hoc loco, pro *ad Abydum*, legendum *Madytum*, cujus etiam l. XXXI. c. 16. mentio est, ante Abydenorum casum, quemadmodum ibidem annotavimus: ut ita legatur, *terrestreis copias Madytum trajicit, Chersonesi urbem*. Quidam emenda-runt *ab Abydo*, non attendentes, quæ sequuntur, verba, *Chersonesi urbem*: haud dubie enim nominasset eam. *Glar.* Ante legebatur *ad Abydum*. Quia vero Abydus non est in Cher-soneso, sed in Hellesponto, placet Glareano legi *Madytum*, cujus urbis etiam supra in Chersoneso meminit Livius XXXI. 16. quod probo. *Sigon.*

§ 9 *Circumdedit mœnia armatis, et jam opera*] Lege *sed jam opera admo-venti*. J. F. Gronov. Facili negotio particulæ *et* ac *sed*, sive, ut scribe-bant, *set*, in Mss. a librariis commu-tatæ sunt. Vide ad XXI. 26. § 6. Id autem eo hic proclivius, quod litera finalis vocis præced. primam *τοῦ set* vel *sed* eliserit. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. Simili errore deformatus est Colum. XI. 3. 'Nec multo ante stercorare debebimus; sed cum sationis adpropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit lo-cus, stercorandusque:' ita optimus Sangerm. Vulgo editur *et cum satio-nis*. Mox in vocibus *tum incolentes*, quas et otiosas et inelegantes dicit, vitium aliquod latere existimat Cre-vier.

§ 12 *Per Hellespontum Chersone-sumque conquirere contrahereque*] Ita Froben. a. 1531. edidit. Mog. Ald. et aliæ antiquiores edd. *conquirere, con-trahere*, omissa copulativa, vulgarunt.

CAP. XXXIX. § 1 *Sub hoc tempus et C. Cornelius*] Hoc quoque debetur typographis. Paullo post hoc cap. et cap. 41. recte vocatur *L. Cornelius*. Et ita Polyb. XVII. 31. et Legat. X. *Duk.* Corruptelæ hujus origo fuit ultima Gruteri ed. quam errantem securius, quam par erat, secuti hic sunt D. Heinsius, uterque Gronov. Donjat. et Clericus. Hearnius et Crevierius recte *L. Cornelius* emen-darunt, ut præferunt antiquiores edd. Neque tantum idem prænomen ipsi apud Liv. alibi, et apud Polyb. non semel tribuitur, sed etiam restituen-dum forte App. Alex. in Syriac. p. 87. ubi Γναῖος vocatur.

§ 2 *Et decem legatorum P. Lentulus, &c. Antiochum convenerunt*] Hæc e Polybio versa sunt, qui sic ait (XVII, 31.) Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἦκον μετὰ τῶν δέκα Πόπλιος μὲν Λέντουλος ἐκ Βαρ-γυλίων, Λεύκιος δὲ Τερέντιος καὶ Πόπλιος Οὐίλλιος ἐκ Θάσσου· ταχὺ δὲ τῷ βασιλεῖ διασαφηθείσης τῆς τούτων παρουσίας, πάν-τες ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἠθροίσθησαν εἰς τὴν Ἀναμάχειαν. *Sigon.*

P. Villius et L. Terentius a Thasso] Sic quoque Polyb. XVII. 31. Sed idem Legat. IX. et Livius c. 35. Ster-tinium in Thasum, Villium ac Teren-tium ad Antiochum profectos dicunt. Non invenio, quomodo hoc expediri possit, nisi putandum est eos, quum in itinere audissent Antiochum ex Asia in Chersonesum trajecisse, omis-so itinere, quod ad eum ingressi fue-rant, Thasum venisse. *Duk.*

Et ex Thracia post paucos dies Anti-ochus] Præpositio *ex* exsulat a Mo-gunt. aliisque antiquioribus excusis, quam primus addidit Froben. a. 1531. Excidisse potuit ob similitudinem vo-culæ præcedentis. Vide ad XXX. 4. § 7.

§ 3 *Primus congressus, &c. exasperati*

Digitized by Google

sunt] Polyb. ibid. ita: *Αἱ μὲν οὖν κατ' ἰδίαν ἐντεύξεις τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν Ῥωμαίων, τελέως ἦσαν ἀφελεῖς καὶ φιλάνθρωποι· μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης συνεδρίας κοινῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀλλοιοτέραν ἴλαβε τὰ πράγματα διάθεσιν. Sigon.*

§ 4 *Romani, omnia acta, &c. averso Philippo, &c. Antiochum belli præmia habere*] Polyb. ita ibid. *Ὁ γὰρ Λεύκιος ὁ Κορνήλιος ἤξίου μὲν καὶ τῶν ὑπὸ Πτολεμαίων ταττομένων πόλεων, ὅσα νῦν εἴληφε κατὰ τὴν Ἀσίαν, παραχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον· τῶν δ' ὑπὸ Φίλιππον διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξίστασθαι· γελοῖον γὰρ εἶναι, τὰ Ῥωμαίων ἆθλα τοῦ γεγονότος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον, Ἀντίοχον ἐπελθόντα παραλαμβάνειν. Sigon.* Vide etiam App. Alex. in Syriac. p. 87.

§ 7 *Sed ut in Asiam adventus, &c. quantum a bello aperto Romanis abesse*] Hæc Polybius multo apertius (ibid.) *Καθόλου δ' ἔφη θαυμάζειν, τίνι λόγῳ τοσαύτας μὲν παζιὰς, τοσαύτας δὲ ναυτικαῖς δυνάμεσι πεποίηται τὴν εἰς Εὐρώπην διάβασιν· πλὴν γὰρ τοῦ προτίθεσθαι Ῥωμαίοις ἐγχειρεῖν αὐτὸν, οὐδ' ἔννοιαν ἑτέραν καταλείπεσθαι παρὰ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις. Sigon.* Vide etiam Appian. in Syriac. pag. 87. Ceterum in *Asia* Mogunt. Sed recte jam Aldus *in Asiam*.

Quantum a bello aperto Romanis abesse] Adde, quæ excidit, particulam: *a bello aperto cum Romanis abesse*. J. F. Gron. Doujatius vulgatum tuetur, et *Romanis* accipit casu tertio, quasi dicas 'Romanorum respectu.' Verum Gronovii conjectura, quam etiam Crevier. probavit, verior videtur. Eam tamen in contextum recipere, ut Clericus non monito lectore fecit, periculosum judicavi.

Cap. xl. § 1 *Ad ea rex, &c. quid in Italia populus Romanus faciat*] Polybius xvii. 32. ita: *Ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν διαπορεῖν ἔφη κατὰ τίνα λόγον ἀμφισβητοῦσι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεων· πᾶσι γὰρ μᾶλλον ἐπιβάλλειν τοῦτο ποιεῖν, ἢ Ῥωμαίοις· δεύτερον δ' ἠξίου μηδὲν αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν καθόλου τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς περιεργάζεται τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἁπλῶς οὐδέν. Sigon.*

Romanos tam inquirere regi Antiocho faciendum, aut quousque terra marique progrediendum fuerit. Ipsos non cogitare, Asiam nihil, &c.] Hanc orationem, non acephalon solum, sed alioqui etiam vitiatam, sic restituimus, et distinximus: *Satis jam ante videre se, Rom. inquirere, quid regi Ant. faciendum: at quo usque terra marique prog. fuerit ipsis, non cogitare: As. nihil*, et reliqua. Quinque primas voces, c. 25. § 2. non suo loco positas, huc reposuimus, ut ante dictum est. *Gelen.* In Mogunt. aliisque antiquioribus edd. non tantum deerant quinque voces a Gelenio additæ; verum insuper tres illæ, his quinque præmittendæ, *Ad ea rex*, quas jam Froben. 1535. exhibuit.

§ 3 *Quod ad Ptolemæum adtinent, &c. adfinitas jungatur*] Polybius ibid. ita: *Τὰ δὲ πρὸς Πτολεμαῖον αὐτὸς ἔφη διεξάγειν εὐδοκουμένως ἐκείνῳ· κρίνειν γὰρ οὐ φιλίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῆς φιλίας ἀναγκαιότητα συντίθεσθαι πρὸς αὐτόν. Sigon.* Vide App. Alex. Syriaca p. 87.

§ 4 *Nec ex Philippi quidem, &c. in Europam trajecisse fuerit, &c. existimare suæ ditionis esse*] Maxime obscurum hunc locum facit verbum *fuerit*, nihil prorsus ad sensum faciens: sed hercule deest aliquid. *Glar.* Polybius ibid. ita: *Εἰς δὲ τὴν Εὐρώπην ἔφη διαβεβηκέναι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἀνακτησάμενος τὰ κατὰ τὴν Χερρόνησον καὶ τὰς ἐπὶ Θράκης πόλεις· τὴν γὰρ τῶν τόπων τούτων ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ καθήκειν· εἶναι μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν δυναστείαν ταύτην Λυσιμάχου· Σελεύκου δὲ πολεμήσαντος πρὸς αὐτὸν, καὶ κρατήσαντος τῷ πολέμῳ, πᾶσαν τὴν Λυσιμάχου βασιλείαν δορύκτητον γενέσθαι Σελεύκου.* Ex his verbis intelligi potest, versum unum aut alterum apud Livium intercidisse: eum autem ad Livianam sententiam ita restitui posse: *Nec*

Digitized by Google

ex Phil. quidem adv. fort. spolia ulla se petisse, aut adv. Rom. in Eur. trajecisse, [*sed ut Chersonesi urbes Thraciæque recuperaret. Eorum enim locorum imperium in primis ad se pertinere, quippe quod ab initio Lysimachi regnum*] *fuerit, quo victo omnia, quæ illius fuissent, quod jure belli Seleuci facta sint, existimare suæ ditionis esse.* Hanc autem historiam XXXIV. 58. Livius ita exponit: 'Enimvero id auditu etiam dicere indignum esse Hegesianax, Thraciæ et Chersonesi urbibus arceri Antiochum, quæ Seleucus proavus ejus, Lysimacho rege bello victo et in acie cæso, per summum decus parta reliquerit.' Idem etiam tradit Appianus initio libri, quo bellum Antiochinum exposuit. *Sigon.* Quæ hic desunt, sic sonant apud Polybium: *Εἰς δὲ τὴν Εὐρώπην ἔφη διαβεβηκέναι,* &c. Hinc Sigonius supplet: *aut adversus Romanos in Europam trajecisse,* [*sed ut Chersonesi urbes Thraciæque recuperaret. Eorum enim locorum imperium in primis ad se pertinere; quippe quod initio Lysimachi regnum*] *fuerit: quo victo omnia, quæ illius fuissent, quod jure belli Seleuci facta sint, existimare suæ ditionis esse.* Nihil reprehendo: tamen non videtur bis voluisse vertere Livius Polybii *ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ καθήκειν, imperium ad se pertinere,* dein *existimare suæ ditionis esse.* Rubenius paullo brevius rotundiusque, *aut adversus Romanos in Europam trajecisse.* [*Chersonesum, quæ Lysimachi*] *fuerit,* (*quo victo omnia, quæ illius fuissent, jure belli Seleuci facta sint*) *existimare suæ ditionis esse.* De Thraciæ urbibus mox sequitur: *sicut quædam ex proxima Thracia.* J. F. Gron. Aliquid hic deesse, satis patet: quomodo vero locus supplendus sit, incertissimum puto. Gronovius in pr. ed. nott. tentabat, *in Europam trajecisse,* [*sed ut Chersonesi Thraciæque urbes recuperaret. Ea enim loca inprimis, quibus Lysimachi regnum*] *fuerit,* (*quo victo omnia, &c.* Doujatius, parum a Sigonio discedens, *in Europam trajecisse* [*cum copiis, sed ut Chersonesi urbes Thraciæque recuperaret. Earum enim imperium ad se inprimis pertinere; quippe quod ab initio regnum Lysimachi*] *fuerit: quo victo omnia, &c.* Crevier. tandem, cui Sigonius prolixius, Rubenius brevius justo supplesse visi sunt, hoc modo, *in Europam trajecisse,* [*sed ut Chersonesi urbes et loca recuperaret: quam, quum Lysimachi*] *fuerit* (*quo victo omnia, &c.* Insuper legendum puto *Ne ex Philippi quidem.* Vide ad I. 9. § 3. et VIII. 7. § 19. Dukerus similiter emendandum deprehendit.

§ 5 *Occupatis majoribus suis, &c. Ad ea facienda in, &c. sedem regni habeat*] Polyb. ibid. ita: Κατὰ δὲ τοὺς τῶν αὐτοῦ προγόνων περισπασμοὺς ἐν τοῖς ἐξῆς χρόνοις, πρῶτον μὲν Πτολεμαῖον παρασπασάμενον σφετερίσασθαι τοὺς τόπους τούτους, δεύτερον δὲ Φίλιππον αὐτοὺς δὲ νῦν οὐ κτᾶσθαι τοῖς Φιλίππου καιροῖς συνεπιτιθέμενος, ἀλλ' ἀνακτᾶσθαι τοῖς ἰδίοις καιροῖς συγχρώμενος. Λυσιμαχεῖς δὲ παραλόγως ἀναστάτους γεγονότας ὑπὸ Θρᾳκῶν οὐκ ἀδικεῖν 'Ρωμαίους κατάγων καὶ συνοικίζων ποιεῖν γὰρ τοῦτ' ἔφη, βουλόμενος οὐ 'Ρωμαίοις τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, Σελεύκῳ δ' εἰσιτήριον ἑτοιμάζειν. *Sigon.*

Rerum aliarum alia cura] Scribendum censeo, *Occupatis majoribus suis rerum aliarum aliis cura,* vel *ex aliis.* J. F. Gron. Posteriorem conjecturam probat Crevier. Ita Liv. VII. 39. 'Alias ex aliis fingendo moras retinebat.'

Deinde et Philippum, usurpando aliena possedisse, &c.] Locum hunc Mogunt. et aliæ ex priscis edd. admodum corrupte ita exhibent: *Deinde et Philippum usurpandæ alienæ possessionis, sunt quædam ex proxima Thracia, sunt quæ diu dubitare Lysimachi fuerint.* Lectio, quæ nunc circumfertur, jam adparuit in Froben. 1531.

§ 6 *Ad ea facienda in antiquum*] Magis placeret *Ad ea redigenda in antiquum jus,* vel *statum.* Lib. XXXIV. c.

Digitized by Google

51. 'Civitates in aliquam tolerabilem formam redigendæ.' XXXV. 16. 'Bello superatas a majoribus et stipendiarias ac vectigales in jus antiquum repetit.' *J. F. Gron.* Supra cap. 38. 'Omnes Asiæ civitates in antiquam imperii formulam redigere est conatus.' XXXVIII. 3. 'In jus ditionemque totam redegerunt gentem.' Doujatius malebat *ad ea sarcienda in antiquum.* Sed verbo 'sarcire' usum esse Livium, vidimus ad III. 60. § 9. Verum 'sarcire in antiquum' vel ipsum, vel alios dixisse, nondum inveni.

CAP. XLI. § 1 *De morte Ptolemæi regis, ut nullus*] Τὸ *effecit* excidisse videtur, cum scripsisset *rumor sine ullo satis certo a. a. d. m. Pt. regis effecit, ut nullus.* J. F. Gron. *Fecit* excidisse, monet Crevier.

§ 3 *Suam fore Ægyptum, si tum occasio esset*] Legendum puto *si tum occasioni non deesset.* Sed judicet lector. *Glar.* Aliquid hic infuscatum. Succurrunt illa lib. XXXIV. cap. 33. 'Dum liceret, dum occasio esset, sibi ac suis consuleret.' XXXV. 12. 'Numquam habiturum recuperandi sua occasionem, si eam, quæ tum esset, prætermisisset.' XXXVIII. 33. exsules Lacedæmonii: 'Nunquam talem occasionem habituros, si eam prætermisissent.' An fuit ergo, *si eam occasionem non amisisset?* An potius *si tum non cessasset?* Lib. XXXI. c. 15. 'Nequicquam postea, si tum cessassent, prætermissam occasionem quæsituros.' XXXVIII. 47. 'Stipendium scitote pependisse socios vestros Gallis, et nunc fuisse pensuros, si a me foret cessatum.' *J. F. Gron. Occasio* non videtur tollendum esse. Si quid mutandum est, liberæ conjecturæ sunt *si tum occasione usus esset*, et *si tum occasioni non deesset.* Curtius IV. 16. § 4. 'Occasione vincendi strenue est usus.' Livius XXVII. 28. 'Ne cui deesset occasioni.' *Duk.* Doujatius Glareani conjecturam *si tum occasioni non deesset* probabat. Supra XXII. 39. 'Armatus intentusque sis, neque occasioni tuæ desis.' Crevier. malebat *si usus occasionis esset*, aut quid simile.

§ 5 *Qui ad fidem de societate agerent*] Forte *qui ibidem.* Vide XXXIV. 25. *J. F. Gron.* Nihil ibi invenio, quod hoc faciat. Livius *ad fidem* dixit XXI. 18. 'ad fidem pronius est.' Et eodem lib. cap. 34. 'ad fidem promissorum obsides acciperet.' Sed hæc quoque parum juvant ad hunc locum intelligendum. Suspicor excidisse aliquid in hanc sententiam, *ad fidem faciendam, regem nihil adversus Ægyptum tentaturum:* nam nulla re magis fidem facere poterat Romanis, falsam esse illam suspicionem, quam societatem cum illis ineundo. *Duk.* Gronovius locum ex XXXIV. 25. laudavit, ut doceret, Antiochum ad Quinctium legatos misisse, qui de societate agerent. Crevierius voces *ad fidem* vel delendas, vel corrigendas existimat. Doujatius intelligit *ad fidem* sc. faciendam animi ad pacem inclinantis. Quæ ellipsis admodum insolens est.

§ 6 *Cypri nihilominus quum Chelidonium promontorium superasset, paullisper seditione regum*] *Cyprum nih. tendens* legitur in archetypo: et *seditione remigum*, non *regum.* Gelen. Chelidoniæ insulæ sunt in confinio Lyciæ ac Pamphyliæ: in Cypro autem nullum ejus nominis promontorium: quare distinguendum post *nihilominus*, hoc sensu: Navigandi quidem in Ægyptum omissum consilium est, Cypri non item: nam tentare in animo habebat, ut sequentia indicant, sed tempestate afflictus omisit. Quamquam huic loco aliquot verba deesse opinor. *Glar.* Recte Gelenius *Cyprum nihilominus tendens.* Ita XXXII. 16. 'Euboeam trajecerunt.' XXXVII. 31. 'Chium navigat.' Ibid. 'Hellespontum misit.' c. 33. 'Hellespontum perveniunt.' XXXVI. 42. 'Pergit protinus navigare Peloponnesum.' XLII. 44. 'Peloponnesum proficiscuntur.'

Digitized by Google

XLV. 10. 'Ægyptum navigare.' c. 11. 'Exercitum Ægyptum induxisset.' Ibid. 'Cyprum classem misit.' c. 12. 'Cyprum navigare.' Vide ad X. 37. § 1. XXVIII. 45. § 8. et alibi. Eodem modo etiam auctorem Epit. Liv. locutum esse, videbimus ad lib. LIX. Similiter etiam alii scriptores. Vide Sanctii Minerv. IV. 6. 669. viros doctos ad Flori III. 10. § 16. et Cort. ad Sall. Jug. c. 7. § 2. c. 22. § 1. et c. 28. § 6.

§ 7 *Inde profectum cum ad capita Sari, &c. classe demersit*] Hoc sic Appianus in Syriaco p. 88. Χειμῶνος δ' ἀμφὶ τὸν Ἄδρον ποταμὸν συμπεσὼν, καὶ πολλὰς τῶν νεῶν ἀνοβαλών. *Sigonius.* Prima vocula deerat in ed. Mog. aliisque ætate proximis, quam addidit deinde Frob. 1535.

Ut nemo in terram enaverit] Manus ignota in ed. Mog. interpolavit *evaserit.* Male. Valer. Max. III. 2. 23. 'Inter undas, quas hostili cruore infeceras, enasti.' Ita Torren. in plurimis invenit Matis, *evasisti* in uno. Silius III. 662. 'Has observatis valles enavimus astris.' XV. 375. 'Forsan et enasset rapidi freta æva pericli.' Et hic etiam olim *evasset* edebatur.

§ 9 *Jam enim hiems instabat*] Ita Froben. a. 1535. et post eum reliqui omnes ediderunt. Idem 1531. vulgarat *jam et hiems instabat.* Sed Mogunt. et proximi dederunt *jam enim et hiems instabat:* quod non puto spernendum. Ut ita hæc altera classem subducendi causa detur, quod hiems instaret; quum prima foret, quod maxima navium pars naufragio amissa esset.

CAP. XLII. § 1 *C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem, &c. et P. Porcius Lecca*] Pro *T. Romuleius* reponendum puto *P. Manlius:* primum, quia una etiam paulo post fiunt prætores P. Manlius et P. Porcius Læca, quorum P. Manlius Hispaniam citeriorem, P. Porcius Pisas sortitur: deinde quia XL. 42. an. DLXX. sit, Q. Fulvium triumvirum epulonem in locum P. Manlii, qui ex Hispania redierat, esse factum: neminem autem factum esse post hos, præter Q. Fulvium, memoriæ tradidit, ut ubique claret: fuisse autem duplicem Manliam gentem ostendit Cicero in Philipp. I. 13. 'Ut propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliæ neminem patricium M. Manlium vocari liceret.' Adde quod *Romulius*, non *Romuleius*, esset scribendum, ut ex *P. Manlius, Romulius* factum sit. *Sigon.* Sigonius *Titum* istum *Romuleium* expungit, cui vix adsentirer, nisi observassem, in Buslid. codice perpetuo, loco *τοῦ tribunus plebis*, legi *T. Romuleius.* Ut innumeros locos omittam, in principio lib. XXXIV. c. 1. 'M. Fundanius et L. Valerius Titus Romuleius plebei ad plebem retulerunt:' et deinde, 'M. et T. Junius Brutus Titus Romuleius plebei legem Oppiam tuebantur.' Et ne existimemus solum Buslid. codicem hac macula esse aspersum, ita etiam in Mog. Modius repperit. Existimo itaque scripsisse Livium, *C. Licinius Lucullus tribunus, qui legem de creandis his tulerat.* Tertium autem triumvirum, qui fuit P. Manlius, ut Sigonius probat, ab indoctis librariis resectum fuisse puto, cum tres jam triumviros (si suppositicium T. Romuleium computes) nominatos esse viderent. Sic acute ad me Alb. Rubenius. De 'Tito Romuleio' testari possum, me idem nomen pro *tribuno* subjectum observasse etiam in compluribus Italicis. Et tertium est exemplum in fronte lib. XXXIV. Nam pro eo, quod recte est, *Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis Q. Fabio, Tib. Sempronio consulibus*, Andreas omnesque, antequam ex Mog. corrigeretur, *Tulerat eam M. Oppius et T. Romuleius tribuni pl.* J. F. Gron. Pighius, deceptus vitiosa hujus loci scriptura, *T. Romuleium* inter tribunos plebis a. IↃLVII. numerat, præter-

Digitized by Google

lto C. Licinio Lucullo. *Duk.* Vocem *tribunus* sæpe in *T. Romulius* scribarum errore degenerasse, certissimum est; ejus rei exemplum non modo exstat tribus locis ex lib. XXXIV. c. 1. § 2. 3. et 4. in Voss. aliisque codd. sed et innumeris aliis locis in variis Livii Mss. Vide ad XXXI. 6. § 4. Pro lectione igitur Sigonii *C. Licinius Lucullus, P. Manlius, qui legem de creandis his tulerat*, quæ etiam nunc vulgo obtinet, eam recepi, quæ Gronovio placuisse videtur, *C. Licinius Lucullus tribunus, qui legem de creandis his tulerat, P. Manlius.* Perperam enim Cuperus in epist. quam edidit Burm. Syntagm. Epist. tom. II. p. 695. existimavit Gronovium Sigonio consensisse, et triumviros epulones lege Manlia creatos esse; cui, quod ad legem Manliam, adsentitur Nic. Heins. Cupero respondens ibid. p. 697.

P. Porcius Lecca] *Læca*, ex nummis argenteis. *Sigon.* Vide eumdem Sigonium ad XXXII. 7. § 4. Mox *pontificibus* demum exhibet ultima Gruteri ed. et quidem ex conjectura Pighii in Annal. ad a. IDLVII. p. 260. Priores typis excusi legunt *item ut pontifici.*

§ 2 *Q. Fabio Labeoni et L. Aurelio*] L. Aurelium familiari cognomine ab aliis ejusdem gentis non distingui, quum plures tamen tunc in civitate floruerint Aureliorum familiæ, neglegentiæ librariorum, qui tam truncum ac mutilum ubique nobis Livium reliquere, adscribit Pighius in Annal. ad a. IDLVII. p. 261.

§ 3 *Ultimam pensionem pecuniæ*] Vide Glarean. ad XXXI. 13. *Duk.*

§ 4 *Ab auguribus, pontificibus, quod stipendium*] Cur ab his solis, quum certamen esset cum omnibus sacerdotibus? An dicendum est ceteros deinde ultro destitisse certamine, augures et pontifices, quod fortassis se jure majoris sacerdotii immunes esse putarent, pertinacius in eo perseverasse? Stewechius ad Veget. III. 3. scribit, pontifices, augures, reliquosque sacerdotes tum stipendium dare coactos, 'quamvis ante non dedissent;' et Gutherius de Vet. Jur. Pontif. I. 28. ab iis, ut ab aliis civibus, stipendium 'extortum' esse. Crederem, si docuissent, iis lege immunitatem concessam fuisse. Nam quod Dionys. Halic. II. 21. tradit, Romulum sacerdotes 'negotiorum urbanorum immunes' fecisse, id de muneribus personalibus, non patrimonialibus, quæ vocant jurisconsulti, accipi nihil vetat. Verba Livii, 'omnium annorum, per quos non dederant, exactum est,' argumento sunt, eos, quum ante, ut alii cives, dedissent, ab aliquot annis immunitatem usurpasse. *Duk.* Copulam addidi *ab auguribus pontificibusque*, quam servant edd. Mog. Aldina, et aliæ, usque ad Froben. qui a. 1531. primus omisit. Forte autem intercidit ob seq. vocule *quod* similitudinem. Vide ad XLIV. 13. § 10. Mox *nequiquam* ed. Mog. quam eamdem scripturam etiam exhibet cap. 44. § 9. Vide ad XL. 47. § 9.

§ 5 *T. Sempronii Tuditani, qui*] Superiori libro c. 27. *Cn.* dicitur. Dixi autem videri, *C. Sempronium* appellandum. *Sigon.* Non aliter etiam adpellatur in ed. Mog. Ejus loco jam Aldus *T. Sempronii* edidit.

L. Valerius in locum] *Flaccum* intelligit, nam XL. 42. a. DLXX. ait, 'L. Valerius Flaccus pontifex mortuus est.' *Sigon.*

§ 6 *Admodum adolescens*] Vide Gronov. ad XXVIII. 9. *Duk. Adulescens* ed. Mogunt. Vide ad VI. 34. § 11.

§ 7 *C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo*] Ad hunc locum et ad capp. 22. et 25. hujus libri respexisse credo Manutium ad Cicer. Famil. VIII. 8. scribentem, apud Livium lib. XXXIII. duos Labeones fratres eodem prænomine appellari. Putavit nimirum alium esse 'C. Atinium La-

Digitized by Google

beonem,' qui capp. 22. et 25. tribunus plebis fuisse dicitur; alium, qui hoc anno prætor fuit. Sed nihil est in Livio, unde hoc magis colligi possit, quam eumdem, qui anno superiore tribunus plebis fuerat, et aliquot mensibus ante quam comitia prætoribus creandis haberentur, tribunatu abierat, hoc anno prætorem fuisse. Neque enim tum adhuc leges annales erant; et quum multi ante eas ex ædilitate plebis prætores facti fuerint, XXVIII. 10. XXIX. 38. XXX. 26. et aliis locis apud Livium, nihil obstare poterat, quo minus quis, postquam ante aliquot menses tribunus plebis esse desierat, prætor crearetur. Certiores sunt aliæ auctoritates, quibus Manutius ibidem ostendit, duos fratres interdum idem prænomen habuisse. Nec minus certa Livii de duobus filiis Fabii Cunctatoris, quorum utrique prænomen fuit 'Quintus.' Vide lib. XXIV. capp. 9. 43. XXX. 26. et hoc cap. Adde Sueton. Calig. c. 8. *Duk.* Hæc duorum priorum prætorum nomina deerant in ed. Mog. quæ deinde Aldus ex cap. seq. ita supplevit, *C. Fabricius Luscinus, Catinius Labeo:* ita enim mendose eo loco exhibet ed. Mog. Sed Frob. 1531. recte *Luscinus*, quadriennio post etiam *C. Atinius* substituit. Alibi *Catinius* vel *C. Catinius*, pro *C. Atinius*, librarios dedisse, videbimus ad XXXVIII. 35. § 2.

C. Manlius Volso] *Cn. Manlius Vulso*, ex consulatu Capitolino. *Sigon.* Quasi vero ista sine copulæ subsidio stare non possent, aut soli Vulsoni prænomen invidisset Livius. Sed est temeritas quarundam editionum, quam recorrexi, quum jam ante monuisset Sigonius, nomen esse *Cn. Manlius Vulso*. Jac. Gron. Error est ultimæ editionis Gruteri, quæ admiserat *et Manlius*. Eum emendat Jac. Gronov. substituens ex Sigonii emendatione *Cn. Manlius Vulso*. Perperam *Caii* prænomen ipsi etiam dabatur in vett. edd. c. 25. § 1. Quod quum ibi Frob. 1535. recte emendasset, hic idem facere neglexit. De cognomine Vulso vide ad XXII. 35. § 1.

P. Manlius Nobilior] Hic omissæ sunt aliquot voces. Integra lectio sic habet: *P. Manlius, P. Porcius Læca. Ædiles curules M. Fulvius Nobilior, &c.* Gelen. Ita hæc leguntur in exemplaribus vulgatis. Sed diligentius hæc consideranti constabit aperte, verba aliquot hic desiderari. *Nobilior* enim cognomen, ut Fulviis familiare, ita Manliis prorsus extraneum est, ut P. Manlio hoc attribui non posse videatur: cujus verum, ut opinor, cognomen 'Vulso' in Liviano codice periit simul cum sexto ejus anni prætore P. Porcio Læca, quem paullo post non omisit Livius, prætorum provincias enarrans: ubi sane nulla C. Flaminii mentio est, ut hic quoque, licet sexti locum obtineat, inter prætores referri non possit: præsertim cum ex sequentibus Livii verbis manifestum sit, ædilem curulem fuisse, quorum erat annonæ curam gerere, frumentum populo dividere, et ludos Romanos edere. Hinc sequitur, collegæ nomen insuper deesse, et M. Fulvium Nobiliorem fuisse, ex cognomine adhuc residuo verisimile fit. Triennio enim ante tribunum plebis habuimus, et tertio rursus abhinc anno cum eodem Flaminio prætorem, et demum cos. per consuetos honorum gradus successit. Igitur Livii ille locus in hunc fere modum supplendus videtur: *Prætores inde facti C. Fabricius Luscinus, C. Atinius Labeo, Cn. Manlius Vulso, Ap. Claudius Nero, P. Manlius (Vulso, et P. Porcius Læca. Ædiles curules M. Fulvius) Nobilior et C. Flaminius tritici, &c.* Ex his omnia, quæ parenthesi signata vides, in Livianis exemplaribus librariorum negligentia sunt prætermissa. *Pighius* in Annal. ad an. IↃLVII. pag. 259. Nescio quo

Digitized by Google

auctore Pighius P. Manlio cognomen Vulso addiderit. *Duk.*

§ 8 *Tritici decies centum millia binis æris populo diviserunt*] Non est mihi dubium, quædam hic desiderari verba. Nam verbum *diviserunt* nominativum non habet certum. Sex prætores erant, quorum postremos ædiles curules fuisse puto, ut lib. XXXII. non ita longe ab initio c. 7. ubi consules creantur Sex. Ælius Pætus et T. Quinctius Flaminius: ac lib. XXXI. ad finem, ubi consules L. Cornelius Lentulus ac P. Julius Appulus, prope similes dicendi modos, sed clariores, reperies. *Glar.* Hæsitanti Glareano satisfecit Gelenius superiori adnotatione: cujus emendationem postea ulterius adstruxit Pighius. De locutione 'decies centum millia' vide ad XLIII. 6. § 11.

§ 9 *Ter toti instaurati*] Vocula *ter*, quam demum adscivit Frobenius a. 1535. abest a vetustioribus, quibus usus sum, edd.

§ 10 *Cn. Domitius Ænobarbus*] Lapides Capitolini, et nummi argentei, et Græci annales satis ostendunt, *Ahenobarbum* esse scribendum. In Græcis enim Ἀηνόβαρβος est. *Sigon.* Vide ad XXXIV. 42. § 4.

C. Scribonius curio maximus] Omnes, qui Livio manus admoverunt, hunc locum, quasi sanus foret, nulla adnotatione dignati sunt, nisi quod Crevier. respicienda moneat, quæ notavit ad III. 7. ubi, qualis sacerdos foret curio maximus, docuit. At C. Scribonium hoc tempore eo sacerdotio functum non fuisse, certissimum puto. Sane id C. Mamilius adeptus dicitur XXVII. 8. 'Ita primus ex plebe creatus maximus curio C. Mamilius Vitulus.' Is autem demum mortuus narratur XLI. 21. 'Sacerdotes publici ex pestilentia mortui sunt, &c. C. Mamilius Vitulus curio maximus.' Ipsi deinde in administratione sacerdotii successit C. Scribonius Curio, teste Livio ibid. 'Decemvir sacrorum C. Sempronius Longus, curio maximus C. Scribonius Curio subficitur.' Deleta igitur voce *maximus* scribendum puto *C. Scribonius Curio:* ut illud *Curio* sit nomen familiare gentis Scriboniæ. Forte olim ad marginem adnotatum fuit, Scribonium hic memoratum fuisse postea curionem maximum, unde vox *maximus* contextum invasit; ex quo me iterum ejecisse neminem vitio versurum confido.

Pecuarios ad populi judicium adduxerunt] Memini olim me ex D. Erasmo Roterodamo audisse, Livium hoc in loco abigeos per *pecuarios* intelligi voluisse, quod statim meminerit Fauni, pecorum sive agrestium numinis, ut appellat Virgilius Georg. lib. I. *Glar.* Potius fuisse publicanos, qui pascua publica conduxerunt, ut inde vectigal colligerent, docuit Burm. de Vectig. c. 9. p. 140.

Ædem in insula Fauni fecerunt] Vide num legendum *ædem Fauni in insula fecerunt.* Insulam autem Tiberis intelligo, qua de libro II. non ita longe ab initio c. 5. meminit Livius. *Glar.* Sic XXXIV. 53. 'In insula Jovis ædem dedicavit.' De hac Fauni æde dedicata eodem in libro c. 53. Insulam autem Tiberis intelligit. *Sigonius.*

§ 11 *Ludi plebis per biduum instaurati, et epulum fuit ludorum*] Livius non ludi *plebis*, sed ludi *plebeii*, nec *epulum* simpliciter, sed *epulum Jovis* ludorum caussa solet dicere. Vide XXV. 2. XXVII. 36. XXIX. 38. XXX. 39. XXXI. 4. XXXII. 7. *Duk. Ludi plebeii* edd. Mog. et plures aliæ. Paris. deinde *Ludi pleb.* per compendium a. 1573. dederunt. Id vero obtinuit usque ad ultimam Graterii, cui qui præfuit, non consultis prioribus excusis, dedit *Ludi plebis:* quam lectionem servant omnes recentiores. Priscam igitur lectionem loco restitui.

CAP. XLIII. § 1 *Quidem magistra-*

Digitized by Google

tum habuerunt] Integra lectio habet *quo die magistratum inierunt.* Gelen.

§ 3 *Duas legiones ex quinque millibus socium*] Lege *et quinque millia.* Gelen. Hunc numerum *quinque millia socium* sibi suspectum esse monuit Dukerus ad Livii XXXIII. 13. § 3.

§ 5 *Ut ab tergo Libuis esset*] Lege *ab tergo Liguribus.* Gelen. Pighius in Annal. ad a. IↃLVIII. p. 264. legendum arbitratur *ut ab tergo Lebuis Liguribus esset.* Sed eum errasse, et Lebuos seu Libuos a provincia Pisana longe remotos ac trans Padum sitos fuisse, contra propiores exstitisse Ligures Apuanos cis Padum habitantes, docuit Jac. Gronov. Dissert. epist. ad Livii Loc. Quæd. Geogr. epist. I. p. 9. cujus sententiam postea amplexus est Noris. ad Cenotaph. Pis. Diss. I. c. 1. p. 8.

Adjutor consuli datur] An *datus?* ut cum *sortiti* convenist. XXVI. 19. 'M. Junius Silanus adjutor ad res gerendas datus est.' *Duk.*

§ 7 *Quam P. Fabius habuerat*] Ubi prioris anni magistratus creantur, in hoc adeo libro capp. 24. et 26. *Q. Fabius Buteo* prætor bis nominatur, cui in sorte Hispania ulterior evenerat. Pro *P.* igitur legendum *Q.* Glar. *Q. Fabius* jam ante, quam Glareanus ita emendandum doceret, edidit Froben. 1535. Ceterum hunc § corrupte admodum exhibuerunt edd. Mog. et proximæ ita: *Ap. Claudio prætori legionem, quam P. Fabius habuerat, duo millia et ducenti equites novosque scribere permissum.* Id quod nunc vulgo exstat, ei substituit Frob. 1531. nisi quod *P. Fabius* retinuerit, quadriennio demum postea, ut dixi, in *Q. Fabius* mutatum.

§ 9 *Ducenti peditum et quingenti equites ex Gallico exercitu*] Hic peditum numerus nimis concisus est, si ad equites comparaveris. Tum id *ex Gallico exercitu* obscurum. Nisi dicamus exercitum Gallicum, quem consul Valerius adversus Gallos duxerat. *Glar.* Vides ut locum prodigiose corruperunt librarii scriptores, dum numerorum veteres notas ↀↀ *D.* non intelligunt, vel negligunt, quibus locus descriptus fuisse videtur. Legendus igitur sic locus videtur: *P. Porcio Læcæ ad Etr. circa Pisas duo millia peditum, quingenti equites ex Gall. ex. decreti.* Pighius in Annal. ad a. IↃLVIII. p. 264. Primitus edebatur *ducenti peditum et quingenti equites.* Eo pertinent, quæ Glarean. ad hunc locum notavit: peditum numerum nimis concisum esse, si ad equites comparetur. Ab eo igitur moniti posteriores substituerunt *ducenti peditum et quinquaginta equites:* quæ lectio primum obvia fuit in ed. Paris. 1573. Huc referendum, quod Pighius monuit, librarios veteres notas ↀↀ *D* non intellexisse, quos nimirum *ducenti* pro ↀↀ, et *quinquaginta* pro *D* dixisse credebat; quum posterioris erroris non librarii auctores esse videantur, sed ei ansam dederit adnotatio Glareani. Pighii emendationem ultima Gruteri ed. recepit; nisi quod copulam *et* inter numerum peditum et equitum a Pighio omissam, quam vett. edd. agnoscunt, recte servavit. Ceterum numeri millenarii et centenarii notas ↀ et *C* sæpius librarii commutarunt. Exempla vide ad XXI. 25. § 10. XXVII. 26. § 6. et alibi.

CAP. XLIV. § 1 *Ver sacrum ex postilicum jussu fecere*] Dodwell. de Cyclis Dissert. X. § 40. 41. errasse hic dicit Livium: nam hoc fuisse ver sacrum, quod ante quinquennium, bello adversus Philippum decreto, voverat P. Sulpicius Galba consul. De ea re ita scribit Livius XXXI. 9. 'Civitas, &c. ludos Jovi donumque vovere consulem, cui provincia Macedonia evenisset, jubsit.' Et, 'Vovit in eadem verba consul, præeunte maximo pontifice, quibus antea quinquennalia vota suscipi solita erant.' In his 'doni' nomine 'ver sacrum'

Digitized by Google

intelligi, ex loco Livii XXXIV. 44. 'Ver sacrum factum erat priore anno, M. Porcio et L. Valerio consulibus:' item, 'De integro faciendum arbitratu pontificum [ver sacrum Patres] censuerunt, ludosque magnos, qui una voti essent:' ac denique, 'Ver sacrum ludique votivi, quos voverat P. Sulpicius Galba consul, facti,' cum XXXI. 9. collato apparere dicit. Mihi ex collatione horum locorum nondum liquet, Livium jure erroris argui. 'Ver sacrum' et 'ludos magnos' a. IↃXXXVI. vovit A. Cornelius Mammula, Liv. XXII. 10. quod, etsi eum ibi non nominat Livius, tamen ex hoc loco constat, et recte adversus Sigonium ostendit Gronovius. P. Sulpicius consul a. IↃLIII. 'ludos Jovi donumque vovit,' XXXI. 9. 'Ver sacrum,' a. IↃXXXVI. ab A. Cornelio votum, a. IↃLVIII. a consulibus factum hic prodit, sed de 'ludis magnis,' qui una cum eo voti erant, nihil addit Livius. Quum autem non rite factum fuisset, illud 'de integro faciendum, et ludos magnos, qui una voti essent,' ab A. Cornelio scilicet, faciendos censuerunt Patres a. IↃLIX. idque eodem anno ex illorum decreto factum, 'et ludi votivi, quos voverat P. Sulpicius Galba consul facti' sunt XXXIV. 44. In his nihil est, e quo Livius erroris convinci possit. Sed credo eruditissimum Dodwellum maxime ex verbis Livii, quæ e XXXIV. 44. postremo loco descripsi, in hanc opinionem venisse. Verum ex iis non sequitur, Sulpicium una cum ludis votivis ver sacrum vovisse: nam non necesse est ibi conjungi, quæ disjungi superior narratio Livii jubet, et res ipsa magis postulat, quam patitur. 'Ver sacrum' et 'ludos magnos' voverat A. Cornelius: 'ludos Jovi' et 'donum' P. Sulpicius. Utrumque votum, quum prius a. IↃLVIII. non rite solutum fuisset, deinde rite solutum est a. IↃLIX. sed Sulpicii, quod in annum quintum factum fuerat, anno serius, quam debuerat. Ita hæc sine reprehensione Livii videntur constitui posse. Certe Sulpicium non vovisse 'ver sacrum,' probabilius ex silentio Livii XXXI. 9. colligitur, quam eum id vovisse ex iis quæ XXXIV. 44. leguntur. Ille quidem superest scrupulus, quod, si XXXIV. 44. non conjungimus 'ver sacrum ludique votivi,' sed 'ver sacrum' intelligimus, quod A. Cornelius a. IↃXXXVI. et 'ludos votivos' illos, quos P. Sulpicius consul a. IↃLIII. voverat, Livius, quum 'ver sacrum' factum dicit, 'ludos magnos' autem, qui una cum eo ab A. Cornelio voti fuerant, quosque Patres itidem fieri censuerant, neque hic, neque XXXIV. 44. factos memorat, negligentiæ in ea re notam vix effugere possit. Sed si jam demus, aliquid in ea re culpæ esse, qua tamen fortassis liberari potest, si dicamus, ex eo, quod 'ver sacrum' ex decreto senatus factum scribit, intelligi, etiam 'ludos magnos,' qui una cum vere sacro ab A. Cornelio voti fuerant, factos fuisse, quum senatus uno eodemque decreto utramque rem complexus fuisset XXXIV. 44. ea tamen levissima est præ illa, cujus eum accusat Dodwellus. Quidquid est, non persuadet mihi, nomine 'deni' in Livii XXXI. 9. 'ver sacrum' intelligendum esse. Hoc non patiuntur verba Livii eodem loco: 'Tanta pecunia, quantam tum, quum solveretur, senatus censuisset, ludos donaque facturum vovit.' Nam 'ver sacrum' nec vovebatur, nec fiebat de pecunia. Nec quum 'dona' Diis voveri dicuntur, usquam 'ver sacrum' designari credo. Livius v. 23. 'Agi deinde de Apollinis dono cœptum, cui se decimam vovisse prædæ partem quum diceret Camillus.' XXXVI. 2. 'Utique M'. Acilius consul ludos magnos Jovi voveret, dona ad omnia pulvinaria.' Et ibid. 'Donaque ad omnia pulvinaria dabuntur de pecu-

Digitized by Google

nia, quantam senatus decreverit.' Adde XL. 37. et XLII. 28. Ex his votum Acilii bello adversus Antiochum decretum est, Popilii XLII. 28. in apparatu belli cum Perseo. In iis autem cum nomine 'donorum' non contineatur 'ver sacrum,' quæ ratio esse potest, cur in ejusdem generis voto Sulpicii, initio belli adversus Philippum facto, nomine 'doni' 'ver sacrum' intelligi debeat? *Duk.*

§ 2 *Quod C. Cornelius Mammula prætor voverat*] Hic prætor XXII. 9. 'M. Æmilius' vocatur. *Gelen.* Hunc prætorem 'M. Æmilium' XXII. 9. vocavit, cum inquit, 'Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Æmilium prætorem ex collegii pontificum sententia, omnia ea ut mature fiant, curare jubet.' Fuisse autem eodem anno prætorem A. Cornelium Mammulam, apparet ex eo quod idem ab eodem lib. XXIII. c. 21. sequenti anno pro prætore obtinuisse Sardiniam provinciam traditur. Quare aut *M. Æmilius*, aut *A. Cornelius Mammula* hoc loco legendum est: nam anno etiam DLIX. (lib. XXXV. c. 24.) alter A. Cornelius Mammula prætor, atque alio tempore alii nominantur. Nisi autem emendatorum vitium sit, lapsus sit memoriæ Livianæ, necesse est. *Sigon. A. Cornelius Mammula* hoc loco legendum esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad a. IↃXXXVI. p. 156. eique dicto obediens Gruterus lectionem hanc in contextum posterioris ed. recepit. Ceterum A. Cornelium Mammulam hoc loco dici ver sacrum vovisse, quod XXII. 9. M. Æmilio prætori adscribi videtur, neque emendatorum, neque memoriæ Livianæ lapsus est, ut Sigonius existimat. Nam lib. XXII. non refertur, M. Æmilium omnia fecisse, quæ decemviri facienda monuerant, adeoque ver sacrum vovisse; sed tantum 'omnia ea ut mature fiant, curare jussum,' et hinc tantum curare jussum, ut ver sacrum mature voveretur. Ex eo igitur, quod Fabius ædem Veneri Erycinæ, T. Otacilius Menti voverint, decemviri lectisternium curarint, Mammula hoc loco ver sacrum vovisse dicatur, verisimile fit, omnia ea, quæ ex relatione decemvirum paranda erant, inter magistratus ejus anni ac sacerdotes divisa fuisse, Æmilio autem prætori urbano negotium datum esse, ut videret, ea mature fieri. Si quis tamen in his lapsus Livii, is in eo consistit, quod lib. XXII. ubi debuerat, non satis adcurate exposuerit, a quo factum fuerit, quidque eorum, quæ retulit Æmilium curare jussum esse, ut mature fierent. Sed levior culpa est, talia omisisse eo anno, qui gravissimis rebus unus omnium historicos vel maxime occupat, et onerat. Hæc latius deducit Perizon. Animadv. Hist. c. 4. p. 163. et J. F. Gronov. ad XXII. 9. § 11. Alia exempla, Livium suo loco omissum postea per occasionem uno verbo indicasse, vidimus ad IV. 12. § 2. X. 33. § 9. XXXVI. 36. § 4. ac pluribus locis.

Annis post uno ac viginti factum est] Ita Gronov. in priori ed. notarum emendavit, quum Dan. Heinsius apud Elzevir. *annis post unum ac viginti*, sed verisimiliter operarum errore, evulgasset. Ut Gronov. emendavit, Gruterus edidit in ed. postrema, ita exprimens notas numerales *anni post XXI.* quæ primum in ed. Paris. a. 1573. exstiterunt. At si priores typis excusos consuluisset, a Mogunt. usque editum fuisse vidisset *annis post uno et viginti*, quod revocavi. Ceterum inter Cn. Servilium, C. Flaminium consules, quo anno ver sacrum votum, et L. Valerium, M. Porcium consules, quo anno factum est, unum et viginti paria consulum intersunt: pateat, Livium numero hic edito neutrum annum, neque quo votum susceptum, neque quo solutum sit, comprehendisse. Vide ad XLII. 10. § 5.

§ 3 *In Q. Fabii Maximi locum, qui*

Digitized by Google

priore anno mortuus erat, lectus] Vocem *locum*, quæ in prioribus excusis deerat, primus adjecit Frob. qui anno 1535. ut hic; at *in locum Q. Fabii Maximi* quadriennio antea edidit. Si alterutro loco codicis unici auctoritatem secutus est, non intercedo; sin, malo *in Q. Fabii Maximi, qui priore anno mortuus erat, locum lectus.* Ut propter similitudinem vocis *lectus* præcedens *locum* exciderit.

§ 4 *Mirantibus jam vulgo, Minutium, quod Hispania movisset, bellum neglegere*] Vera lectio, *Mir. jam vulgo hominibus, quod Hisp. movisset, bellum negligi.* Gelen.

Se ad Turbam oppidum [*cum Budare et Besaside*] De citeriore Hispania nunc loquitur: nam ulterioris regulos M. Ælius prætor superius c. 21. nominavit Culcam et Luscinonen. Quamquam quis cum iis finis belli fuerit, non explicavit Livius, ut de his prope sit suspicio, eosdem esse, et corrupta esse nomina. Porro *Turbulam* oppidum in Bassetanis longe ultra Iberum flumen ponit Ptolemæus II. 6. ut nescium, quam hic quadret. Sed comparet hæc studiosus lector. *Glar.*

§ 8 *Nabin tyrannum Lacedæmoniorum*] Vera lectio *Nabin nunc Lacedæmoniorum:* et mox § seq. *tenere Argos*, non *occupare.* Gelen.

Cap. XLV. § 1 *Hæc quum jam ab gravibus auctoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirentur majores*] Quidam *audirentur* in *audirent* mutarunt. At ego post *audirentur* distinguendum puto, et quæ sequuntur verba corrupta non dubito, quamquam sensus manifestus est, majoribus natu visum esse, Nabidis causam rejiciendam ad Quintium: at Antiochi, Hannibalis, Carthaginensiumque non item. *Glar.* Locus haud dubie corruptus non meo tantum, sed et Glareani judicio. Ut enim taceam, obscura et confusa hic esse omnia, numquam absolute *majores* in senatu vocat Livius, quos alibi fere semper 'seniores,' aliquando etiam 'majores natu,' ut XXXI. 48. appellat. Tum recessum est, ubi minime oportuit, ab antiquissima ed., quæ rectius præfert *audirentur majores*, non *audirent.* Legendum censeo, *Hæc quum tum ab grav. auct., tum qui omnia per se ipsos expl. referrent, audirentur, major res, quod ad Ant. att., mat. magis, quum rex, &c.* Sic omnia levi mutatione aperta et clara erunt. *Jac. Perizon.* Videtur hunc sensum in iis invenisse: major quidem res visa est, quod ad Antiochum attineret; sed quum rex quacumque de causa in Syriam concessisset, magis maturanda visa fuit consultatio de tyranno. Tamen magis probarem conjecturam Gronovii, si quod vestigium vocis *dilato* in Ms. esset. Totum locum usque ad verba *faceret, quæ e republica censeret esse*, ulcerosum esse, mihi persuadeo. *Duk.* In constituenda vera lectione primorum hujus cap. verborum, minus a recepta lectione abit conjectura Perizonii, quam Gronovii, quæ mox sequetur. Prior enim *tum*, non, ut errore operarum excudebatur, *tam*, legit pro *jam;* quas voces alibi etiam commutari videbimus ad XXXVII. 45. § 3. Deinde *audirentur*, ut Mogunt. ex cod. ediderunt, quod Froben. 1531. mutarat in *audirent*, revocat. Tum *majores*, una voce in duas divisa, mutat in *major res*, quomodo etiam Rhenanus *certiores* in *certior res* XXIX. 6. § 13. Denique pro *his* substituit *magis.* Alter vero primo *audirent* contra fidem priorum edd. servat. Hinc verba *quod ad Antiochum attineret* post sequentia *maturanda his* trajicit. Tandem integram vocem *dilato*, cui nullum in Msto præsidium est, de suo inserit. His adde ita servandum esse *majores* pro *seniores;* de quo vide Perizon. Vulgatum tamen mutare non ausus satis habui hic palam ostendisse, quid præstare censeam.

Digitized by Google

§ 2 *Quod ad Antiochum adtineret, maturanda*] Videtur fuisse *audirent majores, mat. his* (*quod ad Ant. attineret, quum rex quacumque de caussa in Syriam concessisset, dilato*) *de tyranno cons. visa est.* J. F. Gron. Doujatius, verbis quatuor prioribus, *quod ad Antiochum adtineret*, deletis, clariorem fore sententiam existimat: minus etiam probabile esse putat, Livium, qui mirus variandi artifex est, bis intra alterum vel tertium versum eadem loquendi forma usum, 'quod ad Antiochum adtineret,' et statim 'quod ad Nabin Lacedæmonium adtineret.' Nisi vero hæc verba deleantur, aliquid adjiciendum fore credit, ut 'differenda,' scilicet consultatio visa est; vel, quod etiam Gronovio in mentem venit, 'dilato,' scilicet eo quod ad Antiochum adtineret. Verum, admissa Perizonii conjectura, nihil adjiciendum erit; sed ad voces *major res* ex seq. revocandum est *visa est*: satis clara etiam loci sententia erit; et verba, quæ Doujatius contra fidem cod. unici ejicienda opinatur, sensui erunt necessaria. Denique Livium, licet mirum variandi artificem, non tantum singula verba, sed etiam integras locutiones, pancorum versuum ambitu iterasse, vidimus ad I. 3. § 9.

§ 3 *Faceret, quæ e republica censeret esse, permiserunt*] Scribendum *facere*. J. F. Gron. Nihil muto. XXIV. 14. 'Permissum ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse.' c. 16. 'Permisit, in publico epularentur omnes.' XXVII. 10. 'Permissum ab senatu iis quum esset, agerent, facerentque, ut e republica ducerent.' c. 22. 'Supplementum, quo opus esset, scriberent consules, permissum.' Sallust. Catil. c. 45. 'Cetera, ut facto opus sit, ita agant, permittit.' Interdum omissam vocalem *ut* in hac locutione Livius addidit; ut XXII. 37. 'Permissumque est, ut, si e republica censeret esse, in Africam trajiceret.' XXXII. 1. 'In supplementum ejus, quantum militum videretur, ut scriberet, ipsi permissum.' XXXV. 20. 'Consuli permissum, ut duas legiones scriberet novas.' XL. 26. 'Permissum, ut, qua irent, protinus milites subitarios scriberent.' A Gronovio se pariter dissentire, monuit etiam Dukerus.

§ 4 *Eam rem rati maturatam dilatamve non magni momenti ad summam rem populi Romani esse*] Sine caussa hic quoque mutata lectio: nam in Ms. sic est: *eam rem esse rati, quæ maturata dilatave non tam magni mom. ad summam rem pop. Rom. esset.* Gelen. Particulam *tam* utrum Gryphius an Curio prior addiderit, incertum mihi. Cætera sic Gelenius, arguens, qui Moguntiaci dederunt, *eam rem rati maturatam dilatamve non magni mom. ad summam rem pop. Rom. esse.* Vix est tamen, ut hoc prævaleat apud me, tamquam multo rotundius: etsi meminerim, quæ scripsi ad Senecam de Benef. VII. 24. sed et scripsisse Livium puto *ad summam rempublicam populi Romani*. Utramque formulam, et 'summa republica,' et 'respublica populi Romani' sæpius alibi Nostro reddidimus. Libro sequenti cap. 34. 'Versis itaque subito voluntatibus, facere, quod e republica populi Romani sociorumque esse crederet, permiserunt.' J. F. Gron. Gronovio inposuit Modiana ed. adnotationum Gelenii; qua vocalem *tam* in Gelenii emendatione omittente credidit, eam vel a Gryphio, vel a Curione additam esse: quum tamen priores edd. ea addita, ita, ut nunc edidi, exhibeant, et Frobenius an. 1535. ante Gryphium et Curionem ex mente Gelenii contextum Livii constituens, eamdem similiter receperit. Non igitur ex conjectura, sed ex Msto insertam, et genuinam atque ab ipsius Livii manu esse arbitror. *Non tam magni momenti*, id est, non admodum, non valde magni. IV. 20. 'Quod tam veteres annales cum T.

Digitized by Google

Quinctio Penno A. Cornelium Cossum consulem habeant:' ubi quædam dixi. VI. 18. 'Spem cepit, dum tam potentem haberet ducem, fœnoris expugnandi.' VII. 8. 'Neque, tam vires pares quæ superaverit res, facile dictu est.' X. 1. 'Vix credibile erat, tam adfectis rebus solos per se Æquos ad bellum coortos.' XXXIV. 11. 'Orat, ne se in rebus tam trepidis deserat.' XLV. 34. 'Ut mirum videri posset, inter tam opulentos reges Antiochum Ptolemæumque tantum legatorum Romanorum verba valuisse:' ubi particulam *tam* postea omissam ex fide primæ editionis revocavi. Eodem sensu τὸ *tam* etiam adverbiis jungitur. Infra l. XXXV. c. 8. 'Tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto.' Licet autem Gronovio daretur, rotundiorem esse lectionem a Gelenio ejectam, non ideo tamen eidem ex fide unici codicis substituta rejicienda foret. Quis enim præstabit, Livium, cujus lactea ubertas laudatur, concisa hac rotunditate ubique uti voluisse. Vide ad XXIII. 34. § 15. Locutio illa *is, qui* etiam apud Liv. obcurrit XXXIX. 40. 'Nec is tantum, cujus lingua vivo eo viguerit:' ubi alia vide. Adsentior tamen eidem Gronovio, legenti *ad summam rempublicam populi Romani*. Locutionem 'summa respublica' inlustrarunt Gronov. ad XXXVIII. 50. § 9. et viri docti ad Sueton. Cæsar. c. 28. locutionem vero 'respublica,' vel 'publicum populi Romani' idem Gronov. Obs. IV. 14. p. 224. Voces 'res' et 'respublica' sæpius inter se commutari, vidimus ad VIII. 31. § 2. præsertim sequente voce, quæ incipit a litera *p*. Vide ad XXIV. 22. § 17.

§ 7 *Marcescere otio tum queri civitatem eum*] Depravatius etiam hoc: id sic restitutum est: *marcescere otio situque civ. queri eum*. Gelen.

Et inertia operis, nec sine armorum sonitu excitari posse] Non incommode Rubenius *et inertia sopiri*. J. F. Gron. Docuit Doujatius, ut Livius hic *inertia operis* dixit, ita Cic. 'inertia laboris' dixisse pro Q. Roscio c. 8. 'Qui tantas et tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit.' Attamen *excitari*, quod sequitur, efficit, ut Rubenii conjectura non displiceat.

§ 8 *Per unum illum tam gesti, quam moti*] Paulo elegantius scriptum est in archetypo *non magis gesti, quam moti*. Gelen.

CAP. XLVI. § 2 *Nec accusator apud judices infensos deerat*] Ita demum Froben. edidit 1535. priores dederant *infestos:* quod si in alterum mutatum est præeunte unico codice, nihil habeo quod obponam. Sin, *infestos* loco movendi justam caussam non fuisse existimo. Quamvis enim sæpe 'infestus' et 'infensus' a scribis librariis commutentur, ut vidimus ad II. 46. § 7. non tamen illi ejecto passim hoc substituendi jus est; præsertim vero non hoc loco, ubi prior lectio commode servari potest. Supra II. 42. 'Eo infestior facta plebes seditione domestica bellum externum excivit.' IV. 54. 'Ex familia infestissima Patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos.' XXII. 36. 'M. Æmilium Paullum, infestum plebei, diu ac multum recusantem ad petitionem compellit.' XXIII. 2. 'Jam diu infestam senatui plebem ratus magnum ausuram facinus.' XLII. 22. 'Ne caussam diceret adverso senatu, infestiore populo.'

§ 3 *In tam potenti regno*] *Tam impotenti* legendum, ut alia minutiora hic dissimulem. *Gelen.* Prima syllaba intercepta erat a præced. vocula *tam* litera finali. Vide ad V. 27. § 6. 'Inpotens' eo sensu Livio frequens esse, docebimus ad XXXVIII. 48. § 1. In hac eadem voce similiter peccatum esse, vidimus ad XXX. 16. § 5.

§ 4 *Idem pro nihilo habuit*] Illud *Idem* plane ostendit hic aliqua deesse

Digitized by Google

verba: refert autem quæstorem: et neque causa dicitur, quare Hannibal prætor quæstorem ad se vocarit. *Glar.* Scribe *Id is pro nihilo habuit.* J. F. Gronov. Vel proxime vestigia vulgatæ lectionis *Is rem pro nihilo habuit.* Jac. Perizon.

§ 5 *Subductumque in concionem*] Utrum quia in loco superiore statutus est, an, ut alibi, *productumque?* J. F. Gron.

Præ quorum superbia atque opibus nec leges quidquam essent, nec magistratus] Ita Froben. vulgari curavit a. 1531. Priores ignorant præpositionem *præ*, quæ neque necessaria videtur. Si tamen ex Msto unico recepta est, exponam 'propter.' Vide ad VI. 39. § 1.

§ 7 *Ne quis biennium continuum judex esset*] Fortassis *neu quis.* XXIX. 2. 'Hortantur, orant milites, ut perculsos invadant, neu restitui aciem patiantur.' Cæsar B. Gall. II. 21. 'Milites non longiore oratione cohortatus, quam uti suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo.' Vel 'neve quis biennium.' Idem B. Civ. III. 92. 'Pompeius suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent, neve se loco moverent.' Paullo post *offenderat animos* magis convenit cum præcedenti *inierat*, quam *offendebat.* Duk.

§ 8 *Quo, bono publico, sibi proprias simultates irritavit*] Hæc lectio demum in Heinsii Elzevir. ed. adparuit. Omnes priores servarunt *quod bono publico;* quod revocavi.

Divisui principum quibusdam erant] Vide J. F. Gronov. ad IV. 56. et Jac. Gronov. ad I. 54. *Duk.*

§ 9 *Quæ in stipendium Romanis suo quoque anno penderetur*] Lege *suo quæque anno.* J. F. Gron. Vide ad III. 22. § 6. X. 6. § 7. et XXV. 17. § 5. Adde viros doctos ad Velleium Paterc. II. 113. § 3. et ad Colum. XI. 3. in princ.

CAP. XLVII. § 1 *Quid eorum ordinati reipublicæ usus consumerent*] Parum videri non debet, quod *ordinarii reipublicæ usus* depravavit, nescio quis, in *ordinati.* Gelen.

Quantum peculatus averteret] Vide Gronov. Obs. IV. 5. *Duk.* Perperam repetitis duabus ultimis τοῦ *averteret* literis, *averteret, et omnibus* est in ed. Mog. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Τὸ *et* delevit Frob. 1531.

§ 3 *Quos paverat per aliquot annos publicus peculatus*] Hæc lectio per Froben. a. 1535. inducta est; ea ed. priores, et nominatim Mogunt. *paverunt publici peculatus.* Mox *non furtorum manibus extortis* Mogunt. et aliæ: *non furtis ex manibus extortis* Frob. 1531. qui quadriennio postea id dedit, quod nunc vulgo exstat.

§ 4 *Quia parum ex dignitate sua ducebat*] Antea edebatur *quia parum expugnantes se ducebat.* Emendatum est deinde *ex dignitate sua.* Quam emendationem non probat Paulus Manutius. Verum ita legendum esse asserit, *quia parum ex P. R. dignitate esse ducebat.* Qua lectione nihil potest esse præstantius. Ita XXX. 23. 'Non videri sibi satis ex dignitate populi Romani esse.' *Sigon.* Livius V. 4. 'Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani.' XXI. 19. 'Denunciatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est.' XXVIII. 44. 'Ad dignitatem populi Romani pertinebat.' Lib. XXIX. c. 11. 'Ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras.' XXXIV. 57. 'Quæ ex dignitate atque utilitate populi Romani responderi possent.' Cæsar Gall. IV. 17. 'Neque suæ, neque populi Romani dignitatis esse statuebat.' Edit. est Frob. a. 1531. quæ dedit *quia parum ex dignitate sua ducebat.* Crevierius legendum conjicit *qui parum.*

Subscribere odiis accusationibusque Hannibalis] Forte *accusatorum;* aut *accusantium Hannibalem.* J. F. Gron. Nihil muto: 'accusatio Hannibalis'

Digitized by Google

passive accipi debet illa, quæ Hannibali intentatur. Vide ad XL. 2. § 2.

§ 5 *Calumniam in eum jurarent*] Apud antiquos erat solenne jusjurandum de calumnia, quod accusator præstare solebat, se non calumniæ nec vexandi causa accusationem suscepisse. Hujus mentio est in Digestis, et apud Asconium in Orat. pro Cornelio, ubi 'per calumniam jurarem' scribitur male. *H. Valesius.* Vide Sigon. de Judic. II. 10.

§ 10 *Obversatus eo die in foro*] Vide Gronov. Observ. III. 24. *Duk.*

CAP. XLVIII. § 1 *Nocte via cita regionem quamdam agri Vocani transgressus*] Per 'viam citam,' si nihil hic vitii sit, Crevier. intelligit maturatum iter. Moguntim editum est *visa cita:* ab Aldo *vi accita.* Pro quo Frob. 1531. *via cita* subposuit. Quis sit 'ager Vocanus,' se non intelligere, Glareanus ad verba seqq. fatetur: neque mihi notior est. Alibi ejus mentionem non invenio. Oppidum 'Vacca,' unde 'agri Vaccani' emendandum videri posset, memoratur Hirtio in B. Afr. c. 74. Verum, quamvis Vacca eodem itinere inter Karthaginem et turrim Hannibalis sita sit, forte tamen longius a Karthagine abfuit, quam ut vespera inde profectus ejus agrum proxima nocte transgrederetur. Doujatius legendum existimat *agri Volani* a *Vol* loco in Africa propria non procul Tunete, quem memorat Ptolem. IV. 3. Paullo ante *quo in loco fuerunt* Mogunt. *quo in loco fuerant* Frob. 1535. *quo in loco jussi erant* Vascos. quam lectionem recentiores probarunt.

Postero die mane inter..Ancillam Thapsumque] *Mane*, non *mare*, legendum, et *Acyllam*, non *Ancillam:* cujus oppidi meminit Hirtius de Bell. Civ. V. [Bell. Afr. cap. 33.] Ptolem. IV. 3. ac Strabo XVII. 831. 'Achollam' vocant prope Thapsum. Quidam pro 'Acylla' satis temere 'Adrumetum' contra exemplariorum fidem reposuerunt, cum Ruspina et Leptis parva media sint urbes. 'Suam' autem 'turrim' quid sit, haud equidem intelligo, sicut nec, qui præcedit, 'Vocanum agrum.' *Glar.* Ptolemæus, Strabo, Stephanus maxime inter se consensu hoc oppidum Ἀχόλλαν vocant. Quare et ipse *Achollam* legendum censeo. *Sigon.* Vide Cellar. Geogr. Ant. IV. 4. 89. *Inter ancillam Tapsum* Mog. *inter Adrumetum et Tapsum* Frob. 1531. *inter Acyllam et Thapsum* Vascos. *inter Achollam et Thapsum* Sigon. in nulla ed. *Thapsumque*, ut notis Glareani præscribitur, inveni. *Thapsum* cum adspiratione scribendum, vidimus ad XXIX. 30. § 5.

Ad suam turrim pervenit] Justinus *suburbanum* vocat XXXI. 2. 'Appropinquante vespere equum conscendit, et suburbanum, quod prope littus habebat, ignaris servis jussisque ad portam divertentem opperiri, contendit.' *Sigon.* Plinius II. 71. 'In Africa Hispaniisque turrium Annibalis, in Asia vero propter piraticos terrores simili specularum præsidio excitato.' *J. F. Gron.* Quod Justinus 'rus urbanum,' Livius 'turrim' vocat, id est prædium, ut putat Surita ad Antonini Itiner. p. 34. ed. Amstel. Nam veteres in prædiis solebant struere turres, sive ornatus, sive munimenti, sive voluptatis, ut ex iis prospectum ad circumjecta loca caperent, causa. Seneca Epist. 86. de villa Africani majoris: 'Vidi villam structam lapide quadrato, murum circumdatum silvæ, turres quoque in propugnaculum villæ utrimque subrectas.' Celsus l. 18. § 2. D. de Acquir. vel Amitt. Possess. 'Si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonstret, vacuamque se possessionem tradere dicat.' De turri Timonis est in Pausan. I. 30. Eam ille apud Lucian. pag. 135. ed. Amst. se in agro, in quo thesaurum

Digitized by Google

invenerat, ædificaturum dicit, simul certioris custodiæ thesauri causa, et ut solus vitam in ea ageret. In domibus urbium quoque turres in altum eductas memorant veteres, de quo vide Broekh. ad Tibull. I. 8. 19. Ad alterutrum genus videtur referri posse, quod in Evangelico Lucæ XIV. 28. scriptum est, de ratione sumtuum antea ineunda ab eo, qui turrim ædificaturus est, quam opus aggrediatur. Turrium in vineis, quarum mentio est in libris sacris Matth. XXI. 33. et alibi, fortassis etiam usus fuit ad colligendos adservandosque fructus et instrumentum vineæ. *Duk.* 'Turrim Hannibalis' rus suburbanum interpretatur Heinreich in Karthag. l. II. sect. 1. c. 8. p. 264.

§ 2 *Sæpius patres, quam suorum eventus miseratus*] Immo *quam suos.* J. F. Gron. Ita et Rollinus legebat, nulla Gronovii mentione facta, in Hist. Ancienne des Carthaginois tom. I. pag. 398. Eamdem conjecturam Clericus in contextum recepit: qua iterum ejecta, veterem lectionem revocavi, non quod eam veram esse existimem, (contra mendosam esse consentio) sed quod dubium sit, quidnam ejus loco Livius reliquerit. Non modo enim legi posset *suorum eventuum misertus*, quemadmodum ipse Clericus vidit, verum etiam *suorum eventuum miseritus:* vide ad V. 45. § 4. vel, quod proxime ad vulgatum accedit, *suorum eventuum miseratus.* Τῷ *miserari* enim etiam casum secundum jungi, quamvis id negare videatur Servius ad Virg. Æn. I. 597. constare potest ex illis quæ notantur ad Silii XI. 381. et Jac. Gronov. ad Minuc. Fel. cap. 8. Paullo ante *ita Lucius Africa Hannibal excessit* ed. Mogunt. ex unico cod. *excepit navis Italica. Africa Hannibal excessit* Aldus. Cujus loco Id, quod nunc vulgo exstat, Froben. 1535. substituit.

§ 3 *Naves aliquot Pœni onerarias cum mercibus invenissent*] Et hoc a Gryphio, an Curione accepimus. Pessime mediusfidius, quum rectius et apertius nihil sit prius vulgato: *ubi quum in portu naves aliquot on. cum mercibus invenisset.* Ipse scilicet Annibal. *J. F. Gronov.* Lectio, quam Gronov. damnavit, neque Gryphio, neque Curioni, sed Frobenio accepta ferenda est, qui eam a. 1535. recepit. Mox § seq. *Tapsum aut Adrumetum nunciaret* Mogunt. unde Frob. ansa data videtur supra etiam § 1. *inter Adrumetum et Tapsum* edendi. *Thapsum aut Acyllam nunciaret* Vascos. ex mente Glareani dedit. *Thapsum aut Achollam nunciaret* Sigonius.

§ 5 *Vela cum antennis et navibus corrogari*] Desperatum hoc. Cogitabam tamen *et malis collocari.* l. XXX. c. 10. 'Malis antennisque de nave in navem trajectis.' Nisi tamen hujusmodi aliquid deest, *et vela cum antennis et malis remisque prompta e navibus collocari.* J. F. Gronov. Verum ad hunc usum, ad umbram sc. faciendam in litore, non videtur mihi quidem malis opus fuisse, nedum remis: sufficiebant vela cum antennis. Opus erat antennis, ut vela ad eas panderentur et tenderentur. Putem itaque scripsisse Livium, *et vela cum antennis ex navibus corrogari.* Hoc sensu: jussit vela cum antennis corrogari, i. e. colligi, ex navibus. Levis est hæc mutatio pro *et* posito *ex.* Lamb. Bos, Specim. Animadv. in Script. Latin. Lectio, quæ viris doctis recte displicuit, primum adparuit in ed. postrema Gruteri, sed sine dubio operarum errore, quia ea recepta sensus idoneus ex verbis Livii colligi nequit; et tamen eam servarunt Dan. Heinsius apud Elzevirios, Blavius, Gronovii, Hearnius, et Londinensis 1722. Antea constanter edebatur *ex navibus corrogari*, quod omnino verum est, et viris doctis etiam sponte in mentem venit. Primus Livii sensum vidit Doujatius, et docuit eum velle, Hannibalem, ne qua navis nocte proficis-

Digitized by Google

ceretur, ' corrogasse ' id est petiisse, ' ex ' cunctis simul ' navibus vela et antennas : ' usum etiam verbi ' corrogare ' inlustravit ex Cic. ad Att. ep. III. 90. et ad Herenn. I. IV. quorum locorum prior exstat potius Orat. in Ant. III. 8. alter ad Herenn. IV. 51. In contextu tamen vitiosæ lectioni locum dedit. Mox Cleric. 1710. Livium edens *ex navibus* legendum docuit, et ita recepit. Hinc Bossius quinquennio postea eamdem lectionem ex ingenio Livio restituendam docuit, et tandem Crevier. etiam Clerici conjecturam probavit. Ante omnes etiam ampliss. Cuperus *e navibus* emendavit ad marginem editionis, qua uti solebat. At nemo eorum antiquiores edd. consuluit, ex quibus partim de vera Livii manu constitisset, partim se recte conjecisse vidissent. Verbo autem ' conrogare ' utitur Liv. XXXIX. 22. ' Tum conlatas ei pecunias, conrogatosque per Asiam artifices : ' ita plures exhibent codd. non, ut nunc editur, *congregatosque :* et XLIII. 9. ' Auxilia ab sociis conrogando ad octo millia hominum vario genere armavit.'

§ 6 *Quantum res et tempus patiebatur*] Hæc lectio auctorem habet Frobenium, qui ita a. 1535. edi curavit. Mogunt. Aldus, et reliqui priores præferunt *patiebantur :* quod cur displiceat, non video. Vide ad I. 31. § 7. et V. 8. § 13.

§ 7 *Quum primum fallendi eos tempus habuit*] Ita primum editum vidi Lugduni 1553. hinc biennio postea Basil. tum Paris. 1573. inde vero apud omnes recentiores. Mogunt. aliique antiquiores *quam primum fallendi :* quod revocavi.

§ 8 *Id quod serum erat*] Lege *id quod quæsitum erat.* J. F. Gron. Conjecturam hanc damnare nolo. Potest tamen commode vulgatum servari, ut Livius indicare voluerit, sero demum et multa jam luce surrexisse eos, qui convivio interfuerunt, quia convivium multo vino in serum noctis productum fuerat. Vide etiam an mox *velis in naves collocandis*, pro *remis*, legendum sit.

§ 10 *Et, ut non comparere eum*] Vocalem primam *et*, quam Mogunt. ignorant, primus addidit Aldus. An, trajectis particulis, legendum, *Karth. ut mult., adsuetæ domum Hann. freq., conc. ad vest. ædium est factus, et non comparere eum vulgatum est?*

§ 11 *Variosque vultus cerneres, ut in civitate aliorum alias partes foventium, factionibus*] *Foventium et factionibus* Mogunt. Sed conjunctionem jam Aldus expunxit. Crevierius hic vocem *plena*, vel *distracta* deesse opinatur, ut sit in civitate distracta factionibus aliorum alias partes foventium.

CAP. XLIX. § 2 *Bellum toto orbe terrarum consciisset*] Lectionem hanc, quam servant Mog. Ald. ejusque traduces, tantum non placuisse videtur Gronov. ad Livii XXI. 8. § 7. sed *concisset* substituit Frob. 1531. quod iterum omnes editores probarunt usque ad Gruter. cujus ultima ἔκδοσις exhibet prius *conscisset ;* ejus loco Crevier. *concisset* revocavit ; quod sibi etiam placere Duker. indicavit. Et recte : *conscisset* enim non potest esse declinatum a verbo ' conscire,' quidquid dicat Gronov. loc. laud. sed a verbo ' consciscere.' At ' consciscere bellum ' dicitur, qui bellum decernenti consentit. Vide ad X. 18. § 2. Id autem hic sensus respuit, qui indicat Hannibalem haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum concitasset Romanis ; id autem est *concisset.* Ita X. 18. ' Romanis in Etruria iterum bellum ingens multis ex gentibus concitur.' XXIX. 1. ' Eadem æstate in Hispania coortum ingens bellum, conciente Ilergete Indibili.' Solent autem voces ' concivi ' et ' conscivi ' in Mss. commutari. Vide ad X. 18. § 2. Adde ad XXV. 19. § 13. et XXIX. 36. § 12.

§ 3 *Ne his debere impune esse*] Quid

Digitized by Google

referat illud *his*, obscurum est. Ego aliqua verba deesse puto. *Glar.* Nihil huic loco deest: *his* intellige, Annibali et nunciis ab eo ad Antiochum profectis. Ejusmodi autem dicendi genere usus est XLIV. 36. 'Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam:' pro *ne his quidem*. Sigonius. Corruptum. Numquid, *id his debere impune esse?* An *Pœnis debere?* ut deleatur mox, tamquam ab interprete sumptum, *Carthaginienses*. J. F. Gron. Etiam conjici potest *Civibus debere impune esse*. Sed cum omnibus conjecturis deest aliquid, puta 'dixerunt,' aut aliud ejusdem potestatis: quod in hujus generis orationibus non insuitatum est Livio. Ita XXX. 42. 'Qui quum varia oratione usus esset, nunc purgando crimina, nunc quædam fatendo, &c. Si se atque Hannonem audissent Carthaginienses, et tempore uti voluissent.' Et XXXI. 3. 'Ad quem quum M. Aurelius legatus venisset, edocuissetque eum, quantum navium numerum comparasset rex, &c. majore conatu Romanis id capessendum bellum esse.' *Dukerus*. Clericus legebat *Nec id debere*, aut *Nec hoc debere:* prius etiam Crevier. in mentem venit. Locum lacerum ac fractum puto, licet, *ne* pro 'ne quidem' poni, ut Sigonius censet, confiteor. Vide ad XLIV. 36. § 9. Ejus tamen expositio si placet, τὸ *si*, quod sequitur, positum erit pro 'etsi.' Vide Hotom. ad Cic. pro Rosc. Am. c. 43. Divin. in Cæcil. cap. 2. et Græv. ad Cic. ad Fam. XII. 2. Eodem sensu 'non si' inlustramus ad v. 51. § 1. 'Si non' ad lib. XXXIX. cap. 37. § 14.

§ 5 *Exceptusque a conditoribus*] Ita Froben. 1535. vulgari curavit. Priores copulativa abjecta præferunt *exceptus a conditoribus*.

§ 6 *Quum audisset, filium ejus solemne ludorum ad Dapinen celebrantem convenisset, comiter, &c.*] Hoc iidem recte emendarunt *ad Daphnen*. Est autem urbs XL. stadiis ab Antiochia distans ad Orontem fluvium, ut author est Strabo XVI. 750. qui p. 749. ideo eam Antiochiam ἐπὶ Δάφνῃ vocatam ait. Plinius item v. 30. 'Intus ipsa,' inquit, 'Antiochia libera, Epidaphne cognominata.' Hæc velut levi brachio, sed non absque tædio tamen, in hoc fragmentum annotare placuit, quamquam id vehementer optamus, tam pure aliquando prodeat vel totus Livius, vel hic liber, ut his meis conjecturis non sit opus. At ita habent literarum negotia, ut nulla doctorum, quamvis sedula ac diligens, opera satis sit vel uni corruptori. Adeo in errores prona est humana imbecillitas. *Glar.* Videtur requiri vox forte absumpta ob similitudinem vocis præced. vel *quum convenisset*. Gruter. Legendum apparet *convenit, et comiter ab eo*. Jac. Gron. Clericus, copula alio loco interposita, ex ultimis literis vocis præced. duplicatis edi curavit *quum audivisset, et filium ejus sollemne ludorum ad Daphnen celebrantem convenisset: comiter ab eo;* neque hujus mutationis lectorem in notis certiorem fecit. Emendationem ejus probavit Crevierius. Mihi Gronoviana conjectura præstare videtur. Ceterum *Dapinnen* ed. Mog. pro quo Froben. 1531. *Daphnen* vulgavit.

§ 8 *Ætoli quoque eodem tempore alienati ab societate Romana et Aminander: quorum legatos*] In Moguntino legitur *Ætolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt: quorum, &c.* Gelen. Ultima Gruteri ed. dedit *quoniam legatos:* quod posteriores edd. inconsiderate servarunt. Priorem lectionem *quorum legatos* revocavi.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER XXXIV.

Cap. I. § 1 *Aut vixdum finitorum*] *Hauddum vix finitorum* Mead. 1. et Gaertn. Male. De voce *vixdum* vide ad XXXII. 28. § 4. Solent autem 'haud' et 'aut' commutari. Vide ad XXVIII. 2. § 11.

§ 3 *Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis*] Ed. Moguntinensis CIↃIↃXIX. refert, *Tulerant eam M. Oppius et T. Romuleus tribuni plebis*: eamque lectionem probasse videtur Aymarus Rivallius jurisconsultus Allobrox. contra quem merito cum vulgata passim lectione faciunt Antonius Augustinus, et F. Hotomannus, jurisconsulti nobiles. Ceterum lata hæc fuit ab Oppio lex 'in medio,' ut ait, 'ardore belli Punici' secundi, hoc est, a. IↃXL. Vide Tacitum Ann. III. 33. et 34. et Valerium Max. IX. 1. *Modius.* Ed. antiq. *Tulerant eam M. Oppius et T. Romuleius tribuni plebis*; quod damnat cum Ant. Augustino Fr. Modius. *Gebh.* Eadem lectio, vel similes haud multum inde diversæ exstant in plerisque Mss. meis, et omnibus excusis usque ad Aldum, qui ex codicis Moguntini excerptis, quæ ad calcem ed. Moguntinæ subjecta sunt, primus vulgatum recepit. Paullo ante etiam § præc. quidam codd. *et L. Valerius T. Romuleius plebei.* Sed passim librarios ita peccasse vidimus ad XXXI. 6. § 4.

Q. *Fabio, T. Sempronio consulibus*] *Ti. Sempronio*, ut supra. *Sigon.* Vide eumdem Sigonium ad XXII. 57. § 9. Passim librarii prænomina T. et Ti. sive *Titus* et *Tiberius*, in Mss. commutarunt. Vide ad XL. 44. § 12. Ceterum Ti. Sempronius bis consul fuit, primum a. IↃXXXVIII. cum Q. Fabio, illo Cunctatore; iterum a. IↃXL. cum Q. Fabio, Cunctatoris filio. Ad utrum autem consulatum ejus lex Oppia referenda sit, dubitari posse existimat Crevier. Verum quum infra cap. VIII. tradat Livius, anno vigesimo post abrogatam esse legem Oppiam, quam lata fuerat, et M. Porcius Cato ac L. Valerius Flaccus, in quorum consulatu abrogata est, consules fuerint a. IↃLVIII. patet, secundum Livium latam fuisse IↃXXXVIII. in primo Ti. Sempronii consulatu, et male Modium ad verba præcedd. latam existimasse a. IↃXL.

Ne qua mulier plus semuncia auri haberet] Secus nobis tradidit Livius XXVI. 36, Consulibus enim M. Marcello IV. ac Valerio Levino II. ubi privati conferunt pecuniam, uxori filiæve singulæ unciæ auri relinquebantur, et pondo argenti. Hic autem non licuit plus semuncia auri ullam habere mulierem, lege Oppia. De qua lege ne unum quidem verbum fecisse Livium lib. XXIII. quando Q. Fabius suffectus Posthumio cum Sempronio fuit consul, anno quarto ejus belli, admodum miror. Quare videat lector, uter ex altero locus sit emendandus. Deinde utrum Livium memoria lapsum, an diversos utroque in loco secutum authores (ut fit sæpe) credamus. *Glar.* De difficultate hac a Glareano mota vide ad XXVI. 36. § 6. Præterea *plus semiuncia uncia auri* Lovel. 1. *plus semiuncia auri* Lovel. 2. 3. Harl. et Mead, uterque. Vide ad VII. 27. § 3. Utroque modo 'semiuncia' et 'semuncia'

Digitized by Google

in Mss. obcurrere, vidimus ad XXVII. 1. § 15. Insuper *plus semionciam auri* Gaertn. *plus semiunciam auri* Voss. et Lov. 4. ac 6. *plus semunciam auri* Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. quam scripturam recepi. Vide ad XLI. 12. § 8.

Neu vestimento versicolori uteretur, neu juncto vehiculo] Hoc esse, quod Græci dicunt ἀνθινὸν ἱμάτιον, docent Casaub. ad Athen. VII. 6. et Salmas. ad Vopisc. Aurel. c. 46. ex cujus sententia 'versicolor vestimentum' idem est, quod varium, id est, quod varios colores simul intextos habet. Ita Eugraph. ad Terentii Eun. IV. 4. 16. 'variam' vestem eunuchi 'versicolorem' dicit. Casaub. l. d. scribit, versicolores vestes olim luxuriosis et impudicis proprias fuisse, atque ideo lege Oppia cautum, 'ne qua mulier vestimento versicolori uteretur.' Sane, apud Græcos quosdam non nisi meretrices ἀνθινὰ gestasse, ex Athen. XII. 4. Suida in voce Ἑταιρῶν et Ξάλευκες, aliisque ostendit Petitus in Legib. Att. lib. VI. tit. 5. p. 476. Sed alia videtur Oppio fuisse causa mulieribus interdicendi vestē versicolori; hæc nimirum, ne mulieres in miseria et inopia civitatis, per quam omnium privatorum pecuniæ in usum publicum, quod Valerius tribunus plebis cap. VI. dicit, vertendæ erant, pecuniam in vestes, quæ aliis pretiosiores erant, effunderent: a quo luxu quum sibi, ne in publica quidem inopia, temperare non possent, Oppius eum lege prohibendum putavit. Res ipsa ostendit, aliter Græcos, aliter Romanos de mulieribus, quas versicolori vestimento utebantur, sensisse. Nam si Romani versicoloria honestis fœminis non convenire existimassent, nec matronæ sibi unum eorum reddi petiissent, nec tribunos plebis adjutores ad eum recuperandum nactæ fuissent, nec Cato hoc argumento ad impugnandam legem, qua Oppia abrogabatur, uti neglexisset. *Duk. Ne vestimento*, et *ne juncto* Voss. et Lov. 3. ac 6. *ne juncto* etiam Lov. 1. Solent passim *neu* et *ne* a librariis commutari. Vide h. l. cap. 35. § 9. Tum *versi coloris* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *aurei coloris* Hearnii L. 1. Male. 'Vestis versicolor' memoratur etiam VII. 10. Hic vero intelligi videtur vestimentum purpureum ex cap. 7. 'juncto vehiculo,' ut XLII. 65. 'Juncta vehicula mille admodum capiuntur.' Vell. Pat. II. 114. 'Erat desiderantibus paratum junctum vehiculum.' Vide Gronov. Diatr. Stat. cap. 9. Plene Cic. dixit 'rheda equis juncta' ad Att. VI. 1. circa fin.

Nisi sacrorum publicorum causa] Vide Lips. ad Tac. Ann. XII. 42. et Spanh. de Præst. et Usu Numism. dissert. 11. p. 278. *Duker.* Τὸ *nisi* exsulat a Voss. et Lov. 1. *publicorum* a Lov. 3. § 4 *M. et P. Junii Bruti tribuni plebis*] Ed. Moguntina *M. et P. Junii Bruti*. Modius. Non ferendum, quod habetur in Pall. et prisca ed. *Marcus et Titus Junius et Brutus tribuni plebis*. Gebh. *Publium Junium Brutum* ædilem curulem memorat Livius XXXV. 41. a. IDLXI. prætorem XXXVI. 45. et XXXVII. 2. a. IDLXIII. proprætorem ibid. capp. 50. et 57. a. IDLXIV. Sed Pighius ad omnes hos annos *D.* non *P. Junium* habet: quod, etsi dissentire videntur Mss. tamen consideratione dignum est: nam prænomen 'Decimus' in gente Junia usitatissimum fuit, 'Publius' admodum rarum: nec adhuc usquam id inveni, nisi in Cic. Verr. lib. I. capp. 50. et 58. quibus locis nullam quidem discrepantiam scripturæ adnotavit Græv ius, sed tamen dubito, an itidem scribendum sit *D. Junius*. Duk. *M. et T. Junius Brutus Titus Romulens plebei* Lov. 1. *Marcus et Titus Junius Brutius Titus Romulens plebei* Voss. et Lov. 6. nisi quod ultimus ignoret τὸ *et*. *Marchus et Titus Junius Brutus Romuleus plebei* Hearnii L. 1. *Marcus Ti-*

Digitized by Google

tus et Junius Brutus tribuni plebis Mead. 1. a quo non aliter dissentiunt Lov. 2. et Mead. 2. quam quod ille *M. Titius*, hic *Brutius* legant. Similes fere lectiones præferunt reliqui mei, et Hearnii codd. ut et primæ edd. Ea, quæ nunc vulgo exstat, lectio debetur editioni Mog. Eorum alterum pro *P. Junio Bruto* passim Pighius in Ann. vocavit *D. Junium Brutum*; quem vide ad a. IDLIII. p. 244. Verum in omnibus locis Livii, quæ Dakerus laudavit, constanter ei 'Publii' prænomen vindicant Mss. id tamen in gente Junia rarissimum esse confiteor.

§ 5 *Matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio*] *Matronæ nullæ nec auct.* Lov. 1. *Matronæ ullæ nec auctoritate* Lov. 6. Male. XXXV. 10. 'Nihil nec petierat a populo, nec adeptus erat.' c. 48. 'Quas gentes nullæ unquam nec arte, nec virtute navali æquassent:' ubi unus etiam *ullæ*. c. 50. 'Nulla enim nec disceptatio, nec dubitatio fuit.' XXXVII. 6. 'Nihil enim nec legatione Atheniensium, nec placido Africani responso profectum videbant.' XXXVIII. 53. 'Nullum' bellum 'neque majus, neque periculosius Romani gessere.' Vide etiam ad IV. 7. § 5. Mox *descendentes in forum* Lov. 3. quam locutionem probam esse, docui ad III. 48. § 2. Sed nec alterum, quod in omnibus reliquis superest, propterea repudiandum. Similiter enim loquitur etiam XXIV. 7. 'Qua descendere ad forum rex solebat.' Insuper *privata hominum fortuna*, pro *omnium*, Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Vide ad III. 54. § 6.

§ 6 *Nam etiam ex oppidis conciliabulisque convenichant*] Vet. lib. *convenerant*. Sigon. Probandum potius, quod comparet in Pall. et antiq. ed. ac Sigonius indicavit *convenerant*. *Gelen.* Similiter omnes mei, et edd. priscæ. Alterum in cod. Mog. esse, Casbachius in ejus excerptis docuit; quod Aldus adoptavit. Et recte. Non enim frequentia mulierum in dies augebatur, quia ex oppidis conciliabulisque jam *convenerant*, sed subinde *conveniebant*. Scripturam igitur, male a Sigonio primum, tum Gronovio, et deinde recentioribus omnibus repudiatam, revocavi.

§ 7 *Alterum utique consulem*] *Consulum* Lov. 2. 4. et Harl. Vide ad IX. 33. § 3.

Pro lege, quæ abrogabatur] Vet. lib. *pro lege, ne abrogaretur*. Quod placet. Citat enim Priscianus hanc orationem cum hoc indice: 'Cato in Oratione, 'Ne lex Oppia abrogetur.'' Item alibi III. 602. 'Cato Nepos de actionibus ad populum, 'Ne lex sua abrogaretur.'' Item alibi IX. 863. 'Æmilius Porcina in oratione, 'Uti lex Æmilia abrogetur.'' Festus voce 'Roget:' 'Cato in dissuasione, 'Ne lex Bebia derogaretur.'' *Sigon. Ne abrogaretur* videtur primus reposuisse Sigonius: nam et alii, de quibus nobis compertum est, vetustiores libri, et Moguntinæ longe vetustissimæ membranæ, cususque ibidem quo diximus anno Livius præferunt, *pro lege, quæ abrogabatur, ita disseruit*. Modius. *Quæ abrogabatur* Mss. non, ut plerumque edd. et fecit Sigonius *ne abrogaretur*. Neque aliter in concione Valerii cap. 6. 'Ex utro tandem genere ea lex esse videtur, quam abrogamus.' Latinius immo est, et hoc verbo non mode eventus effectusque, sed etiam intentio et præsumtus finis actionis susceptæ significatur. Lib. XXI. c. 63. 'Memori veterum certaminum cum Patribus, quæ tribunus plebis, et quæ postea consul, prius de consulatu, qui abrogabatur, deis de triumpho habuerat.' Quem tamen consulatum invitis Patribus ille gessit. Cic. Att. VII. 23. 'Mutavi consilium de mulieribus, quas, ut scripseram, ad te Romam remittebam:' id est, in eo eram, ut remitterem. Rursus Livius XXXII. 22. 'Minis pervicit,

Digitized by Google

ut postero die conjungeret iis se qui referebant:' hoc est, referendum censebant; vel, referre gestiebant. *J. F. Gron.* Sigonio consentit Harl. idemque pro varia lectione est in margine Voss. *pro lege, quæ abrogaretur* Lov. 1. Reliqui mei, omnesque Hearnii stant cum Gronovio, qui recte vulgatum exposuit, et contra Sigonium defendit. Plura vide ad I. 23. § 6. XXV. 33. § 5. XXVII. 25. § 3. Epit. Liv. l. XLIX. Goes. ad Suet. Cæs. cap. 15. Græv. ad Cic. ad Att. X. 5. et Burm. ad Lucan. III. 597.

CAP. II. § 1 *Si in sua quisque nostrum matrefamilias, Quirites*] Libri omnes nostri *matrefamiliæ*. Gebh. *Matrefamilias* in prima reperio Tarvisina. Romæ Andreas et ex eo Mediolani dederunt *matrefamiliæ*. Neque aliter scripti, et sic maluerant interdum. Infra cap. 7. iidem: 'Matremfamiliæ tuam purpureum amiculum habere non sines.' l. VIII. c. 22. omnes libri, 'quod eum die dicta ab ædilibus crimine stupratæ matrisfamiliæ absolvisset.' Similiter XXXIX. 53. scripti et eædem primæ edd. 'hunc tamen justa matrefamiliæ, illum pellice ortum esse.' Et hoc primum Tarvisii mutatum video. M. Seneca Controv. I. 1. 'Quamvis filiusfamiliæ sim, licet mihi et stipem porrigere mendico, et humum cadaveri.' Idem Præfat. 5. 'Dixit enim, Nunquam audivi patremfamiliæ disertiorem. Erat cum patremfamiliæ præferret, oratorem subduceret:' sic in tribus scriptis inveni. *J. F. Gron. Matre familiæ* etiam Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. Camp. 1472. ac Parm. Supra I. 45. 'Bos in Sabinis nata quidam patri familiæ dicitur.' II. 36. 'Servum quidam pater familiæ sub furca cæsum medio egerat circo.' V. 30. 'Ut agri Veientani septena jugera plebi dividerentur; nec patribus familiæ tantum.' Et ita semper optimæ membranæ Sangermen. scriptum præferunt in Colum. Ut I. 2. § 1. 'Diligentem patrem familiæ decet.' c. 3. § 4. 'Servos quoque, qui secuturi patrem familiæ sunt.' c. 4. § 3. 'Industrii patris familiæ est.' § 8. 'Optime pater familiæ debet habitare.' c. 7. § 6. 'In quos non est facilis excursus patris familiæ.' c. 8. § 14. 'Quem pater familiæ tali pœna multaverit.' III. 20. § 5. 'Diligentiam nisi per ipsum patrem familiæ exhiberi posse.' c. 21. § 4. 'Pater familiæ libentius ad spectaculum rei suæ descendit.' VII. 11. § 2. 'Quod pertinet ad religionem patris familiæ.' VIII. 11. § 9. 'Idque fieri maxime patris familiæ ratione conducit.' c. 16. § 6. 'Hunc etiam quæstum villaticum patris familiæ demonstrabimus.' IX. 1. § 6. 'Contentus tamen non debet esse diligens pater familiæ cibis.' c. 6. § 3. 'Pertinet ad utilitatem solius patris familiæ.' XI. 1. § 4. 'Cum etiam de patre familiæ prisci moris exemplum Cato dixerit:' et alibi. Quibus omnibus locis nunc *familias* editur. Vide enim Torren. ad Val. Max. VII. 3. 3. et Corte ad Plinii Ep. V. 19. § 2. Præterea *Quisque vestrum* Hearnii I. 1. Vide ad § seq.

§ 2 *Domi victa libertas nostra*] *Libertas vestra* Hearnii I. 1. sollemni scribarum errore, nato ex similitudine literarum *n* et *u* in scriptura Longobardica: per compendium enim *nra* et *ura* pro *nostra* et *vestra* scribi solet. Similiter etiam commutantur *nos* et *uos*. Si omnia, quæ in Mss. Livii obcurrunt, exempla laudare vellem, tædio forem. Vide quæ notavi ad Silii XI. 117. et Corte ad Plinii Ep. II. 18. § 4. Mox *singulas restituere non potuimus*, pro *sustinere*, Voss. et Lov. 6. a m. pr. *singulas non potuimus restringere* Lov. 1.

§ 3 *Conjuratione muliebri a stirpe sublatum esse*] Vet. lib. *ab stirpe*. Sigon. Ita et Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. 2. Vide ad IX. 34. § 19. *Tò esse* exsulat a Mead. 1. Paullo ante

Digitized by Google

dicebam esse, pro *ducebam*, legunt Voss. Lovel. 3. 5. 6. et Gaertn. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

§ 4 *Ab nullo genere non summum periculum est*] Vet. lib. *non æque summum*. Sigon. *Τὸ æque* perinde hic a Sigonio insertum est ex vet. ut ait, libro, quod æque tamen rursus tam a scriptis manu, quam typis monumentis nostris Moguntinensibus abest: et recte, meo judicio. Nescio enim quomodo ita erit similis locutio illi Terentianæ (in Adelph. II. 3. 1.) 'Abs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.' *Modius*. Emovetur a libris omnibus *τὸ æque* intrusum a Sigonio; quod tot librorum consensu ejeci. *Gebh.* *Τὸ æque* deest etiam in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. quorum auctoritate vocem a Sigonio insertam ejeci. Crevier. malebat *Ab nullo genere æque summum*, id est tam magnum, *periculum est*; supple, atque a mulieribus: ita enim melius sibi constare putat orationem, quum supra agatur de atroci facinore a feminis patrato; et magis decoram esse Catoni, non solum gravi, sed etiam truci oratori. Verum non tantum *æque* in paucissimis exstat codd. sed etiam omnes constanter tuentur negationem, quam sublatam cupit. *Sine summo periculo*, pro *summum periculum*, Lov. 2. 3. et Gaertn. Ceterum 'genus' hic non accipiendum cum Donjatio pro natione seu gente, ut barbari et inmites populi designentur, sed pro sexu. Ita paullo ante h. cap. 'Virorum omne genus.' Sic 'nullum genus non' est omnis sexus, non tantum virilis, sed et muliebris.

Atque ego vix statuere apud animum meum] In Pall. et antiq. ed. deficit *τὸ ego*. Gebh. *Τὸ ego* exsulat ab omnibus scriptis meis, et edd. usque ad Moguntinos, qui ex cod. sui auctoritate receperunt: cui etiam cedendum arbitror. De locutione 'statuere apud animum suum' vide ad v. 30. § 2. et ad XLII. 50. § 8.

§ 5 *Alterum ad vos, Quirites, magis pertinet*] Codex longe optimus Moguntinus exaratus manu *pertineret*, pro *pertinet*, refert. *Modius*. Omnes quidem codd. mei stant pro vulgato: et tamen Mog. Msti lectionem recepi, quam etiam Christius præstare existimabat. Forte scriptum fuerat *pertin'et*, id est *pertineret*; pro quo, evanescente compendii nota, datum est *pertinet*. Vide ad XL. 14. § 2.

Vestra existimatio est] Vir doctus ad Curtium [Freinsh. in Indice Curtii voce 'Æstimare:'] *æstimatio*. Et quamvis hoc fortasse quis toleret, inquit, ego interesse putem: eorum enim, qui in suffragium ibant, non 'existimationem' tantum, sed etiam 'judicium' fuisse: quæ duo longe separat Cicero pro Cluentio c. 29. Equidem non hic modo, sed et Verr. v. 68. et alibi, hæc duo separat: non tamen ut genera alia atque alia, sed ut gradus quosdam sub eodem genere: ita, ut judicium faciat aliquid amplius et plenius. Sed quum Cicero dicit 'existimare vere de omni causa:' 'ex quibus existimari de ingeniis potest:' 'ex eventu homines de tuo consilio existimaturos:' quod aliud hoc verbo vult intelligi, quam judicare? quum 'existimatorem doctum, intelligentem, acerrimum,' num quid aliud, quam judicem? Et sic Noster l. IX. c. 26. 'Qua de causa vos existimare, quam me pro magistratu quicquam incompertum dicere, melius.' XXII. 59. 'Utrum avarior, an crudelior sit, vix existimari potest.' Retineamus igitur et hic: tam hercle, quam apud Trogum XII. 6. 'In locum iræ successit existimatio:' ubi etiam subjecerunt nuper Musis non probantibus *æstimatio*. J. F. Gron. Freinshemius potuisset confirmare conjecturam ex Livio XXVI. 16. 'Quid magis ex republica duceret, æstimationem sibi permissam.' Sed recte censet Gronov. hic nihil mu-

Digitized by Google

tandum. Adde Perizon. Anim. Hist. c. 7. p. 280. *Duk. Vestra æstimatio est*, ut Freinsh. malebat, Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. Rom. princeps, Camp. Rom. 1472. ac Parm. *vestra extimatio est* Lov. 1. 2. 3. et Voss. Solent passim librarii 'existimare,' 'extimare,' et 'æstimare' in Mss. confundere. Vide ad III. 19. § 6. c. 63. § 9. c. 72. § 3. IV. 16. § 2. c. 30. § 3. V. 23. § 10. c. 25. § 8. VI. 26. § 2. c. 37. § 10. c. 39. § 10. VII. 21. § 8. c. 32. § 7. et innumeris aliis locis. Adde Casaub. ac Burm. aliosque ad Suet. Aug. capp. 3. et 35. Græv. ad Cic. ad Fam. IV. 5. Corte ad Sall. Jug. c. 14. § 14. et c. 20. § 4. et in Excurs. IV. ad Jugurth. § 4. ad Plinii Ep. III. 9. 30. IV. 9. 18. et 17. 3. Torren. ad Val. Max. I. 8. 7. II. 6. 8. et III. 7. ext. 1. Recte autem Gronov. vulgatum tuetur, et 'existimare' atque 'existimatio' pro judicare et judicatio poni docet. Livius IV. 15. 'Tumultuantem deinde multitudinem incerta existimatione facti ad concionem vocari jussit.' c. 20. 'Si in ea re sit error, &c. existimatio communis omnium est.' c. 41. 'Quanta prudentia rei bellicæ in C. Sempronio esset, non militis de imperatore existimationem esse:' ubi vide Gronov. XXXI. 48. 'Ubi coram disceptantes audissent, verius de caussa existimaturos esse.' Vide Gronov. ad Gellii I. 3. p. 43. Burm. ad Quinctil. Instit. V. 10. p. 404. Cortium ad Sall. Catil. c. 2. et Torren. ad Val. Max. VI. 5. 6.

§ 6 *Auctoribus vobis M. Fundanio et L. Valerio*] Vocativi sunt 'Fundani' et 'Valeri,' sicut sequenti versu *tribuni*, non *tribunis*. Gelen. *Fundanio*, vel *Fundano*, et *Valerio* omnes mei, et Hearnii L. 1. Mox etiam *tribunis* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Sed veram lectionem Gelenium restituisse existimo. Paullo ante vox *muliebris* deest in Voss. et Lov. 1.

Haud dubio ad culpam magistratuum pertinens] Mogunt. *pertineret*. Scribe, *haud dubie ad culpam mag. pertinet, nescio vobis, tribuni, an cons., mag. def.* J. F. Gron. *Haud dubio* primum obcurrit in postrema Gruteri ed. quod recentiores servarunt. Verum non tantum priores excusi, sed et omnes mana exarati, quibus usus sum, ut et Hearnii L. 1. et N. constanter *haud dubie*, quod in Victor. suo etiam Crevier. invenit, et recte recepit. Passim ita Livius locutus est. Supra III. 24. 'Falsus haud dubie testis in Kæsonem:' ubi vide. VII. 19. 'Haud dubie juventutem ejus populi inter prædatores fuisse.' XXIV. 7. 'In Dinomenem, jam haud dubie obstantem, tela conjiciuntur.' XXXVII. 26. 'Haud dubie dexterum cornu hostium in fugam inclinabat.' XXXVIII. 23. 'Numerus captivorum haud dubie millia quadraginta explevit.' Quod autem Gronov. *pertineret* in membranis Meg. fuisse tradat, ex properantia peccavit. Non enim hic, sed § præc. ita codex ille exhibuit. Concidit itaque simul, quæ huic lectioni innitebatur, ejus conjectura. Si quid tamen mutandum, malim *haud dubie ad culpam mag. pertinet, et nescio vobis, tribuni, an cons., magis sit deformis:* ut etiam Dukero visum est.

§ 7 *Nobis sic feminas ad concitandas tribunicias seditiones jam adduxistis*] Pro *nobis sic*, *vobis si* repositum est: sequenti versu, pro *sicut*, *si ut*. Gelen. Pal. 1. *magis sit deformis nobis, ad feminas conc. tribunitias sed. jam adduxistis.* Neque differt Pal. 2. nisi in unico *vobis*. Antiq. vero ed. *vobis sic ad feminas conc. tribunitias jam adduxistis.* Gebb. Non video in his alium sensum, quam hunc, si fœminas subornastis, ut ad vos adirent, legem Oppiam abrogari petentes, ut ipsi per causam honoris fœminarum seditiones tribunicias concitaretis. Sed hoc satis contortum est. Omnia plana forent, si vel solum *ad conci-*

Digitized by Google

tandas seditiones, vel *ad concitandas seditiones muliebres* dixisset. Cato non ' tribuniciam,' sed ' muliebrem seditionem,' dicit c. 3. Idque repetit Valerius c. 7. ' Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem muliebrem et secessionem appellando.' *Jam* quoque frigere videtur; quo omisso satis constat oratio et sententia; addito nihilo melior fit. *Duk. Vobis sit ad feminas concit.* Lov. 1. unde non differunt Voss. et Lov. 5. nisi quod ille *nobis* pro *vobis*, hic *sic* pro *sit* legant. *Vobis sic feminas ad concit.* Lov. 2. et 6. *vobis sicut feminas concit.* Lov. 3. *vobis sicut feminas ad concit.* Hearnii L. 1. *nobis ad feminas concit.* Lov. 4. et Mead. 2. *vobis feminas ad concit.* Harl. *vobis sit ad concit.* Mead. 1. *vobis sicut plebem ad concit.* idem in marg. *feminas ad concit.* duabus prioribus vocibus omissis, Gaertn. Mox *sicut plebis quondam* omnes mei.

§ 8 *Singularum magis majestatis*] Quid sit ' majestas matronarum,' exponit Casaub. ad Trebell. Poll. Gallienos c. 14. *Compellatæ* interpretor ' increpitæ,' ' objurgatæ:' quo sensu hoc Cicer. Phil. III. 7. ' Q. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto,' Manutius et alii accipiunt. Nec raro contemtus, convicii, et reprehensionis significationem habet. IX. 40. ' Samnitiumque nomine compellarunt.' XXII. 12. ' Pro cunctatore segnem, et cauto timidum, adfingens vicina virtutibus vitia, compellabat.' Sic ' compellatio ' in Cicer. Famil. XII. 25. ' Itaque crebras, vel potius quotidianas, compellationes meas non tulit.' *Duk.* Tò *magis* deest in Lov. 6. qui etiam *appellatæ*, pro *compellatæ*, exhibet; ut contra § seq. *compellandi*, pro *appellandi*, Mead. 2. a m. pr.

§ 11 *Majores nostri nullam, ne privatam quidem, rem*] Quam ad hoc argumentum pertinent, late exsecutus est Otto in Dissert. de Perpet. Fe-

min. Tutela, et in Præfat. tom. IV. Thesauri Jur. Civ. *Duk. Majores quidem nostri* Lov. 5. et edd. ante Froben. 1531. Mox *sine auctoritate* Lov. 1. et 3. Vide Schult. ad Ulp. tit. XI. § 25.

Nos (*si Diis placet*) *jam etiam rempublicam capessere*] Pall. et antiq. ed. *Nunc* (*si Diis placet*) *jam rempublicam etiam capessere.* Gebh. *Nunc, si Diis placet* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Rom. 1472. Camp. et Parm. Similiter variatur IX. 1. § 5. Tum *jam etiam rem capessere* Voss. et Lov. 1. *jam rempublicam etiam capessere* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. *jam rempublicam capessere* Lov. 6. *jam et rempublicam capessere* Harl.

Et foro prope, et concionibus, et comitiis inmisceri] Vet. lib. *et foro quoque, et concionibus.* Sigon. Eamdem lectionem ego etiam in omnibus meis inveni, quam habent itidem vett. edd. Sed *foro prope* ei substituit Aldus, auctoritatem Mog. cod. secutus, quod a Sigonio ejectum revocavi. ' In forum ' enim descendisse mulieres non constat. Supra cap. præc. dicuntur ' omnes vias urbis aditusque in forum obsedisse, viros descendentes ad forum orantes:' et cap. seq. ' vix foro se et concione abstinere.' Recte igitur *foro prope*. Multo minus se concionibus et comitiis inmiscuisse dici possunt. Moguntini lectionem probabat etiam Christius; cui inuper non optimæ notæ videbatur *et foro quoque*.

§ 12 *Quam quod aliæ rogationes tribunorum suadent*] Voces *quod aliæ* non adparent in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Unde verisimile fit Livium scripsisse, *Quid enim nunc aliud per vias et compita, quam rogationes trib. suadent, aliæ legem abr. censent.* Vocem *quod* male huc inculcatam conjicit Crevier. Sed voces *faciunt* et *quod* ex sollemni more loquendi Liviano a mala manu

Digitized by Google

esse, suspicatus est diu antea Duker. ad Flor. III. 23. § 3. ubi ejusdem locutionis plura exempla laudavit. Ita IV. 3. 'Quid aliud, quam admonemus, cives nos eorum esse?' VI. 41. 'Quid igitur aliud, quam tollit ex civitate auspicia?' XXII. 60. 'Quid enim aliud, quam admonendi essetis?' XXXV. 11. 'Nihil prius, quam flammam tectis injecturum.' Vide quæ notantur ad XXXI. 24. § 3. Adde Gronov. ad IV. 26. § 12. et in pr. ed. notarum ad XLI. 23. Præterea Pe.izon. ad Sanctii Minerv. IV. 5. 11. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 20. Certe voces *quod aliæ*, a Mss. damnatas *vocabas*, expunxi: non tantum, inquam, *τὸ quod*, sed etiam *τὸ aliæ*: nam et ea similesque brevitatis caussa ex his locutionibus, ubi vulgo bis adhiberi solent, priori loco omittuntur. Vide ad III. 37. § 8. Præterea vox *plebis* deest in Harl. ejus loco *plēb̄* legit Lov. 3. *plebi* Lov. 5. 6. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *plebei* Lov. 1. et Voss. in quo inter versus adscriptum erat *plebeiorum*. Paullo ante *per vicos*, pro *per vias*, Gaertn. Similis varietas erat XXII. 15. § 5.

§ 13 *Et sperate, ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis*] Rursus Ms. Mogunt. *nisi vos feceritis*. Modius. Pall. et antiq. ed. *desperate, ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos facietis*. Gebh. *Disperate*, pro *et sperate*, Voss. Lov. 1. et ed. Parm. *desperate* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. reliquæ, usque ad Moguntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *et sperate*. Tum *eas non licentiam facturas* Lov. 3. in cujus margine adscribitur *ipsas mō licentiam facturas*, id est *modo*: quod posterius præfert Hearnii L. 1. Deinde *nisi vos facietis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *nisi vos feceritis* Mog. cod. quod et ipsum recepi, et Christius etiam probabat. Clericus in Arte Crit. part. III. sect. 1. c. 12. § 3. vel negatione opus esse, ac legendum censet *nec sperate*, vel in sequentibus, sublata negatione, pro *nisi vos faciatis*, scribendum esse *ubi vos feceritis*. Repetiit eamdem conjecturam in notis ad h. loc. pro posteriori tamen conjectura aliam *si vos faciatis* subposuit. At recte vulgatum *et sperate* ac *nisi* defenderunt Anonymus in Observ. Select. Hallens. tom. VII. diss. 11. § 6. et Heumann. in Parerg. Crit. p. 154. Existimant autem, illud Cleric. permovisse, ut ita conjiceret, quod existimaret, *date frenos* poni pro 'injicite frenos,' 'frenis cohibete;' quum notet 'laxate,' 'remittite frenos.' Ita Ovid. Met. VI. 230. 'Proximus, audito sonitu per inane pharetræ, Frena dabat Sipylus: veluti quum præscius imbris Nube fugit visa, pendentiaque undique rector Carbasa deducit, ne qua levis effluat aura. Frena dabat: dantem non evitabile telum Consequitur.' Eques vel auriga 'dat frena;' contra equus ea 'accipit.' Lucan. II. 500. 'Hæc ubi dicta, levis totas accepit habenas In campum sonipes.' Vide Scheff. de Re Vehic. I. 13. p. 176. et Cerdam ad Virg. Æn. I. 63. ubi Græcos similiter ἐνδιδοῦναι τὸν χαλινὸν, Euripidem autem eadem metaphora δοῦναι χαλινοὺς γυναικὶ dixisse docuerunt. Id etiam effecisse videtur, ut Clericus locum corruptum crederet, quia non animadvertebat *et sperate* poni per ironiam.

§ 14 *Si vera dicere volumus*] Iterum Longobardico charactere scriptus codex Moguntinus *si vere dicere* v. et hoc, nescio quo pacto, magis Catonem sapit; cujus puto in similibus et non nimis obsoletis voluisse Nostrum Patavinum etiam prope verba operi suo inserere, petita ex orationibus ejus, quæ tum erant in manibus, quarumque ad nos pauca fragmenta, tanquam exiguæ magno ex naufragio tabulæ, pervenere. Porro mox quoque, pro *non tentabunt?* pertinaciter pertendens adversari, idem

Digitized by Google

Ms. habet *non tentaverint*? Modius. Pall. uterque *si vere dicere volumus*. Gebh. Vulgatum *si vera dicere volumus*, quod in omnibus superest excusis, in uno tantum Lov. 5. inveni: *si vera dicere voluntas* legit Gaertn. *si vere volumus* Voss. et Lov. 1. ac 6. a m. pr. *si vere considerare volumus* a m. sec. *si vere dicere volumus* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. uterque. Vulgatum tamen præfero. Ita VII. 15. 'Vera audiebant:' ubi etiam plures codd. *vere*. XXII. 13. 'Si periculum est apud vos vera referentibus.' Vide Freinsh. ad Flori III. 7. § 1. Neque placet Mogunt. lectio *tentaverint*, quomodo librarius ejus per errorem dedisse videtur, quia præcedit 'expugnaverint.' Vide cap. seq. § 2. Paullo ante *eorum est, qui, &c. injunctum patiuntur* Voss. a m. sec. *eorum est, quo, &c. invictum patiuntur* Mead. I. et Gaertn. *eorum est, quæ, &c. invictum patiuntur* Mead. 2. et Lov. 3. *eorum est, quæ, &c. injunctum patiuntur* Voss. a m. pr. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et edd. omnes usque ad Gronov. qui a. 1665. *injuncta* substituit.

CAP. III. § 1 *Per quæ quamque subjecerint viris*] Pro *per quæ quamque* repositum est *per quæque subjecerint viris*. Gelen. Hinc Cic. de Republ. lib. IV. 'Ne vero mulieribus præfectus reponatur, qui apud Græcos creari solet, sed sit censor, qui vitos doceat moderari uxoribus.' *Sigon.* Pall. *per quamque subjecerint*. Prisca ed. *per quæ quamque subjec. v.* Gebh. *Per quæ quamque subjecerint* Lov. 4. *per quæ quamque subjecerunt* Lov. 2. *per quæque quamque subjecerint* Lov. 5. *per quam subjecerunt* Lov. 3. *per quamque subjecē*, sive *subjecere*, Gaertn. a m. pr. *per quæque subjecē* a m. sec. *per quamque subjecerunt* Mead. 1. *per quamque subjecerint* Mead. 2. *per quæque subjecerunt* Lov. 6. *per quæque subjecerint* Harl. Tota periodus *quibus licentiam earum adliguverint majores nostri, per quæque subjecerint viris* exulat a Voss. et Lov. 1. librariorum culpa, quibus fraudi fuit τοῦ *quibus* repetitio.

§ 2 *Extorquere, et exæquari ad extremum viris patiemini*] Membranæ optimæ *e. a. e. viri patiemini*: ut τὸ *viri* sit vocandi casus, quemadmodum paullo ante c. 2. 'sive auctoribus vobis, M. Fundani,' &c. ubi perinde ante, sed mendose, legebatur *auctoribus vobis M. Fundanio, &c.* Modius. Libri omnes *extorqueri et æquari ad extr. viris pat.* Gebh. Th. *et aquiri.* Voss. *et acquiri.* Volunt *et æquari*, ut habet prima ed. *Jac. Gronov. Extorqueri* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Ascensianam a. 1513. Scriptura hæc librariis errantibus tribuenda est, qui ita dederunt propter sequens *exæquari*. Vide ad cap. præc. § 14. Vide etiam ad XXXI. 11. § 10. Deinde *et acquiri* Lov. 1. et 6. *et æquari* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. pro quo Aldus ex membranis Mogunt. *et exæquari* dedit, quod servandum existimo. 'Exæquare' enim Livium sæpe usurpasse, vidimus ad III. 39. § 8. Ejus autem prima syllaba *ex* elisa est a vocula præcedente *et*. Simili modo vocula *et* sequentem præpositionem *ex* sæpe interceplt. Vide ad XXX. 4. § 7. Si quis autem probare vellet cod. Mogunt. lectionem *viri patiemini*, id accipiendum erit pro *vos viri patiemini*; de quo vide ad XXXII. 21. § 16. Mox *tolerabiles nobis*, pro *vobis*, Voss. Vide ad h. lib. c. 2. § 2. Vox illa deest in Harl. Tum *simul cum pares esse cæperint* Gaertn. *simul ut pares esse cæperint* Lov. 2. Sed vide ad VI. 1. § 6. *Simul pares esse cæperunt* Voss. et Lov. 1. Denique *superbiores*, pro *superiores*, Lov. 2. quem errorem librarii etiam commiserunt IV. 28. § 5.

§ 4 *Immo ut, quam accepistis*] *Immo et* Lov. 1. 6. et Voss. Vocalem *ut* neglegit Harl. Sed librarius videtur ferre non potuisse particulam illam

Digitized by Google

duplicari; de qua elegantia, sæpius apud Livium obvia, vide ad XXII. 11. § 4. Mox vocula *quam* exsulat a Voss. particula *et* ab eodem Voss. Lov. 6. et Harl. Tum *comprobatis* legunt Voss. et Lov. 1. Hinc *id est, unam tollendo*, omisso media particula *ut*, Lov. 1. et Mead. 2.

§ 5 *Et in summam prodest*] Ms. Mogunt. *et in summa prodest:* ac statim *quid attinet*, pro *quid attinebit:* iterumque *matronæ consternatæ procurrerunt*, pro m. *c. procurrunt*. Modius. *In summam* omnes mei, quod hic præfero. Quinctil. Inst. I. 1. 'Hoc per singulos annos prorogatum in summam proficit.' Vide ad III. 61. § 12. Mox § seq. membrana Mog. non tantum *procurrerunt*, ut Modius monuit, sed etiam *abstinent*, pro *abstinuerunt:* quod utrumque, auctoritate optimi cod. motus, recepi. Tum *foro et concione*, sine prondmine *se*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 8 *Non pietas, nec sollicitudo pro suis*] *Non pietas, non sollicitudo* Harl. quod verum videtur; certe stilum Livii redolet. Supra VIII. 34. 'Non signa, non ordines servent:' ubi vide quæ notantur; et ad XL. 15. § 5.

Matrem Idæam Pessinunte ex Phrygia venientem] Ms. *a Pessinunte*. Modius. Mog. *a Pessinunte*. Ut etiam e Put. restituimus XXIX. 10. 'Si mater Idæa a Pessinunte Romam advecta foret.' *J. F. Gronov.* Eadem lectio fuisse videtur in Lov. 3. et Gaertn. Certe ex codd. his, cum ed. lectionem illam præferente conlatis, nihil notatur.

§ 9 *Ut auro et purpura fulgeamus, inquiunt*] Scripti et editi ante Mogunt. *Ut auro et purpura fulgeamus, inquit.* Observavimus scriptoribus antiquis, ante alios Senecæ, perpetuam formulam proponendæ adversationis esse, *inquit*, sic absolute, ut intelligere videantur, aliquis ex isto numero, aliquis contradicturus. Sic de Ira I. 3. 'Irascimur, inquit, sæpe non illis qui læserunt:' ubi Henricus Stephanus conjectat *inquis*. Infinitis sic locis Seneca: nos paucula notabimus, quæ Gruterus et Stephanus, aut alteruter, mutari perperam censuere. De Ira II. 15. 'Ut scias, inquit, iram habere in se generosi aliquid, videbis liberas gentes, quæ iracundissimæ sunt.' De Benef. II. 34. 'Quid ergo? inquit, retulit gratiam, qui nihil fecit.' III. 29. 'Quicquid, inquit, est, quod dat patri filius, utique minus est.' IV. 2. 'Quid, inquit, tua refert? Et ego sine virtute nego beatam vitam posse constare.' Eodem lib. c. 7. 'Natura, inquit, hæc mihi præstat.' Eodem lib. c. 39. 'Quare ergo, inquit, Zeno vester, quum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset,' &c. Itaque et restituendum ex melioribus Mss. v. 18. *In infinitum, inquit, me obligas:* ubi vulgati ante nostram *inquis*. VII. 4. 'Non ideo, quod habeo, meum non est, si tuum est: potest enim idem esse meum et tuum. Is, inquit, cujus prostitutæ sunt, leno est:' sic optimus Nazarianus comite uno ex Pall. sic et codd. Erasmi: non *inquis*, ut vulgo. Sic de Vita Beata c. 18. 'Aliter, inquit, loqueris, aliter vivis:' quum tamen, et quæ præcedunt, et quæ sequuntur, ad plures dirigantur. Valerius Max. V. 3. 'At, inquit, ærario abesse tribunus plebis querebatur quindecim millia æris:' ubi par offensio Lipsii. *J. F. Gron.* Non prima est Mogunt. quæ *inquiunt* vulgavit; sed ea quinquennio antiquior Ascens. 1513. At recte Gronov. *inquit* revocavit ex edd. prioribus et libris scriptis, quibuscum faciunt mei omnes, et Hearnii L. 1. Præter Senecam et Valer. Max. similiter loquitur Liv. VI. 40. 'Sub conditione, inquit, nos reficietis decimum tribunos. Quid est aliud dicere, quod petunt alii, nos adeo fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus. Sed quæ tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis

Digitized by Google

habeamus? ut rogationes, inquit, nostras, &c. omnes conjunctim accipiatis.' Et ita VIII. 23. quum de Samnitibus numero plurali locutus esset, eorum nomine subjungit, 'Quid perplexe agimus? inquit.' Cic. de Finib. I. 2. 'Synephebos ego, inquit, potius Cæcilii, &c. legam? a quibus tantum dissentio.' Phædr. Præfat. l. III. vs. 4. 'Verum, inquit, tanti non est ingenium tuum:' ubi vide Burm. Ovid. Art. Am. III. 95. 'Det tamen ulla viro mulier, non expedit, inquit:' ubi Heinsio *Et* in *Det* mutanti subscribo, non item *inquis*, pro *inquit*, reponenti. Ceterum, licet codd. omnes *inquit* hoc loco servent, non tamen omnes librarios locutionem illam intellexisse inde patet, quod *fulgeam* legant Voss. et Hearnii L. 1. *fulgeant* Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Ut carpentis, profestis quoque diebus] Vet. lib. *ut carpentis festis profestisque diebus*. Quod venustius et gravius est. *Sigon.* Ita non tantum omnes codd. quibus utor, legunt, sed etiam typis excusi usque ad Froben. qui lectionem a Sigonio damnatam a. 1535. recepit.

Per urbem vectentur] *Nectentur* Mead. 1. *vectentur* Lov. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *vaherentur* Voss. *vehentur* Lov. 6. Nihil mutandum. Verbum 'vectare' illustravit Gronov. pr. ed. notarum ad Livii XXXVIII. 17. Ovid. Met. VIII. 272. 'Ambo conspicui, nive candidioribus ambo Vectabantur equis.' Justin. XLI. 3. 'Equis omni tempore vectantur.' Gell. XI. 2. 'Motandi corporis gratia aut spatiamur, aut vectamur.'

Ne ullus modus sumtibus nec luxuriæ sit] *Ne ullus modus sumptibus, ne luxuriæ sit* Pall. et antiq. ed. *Gebh.* Thuan. *ne nullus modus sumptui, ne luxuriæ.* Quod est egregium, nisi quod Ms. habebat *sumptus*. Etiam prima ed. *ne ullus modus sumptibus, ne luxuriæ*. Jac. Gron. *Nec ullus modus sumtibus luxuriave sit* Lov. 3. *nec ullus modus sumtibus luxuriæ sit* Lov. 6. *ne ullus modus sumtibusve luxuriæ sit* Gaertn. *ne ullus modus sumtibus, ne luxuriæ sit* Voss. Lovel. 4. 5. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. quod recepi. Supra III. 17. 'Ne Sabini, ne Veiens hostis moveretur.' IV. 2. 'Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit.' XLI. 23. 'Ne legatos, ne nuncios admitteremus regum.' Plin. Ep. III. 9. 'Verebamur, ne nos dies, ne vox, ne latera deficerent.' Similes locutiones Livium amare, vidimus ad v. 35. § 4.

CAP. IV. § 3 *Quo magis imperium crescit*] Ita Ms. Sed cusus tamen Moguntinus aliique veteres libri *imperiumque crescit*. Modius. Ex uno Moguntino admissum. Prius edebatur, ut omnes, quos vidimus, scripti, *quo melior lætiorque indies fortuna resp. est, imperiumque crescit*. Quod mutarant, qui non crederent *τὰ quo melior lætiorque* dividenda esse hoc modo, *quo magis bona lætaque:* atque duas inde particulas ad eam, qua sequens membrum adnectitur, subaudiendas, perinde ac si dictum quoque esset, *et quo magis imperium crescit*. De quo compendio et arcana elegantia diximus ad I. 25. 'Eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.' *J. F. Gron.* Codicis Mog. lectionem primus in contextum Froben. 1535. admisit. Sed illud, quod editi priores ostentant, *imperiumque crescit*, superest in omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. ac N. quod recte Gronovius probavit, et, quo sensu accipiendum sit, docuit. Ita II. 35. 'Quo major ira in suos eminebat, crebræque nunc querelæ, nunc minæ percipiebantur.'

Et jam in Græciam Asiamque] *Etiam in Græciam* Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 10. § 6. *Et in Græciam* Lov. 3. et Mead. 2. Mox voculam *etiam* omittunt Lov. 2. et Harl. Tum *attracta-*

Digitized by Google

mus Lov. 2. 5. et Gaertn. cum edd. antiquis. Aldus *attrectamus* dedit ex Msto Mog. Vide ad v. 22. § 5.

§ 4 *Ante fixa fictilia Deorum Romanorum*] *Antefixa* scribendum est, ut una vox sit tantum. Sic enim Festus: 'Antefixa, quæ ex opere figulino tectis affiguntur sub stillicidio.' *Sigon.* Vide ad XXVI. 23. § 4. Paullo ante *nam nimis multos* Lov. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. Vide ad IX. 17. § 5.

§ 5 *Ego hos malo propitios Deos, et ita spero futuros*] *Hos ego malo* Lov. 2. 5. et edd. Frobeniana 1535. priores. Sed ordo, qui vulgo exstat, placet. Vide ad XXI. 3. § 6. Deinde *si ita spero* Voss. *eosque ita spero* Lov. 6. *sed ita spero* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Mog. qui *et ita* ex cod. suo recte dederunt. Alterum inde natum est, quod ultima τοῦ *Deos* litera adcreverit capiti sequentis *et*. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII.

§ 6 *Tamen nulla accepit*] Hanc sententiam sic expressit Varro de vita Populi Romani II. auctore Nonio voce 'Negativas duas:' 'Qua abstinentia viri mulieresque Romanæ fuerint, apparet, quod a rege munera eorum neminem nemo accipere.' *Sigon.* *Tum nulla accepit* Harl. librarii errore. Vide ad XXII. 17. § 5. Paullo ante *ad coërcendum luxuriam* Voss. et Harl. Vide ad XL. 49. § 1.

§ 7 *Nihil de hac re lege sanciendi*] *Legem sanciendi* Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. Utrumque dici, 'sancire legem,' et 'lege,' vidimus ad III. 55. § 5. hic tamen librarios perperam lapsos esse, evincit τὸ *nihil*. Mog. codex *lege sanciundi*. Paullo ante *fuisse consentis* Harl. *fuisse censeas* Gaertn. Tum *Tandem fuit* Lov. 3. a m. pr. Vide ad VII. 35. § 12. Τὸ *fuit* omittitur in Lov. 1. Deinde *majoribus uris*, id est, *vestris*, pro *uris*, id est, *nostris*, Lov. 1. 4. et Mead. ambo. Vide ad c. 2. § 2.

§ 8 *Cupiditates prius natæ sunt, quam leges*] *Cupiditates privatæ sunt* Voss. *cupiditates primitus sunt* Lov. 1. *cupiditates priores sunt* Lov. 3. a m. pr. Lov. 6. et Gaertn. Mox *modum fecerunt* codex Mog.

§ 9 *Quid legem Licinium excitavit de quingentis jugeribus*] Stolonis legem, VI. 35. et VII. 16. *Sigon.* Se in Livio *de D. jugeribus* scribere, quum immani errore *de L. jugeribus* ederetur, jactat Dausqueius ad Silii VII. 261. sive p. 303. Sciendum tamen, errorem hunc, tantum in duabus tribusque edd. obviam, jam sponte a viris doctis, antequam Dausq. moneret, emendatum esse.

Quia vectigalia jam et stipendiaria plebes esse senatui cœperat] Vide Brummer. ad l. Cincium cap. 2. § 15. *Duk. Plebe* Mog. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Voss. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *plebis* Lov. 5. et ed. Camp. Mox § seq. vox *aliam* omittitur in Lov. 3. et Hearnii L. 1. vox *ullam* in Voss. et Lov. 1. ac 6. vox *tum* in Lov. 6. quas tres alio ordine *ullam tum aliam* exhibet Gaertn. Deinde *datum et oblatum* legunt edd. antiqq. pro quo Moguntini ex membranis suis dederunt *data et oblata*, consentientibus codd.

§ 11 *Stantes in publico invenisset eas, quæ acciperent*] *Eas* redundat. *Gelen.* Pali. *invenisset et quæ acciperent*. Hinc factum in ed. prisca *invenisset eas, quæ acciperent*. Gebh. *Et quæ acciperent* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. *et stantes in publico invenisset, quæ acciperent* Gaertn. Verum utroque loco τὸ *et* natum videtur ex ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Invenisset eas, quæ acciperent* Lov. 5.

Ne causam quidem aut rationem iniri possum] Ed. vetus Moguntina *invenire possum*. Modius. Causa 'inveniri' dicitur, non 'iniri;' ratio 'iniri' et 'inveniri.' Itaque videri queat, scribendum esse *invenire possum*, quod

Digitized by Google

hic in aliis legi adnotant Modius et Hearnius. Sed fortassis tutius est nihil tentare. Sæpe enim observatum est, pluribus nominibus unum verbum, quod non omnibus illis, sed uni tantum conveniat, adponi. *Duk. Invenire* per errorem ed. veterem Mog. præferre inde colligo, quod codex Mog. omnes codd. reliqui, quibus usus sum, ac tandem omnes, præter unam illam, edd. *inire* tueantur. Et quidem lectio illa ita exponenda est, ut fecit Dukerus. De illo autem loquendi genere videbimus ad XL. 42. § 12.

§ 12 *Æquato omnium cultu, quid unaquæque vestrum veretur*] Moguntini ex cod. suo ediderunt *æquato omnium cultu, quid unaquæque vestrum vereretur*. Frobenius deinde *veretur*, pro *vereretur*, a. 1535. recte substituit. Crediderat librarius scriptum fuisse *ver'etur*; de quo errore vide ad XXXIX. 52. § 6. Typis descripti priores præferunt *æquat omnium cultum, quod unaquæque*. Et ita etiam Harl. in marg. sed *æquat omnium cultum, quid unaquæque* Voss. Lov. sex, et Mead. 2. *æquat omnem cultum, quid unaquæque* Gaertn. Prima erroris origo fuit, quod ultima *vοῦ æquato* litera a prima vocis seq. intercepta sit. Certe *æquat omnium cultu* in Mead. 1. superesse dicitur. Mox § seq. *Pessimus pudor est vel parsimoniæ* Lov. 2. et Harl. *Pessimus quidem est pudor vel parsimoniæ* Lov. 5. et edd. ante Froben. a. 1535. Τὸ *est* exulat a Lov. 4. Tum *habeatis* Lov. 1. 2. et 3.

§ 14 *Ut, quod habere non possunt, habituræ, si liceret, fuisse videantur*] *Et quod habere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Quod si probandum, insuper *videantur* mutandum in *videntur*. Sed vulgatum malo: *et* atque *ut* sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad XXI. 28. § 8.

§ 16 *Næ, simul pudere*] Prima vocula non adparet in Lov. 4. et Mead. 2.

§ 18 *Et a quibusdam impetrant*] Ms. *et id a quibusdam imp.* Modius. Incertum est utrum *et id a quibusdam*, ut Modius monet, an *id a quibusdam* in Msto Mog. fuerit. Mox *si lex modum sumtibus uxoris tuæ* Lov. 2. 3. et Harl. *si lex modum sumtibus tuis* Gaertn. *simul lex modum sumtibus uxori tuæ* Voss. et Lov. 1.

Adversus te, et rem tuam, et liberos tuos inexorabiles] Dubium, ex prioribusne pendeant hæc verba, an ex sequentibus. Quidam etiam de solis puellis, non pueris, intelligi contendunt, quod equidem nescio. *Glar.* Ex sequentibus pendere nequeunt. Consequens igitur, ut referantur ad priora.

§ 19 *Nolite eodem loco existimare, Quirites, futuram rem, quo fuit*] Vocem *Quirites* non agnoscunt Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. quorum ultimus etiam præfert *fu'it*, id est *fuerit*, sollemni scribarum errore. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 20 *Luxuria non mota tolerabilior esset*] *Tutior est* Harl. *tolerabilior est* Voss. Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn.

Ipsis vinculis solutis, sicut feræ bestiæ irritatæ, deinde emissæ] Legendum *ipsis vinculis sicut fera bestia irritata, deinde emissa*: ubi aliquis participium *vinculis solutis* addidit, cum nihil opus esset. *Gelen.* Ed. Moguntina *ipsis vinculis solutis, sicut feræ bestiæ irritatæ, deinde emissæ*. Videat lector quid velit, quid ne velit. *Modius.* Pall. multitudinis numero *feræ bestiæ irritatæ, deinde emissæ*. Prisca ed. *nunc ipsis vinculis solutis, sicut feræ bestiæ irritare, deinde emissæ*. Gebh. [Vulgatum] ab Gelenio est, qui recte delevit τὸ *solutis*, quod adjecerant in edd. Sed scripti, *ipsis vinculis, sicut feræ bestiæ irritatæ, deinde emissæ*. Forsan erit, cui placeat: tamen esse durius judico, et legendum *ipsis vinculis, sicut feræ bestiæ, irritata, deinde emissa*. Nihil impedit, quo minus luxuria cum multis feris recte comparetur. Lib. XXXV. c. 18. de Philippo;

Digitized by Google

'Nosse se spiritus ejus, nosse animum: ferarum modo, quæ claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere.' XXXVI. 7. 'Ille quidem feræ bestiæ vinctæ aut clausæ, et refringere claustra cupienti regis iram verbis æquabat.' *J. F. Gron.* Tò *solutis* neque Hearnius in L. 1. et N. neque ego in ullo cod. invenimus, nisi in solo Lov. 5. qui, ut alibi semper, ita hic etiam veterrimis edd. consentit. Deinde omnia numero plurali efferunt et Hearnii codd. et mei. Verum *omissæ* legunt Lov. 1. 6. et Gaertn. *obsitæ* Lov. 3.

§ 21 *Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam censeo: vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim*] Nota egregiam claudendæ suasionis formulam: et cui gemina germana illa sit P. Decii Muris, ubi sit X. 8. 'Ego hanc legem, quod bonum, faustum, felixque sit vobis, ac reipublicæ, uti rogastis, jubendam censeo:' imo germanior adhuc illa, qua utitur in dissuasione sua libro VII. finiens ita: 'Omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.' *Modius.* Utrumque Livii exemplum Modium hausisse ex Brisson. de Formul. II. 132. inde colligo; quod, quum Brisson. alterum eorum lib. VII. exstare dixisset, licet tamen VI. 41. reperiatur, eumdem errorem etiam Modius hic commiserit. Ceterum *vos quod facitis* perperam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm.

CAP. V. § 1 *Post hæc tribuni quoque plebis*] Ms. *Post hæc tribuni plebei.* Modius. Pall. *tribuni quoque plebei.* Gebh. *Plebei* etiam omnes mei, idque Gronov. recepit. Vide ad II. 33. § 2. Mox *Si privatim tantummodo* Lov. 1. et 3. *Si privati modo* Lov. 6.

§ 2 *Nunc, quum vir gravissimus consul M. Porcius*] Ms. *vir clarissimus consul M. Porcius:* et posset sane ita legi commode: nam licet haud ulla fere re alia, quam gravitate, commendetur prolixius, quis tamen peccet eum 'clarissimum virum' nominando, qui in sua civitate elogium hoc tulerit, ut ano omnium ore 'optimus orator, optimus imperator, et optimus quoque senator' salutaretur? *Modius.* Pal. alter *vir grandissimus.* Modius ex aliquo *vir clarissimus:* quod nolim cum ipso tam sollicite asserere. *Gebh.* Codd. nostri nihil mutant, nisi quod *vir gratissimus* legant Lov. 1. et Voss. Ita autem librarios interdum errasse, vidimus ad XXX. 10. § 20. Utrumque epitheton 'gravissimus' et 'clarissimus' Catoni competit: 'gravissimus' propter auctoritatem, qua in republica floruit; 'clarissimus' ob gloriam pacis bellique artibus partam: qui enim auctoritate præstant, 'graves;' qui gloria, 'clari' vocantur. Cic. de Orat. II. 37. 'Certe non tulit ullus hæc civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores P. Africano, C. Lælio, L. Furio.' Jam vero 'auctoritatem' Catonis 'perpetuo tenore vitæ partam' memorat Liv. XXXVII. 57. ejusque 'auctoritatem tacitam satis momenti habere' verbis seqq. hoc loco additur. Neminem etiam Catone 'graviorem' in laudando fuisse, indicat Cic. de Clar. Orat. c. 17. Præterea, Catonem belli pacisque artibus excelluisse, constat ex Livii XXXIX. 40. Accedit eum hoc tempore consulem fuisse; consulibus autem 'clarissimi' titulum convenire. Vide Corte ad Sall. Catil. c. 51. § 19. Ceterum cod. Mog. non tantum *clarissimus*, ut viri docti monuerunt, sed insuper *nunc ut vir clarissimus consul* præfert: in qua lectione τὸ *ut* non alio sensu, quam pro 'postquam' accipi posse videtur. Sed, quo minus lectio illa placere possit, illud obstat, quod τῷ *ut* jungendum sit *insectatus sit*, atque huic voculæ eo sensu non subjuncti-

Digitized by Google

vus, sed indicativus, jungatur. Vide ad XXXV. 23. § 3.

Quæ tacita satis momenti habuisset] Pall. nec non vetus ed. *qua tacita satis momenti habuisset*. Gebhard. *Qua tacita* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. antiqq. *quæ tacita* demum Moguntini ex cod. suo vulgarunt. Omnia hæc vocabula decerant in Gaertn. Mox *orationem nostram*, pro *rogationem*, Voss. et Lov. 1. Vide ad cap. 8. § 2.

Necesse est paucis respondere] Ms. *necessum est p. r.* Modius. Cod. Mog. lectionem *necessum est* primus recepit Gronov. anno 1665. Infra XXXIX. 5. 'Num omne id aurum in ludos consumi necessum esset:' ubi vide. Omnes tamen nostri, et Hearnii L. 1. *necesse* servant.

§ 4 *Rem defendam, non nos*] Pall. et vetus ed. perperam *an nobis auctoribus fecissent rem defendam*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. antiqq. Quum autem Moguntini menuissent, in cod. suo se *rem defendendam* invenisse, egregie Aldus ex ea lectione restituit *Rem defendam*, quod et in Lov. 6. ex quo nihil notatur, superfuisse videtur. Paullo ante § præc. *in rogatione nostra discutienda* male Lov. 6.

In quos jecit magis consul verbotenus] Vet. lib. *in quos jecit magis hæc consul*. Sigon. Scribendum est *verbo tenus*, ut duæ voces sint, non una composita. Ita recte editum est in Cic. de Legib. III. 6. et sæpe in Pandectis Jurie. Ammian. Marc. XXVI. 4. ed. Gronov. alia voce interposita separat: 'ne verbo quidem tenus insidiarum indicio ullo reperto.' Nec alia in hoc ratio est, quam in 'ore tenus,' 'titulo tenus,' et multis aliis, in quibus *tenus* casui suo postponitur. *Duk.* Pronomen omiserat Basil. ed. 1554. errore, ut videtur, typographorum. Omnes priores habent *in quos jecit magis hoc consul*. Concinunt autem Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Neque Moguntini membranas suas dissentire monuerunt; quare id revocavi, licet reliqui codd. cum vet. lib. Sigonii facere videantur. Divisis vocibus *verbo tenus* recte Crevier. edidit. Mox *quam ut re simularet* Mead. 1. *quam ut rem simularet* Gaertn. *quam ut rem insimularet* Lov. 3. 6. et Harl.

§ 5 *Quod matronæ in publico vos rogassent*] Vet. cod. casus Moguntius *in publicum v. r.* Modius. Libri omnes *in publicum vos rogassent*. Gebh. *In publicum* etiam Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui *in publico* ex cod. Moguntino vulgavit. Tum *nos rogassent* Lov. 3. 5. Harl. et edd. ante Ascens. 1513. Paullo ante *Catum et successionem* Lov. 3. Deinde *et interdum seditionem muliebrem adpellavit* Lov. 6. ex glossa interpretis. Vide ad XXVI. 40. § 9. *Et interdum successionem adpellavit* Harl. Vox *muliebrem* exulat etiam a Lov. 2.

Legem in se latam per bellum temporibus duris] *In se datam* Voss. Lov. sex, Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Ejus loco Mog. recte ex membranis suis substituerunt *in se latum*. Vide ad 3. 4. § 7. Tum *in temporibus duris* Lov. 2. et Gaertn. Mox *in pace conflorenti ac beata republica* Lov. 3. *in pace et florenti ac beata republica* Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. et Mead. uterque: *in pace florenti ac beata republica* Lov. 6. et Gaertn. Livium casum sextum singularem participiorum activorum præsentis partim in *i*, partim in *e* finiisse, vidimus ad VI. 14. § 13. hic tamen cum reliquis codd. vulgatum malo, in quod etiam codex Mogunt. consensisse videtur. Tum *abrogetis* Lov. 1. 2. 3. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *abrogaretis*.

§ 6 *Et M. Catonem*] Sic Ms. Thuan.

Digitized by Google

et principes edd. Nunc vulgo negligunt prænomen, nescio qua auctoritate. *Jac. Gron.* Prænomen Catonis, quod etiam omnes mei codd. servant, ex editis prima omisit postrema Gruteri ed. sine dubio operarum errore. Mox *trucem scimus omnes* Lov. 5. 6. Harl. et edd. antiqq. usque ad Frobenium, qui a. 1535. edidit *trucem esse scimus omnes;* quomodo Moguntini se in membranis suis invenisse monuerunt: quibus adsentiuntur reliqui mei.

§ 7 *Tuas adversus te Origines revolvam*] Hic Livium parum accurate versatum fuisse, qui Valerio sermonem tribuerit, huic tempori non convenientem, quum Cato multis post annis Origines scripserit, post Vossium de Histor. Lat. I. 5. observarunt Reines. Var. Lect. I. 25. et Noris. ad Cenotaph. Pis. Diss. I. 1. *Duk.* Observat id etiam ad h. loc. Crevier.

§ 8 *Nonne intercursu matronarum inter acies duas prœlium sedatum est*] Non improbo hanc lectionem etiam in antiq. ed. restitantem. Pall. tamen uterque alia forma, *non sine intercursu matronarum inter duas acies prœlium sedatum est.* Gebh. Similiter Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Sed per interrogationem conceptam orationem præstare puto. Paullo ante *equidem semper bono publico*, pro *et quidem*, Harl. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad v. 54. § 3.

§ 9 *Nonne id agmen, quo obruta hæc urbs esset, matronæ averterunt*] *Quo obtrita* Voss. sed eadem manus mox adscripsit *obruta*. Solent hæ voces commutari. Vide ad III. 56. § 8. Vulgatum omnes defendunt reliqui; nisi quod *abrutam* præferat Lov. 1. Vide ad XXXVI. 35. § 4. Tum vox *matronæ* non adparet in Gaertn. Præterea *verterunt* legunt Harl. et Mead. 2. *adverterunt* Lov. 1.

Jam, urbe capta a Gallis, aurum, quo urbs redemta est, nempe consensu omnium matronæ in publicum contulerunt] O languidum abrogandæ legis suasorem, si sic dixit: sed neque dixit, neque scripsit ita Livius, verum ita, uti nunc ex Longobardico Moguntinensi membranaceo libro legendum dicam, hoc nempe modo: *Jam, urbe capta a Gallis, quo redempta urbs est? nempe aurum matronæ consensu omnium in publicum contulerunt:* sicque et præcedentia statim, et statim consequentia energiæ causa non nisi per interrogationem pronunciari debent. *Modius. Nempe* hoc loco friget, nec apparet ratio, cur Livius in hac periodo orationem variare, et a schemate interrogationis, quo et *ante*, et post eam utitur, ad rectam orationem transire voluerit. Melius est, quod e Ms. Moguntino adfert Modius. Si quis tamen non patietur, vocem *aurum* invitis aliis scriptis *sede* sua moveri, ei tamen legendum puto *nonne matronæ consensu omnium in publicum contulerunt?* Duk. Monuit me vir doctus, sibi ex vestigiis cod. Mog. legendum videri, *Jam urbs capta a Gallis quomodo redemta est? Nempe aurum matronæ consensu omnes in publicum contulerunt.* Putat autem *quomodo* per compendia literarum in *quo* transisse, et postremum *urbs* e glossa esse: deinde *consensu omnium* ad rem nihil facere: *consensu* autem simpliciter poni pro 'uno consensu,' *quod* probabat locis Taciti ex Ann. I. 44. Ann. XIV. 26. et Hist. I. 55. Si tamen usque adeo ab editis recedere displiceat, legendum existimat ex Mog. cod. *Jam, urbe capta a Gallis, quo redemta urbs est? nempe aurum matronæ consensu omnes in publicum contulerunt.* At contra *consensu omnium*, pro unanimi consensu poni, docuit Crevier. ex Livii loco cap. 32. 'Thessalos, et Phocenses, et Locrenses, consensu omnium scimus partium Philippi fuisse.' Id autem præstare puto. Certe cod. Moguntini lectionem recepi. Ne vero displi-

Digitized by Google

ceat repetitio vocis 'urbs,' vide quæ notantur ad 1. 3. § 9.

§ 10 *Dii quoque novi*] Membranæ *Dei quoque novi*. Modius. Vide ad x. 40. § 13. Adde quæ notantur ad xxv. 29. § 5. xxx. 2. § 13. et c. 31. § 10.

§ 11 *Dissimiles, inquit, causæ sunt*] Eadem membranæ *dissimiles, inquis, causæ sunt:* optime: ut ad ipsum consulem converterit orationem; non de consule ad coronam hæc dixerit. *Modius.* Placet quod reperi in Pall. respondens Modianæ lectioni, *dissimiles, inquis, causæ sunt.* Vult enim occurrere objectioni consulis. *Gebh.* Ita etiam Lov. 1. 3. 4. Harl. uterque Mead. et Gaertn. Proxime accedunt Voss. qui librarii aberratione *iniquis*, et Lov. 2. ac 6. qui *inquies* legunt. Solus tantum Lov. 5. editis adhærens *inquit* exhibet. Recepi igitur quod plurium consensus probabat; licet non exciderint quæ notantur ad cap. 3. § 9. Verum alia ibi ratio est; nam *inquit* usurpatur eo loco pro quædam ex numero mulierum inquit; hic vero Valerius, oratione ad consulem conversa, ipsum adlocutus est, et nunc quasi respondentem inducit. Cui schemati commodum est *inquis*, non *inquit*.

Cap. vi. § 2 *Et illa communis pro legibus visa consularis oratio est, et hæc adversus luxuriam severissimis moribus conveniebant*] Priora sic leguntur in ed. Moguntina, *et illa communis pro legibus suis consularis oratio est:* pessime: neque enim pro legibus suis hic disceptat consul, et illud, *visa consularis oratio est*, illud significat: dignam consule eam orationis partem videri merito posse, utpote cujus maxime interesset, sartas tectas eas servari curare. Ceterum quod hic peccat, mox corrigit eadem ed. reponens *et hæc adv. lux. sev. mor. conveniebat. Et hæc*, 'oratio' puta: dixerat enim, 'Venio nunc ad id de quo agitur; in quo duplex consulis oratio fuit.' *Modius.* Libri omnes *conveniebat;* ut referatur ad præcedens 'oratio.' *Gebh.* Non sola ed. Mog. in prima parte horum verborum *pro legibus suis* edidit, sed etiam reliquæ omnes priores. Eamdem autem lectionem servant Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Aldus vero ex membranis Mogunt. recte recepit *pro legibus visa consularis oratio est.* Nec multum abludunt Voss. et Lov. 1. quorum prior dedit *pro legibus suis ac consularis oratio est*, alter *pro legibus suis ac consularis oratio est.* In quo posteriore *τῶν suis ac* si primam literam *s* et ultimam *c* expunxeris, quæ perperam partim ex ultima præced., partim ex prima seq. vocis repetitæ sunt, et, quæ supersunt, in unam vocem jungas, habebis Moguntini *visa.* Omnia autem illa *et illa communis pro legibus visa consularis oratio est* desunt in Harl. In posteriore vero parte non iterum sola ed. Mog. *conveniebat* præfert, sed etiam omnes priores, omnesque codd. *conveniebant* autem demum obcurrit in Paris. ed. 1573. Paullo ante § præc. *lata est*, pro *esset*, Lov. 3. Harl. et Gaertn.

§ 3 *Nisi, quid in utraque re vani sit*] *Re* superest. *Gelen.* Pall. *nisi quid in utraque re vani sit.* Gebh. Vocem *re*, quam, præeunte Gelenio, expunxit ed. Frobeniana 1535. et reliqui editores usque ad Gronovium omiserunt, non agnoscit unus Voss. Reliqui codd. eam constanter tuentur: unde Gronovio adhærendum putavi.

Ne quis error vobis obfundatur] Ita audacter satis quidam reposuerunt, cum membranæ aliæ habeant *defendatur*, aliæ *defundatur:* quod posterius nisi verum est, certe minore mutatione et solenniore variatione scripserim *diffundatur.* Modius. Cur displicet hæc lectio *offundatur* Modio? Comparet ea certe in Pall. utroque. Parvo discrimine prisca ed. *nobis effundatur.* Ille tamen, quem dixi, vel

Digitized by Google

defundatur, vel *diffundatur* præfert. *Gebh.* Priscæ edd. fere omnes præferunt *effundatur;* quæ lectio superest in Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Quum autem Moguntini in cod. suo *defendatur* invenissent, pro eo in ed. sua substituerunt *defundatur*. Non igitur in ullis id exstitit membranis, ut Modius nobis persuadere conatus est, qui vel scripturam illam probabat, vel conjiciebat *diffundatur:* quum tamen neutrum ferri possit, et tutius fuisset, ut Aldum secutus foret, qui *effundatur* substituit. Ita enim non tantum præferunt Voss. Lov. 4. et Mead. uterque, sed etiam edd. Rom. 1472. ac Parm. De hoc verbo vide ad XXXIII. 7. § 8. *Nobis* etiam, pro *vobis*, Voss. Lov. 3. 5. 6. et quædam edd.

§ 5 *Quas tempora aliqua desiderarunt leges*] Ms. *quas tempora aliqua desiderabunt leges.* Modius.

Ita ut dicam] Ita Gronov. 1665. edidit. Sed recte Hearnius et Crevier. veterem scripturam *ut ita dicam* revocarunt, quam servant Mog. Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn.

§ 6 *Alia in secunda, alia in adversa tempestate usui sunt*] Idem Ms. sine ulla litura *alia in secundam, alia in adversam tempestatem usui sunt.* Modius. Mog. *secundam*, et *adversam tempestatem*. Ut XXXVII. 15. 'In duas res magnas id usui fore.' Voss. *alia in secundam, alia adversa tempestate usui sunt.* Quæ varietas alicui placere posset. *J. F. Gron.* Vulgatam scripturam tuentur omnes mei, etiam Voss. nisi ejus excerpta fallant, quæ testantur, in eo tantummodo ipsum a reliquis dissentire, quod præferat *alia in secunda, alia adversa tempestate*, præpositione posteriori loco omissa. Præfero tamen Mogunt. lectionem. Vide ad IV. 46. § 8. et X. 18. § 12.

§ 7 *Quid vetus regia lex, simul cum ipsa urbe nata? Aut, quod secundum est*] Quidam codd. habebant *Num vetus lex*, quod non displicet: sed utrumque intelligitur. Dicere enim vult, legem Oppiam neque veterem regiam esse legem, quas multas a Romulo latas Dionysius refert, neque a decemviris proditam. Exemplum autem matronarum, quod de Capitolii obsidione paulo ante refert L. Valerius, a Livio eo anno non habetur lib. v. sed quarto ante anno, hoc est proxime post Veios captos, ab urbe condita CCCLX. *Glarean.* Vet. lib. *An vetus regia lex, simul cum ipsa urbe nata? An, quod, &c.* Sigon. Doctissimi jurisconsulti, Hotomannus, Balduinus, et Janus a Costa ex hoc loco ostendi putarunt, 'legem regiam,' qua de principis imperio lata populum Rom. ei et in eum omne imperium suum et potestatem concessisse auctor est Justinianus § 6. Instit. de Jure Nat. Gent. et Civ. primum a Romulo latam fuisse. Non perspicio, quomodo id ex his verbis effici possit. Nam quæ hæc est consequentia? Livius hic memorat 'veterem legem regiam, simul cum ipsa urbe natam;' ergo 'lex illa regia,' de qua Justinianus agit, primum a Romulo lata fuit. Valerius sine dubio intelligit veterem aliquam legem ex iis quæ olim a regibus latæ, illis exactis propter æquitatem et utilitatem vel in usu manserant, vel, quum odio regum primum neglectæ fuissent, deinde ob easdem causas rursus revocatæ fuerant. Ita hoc recte exponit Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 5. *Duk.* Vel ceco adparet, per 'veterem legem regiam' intelligi unam veterum illarum legum, quas varii reges Romani tulerunt paulo post urbem conditam. Livius VI. 1. 'Leges (erant autem eæ duodecim tabulæ et quædam regiæ leges) conquiri, quæ comparerent, jusserunt.' Non igitur intelligenda lex, qua populus Romulo regi detulit supremam potestatem, ut, post alios

Digitized by Google

JCtos, somniat etiam Doujatius ad h. loc. Neque urguendum est, numero singulari hic 'legem regiam,' loco laudato Livii numero plurium 'regias leges' memorari: certe ita etiam JCtus l. 2. ff. De Mortuo Infer. 'Negat lex regia, mulierem, quæ prægnans mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur.' Ceterum Sigonio *An* pro *Quid*, et iterum *An* pro *Aut* emendanti adsentitur Harl. posteriori loco etiam Mead. 2. Reliqui codd. simul cum edd. antiqq. legunt perperam *Quia vetus regia lex s. c. i. u. nata. Aut, quod secundum.* Glareani *Num vetus regia lex* demum adparuit ad marginem ed. Ascens. 1513. quæ etiam prima in contextu dedit *Quid vetus regia lex.*

§ 8 *Non existimarint matronale decus servari posse*] *Existimaverunt* Voss. et Lov. 1. ac 6. *existimaverint* Lov. 5. et Mead. 2. cum omnibus edd. etiam Moguntina, usque ad Aldum; qui dedit *existimarint*, consentientibus reliquis, nisi quod *existimarit* sit in Mead. 1. Tum *decus matronale* vocibus transpositis Voss. Lov. sex, Harl. uterque Mead. et edd. etiam Moguntina, quod Aldus iterum mutavit. Sed, Mss. adhærens, priorem ordinem vocabulis reddidi. Parvum est, fateor, et eodem redit. Verum vel propterea nihil invitis codd. mutandum erat. Hinc *posse servari* Lov. 6. et Gaertn. Mox *verecundum sit*, pro *verendum sit*, librarii aberratione, membranæ Mog. Tandem *sanctitatemque matronarum*, pro *feminarum*, Mead. 2.

§ 9 *Quis igitur nescit*] *Nesciat* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Frob. qui a. 1535. substituit *nescit*. Et ita Mss. Mog. omnesque mei reliqui præter Lov. 1. cujus librarius perperam vocem hanc omisit. Mox copulam *et* inter utrinsque consulis nomina interponunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Mog. ed. aliæque et priores et posteriores usque ad eamdem Frob. quam male ab eo omissam restitui. Deinde *viginti ante annis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. uterque Mead. et Gaertn. Supra VI. 37. 'Quæstores quoque paucis ante annis ex plebe cœptos creari.'

§ 10 *Nam si ista lex ideo lata esset*] Pal. 1. *Nam si ista lex aut ea lex ideo lata esset.* Pal. alter, et prisca ed. *Nam si ista lex aut ideo lata esset.* Gebh. *Nam si ista lex aut lata esset* Mead. 1. *Nam si ista lex aut ideo esset* Lov. 6. a m. pr. in quo τὸ *aut* deletur a m. sec. *Nam si ista lex aut ideo lata esset* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. Gaertn. et primæ edd. Postea Aldus ob vocalem *aut* locum asterisco notavit. Frobenius tandem a. 1531. τὸ *aut* delevit.

Cur sit autem lata, ipsum indicavit tempus] Si jam indicavit, non opus te dicere. Lege *indicabit*. J. F. Gron. *Indicavit* servant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *cur sit autem ipsa lata, indicat tempus* Lov. 3. *cur sit autem lata, indicat tempus* Hearnii L. 1. Si itaque vulgatum displicet, malim *indicat*, quam Gronovianum *indicabit*; quod, nullius codicis auctoritate nisum, malo more in contextum receptum est.

§ 11 *Ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur*] *Moturus* Lov. 2. 6. et Harl. Male. X. 27. 'Ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant.' XXVI. 10. 'Ad Anienem fluvium castra admovit.' XXXII. 28. 'Exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoveri.' XLI. 16. 'Exercitum ad Mutinam admovit.'

§ 12 *Non socios navales ad classem tuendam*] Horum verborum sententiam non puto esse, non habebamus socios navales, qui classem tuerentur; sed non poteramus tueri classem, quia socios navales non habebamus: quod narrat Livius XXIV. 11. et lib. XXVI. capp. 35. et 36. Nam alibi non socii navales, sed respublica 'classes' et exercitus navales 'tueri'

Digitized by Google

dicitur. XXIII. 38. 'Pecunia ad classem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta est.' Ibid. cap. 48. 'Occurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur.' XXVIII. 41. 'Unde classes tueamur, unde commeatibus præbendis sufficiamus, nihil reliqui est.' 'Tuetur' autem respublica 'classem,' quum curat, et de publico præbet quum alia ad eam instruendam et ornandam necessaria, tum remiges et socios navales, et denique omnia, sine quibus classis haberi, et usui esse non potest: quorum indicem quemdam habet Livius XXVIII. 45. Nam, in hæc omnia impensam ex ærario factam fuisse, ostendit ex Livio aliisque Scheffer. de Milit. Nav. IV. 1. Eadem significatione 'tutelam classis' dicit Justinus XVI. 3. 'Quum rerum potirentur Athenienses, victisque Persis Græciæ et Asiæ tributum in tutelam classis descripsissent:' ubi hoc aliquanto angustius, quam pro re, interpretatur Vorstius, 'ad classem sartam tectam servandam.' *Duk.*

§ 18 *In eadem die decerunt pecuniæ, frumentum, et cetera*] Locus egregie vitiatus scioli alicujus opera. Sincera lectio *in eandem diem frumentum et cætera. In eandem diem*, hoc est, postquam debellatum esset. *Gelen.* Andreas et proximi *in eadem die pecuniæ frumentum.* Ascensius *emebantur: decerunt pecuniæ frumentum:* et in margine pro varia lectione *in eadem die:* quod ex eodem expressit Saveterius. At nescio, quo errore Mog. et inde Aldus, Juntas, Frobenius *in eadem die decerunt pecuniæ.* Pro hoc Gelenius dedit, quod nunc receptum est. Indigebat locus sectione, sed una voce plus recidit, quam decuit. Nam legi volunt scripti, *in eandem diem pecuniæ frum. et cæt., quæ belli usus post., præbenda publ. se cond. professi erant.* 'Dies pecuniæ' est dies solutionis ex ærario faciendæ: ut jurisconsultis 'diem venire,' 'diem cedere.' Cicero ad Attic. X. 5. 'Diem pecuniæ Idus Novembres esse.' Noster XXXV. 7. 'Et ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus, jus creditori diceretur.' Cato de Re Rust. c. 147. 'Dies argento ex Cal. Novemb.' Columella I. 7. 'Sed nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligaverit, tenax esse juris sui debet, sicut in diebus pecuniarum.' *J. F. Gron.* De re vide Liv. lib. XXIII. capp. 48. et 49. Sed dubito an locus ex XXXV. 7. hinc alienus sit: nam ibi verba *pecuniæ creditæ* non videntur jungenda præcedentibus *ex ea die*, sed sequentibus *jus diceretur:* ut eodem loco, 'Ut cum sociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis, esset.' *Duk. In eadem die pecuniam, frumentum* Lovel. 2. *in eadem die pecunias* Lov. 6. *in eadem pecuniæ frumentum* Harl. Lov. 3. et Mead. 2. *in eodem die pecuniæ frumentum* Gaertn. *in eadem die pecuniæ frumentum* Voss. Lov. 1. 4. 5. et Mead. 1. Sed palmaria est Gronov. emendatio.

Quæ belli usus postulabant] *Postulabat* Lov. 3. 5. et Harl. Frustra; quamvis ita etiam Gronov. ad verba præcedd. malle videatur. Reliqui enim codd. stant pro recepta scriptura. Et ita Livius sæpe locutus est. Supra VI. 25. 'Qua quemque suorum usuum caussæ ferrent.' XXVI. 43. 'Unde terra marique, quæ belli usus poscunt, suppeditentur.' XXXVI. 26. 'Pecuniam, quæ ad usus belli necessaria erat, legatis dedit.' XLI. 20. 'Ut quæque usus eorum postulaverunt, dona dedit.' Similiter etiam alii. Curtius V. 6. § 6. 'Namque ad usus belli secum portare decreverat.' Sed plura vide apud Burm. ad Rutilii Iter I. 152.

Servos ad remum, &c. dabamus] Id est, qui remiges essent. Paullo post, 'Cur privati non damus remiges, sicut dedimus?' *Ad* sæpe notat missis-

Digitized by Google

terium. Vide Scalig. ad Catull. Carm. 10. Turneb. Advers. III. p. 23. Passerat. ad Prop. IV. 8. p. 662. et Gronov. ad Livii XXII. 10. Sueton. Aug. cap. 16. 'Viginti servorum millibus manumissis, et ad remum datis.' Hoc non recte de pœna accipiunt Torrent. Brodæus Miscell. II. 30. et P. Faber Semestr. II. 5. quos, tacitis eorum nominibus, verbo notat Casaub. ad Sueton. *Duk.* 'Servos dare ad remos,' ut 'servos emere ad militiam' XXII. 61. 'Magna jam summa erogata in servos ad militiam emendos armandosque.'

§ 14 *Quo ne plus auri et argenti facti*] De ære facto nihil cautum fuerat. Causam exponit Perizon. in Dissert. de Ære Gravi § 18. *Duk.* *Ne plus auri*, prima vocula omissa, Voss. Lov. 1. 2. 6. Gaertn. et margo Mead. 1. qui *ne quoquo plus auri* in contextu præfert: *ne quo plus auri* Lovel. 4. Harl. et Mead. 2. Paullo ante *ejus initio orta*, una voce omissa, Harl. qui in sequentibus neglexit vocem *domi*.

§ 15 *Tali tempore in luxuria et ornatu matronæ occupatæ erant*] Hæc nisi ironia gravi pronunciata intelligamus, interrogative legenda videntur. Vult autem adversus Catonem ostendere, non ob luxum ac ornatum immodicum matronarum coërcendum hanc latam legem, sed miseria ac inopia, quod historia ejus temporis probat, cum in tanto luctu tum matronæ fuerint, ut Cereris etiam sacrum intermissum: unde et senatum jussisse, intra triginta dies finiri luctum. *Glar.* Vet. lib. *Tali eo tempore.* Sigon. Glareanus dubitat utrum hoc per ironiam, an cum interrogatione dictum sit. Mihi videtur sermo interrogantis esse. *Duk.* Sigonii lectio in nullo meorum codd. adparet. *Tali tempore et luxuria et ornatu* legit Lov. 6. Male: *luxuria et ornatu* est luxurioso ornatu.

§ 16 *Cui non adparet, inopiam et miseriam civitatis, et quia, &c. istam legem scripsisse*] Vet. lib. *ob inopiam et miseriam, &c. istam legem scriptam.* Sigon. Turbant hic egregie libri Moguntinenses, in quorum membranaceo legas, *Cui non apparet inopia et miseria civitatis, et quia, &c. scripsisse legem istam*: cuso vero *Cui non apparet miseria et inopia civitatis, et quia, &c.* perinde ut in Mato. An forte legendum? *Cui non apparet inopia et miseria civ., quia omnium priv. pec. in usum publ. vertendæ erant, istam legem scriptam esse, tam diu mans. &c.* Mihi quidem ita hic locus legendus videtur, neque tam temere discedendum a veteri scriptura, proba præsertim: imo aliquanto probiore, quam nobis malo exemplo supposuerunt novellæ istius emendationis auctores: quis enim nescit, optimum quemque scriptorem hoc, quo nos volumus, modo maluisse loqui? Nam quod ainnt iidem, sic se in veteri libro reperisse, oportet sane illos, quamvis veteres, libros aut miræ notæ fulsse, aut dominis suis, quam par est, obsequentiores. *Modius.* Antiq. ed. *Cui non apparet, miseria et inopia, &c. istam legem scripsisse?* Pall. *Cui non apparet inopiam et miseriam civitatis, et quia omnium priv. pec. in usum publ. vertendæ erant, istam legem scripsisse?* Gebh. *Ob inopiam et miseriam civitatis, &c. istam legem scriptam* Sigonius ex interpolato codice: nam nostri multo elegantius, ut ante illam edd. habebant, *Cui non apparet, inopiam et miseriam civitatis, &c. istam legem scripsisse?* Ita Plinius Epist. VIII. 18. 'Quo laudabilius testamentum est, quod pietas, fides, pudor scripsit.' Cicero in Agrar. III. 2. 'Est invidiosa lex, sicut dixi; verumtamen habet excusationem: non enim videtur hominis lex esse, sed temporis.' Dionysius Longinus Περὶ Ὕψους (c. 15. circa fin.) laudat merito illud Hyperidis: Τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Sal-

Digitized by Google

vianus de suo Timotheo ad Catholicam: 'Nam sicut Theophili vocabulo amor, sic Timothei honor divinitatis exprimitur. Itaque quum legis, Timotheum ad ecclesias scripsisse, hoc intelligere debes, pro honore Dei ad ecclesiam scriptum esse: immo potius ipsum honorem Dei scripta misisse: quia recte ipse scripsisse dicitur, per quem factum est, ut scriberetur.' Q. Aurelius, reperto se inter proscriptos, apud Plutarch. in vita Sullæ p. 472. Οἶμοι τάλας, διώκει με τὸ ἐν Ἀλβάνῳ χωρίον. Libanius in oratione περὶ προστασιῶν p. 12. Τῆς ψήφου δὲ τεθείσης, ἦν τὸ κράτος καὶ ὁ θόρηξ ἤθελεν. Livius VIII. 12. 'Dictatura popularis et orationibus in Patres criminosis fuit, et quod tres leges secundissimas plebi, adversas nobilitati tulit.' Sigonius pari temeritate legit *Dictator:* nam sequitur, ait, *leges tulit:* alioqui fiet, ut dicamus 'dictatura leges tulit.' Et cur non diceremus? Cicero Bruto c. 27. de Graccho: 'propter turbulentissimum tribunatum ab ipsa republica est interfectus.' Fam. III. 11. 'Quod te ab ipsa republica defensum scribis.' *J. F. Gron.* Eadem ratio est illius, quod paullo ante dixit: Leges, 'quæ in pace latæ sunt, plerumque bellum abrogat; quæ in bello, pax.' *Duk. Ob inopiam et miseriam civitatis, et quia, &c. istam legem scripsisse* Lov. 1. et 2. Nec aliter Mead. 1. nisi quod posterius *et* omittat: *inopia et miseria civitatis, et quia, &c. istam legem scripsisse* Lov. 5. et 6. *miseria et inopia civitatis, et quod, &c. istam legem mansisse* Lov. 3. in contextu; sed *scripsisse* in margine: *inopiam et miseriam civitatis, et quia, &c. istam legem scriptam* Harl. qui tamen *ob inopiam* in margine præfert: *inopiam et miseriam civitatis, et quia, &c.* Lov. 4. Mead. 2. et Gaertn. Neque dissentit Voss. nisi quod legat *et qui.* Gronovii conjectura præ aliis placet; non audeo tamen posterius *et*, quod in omnibus ferme Mss. est, expungere. 'Inopia et miseria' eodem modo dicuntur 'scripsisse legem,' id est caussa fuisse cur lex scriberetur, quo 'mortui' dicuntur 'urbem lamentis implere' v. 39. § 4. ubi videnda quæ notantur. Mox voces *tamdiu mansuram* desunt in Lov. 3.

§ 17 *Aut decrevit senatus, aut populus jussit*] Particulam *aut* priori loco Aldus addidit ex cod. Mog. quæ in omnibus codd. meis, et excusis superioribus omittitur. Mox § seq. *reposui sicut tunc dedimus.* Gronovius a. 1665. eumque secuti recentiores editores neglexerunt voculam *tunc*, quam servant omnes scripti mei, et edd. priores: *sicut tunc dedimus* se in L. 1. et ed. principe invenisse, Hearne testatur.

CAP. VII. § 2 *Prætextati in magistratibus, in sacerdotiis*] Vir clariss. de Ædil. Colon. c. 12. p. 418. ex his Livii verbis probare conatur, sacerdotibus non tantum Romanis, sed etiam municipalibus, datam esse prætextam. Sed pace ejus dixisse liceat, mihi potius contrarium ex illis efficiendum videri. Quum enim viros Romæ in magistratibus, in sacerdotiis, prætextatos dicat, addat deinde magistratibus municipiorum et coloniarum togæ purpura prætextæ habendæ jus permissum fuisse, nulla sacerdotum in municipiis et coloniis mentione facta, consequens esse puto, illis etiam jus hoc tribui non posse. Quod vero ad idem probandum etiam laudet locum Pacati in Paneg. cap. 37. qui 'reverendos municipali purpura flamines' memorat, ex eo tantum sequitur, id tempore Theodosii permissum fuisse, non sub libera republica, neque etiam id Livium hoc loco dixisse. Verba etiam Livii ibidem laudata perperam interpunguntur.

Magistratibus in coloniis municipiisque togæ prætextæ habendæ jus est] Desunt aliquot voces. Integra lectio hæc: *mag. in col. municipiisque, hic Romæ infimo genere magistris vicorum*

Digitized by Google

togæ prætextæ habendæ jus permittemus. Gelen. Ms. *hic Romæ infimo generi magistris vicorum togæ prætextæ habendæ jus permittemus.* Modius. Hæc verba omnia *hic Romæ infimo genere magistris vicorum* absunt a Pall. et antiq. ed. in quibus admissum est, *mag. in col. municipiisque togæ prætextæ habendæ jus est.* Gebh. Supplementum illud Gelenii est ex cod. Mog. qui tamen non *genere*, sed, ut Modius monuit, *generi* habet. At omnes mei Mss. et Hearnii L. 1. exhibent lectionem, quæ vulgo ante Gelenium exstitit, nisi quod *jus erit* præferat Harl. Qui autem hic *magistratus in coloniis municipiisque* vocantur, verius 'magistri,' quam 'magistratus,' fuerunt. Vide viros doctos ad Suet. Aug. c. 2.

§ 3 *Nec id ut vivi solum habeant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui*] Lipsius Elect. 1. 6. citat *habeamus* et *crememur:* dubium errore, an consilio; quod ita legendum putaret. Kirchmann. tamen id de Funer. 1. 10. bona fide ex eo descripsit. *Duk.* Quæ Modius ad hunc locum notarat de veste, qua induti mortui cremabantur, delevi, quia ex Lipsii loco laud. verbo tenus descripserat, ubi videri possunt. Adde Otton. de Ædil. Colon. cap. 12. p. 410. Ceterum *habeamus* et *crememur* in nullo apud me cod. superest.

Feminis dumtaxat purpuræ usu interdicemus] Illud animadvertendum, habere ed. Mog. *feminis dumt. purpuræ usum interd.* quam syntaxim de grammaticorum schola pueri qui non admittunt, quid facient Senecæ, cujus est illud de Ira III. 23. 'Si jubes, Cæsar, statim illi domum meam interdicam.' Quid Suetonio, qui ait in Nerone c. 32. 'Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris,' præclusit vinctos negotiatores.' *Modius.* Non tantum ed. Mogunt. sed et omnes ante Froben. 1535. et editionum illarum lectionem firmantes Mss. quibus usus sum, *usum* servant: cujus loco Froben. *usu* dederat: sed Gruter. priorem scripturam revocavit. Utramque locutionem Livio et aliis usitatam fuisse, vidimus ad v. 3. § 8. Oportet igitur, ut scriptos sequamur. Mox *matrem familias* Lov. 2. Sed *matrem familiæ* reliqui mei, et omnes Gronovii scripti. Vide ad c. 2. § 1.

Et equus tuus speciosius instratus erit] Hic quidam pro *equus* legebant *lectus.* Eos notat, et locum de stratis equorum ex auro et purpura, quibus equi magistratuum et eorum, qui in imperio erant, ornabantur, intelligendum esse, docet Lipsius de Milit. Rom. III. 7. Adde Cerdam ad Virg. Æn. VII. 277. *Dukerus. Speciosius instinctus* Lov. 1. 'Insternere' in hac re proprium verbum. Vide ad XXI. 27. § 9. Frontin. II. 4. § 6. 'Agasones lixasque armatos simul ire jussit, jumentorumque magnam partem instratorum centunculis.' Virg. Æn. VII. 177. 'Instratos ostro alipedes pictisque tapetis:' ubi vide Cerdam.

§ 4 *Quæ teritur, absumitur, injustam quidem, sed aliquam tamen*] Pall. *in his justam quidem:* antiq. ed. *quæ teritur absumiturque, non injustam quidem, &c.* Gebh. *Absumiturque* Voss. Lov. 2. 6. Gaertn. et edd. vett. Primus Frob. 1535. copulam expunxit; cui concinunt reliqui mei. Deinde *in his justam quidem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et Mead. 1. in quo posteriore tamen vulgata lectio sedet in margine: *in his injustam quidem* Harl. et Mead. 2. *non injustam quidem* Lov. 5. et primæ edd. usque ad Frob. 1535. nisi quod interim Ascens. 1513. 1516. et Paris. 1529. dederint *non justam quidem.*

In quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit] Omnes omnino libri typis et calamis descripti duabus vocibus *manus pretium;* quod alii contracte una voce efferunt *manupretium;* sive, ut antiquissimæ membranæ scribunt, *manipretium.* Vide Victor. ad

Digitized by Google

Cat. de Re Rust. c. 14. et Harduin. ad Plinii XXXIII. 11. De voce 'manupretium' vide Leopard. Emend. XII. 16. Sunt qui negent *manus pretium* probe dici, et ubique *manupretium* rescribant. Vide Briss. Select. Antiq. IV. 23. Sed alterum etiam admittere videtur Erasm. in Adag. tit. 'Industriæ' pag. 939. Neque etiam damnavit Hotom. ad Cic. in Verr. I. 56. Causam etiam non video, cur displicere deberet. Præterea *nihil inde trimenti fit* Voss. et Lov. 2. *nihil inde trimenti fuit* Lov. 1. 3. 4. *nihil inde detrimenti fuit* Lov. 6. *nihil detrimenti fuit* Harl. et Gaertn. *nihil inde trimento fuit* Mead. 2. *fuit* etiam plerique antiquiores typis exarati. Sed librariis fraudi fuisse videtur minus frequens vox 'intertrimentum.' Eadem tamen, licet paullo alio sensu, etiam Livius usus est XXXII. 2. sed ibi ferme similiter errant librarii. Passim quoque *fit* et *fuit* commutantur in scriptis. Vide ad XL. 15. § 2. Mox *et ad privatos et ad publicos usus* Voss. Lov. sex, Harl. et Mead. 2. *ad privatos et ad publicos usus* Mead. 1. et edd. antiqq. Primus Aldus *et ad publicos et ad privatos usus* dedit, idque reliqui editores adoptarunt. Sed codicum lectionem admisi. Dein *sicut experti estis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *Nullam æmulationem inter eas singularem, quando nulla haberet, esse aiebat*] Lege *inter se singularum*. Gelen. Ms. *Nullam æm. inter eas sing., quoniam nulla haberet, esse aiebat*. Legendum fortasse, ut alicui antiquario videri possit, *Nullam æmulationem inter se singularium, &c.* Modius. *Inter eas singularem* primus Aldus ex cod. Mog. recepit; quod recte Gelenio displicuit: *inter se singularum*, ut is restitutum volebat, Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et priscæ edd. *inter se singularem* edd. Mediol. 1480. Parm. et quædam Venetæ: *inter singularum* Lov. 1. Christius legendum putabat *Nullam æmulationem inter eas singularum*: pronominis enim *se* reciprocationem hic laborare. Tum *qm nulla haberet* Lov. 2. 4. 6. et Gaertn. Hoc compendium varie alii interpretati sunt. *Quam nulla haberet* Voss. et Harl. *quoniam nulla haberet* Mog. Lov. 3. et Mead. ambo. Error inde ortus est, quod, quum per compendium *qm*, id est *quando*, scriptum fuisset, ejus loco alii dederint *qm*, id est *quoniam*. Solitos fuisse librarios has voces inter se commutare, videbimus ad Epit. Liv. l. LVII. Mox *universis dolor, indignatio est*, omissa copula, Lov. 1. et 6. *universis dolor et indignatio*, sine verbo *est*, Mead. 2. Deinde *quum, &c. videant*, pro *vident*, Mstam Mog. Hinc *ademta sunt*, pro *sint*, Lov. 3. et Gaertn.

§ 6 *Quum illas vehi per urbem, at pedibus sequi*] De carpentorum usu, et eorum postea loco lecticarum, vide amicissimum Lipsium Electorum I. 9. et ad Taciti Annal. XII. 42. *Modius*.

§ 7 *Virorum hoc animos vulnerare posset: quid muliercularum censetis, quas etiam parva movent*] Supra VI. 34. 'Is risus stimulos parvis mobili rebus animo muliebri subdidit.' *Gebh.*

§ 9 *Hunc mundum muliebrem adpellarunt*] 'Mundiciarum' nomine ea, quæ hic Livius, etiam Ovidius comprehendit Art. Am. II. 677. 'Illæ mundiciis annorum damna rependunt:' et Medic. Fac. 28. 'Mundicia crimina nulla merent.' Sed JCtos aretius definire 'mundum muliebrem,' quam alios scriptores, ostendit Ferrandus Adduensis in Interpret. et Explic. in Pandect. tom. II. Thes. Jur. Civ. pag. 542. Adde Cujac. et Schulting. ad Paulli Sentent. III. 6. § 83. 84. Phædrus quoque IV. 4. 'vestem' a 'mundo' separat; sed tamen ibid. et hunc et illam nomine 'cultus' et 'ornatus' appellat. Locum Livii XXXII. 40. e quo discrimen inter 'amum,' 'vestem,' et 'mundum'

Digitized by Google

videtur statuendum, non male explicat Ferrandus: sed de eo quoque dici potest, scriptores veteres modo laxiore, modo arctiore significatione dicere 'mundum muliebrem.' *Duk.* Vide etiam Brisson. Lexic. voce 'Mundus muliebris.' Ceterum *appellaverunt* Lov. 5. Harl. et edd. omnes usque ad Frob. 1535. Insuper in initio hujus § *Mundiciæ, ornatus et cultus* Lov. 5. Præterea § præc. voces *nec insignia* desunt in Harleian. Tum *nec dona, nec spolia bellica* legit Gaertn.

§ 10 *Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? quid, quum eluxerunt, sumunt*] Vide Cujac. ad Paull. Sentent. I. 21. 14. et Kirchmann. de Funer. II. 17. *Duk. Quid autem, quum eluxerunt* Harl. *quum eduxerunt* Lov. 5. et ed. Camp. *quum luxerunt* Lov. 3. et Gaertn. Male. De verbo 'elugere' vide Noris. ad Cenot. Pis. Diss. III. 2. p. 368.

Excellentiorem ornatum adjiciunt] Multitudinis numero vet. ed. *excellentiores ornatus.* Pall. uterque, *excellentiores ornatus adjiciuntur.* Gebh. *Excellentiores ornatus* etiam omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. Neque aliter edd. usque ad Frob. qui anno 1535. *excellentiorem ornatum* dedit. Si cod. fide, per me licet. Interim tamen, donec id constet, priorem scripturam revocavi. Insuper *adsciscunt* vir clariss. legendum censebat. Id tamen necesse non videtur. Feminæ, quum eluxerunt, sumunt purpuram et aurum; in gratulationibus autem supplicationibusque purpuræ et auro excellentiores ornatus adjiciunt. Vide ad X. 7. § 9.

§ 11 *Scilicet, si legem Oppiam abrogaveritis*] Hæc, contra atque præcedentia c. 6. § 15. quia per ironiam dicuntur, meo quidem judicio venustiora erunt, si enunciative absque interrogatione legantur. Habebunt enim plus gratiæ. *Glar.* Τὸ *Scilicet* exsulat a Lov. 2. 3. Gaertn. et Harl. *Oppiam* etiam ab eorum primo.

Minus filiæ, uxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt] Pall. et ed. *minus fide uxores.* Gebh. Similiter omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. *fide* etiam vel *fidæ* omnes typis excusi usque ad Ascens. qui a. 1513. *in fide* edidit. Sed recte Aldus ex cod. Mog. emendavit *minus filiæ;* eam enim lectionem veram esse, indicant sequentia, 'Debetis malle, patres vos aut viros, quam dominos, dici.'

§ 12 *Numquam, salvis suis, exuitur servitus muliebris*] Quemadmodum Livius hic 'servitutem' mulierum dicit, quæ viris et patribus subjiciuntur; sic Virgil. uxorem marito 'servire' Æn. IV. 103. 'Liceat Phrygio servire marito.' Hoc non inproprie dici, putat Noodtius Probab. Jur. II. 9. Aliter, et rectius, ni fallor, sentit Wechtlerus in notis ad illum locum. Mulieres, quæ in manum viri convenerant, in mancipio viri erant; vide Schulting. ad Ulpiani tit. 9. et tit. 10. § 1. nec tamen illius mancipia. Et hoc est, quod dicit Servius ad Virg. l. d. 'Mulierem, quæ in potestatem viri cedit, sustinere conditionem liberalis servitutis.' Nec Livius hic magis proprie 'servitutem muliebrem' feminarum dicit, quamdiu in manu virorum ac patrum erant, quam illarum 'libertatem,' quum viduæ et orbæ factæ erant: sed hoc vult, illas, dum in manu ac potestate virorum ac patrum sunt, nihil, nisi ex eorum arbitrio, posse gerere; viduas et orbas factas magis sui juris et arbitrii esse. Ita 'servitutem' mulieris pauperis, quæ marito diviti nupsit, dicit Terent. Phorm. IV. 3. 48. 'In servitutem pauperem ad divitem dari:' et contra Eurip. in fragm. Melanippes dotem uxoris divitis, quam pauper duxit, δουλοῦν τὸν ἄνδρα, et maritum οὐκ ἐκ ἐλεύθερον εἶναι. In quam sententiam alii quoque multa dixerunt. Perizon. in Triade Dissert. diss. I. p. 17. scribit,

Digitized by Google

Livium oratoria ἀβέβηκε 'servitutem muliebrem' modo eodem dicere, quo maritus 'dominus uxoris' vocatur. *Dukerus.* Vir doctus, agnoscens hæc verba interpretationem, eamque elegantem, admittere, et 'suos' esse necessarios, quales erant pater, avus, maritus, socer, fratres, aliquanto tamen faciliorem lectionem fore existimat, si legamus *salvis vobis.* Sed spero veniam dabit, si codd. vulgatum defendentibus me adhærere profitear. Mox *orbitas fecit*, pro *facit*, Lov. 3. et Gaertn.

§ 13 *Et mallent patres vos aut viros*] Lege *et malle patres*, non *mallent*. Gelen. Ita omnes scripti et edd. Ascensius primo a. 1510. perperam edidit *mallē*, alii *mallem*; Froben. deinde a. 1531. *mallent*.

CAP. VIII. § 2 *Unoque egmine omnes tribunorum januas obsederunt*] Lege *Brutorum januas*, non *tribunorum*. Gelen. Scimus initio c. 1. dictum, 'M. et P. Junii Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebantur.' Cum tamen hic et in scripto et in codice Moguntinensi libro legatur *tribunorum januas obsederunt*, ferri eam lectionem posse judicamus, neque temere mutari deberi, cum non minus scite intelligi, quam nominatim exprimi Bruti possint, et sequatur statim de iisdem, 'nec ante abstiterunt, quam remissa intercessio a tribunis est.' *Modius. Tribunorum* etiam omnes nostri Mss. Si autem *Brutorum* Gelenio in Moto obvium fuit, id ex alterius interpretatione natum censendum videtur. Mox *collegarum orationi* Lov. 5. et edd. principes. Quum autem Moguntini *rogationi collegæ* in cod. suo prostare monuissent, ex hac et editionum lectione recte Aldus vulgavit *collegarum rogationi*, quod in reliquis membranis meis constanter superest. 'Rogatio' et 'oratio' etiam commutabantur hoc lib. c. 5. § 2. Vide etiam ad XXXVII. 17. § 5.

Nec ante abstiterunt, quam remissa intercessio ab tribunis esset] *Nec ante abstinuerunt* Lov. 6. solito scribarum errore. Vide ad XXXI. 17. § 10. Deinde *a tribunis est* Lov. 5. Gaertn. et edd. fere omnes: *ab tribunis est* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Gronovius deinde a. 1665. vulgavit *ab tribunis esset*, quod recentiores editores servarunt. Eam autem lectionem se in cod. suo invenisse, jam Moguntini monuerunt. Nec aliter fuisse videtur in Voss. et Mead. 1.

§ 3 *Anno vigesimo post abrogata est*] Ita Pighius emendavit in Annal. ad a. IDLVIII. pag. 265. cujus conjecturam primus Gruter. a. 1628. recepit, et postea recentiores servarunt. Antea edebatur *annis viginti post*, quod retinet solus Lov. 5. Sed *annis post viginti*, vel *XX^is*, Lov. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *annis post XXXI.* Lov. 4. *anno XI. post* Hearnii L. 1. *XI°*, vel *undecimo anno post* Voss. et Lovel. 1. ac 3. *vigesimo anno post* Lov. 6.

§ 4 *Navibus longis, quarum quinque sociorum*] Thuan. excludit *τὸ quarum*. Lege, *navibus longis (quinque sociorum erant) ad Lunæ*. Adde ad c. 56. *Jac. Gron. Τὸ quarum* exsulat etiam ab Hearnii L. 1. Vide ad XL. 57. § 3. Paullo ante *M. Porcius Cato*, addita ultima voce, Harl. Tum *abrogata lex Oppia est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *A Luna proficiscens*] Vet. lib. *ab Luna proficiscens*. Sigon. Ita etiam codex Mog. Item Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn.

Ad portum Pyrenem] Lege *portum Pyrenæi*, non *Pyrenem*. Gelen. Similiter omnes nostri, uno excepto Harl. qui *Pyrenē* legit. Per 'portum' autem 'Pyrenæi' intelligi, qui 'inter Pyrenæi promontoria portus Veneris in sinu salso' Melæ II. 5. vocatur, docet P. Marca in Marca Hispan. I. 9. 4.

§ 6 *Prætervecti Ligustinos montes sinumque Gallicum*] Cato in oratione de

Digitized by Google

consulatu suo, teste Charisio lib. II. p. 185. 'Postquam Massiliam prætorimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert, mare velis florere videres ultra angulum Gallicum, inde noctis aura profecti sumus.' *Sigon.*

§ 7 *Ab Rhoda secundo vento Emporias*] De utroque oppido vide P. de Marca in Marca Hispan. II. 18.

CAP. IX. § 1 *Græci habebant a Phocæa, unde et Massilienses oriundi*] Admonuimus etiam v. 34. § 8. hoc in loco recte legi *a Phocæa*, cum illic perperam in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus legatur *a Phocide*, quæ regio Græciæ est, unde adagium Φωκέων sive Φωκικὴ ἀπόνοια, id est, *Phocensium desperatio:* cum Phocæa, a qua urbe et hi et Massilienses orti, sit in Æolide Asiæ: unde adagium alterum Φωκαέων ἀρὰ, id est, *Phocæensium exsecratio.* In Latinis fefellit 'Phocensis' a 'Phocide,' et 'Phocæensis' a 'Phocæa.' *Glar.* Lexica tradunt, 'Græci a Phocæa' dici, pro Græci Phocæenses, ut 'Turnus ab Aricia,' et multa hujus generis apud alios. Sed, si Livius hoc ita dictum voluisset, credo eum potius scripturum fuisse *Græci a Phocæa habebant.* Recte distinguit Vossius de Idolol. I. 33. apud Hearnium 'Græci habebant, a Phocæa, unde et Massilienses, oriundi.' XXVI. 19. 'Emporiis, urbe Græca, orinndi et ipsi a Phocæa sunt.' *Duk.* Tanto magis hæc interpunctio admittenda, si probari debet Lov. 3. lectio, qui præpositionem omittit. Utroque autem modo, *oriundi Phocæa*, et *a Phocæa*, Livius locutus est. Vide ad Epit. Liv. l. LXIII. Verum, quamvis reliquorum codd. nihil mutantium consensus efficiat ut vulgatum servandum putem, Vossii tamen distinctionem probavi.

§ 2 *Millium passuum in circuitu*] Vet. lib. *trium millium.* Sigon. Error est a typographis in ed. Basil. 1554. commissus. Omnes enim scripti et editi reliqui *trium millium* servant.

§ 3 *Post devictos Pompeii liberos adjecti*] Vet. ed. *allecti.* Gebh. *Adjecti* recte Aldus ex cod. Mog. edidit, adsentientibus Lovel. 2. 3. 6. Mead. ambobus, et Gaertn. *abjecti* proxime verum Voss. et Lov. 1. ac 4. Tota illa vox deest in Harl. Olim ante Aldum vulgatum erat *allecti*, quod est in solo Lov. 5. scribarum errore. Vide ad XXXV. 2. § 9. Mox *postremo Græcis*, omissa media vocula *et*, Voss. et Lov. 1. ac 6.

§ 4 *Miraretur quis, cum cerneret*] Pall. et antiq. ed. *Miraretur, qui tum cerneret.* Perperam post Pall. uterque, nec non vet. ed. *ab altera Hispanis, tam fera et bellicosa gente, objectis.* Gebh. Non video cur spreverint, quod est in scriptis, Andrea, Tarvis. *Miraretur, qui tum cerneret.* Sua enim respicit tempora Livius, quibus id non cernebatur. Lib. XXIX. c. 17. 'Miretur, qui sciat, quomodo aut nos ad patientiam sufficiamus, aut illos, qui faciunt, nondum tantarum injuriarum satietas ceperit.' *J. F. Gronov. Miraretur, qui tum*, vel *tunc*, etiam Lov. 4. 5. 6. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et edd. Rom. 1472. Camp. aliæque. *Miraretur qui cum* Voss. Lov. 1. 2. et Gaertn. Hinc factum est facile *Miraretur quis, cum*, quod superest in Harl. Idem autem primum vidi in ed. Mediol. 1480. hinc in Ven. 1498. Mediol. 1505. Ascens. 1513. et inde in reliquis. Mox *ab altera Hispanis, tam fera et bellicosa gente, objectis*, quod recte Gebhardo displicet, omnes Mss. mei, et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. id recte subposuit, quod nunc vulgo exstat.

§ 5 *Cujus assiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat*] Vet. ed. *cujus vel ass. custos aliquis*, emoto vulgari *semper*, a Pall. quoque spreto. *Gebh.* Ita videtur loqui XXXV. 16. 'Uno et perpetuo tenore juris semper usurpato, nunquam intermisso.' Sed et illic post τὸ *juris* nota distinctionis ponenda est, et hic vocabulum *semper*

Digitized by Google

plane ignorat membrana Thuan. Certe absque illo scribit XXXV. 10. 'Alter decimum jam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat:' et I. 20. dixit, 'ut assiduæ templi antistites essent,' non addito isto adverbio: neque nunc magis desideratur. *Jac. Gron.* Non necessario hinc abesse debet *semper*. Cic. pro Rosc. Amer. c. 18. 'Qui se fatetur esse rusticum, quum ruri assiduus semper vixerit.' Et Ovid. Fast. IV. 685. 'natalia rura petebam Parva, sed assiduis uvida semper aquis.' Nec dissimili pleonasmo Livius v. 42. 'Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper alicujus cladis spectaculo cessaret.' Et Catull. Carm. 64. in fine: 'Ibi semper omne vitæ spatium famula fuit.' Sed et 'assiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat' ita accipi potest, semper servatum fuisse, ut unus e magistratibus custos portæ esset, eaque custodia per vices in orbem iret, ita ut is, cujus vices erant, assiduus ibi adesset, nec usquam a custodia discederet. In eo, quod e Livii XXXV. 16. adfertur, distinctio post vocem *juris* posita non potest efficere, ut *semper usurpato* non debeat jungi cum *uno et perpetuo tenore*. Aliud esset, si ibi legeretur *semper usurpati, numquam intermissi*. Duk. *Civil' assiduus* Lovel. 4. *cui vel assiduus* Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *cujus vel assiduus* Lov. 5. et edd. principes. Tum vocem *semper* ignorant etiam omnes mei Mss. et edd. principes. Aldus est, qui primus ex Mog. cod. recepit *cujus assiduus custos semper aliquis*. Quum autem pleonasmum hunc *assiduus semper* haud insolitum esse Dukerus docuerit, ob cod. optimi fidem vulgatum servavi. Paullo ante *Et partem muri* idem Ms. Mog. Sed vocula *Et*, quam reliqui omnes ignorant, repetita videtur ex literis ultimis vocis præced. Præterea *in ea regione porta imposita*, pro *in eam regionem*, Voss. et Lov. 1. ac 2. Reliqui receptum servant.

§ 6 *Nocte pars tertia civium in muris excubabat*] Scripti elegantius *excubabant*. J. F. Gron. Adsentiuntur Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Ex nostris solus Lov. 5. ex Oxoniensibus solus L. 1. vulgatum servant. Vide Gronov. ad Livii XXXVI. 16. § 6. Livianam locutionem illustravi ad v. 36. § 5. Mox *neque moris aut legis caussa* Lov. 6. *neque moris causa, aut legis tantum* Harl. *neque moris caussa tantum, aut legis* Mstum Mog.

Sed, quanta si hostis ad portas esset, observabant vigilias, et circumibant, cura] Continet hanc lectionem vet. ed. Sed Pall. *sed, tamquam si hostis ad portas esset, et servabant vigilias, et circuibant cura*. Gebh. Membranæ *servabant*. Et ita fere malunt. Lib. XXVI. c. 43. 'Cum monuisset præfectos navium, ut vigilias nocturnas intenti servarent.' XXXVI. 11. 'Nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationem, aut vigilias servavit.' Seneca de Tranq. Anim. c. 3. 'Vigiliasque servat, et armamentario præest.' Tacitus Hist. II. 93. 'Non principia noscere, non servare vigilias, neque labore firmari.' *J. F. Gron. Tamquam* pro *quanta*, Harl. et Lov. 6. a m. sec. Deinde *servabant vigilias* Lovel. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *et servabant vigilias* Lov. 4. 6. a m. sec. Harl. et Mead. ambo. Supra XXXII. 26. 'Vigiliæ per vicos servatæ.' XXXIII. 4. 'Qui neglegenter custodias servassent.' Pari modo Græci adhibent locutionem τηρεῖν φυλακάς. Vide Raphel. Observ. ex Polyb. ad D. Lucæ Act. Apost. XII. 6. et φυλάττειν φυλακάς. Vide eumdem Obs. ex Xenoph. ad D. Lucæ Euang. II. 8. Tum *circuibant* Lov. 2. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad XXVI. 29. § 3.

§ 7 *Temere urbe excedebant*] Media vox deest in Lov. 1. *urbem excedebant* Harl. quod non displiceret, si aliorum codd. testimonio stabiliretur. Livium

Digitized by Google

autem ita loquutum esse, vidimus ad XX. 37. § 8. Sed et alterum, quod in reliquis codd. superest, eidem frequens. Vide ad X. 2. § 3.

§ 9 *Et agrorum exigere fructus volebant*] *Exhibere* lege. Nam Græci illi nullos agros habebant. *Gelen.* Libri omnes *agrorum exigere fructus.* Gebh. Omnes scripti et antiquitus cusi *agrorum exigere fructus.* Sed Gelenius, 'lege,' ait, 'exhibere.' Nam Græci illi nullos agros habebant. Ego tamen, ne illi adsensum præbeam, Latinosque 'exigere merces' dixisse pro eo, quod Horatius dicit 'venales extrudere,' putem, adducor imprimis loco singulari ex Declamationibus, quæ Quintiliani sub nomine feruntur. Undecima, quæ inscribitur Pauti cadaveribus c. 19. 'Sacrosanctus mercator opportunum, opinor, invenit mercis exactum.' Quod nihil aliud est, quam forum, nundinas, locum, et occasionem mercis exigendæ, et magno cum lucro venumdandæ. Græcis quoque recepta ἐξάγειν σῖτον pro exportare, ἐξαγωγὴ σίτου, unde Plautus Trucul. IV. 2. 6. 'facere exagogam,' et τὰ ἐξαγόγιμα merces, quæ exportantur. Est auctor alter Columella, magis etiam adfirmans, X. 315. 'nexos deferte manipios, Et celebres Fortis Fortunæ dicite laudes, Mercibus exactis, hilaresque recurrite in hortos.' Nam τὸ 'deferre' eodem pertinet, estque venale proponere. Petron. cap. 12. 'Cum ergo et ipsi raptum latrocinio pallium detulissemus.' Plinius XXXVI. 5. 'Duas fecerat, simulque vendebat, alteram velatæ specie, quam ob id prætulerunt optione, quorum conditio erat, Coi, cum alteram etiam eodem pretio detulisset:' sic malim, quam *velata. Mercibus exactis*, est venditis, traditisque, et distractis. *J. F. Gron. Exigere* etiam omnes omnino mei, et Hearnii L. 1. ac N. quod optime Gronov. exposuit per 'vendere.' Hispani a Græcis emere volebant, quæ navibus ad eos delata erant, contra vero iisdem vendere, quæ ex agris perceperant.

§ 10 *Ita pari colebant fide*] Scripti brevius, *quam sicut minoribus viribus, quam Mass., pari colebant fide.* Non erat necesse, ut editores adjicerent *ita pari.* J. F. Gron. *Ita pari* servant tantum Lov. 3. et 5. *sic pari* Harl. Reliqui omnes codd. qui mihi ad manus fuerunt, τὸ *ita* ignorant: similiter Hearnii L. 1. et N. Supra IX. 17. 'Ea, sicut ab aliis regibus gentibusque, ab hoc quoque facile præstant invictum Romanum imperium:' ita plures ibi legunt codd. pro *ita ab hoc quoque.* XXXIX. 41. 'Hunc, sicut omni vita, tum prensantem premebat nobilitas:' ubi vide Gronov. Sall. Jug. c. 2. 'Corporis et fortunæ bonorum, ut initium, finis est.' Vide ad eum locum Cortium.

§ 11 *Ut ne mora quidem segnis esset*] Alter Pal. *ut ne mora segnis esset.* Gebh. *Ut ne mora segnis quidem esset* Lov. 6. Vocem *segnis* neglexerunt Voss. et Lov. 1. Paullo ante *ibi dies moratus Cato* Lov. 2. et Harl. *dies ibi moratus cos. Cato* membranæ Mog. Sed addita voce nihil opus est. Quin et *consul* modo præcessit.

§ 12 *Ut frumentum in areis haberent*] Ita, præter edd. antiquas, omnes Mss. mei, nisi quod *in horreis* ostentet Lov. 3. in contextu: *in areis Hispani haberent* Mog. quod mox Aldus probavit, et reliqui servarunt, usque ad Gronov. qui vocem *Hispani* iterum expunxit; in prima ed. notarum caussatus, eam calamo exaratos nescire, et sponte patere, agricultores, et qui messem fecerant, fuisse, qui frumentum in areis habebant. Si igitur Moguntini lectio, a qua haud temere discedo, displicet, referendum est ad morem Livii, qui verbum tertia persona plurali sine nomine adhibuit. Vide ad c. 56. § 11. Mox *ac dimissis Romam, bellum* Voss. Lovel. 3. in margine, et Lov. 6. *ac dimissis, Ro-*

Digitized by Google

manum bellum Lov. 1. et 3. in contextu.

Cap. x. § 1 *Eodem tempore Helvio decedenti ex ulteriore Hispania*] Pro *Helvio* alii libri habent *Helio*. At in literis facile error is accidere potest, ut *M. Ælium* mutarint in *Helium*; deinde aliquis ex *Helio* fecit *Helvium*. M. Ælius fit prætor ulterioris Hispaniæ anno quarto hujus decados, non ita longe a fine libri XXXII. ubi tamen *Helvius* quidam legunt. *Glarean. M. Helvio* ex cod. Mogunt. Frob. 1535. In prioribus deerat prænomen; quod etiam ignorant omnes mei, et Hearnii L. 1. Præterea *Helmo* est in Lov. 1. *Helio* in Harl. *Ælio* in Lov. 2. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. Similiter variant codd. mox § 3. Vide ad XXXII. 26. § 2. Mox *ab A. Claudio* Lov. 3. *ab P. Claudio* Harl. *a proconsule Claudio* Lov. 2. *ab consule Claudio* Lov. 1. *ab proconsule Claudio* Voss. et Mead. 1. *ab A. proconsule Claudio* Lov. 4. et Gaertn.

Agmine ingenti ad oppidum Illiturgi obeurrunt] *Illiturgi* haud ita procul ab *Indibili*, quod in Itinerar. Antonini post Dertosam ponitur, abfuisse ex Livii XXIII. 49. colligitur. Aliud ergo *Illiturgi* fuit, quod in Bætica circa Bætin fluvium memorat Plinius Hist. Nat. III. 1. *Duk. Ad agrum*, pro *ad oppidum*, perperam Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *Liturgim* Voss. Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Lov. 6. in marg. *Liturgum* Lov. 1. et 2. *Lyturgim* Gaertn. *Iliturgem* Lov. 3. *Iliturgim* Lov. 5. et edd. ante Froben. a. 1535. *Illitrogii* Lov. 6. in contextu. Sed vide ad XXI. 24. § 1. Mox etiam *Liturgi* Lov. 2. *Iliturgi* Lov. 3. 4. 5. Harl. et Mead. ambo: *Yliturgi* Gaertn. *Illitrogi* Lovel. 6. Tum *occurrerunt* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. ante ultimam Gruteri. Priscam igitur lectionem Livio reddidi. Præterea § seq. *VII. millia*, pro *duodecim millia*, Lov. 2. Vide ad XXXIX. 29. § 7.

§ 4 *Quatuordecim millia pondo*] Iterum scripti *decem quatuor pondo*. Vox quidem *millia* in optimis quoque libris omissa sæpe, ubi abesse non potest per usum Latini sermonis. Quod inde ortum crediderim, quia, et reliquo numero notis scripto, virgula superducta significata erat: cujus rationem secuti postea librarii non habuerunt. *J. F. Gron. Decem quatuor millia* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Vide quæ notantur ad x. 21. § 6. et XXIX. 37. § 6. *Decies quatuor millia* Hearnii L. 1. *decem et quatuor millia* Lov. 2. quomodo sæpe Sigonius mutat. Ita *decem et octo* dedit pro *decem octo* x. 21. § 6. *decem et septem* pro *sexdecim* XXVII. 11. § 15. Similiter *septem et decem*, pro *septemdecim*, multi codd. præferunt XXXVIII. 51. § 11. Præterea vox *pondo* deest in Hearnii N. Mox *septingentum triginta duo* Lov. 1. 3. et 4. *septingentum triginta et duo* Lov. 6. *septingenti et triginta duo* Gaertn.

Bigatorum septemdecim millia viginti tria] *Decem et septem viginti tribus* Lov. 1. 3. 4. 6. et Voss. *X. et septem et XX. tribus* Mead. ambo, *X. et VII. et XX. tribus* Hearnii L. 1. et N. *viginti tribus*, priori numero omisso, Lov. 2. et Harl. *et viginti tribus* Gaertn.

Et Ascensis argenti centum viginti millia quadringenta triginta octo] Emendatiora exemplaria *Oscensis* habent: nec tam ab eo crediderim, quod veteres 'osca,' sacra' dixerunt, quàm ab 'Osca' Hispaniæ urbe. Argentifodinæ in Hispania plurimæ fuerunt. *Sabell.* Helvium ovantem in urbem ingressum argenti Oscensis CXX. millia CCCCXXXVIII. in ærarium tulisse scribit Livius, et paulo post c. 46. M. Porcium Catonem ex Hispania triumphantem ejusdem argenti Oscensis IDXL. Et deinceps hoc cap. Q. Minutium argenti Oscensis

Digitized by Google

CCLXXVIII. millia. Et XL. 43. quod Q. Fulvius Flaccus ex Hispania triumphans signati Oscensis nummum centum septuaginta tria millia ducentos. Quale autem esset argentum Oscense, neminem explicantem hactenus me legisse scio; qua de re operæ pretium me facturum existimo, si, quid in hac re sentiam, literis mandabo. Oscos populos Latii in Campania fuisse, tradit Strabo v. 233. &c. ubi de Latio novo verba facit. Annius ex Manethone lib. XVI. Commentariorum scribit, Oscum apud Turrhenos regnasse, cujus insigne fuit serpens, quem Oscum appellavere Hetrusci, a quo rege Osci populi dicti. Plinius III. 5. Oscos populos in Latio veteri constituit. Livius X. 20. Oscæ linguæ meminit, inquiens, 'Gnarosque Oscæ linguæ exploratum, quid agatur, mittit.' Oscæ fabellæ, seu ludi, idem auctor verba facit in principio VII. 2. 'Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est.' De eisdem Cic. Epist. VII. 1. Mario scribens ait, 'Non enim te puto Græcos aut Oscos ludos desiderasse, præsertim quum Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis.' Propert. El. IV. 2. meminit 'Oscæ terræ:' et Horat. Sat. I. 5. 'Messi clarum genus Osci.' Ab hujuscemodi populis argentum, 'Oscense' dictum, denominationem sumpsisse, quis arbitrari possit. Verum id probari non debet, quum populos istos parum potentes, et satis arctæ ditionis, ex historica lectione observemus, quin imo et a propria sede dimotos narrat Strabo, et ad internecionem deletis ipsis, immissam Latinam gentem, unde 'Latium novum' ea regio appellata; quod etiam comprobare possumus, quum neque bello Punico primo, neque Gallico Cisalpino, neque Punico secundo, ulla fiat Oscensium seu Oscorum mentio apud scriptores inter Latii populos, qui auxilia Romanis miserunt, sicuti aliorum fere omnium populorum, quibus Latium tunc temporis incolebatur, et quorum Polybius et Livius nomina memoriæ tradiderunt, nempe Marsos, Samnites, Campanos, Pelignos, Sabinos, Umbros, Picenses, Etruscos commemorantes. Non itaque a populis hisce Oscis, 'Oscense argentum' dictum affirmandum. Quamobrem cogitabam, forte 'Oscenses nummos' ab avibus, quæ 'oscinæ' appellabantur, dictos, quod scil. oscinæ avis imago in illis esset insculpta. Quales autem essent hujusmodi aves, docet Servius in Æn. I. 393. ibi: 'Aspice bis senos lætantes agmine cycnos.' 'In auguriis,' inquit, 'non solum aves considerantur, sed volatus in præpetibus, et cantus in oscinibus.' Et Æn. III. 361. in eum locum, 'Et volucrum linguas, et præpetis omina pennæ:' 'Aves,' ait, 'oscinæ sunt, aut præpetes: oscinæ, ab os et cano dictæ, ore futura prædicunt; præpetes vero a volatu.' Et rursus Æn. IV. 462. ad illud, 'Solaque culminibus ferali carmine bubo:' 'Omnes aves,' ait, 'oscines bonæ, præpetes malæ.' De his Cic. de Nat. Deor. libb. I. et II. et Ep. VI. 6. ad Cæcinnam, et Plinius X. 19. et Amm. Marc. lib. XXII. et lib. XXVIII. Corvum autem in nummis argenteis, 'Oscensibus' dictis, signatum fuisse, conjicere licet, quum Liv. X. 40. de ave, oscea seu oscina dicta, ita scribat: 'Ante consulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit:' et Horat. Od. III. 2. 'Oscinem corvum voce suscitabo Solis ab ortu.' At quum inter argenteos nummos antiquos, quos pene infinitos vidi, corvum signatum non observaverim, quumque videam, Livium non modo 'signati Oscensis' verba facere, sed et simpliciter de 'Oscensi argento' loqui, aliam interpretationem, hac omissa, indagandam judico, veramque subsequentem esse non du-

Digitized by Google

bito, 'Oscenses' scil. 'nummos' vocatos, seu 'argentum Oscense,' ab 'Oscea,' Hispaniæ urbe, cujus Ptolem. Geogr. II. 6. et Plinius lib. III. capp. 1. et 3. meminere: hodie vocant *Hisca, Huesca*, et *Guisca*. Oscenses vero inter populos Hispaniæ non ignobiles fuisse non modo, sed inter principes connumeratos, docet Cæsar de B. Civ. I. 60. 'Interim Oscenses et Calagurritani, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum legatos, seseque imperata facturos pollicentur: his Tarraconenses, et Lacetani, et Auretani, et paucis post diebus Lurgavenenses, qui flumen Iberum attingunt, insequuntur.' In Oscensium autem ditione argentifodinas celebres fuisse, conjiciendum. Nam Hispaniam argentifodinis abundare, docet Livius XXVIII. 3. scribens, 'Hispaniæ gentis ager frugifer, argentum etiam incolæ fodiunt.' Polybius quoque apud Strab. III. 147. argentifodinas, quæ sunt in Hispania, connumerans, citra Novam Carthaginem, ait, 'quatuor decurias' [immo myriadas] 'hominum operantium, qui tunc in dies singulos vicena quina drachmarum millia populo Romano referrent.' Plinius XXXIII. 6. de argento scribit, 'Reperitur in omnibus pene provinciis, sed in Hispania pulcherrimum, id quoque in sterili solo, atque etiam in montibus, et ubicunque una inventa vena est, non procul invenitur alia.' Et paulo post, 'Mirum adhuc per Hispanias ab Annibale olim inchoatos puteos durare, sua ab inventoribus nomina habentes. Ex queis Bebelo hodie appellatur, qui CCC. pondo Annibali subministravit in dies.' Apud Tacit. Annal. VI. 19. legimus, Sex. Marium, Hispaniarum ditissimum delatum incestasse filiam, saxo Tarpeio dejectum; ac, ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ male vertisse, aurarias ejus, quamquam publicantur, sibimet Tiberium seposuisse: quo in loco per 'aurarias' non modo auri, sed et argenti fodinas intelligendum; nam a nobiliori appellationem desumpsit Tacitus. Posidonius Hispaniæ subterranea non infernum, sed Platon, id est opulentiæ et divitiarum Deum, vocavit: tanta est in eo terrarum tractu metallorum fœcunditas. Et in sacra scriptura Macchab. I. 8. legimus, quod Romani multa fecerunt in regione Hispaniæ, et quod in potestatem redegerunt metalla argenti et auri, quæ illic sunt. Livius ipse lib. XXXIV. c. 21. de Catone consule, in Hispania bellum gerente, tradit, 'Pacata provincia, vectigalia magna instituit ex ferrariis argentariisque: quibus tum institutis, locupletior in dies provincia fuit.' His ita se habentibus inducimus 'argentum Oscense' dictum a Livio, quod in Oscea, Hispaniarum urbe, colligebatur et coquebatur ex Hispanicis argentifodinis, ibique etiam cudebatur; quodque pulcherrimum fuisse et optimum conjiciendum, tum ex Plinio loco supra allato, tum ex eo, quod a Livio illius mentio fiat in omnibus prædictis triumphis, in quibus latum est a triumphantibus ex Hispania, sicuti et de Illyrico argento meminit idem Livius XLV. 43. in triumpho L. Anicii. Glareanus in Annot. ad hunc locum ad § 7. scribit, 'Oscea urbs est Illergetum apud Ptolemæum in Hispania, ubi videntur fuisse argentifodinæ. Cæterum id argentum melius ne fuerit, an pejus, alio argento, clarius mihi non constat.' *M. Donat.* In numerum Oscensis argenti consentiunt tantum non omnes codd. nisi quod *VIIII.* sive *novem*, pro *octo*, habeant Lov. 2. 3. 6. Mead. ambo, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Pauci tantum omittunt numerum *centenarium*, ut Lov. 2. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod arripuit Gruterus, cujus nitima ed. præfert *Oscensis argenti viginti millia quadringenta triginta octo;*

Digitized by Google

eamdem autem scripturam servarunt recentiores omnes. Ego vero priorem, in quam plerique conspirant, reduxi. Ceterum Crevier. ad hæc verba subintelligit τὸ 'pondo.' Et hinc mox § 7. ut et cap. 46. quibus locis verba Livii per eamdem vocem supplenda existimat, in numero mendam esse arbitratur, quod tot libræ pondo argenti, quot ibi memorantur, omnem fidem excedant. Eidem favet unus Lov. 3. qui ultimæ voci subjungit vocem *pondo*. Nihilominus potius subintelligendam arbitror vocem 'nummorum,' vel 'nummos:' Livium enim de signato argento loqui, proxime præcedd. verba ostendunt: argenti autem signati non pondus, sed numerus, indicari solet. Certe 'signati Oscensis nummos' memorat Livius XL. 43. Si igitur ea vox subintelligenda est, insuper legendum erit *et Oscensis argenti* [nummûm] *centum viginti millia quadringentos triginta octo*, non *quadringenta*. Hic autem error iterum Grutero tribuendus. Quum enim omnes priores vulgassent *CXX. millia CCCC XXXVIII.* is in ultima ed. notas numerales per verba reddens, *quadringenta* dedit, pro quo *quadringentos* reposui. Utrum vero nummus argenti Oscensis Romanorum sestertio æquiparari debeat, ut statuit Crevier. ad lib. XL. cap. 43. mihi incertum est. Videtur enim intelligendus nummus in Hispania ab ipsis Hispanis cusus; qui cujus valoris fuerit, aliquem indicare non memini. Recte autem Sabell. et Donat. 'Oscense argentum' ab Hispaniæ urbe Osca nomen accepisse putant; quod inde firmatur, quia ejus Livius non, nisi in rebus Hispanicis, mentionem fecit.

§ 5 *Causa negati triumphi fuit*] Vetus lectio potius *Causa triumphi negandi senatui fuit*. Gelen. Non dubito quin vera hæc sit lectio, maxime cum eandem referat et Moguntinus Longobardico charactere exaratus codex. Cusus tamen ibidem Moguntiaci maluit *Causa negati triumphi fuit*. Modius. *Causa negati triumphi fuit* unus habet Lov. 5. *Causa negandi triumphi senatui fuit* Gaertn. Reliqui mei Mato Mog. consentiunt. Mox *aliena hospicio* Lov. 3. sollemni scribarum errore. Vide ad lib. XXI. cap. 1. § 5. Deinde *in aliena patria* Lov. 1.

Biennio post redierat] Nempe, quam provinciam sortitus fuerat, vel in eam venerat. Sortitus fuerat eam prætor a. IDLVI. Liv. XXXII. 28. Romam rediit, morbo in provincia retentus, a. IDLVIII. quum redire debuisset a. IDLVII. Nam provinciæ, si prorogatæ non fuissent, tum annuæ erant. *Duk.*

Quum provincia quoque successori Q. Minucio tradita] Ulterior Hispania, in qua anno hujus belli quarto prætor fuit M. Ælius, ut jam diximus, anno quinto obvenit Q. Fabio Buteoni: at Q. Minutio citerior. Quare M. Ælii successor non fuit Q. Minutius, sed Q. Fabius. Et Q. Minutio in ulteriore Hispania P. Manlius successit, ut post hanc, quæ jam sequitur, pugnam ipse fatetur Livius. Fieri autem potuit, ut Livius in re non admodum magni momenti lapsus fuerit memoria, videlicet in tanta rerum gestarum mole: et fortassis duo Q. librariis errorem fecere. *Glareau.* Q. Minucius successisse dicitur M. Helvio, cum tamen Helvius ulteriorem Hispaniam, Minucius citeriorem sit sortitus, quia Helvius ex sua provincia decedens in aliena rem bene gessit, id est in citeriore. Quia vero Minucius citeriorem obtinuit, idcirco successor ejus appellatur. Quare nihil mutandum est, contra atque censet Glareanus. ['Glareanus non ait quicquam mutandum; sed dubitat, ut solet.'] *Sigonius.* Glareanus vel aliquid in Livio deesse, vel eum memoria lapsum fuisse suspicatur, qui hic Q. Minucium successorem M. Helvio in provincia fuisse dicat,

Digitized by Google

quum lib. XXXII. c. 28. M. Helvium a. IDLVI. Hispaniam ulteriorem provinciam habuisse, eique a. IDLVII. Q. Fabium Buteonem successisse, et eodem anno Q. Minucium Thermum citeriorem Hispaniam sortitum fuisse XXXIII. 26. scribat. Quæ adversus eum disputat Sigonius, mihi non satisfaciunt; et miror Pighium ac Perizonium, qui in Animadv. Histor. studiose consectatur ea, in quibus negligentia aliqua Livii accusari potest, hoc intactum præteriisse, quod mihi inexplicabile videtur. Nam primum quo tempore Helvius ad Illiturgi cum Celtiberis pugnavit, Catonem jam in citeriore Hispania, sua provincia scilicet, fuisse, ex his verbis Livii liquet, 'Inde in castra Catonis Helvius pervenit.' Minucius ergo tum non amplius provinciæ illi præerat, nec Helvius dici potest, rem in illius provincia gessisse. Deinde, etiamsi ea tum adhuc Minucii provincia fuisset, tamen Helvius non ob id, quod, ex sua decedens, et iter per Minucii provinciam faciens, in ea, ut Sigonius putat, rem gessit, Minucio provinciam tradidisse, et hunc successorem habuisse, dici potest: quum ille ulteriorem, hic citeriorem Hispaniam provinciam habuerit. Alia erat solvendi hujus nodi, et tollendæ suspicionis Glareani ineunda ratio, quam ego non invenio. Quod secundo loco suspicatur Glareanus, duo *Q.* id est, quod et Fabio, successori Helvii in Hispania ulteriore, et Minucio prænomen erat *Q.* librariis errorem fecisse, eosque bis *Q. Minucium* pro *Q. Fabio* scripsisse, probabilius esset, si ostendere potuisset, Q. Fabium ex Hispania ulteriore triumphasse. *Duk. Successori quoque Minucio* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *quoque successori Minucio* Lov. 5. et priscæ edd. Quum vero deinde Moguntini cod. suum *successori Q. Minucio* habere monuissent, mox Aldus, utraque lectione juncta, *quoque successori Q. Minucio* vulgavit: quod obtinuit usque ad Frob. qui a. 1535. locum ad Mati Mog. exemplum emendans *τὸ quoque* expunxit. Et ita in Lov. 3. fuisse videtur, unde nihil notatum invenio.

Annum insequentem retentus ibi longo et gravi morbo fuisset] Pall. *retentus ibi et longo et gravi fuisset morbo.* Gebhard. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *longo et gravi fuisset morbo* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *gravi et longo fuisset morbo* Voss. Præterea *sequentem annum* Lov. 3. *annum sequentem* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes. Ascens. deinde a. 1513. dedit *in annum sequentem*; pro quo Frob. 1535. refinxit *annum insequentem.* Vide ad VI. 22. § 1. Mox § seq. vox *modo* exsulat a Voss. et Lov. 1. Deinde Helvii prænomen abest a Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. verbum denique *triumpharet* a Mead. 2.

§ 7 *Argenti pondo triginta quatuor millia octingenta, bigatorum septuaginta octo millia*] Numerum ita concipiunt Pall. *Hic quoque tulit argenti pondo XXX. quatuor DCCC., et bigatorum septuaginta tria millia.* Gebh. *Τὸ millia* priori loco omittunt Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harleian. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Ratio esse potest, non tantum quam reddidit Gronov. supra h. cap. § 4. verum etiam quod vox illa indicata sit hac nota ↀ. quam librarii non adsecuti sunt, et hinc neglexerunt. Vide ad XXXIX. 42. § 3. Duo insuper præcedd. vocabula omiserunt Lov. 2. et Harl. Hinc *norem centum*, pro *octingenta*, legunt Lov. 3. in contextu, et Hearnii L. 1. Ejusdem autem N. post eam vocem ostentat lacunam, quasi aliquid deesset. Deinde *et bigatorum septuaginta octo millia* Voss. *et bigatorum septuaginta tria millia* Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Moguntina priores: *et bigatorum LXXX. millia* Lov. 6. in contextu. *LXX. millia* in-

Digitized by Google

ter versus: *et bigatorum tria millia* Lov. 2. et Harl. *bigatorum septuaginta tria millia* Lov. 5.

Et Oscensis argenti ducenta septuaginta octo millia] Osca urbs est Illergetum apud Ptolemæum in Hispania II. 6. in qua videntur fuisse argenti fodinæ. Cæterum id argentum meliusne fuerit alio argento, an pejus, mihi non constat. Certe quæ hic ponitur summa, si Budæana supputatione in singulas libras decem statuamus coronatos, in immensum cresceret: quare numerum suspectum puto, aut non libras intelligendas: quod equidem magis crediderim. Sed judicet lector. *Glar. Ducenta LXXXVIII.* Lovel. 6. *ducenta LXXVII.* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *ducenta LXXVIIII.* Lov. 2. Harl. et Hearnii N. Vocem deinde *millia* non agnoscunt Lov. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Ceterum Crevier. etiam Oscensis argenti libras intelligens numerum itidem suspectum habet. Sed potius, nummos intelligendos esse, ad § 4. dictum est.

CAP. XI. § 2 *In quibus unus filius ejus erat, venerunt*] Pall. et vet. ed. *convenerunt.* Gebh. Ita et Vossian. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et edd. ante Froben. 1535. *conveniunt* Mead. 1. et Gaertn. Deinde *filius ejus erat* omnes mei, eædemque edd. Qua vero auctoritate Frobenius τὸ *ejus* omiserit, incertum est. Paullo ante *Balistage* Lov. 6.

Nisi præsidium Romani misissent] In veteribus legitur *præsidio Romanus miles esset: tria millia, &c.* Gelenius. Iterum cusus Moguntinus Livius *nisi præsidium Romani misissent.* Modius. Libri omnes habent *nisi præs. Rom. misissent.* Gebhard. Sic quidem [*nisi præsidio Romanus miles esset*] Gelenius e Moguntino. At nostri retinent omnes prius vulgatum *nisi præsidium Romani misissent.* Displicuit scilicet, quod *misissent* dixit pro *mitterent.* Sed hoc neque Nostro, neque purgatissimis aliis scriptoribus insolens. Cicero in Topic. c. 10. 'Agens de eo, qui testamento sic hæredem instituisset, ut, si filius natus esset in decem mensibus, isque mortuus prius, quam in suam tutelam venisset, secundus hæres hæreditatem obtinuisset:' id est, obtineret. Cæsar de B. Civ. I. 19. 'Si qua facultas fuisset, ad se cum omnibus copiis veniret.' Cicero Philipp. II. 15. 'Ut frangerer animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberasset:' male corrigit Lambinus *liberaret.* Curtius IV. 1. § 9. 'Si saniora consilia pati potuisset, contentus patrio cederet alieni imperii finibus.' Statius equo maximo Domitiani Silv. I. 1. 61. 'portaret culmina montis Cœliferique attrita genu durasset Atlantis:' ubi frustra Barnartius *duraret.* Sic vicissim, quod est apud Ulpianum l. 69. ff. pro Socio, 'Societas coiretur et conveniret,' pro coita esset, et convenisset, non tantum illius, et Spartiani, et Lampridii ævo frequens erat, ut sollicite vir primarius, (qui etiam dubitat an Latinitas patiatur 'societas coita esset:' immemor eumdem Ulpianum in l. 7. eod. tit. dixisse, 'videtur coita esse universorum') sed et longe puriorum in sermone scriptorum. Cæsar de B. Gall. v. 19. 'Prope omnes naves afflictas atque in litore ejectas esse, quod neque anchoræ funesque subsisterent, neque nautæ gubernatoresque vim tempestatis pati possent.' Sallustius Jugurth. 59. 'Neque diutius Numidæ subsistere quivissent, ni pedites equitesque permixti magnam cladem in congressu facerent.' Plautus Mercat. v. 4. 38. 'Si, Hercle, scivissem, sive adeo joculo dixisset mihi, Se illam amare, numquam facerem, ut illam amanti abducerem.' Rudente II. 6. 10. 'Utinam, te priusquam oculis vidissem meis, Malo cruciatu in Sicilia

Digitized by Google

perbiteres.' Sic Milite I. 1. 30. et 53. est 'transmitteres' et 'occideres,' pro transmisisses et occidisses: perperamque *transmitteras* et *occideras* supponunt. Sic Mercat. I. 1. 66. 'Neque nisi quinto anno quoque posse tum visere urbem:' ubi *adsuetum* alii volunt; alii fingunt nescio quam crasin in *posse*, pro *potuisse*. Tacitus Ann. XV. 68. 'Percontanti Neroni, cur in cædem suam conspiravisset, breviter respondens: non aliter tot flagitiis ejus subveniri posse.' Utro modo interpreteris, non tanta apud me in tali quidem re unius libri auctoritas, ut immutatum velim *potuisse*. Insigne est illud Juliani l. 7. § 3. de Curat. Furiosor. 'Eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furiosi legitime mercaretur, usucapturum.' *J. F. Gronovius. Nisi præsidium Romani misissent* etiam omnes, quos consului, Mss. ut et Hearnii L. 1. et N. quæ lectio si placet, plusquam perfectum positum erit pro inperfecto; quam figuram ex aliorum auctorum scriptis Gronovius ad hunc locum idoneis exemplis inlustravit. Verum eamdem quoque Livius sæpe adhibuit. Ut v. 42. 'Quin, etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent, quamvis inopem parvumque, quem tenebant, collem virtute defenderent.' VI. 3. 'Cujus spei moram quum pati fortuna obsessorum non potuisset,' &c. c. 35. 'Conterriti Patres quum trepidassent, collegas adversus tribunicias rogationes comparaturent.' VII. 6. 'Consul circumventus ab insciis, quem interfecissent, occideretur.' Quibus locis partim Sigon. partim Faber perperam substituerunt *viderent, posset, trepidarent, interficerent*. XLV. 40. 'Quum de suis rebus gestis dissernisset, memorabilis ejus oratio fuit:' pro *dissereret*. Vide etiam Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 24. et Markl. ad Statii Sylv. I. 1. 100. Contra inperfectum pro plusquam perfecto poni, videbimus ad XXXVIII. 2. § 2. Utrum tamen, quam Gronov. vindicat, lectio genuina sit, ut dubitem, caussa est cod. integerrimus Mog. Ex quo quum hac parte operis Liviani tot præstantissimæ lectiones receptæ sint, etiam in illis in quibus ab aliis omnibus Mss. dissentiens æque commodam, ac vulgo obtinet, scripturam obfert, ipsi fides non videtur abroganda. Quin et lectionem ejus repudiasse videntur, quibus 'miles Romanus' numero singulari pro plurali positum displicebat. Id tamen Livio frequens esse, vidimus ad VII. 35. § 2. ubi inter alia hunc præcipue facientem locum laudavi ex VI. 7. 'Novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani.' Ibidem etiam dictum est, sæpe librarios in his singularem in pluralem mutasse: 'præsidio esse,' ut XXIV. 11. 'Duas' legiones placuit 'urbi præsidio esse.' XXV. 31. 'Propinquis etiam inquisitis honori præsidioque nomen ac memoriam ejus fuisse.' XXXVII. 19. 'Ut urbi præsidio essent, Æmilius et Eumenes venerunt.' Vide ad IX. 15. § 3. Similiter passim 'esse documento,' 'emolumento,' 'exemplo,' 'miraculo.' Vide ad V. 54. § 5. Moguntinam lectionem probat etiam Christius: eamdem itaque, a Gronovio ejectam, recepi.

§ 3 *Quina millia militum satis esse*] Longobardicus codex *Tria millia militum satis esse*. Modius. *Quinquaginta millia*, numero inmensum aucto, Voss. et Lov. 1. *Quatuor millia* Lov. 6. reliqui mei vulgatum servant. Verum hic etiam Moguntinum cod. *Tria millia* præferentem, sequor, consentiente Christio, qui hanc recte reddit rationem, Livium, si alterum maluisset, potius dicturum fuisse 'Legionem satis esse,' quum legio eo tempore ex tot ferme militibus constaret.

Moveri quidem vel periculo eorum, vel metu] Ita primus Grut. in ultima ed.

Digitized by Google

vulgavit, quum priores dedissent, *Moveri quidem se vel periculo:* iis autem concinunt omnes mei, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, qui recte vocem sine caussa expunctam Livio redonavit. Sed aliquid humani passum existimo Gronov. qui ad XL. 42. § 3. monuit Andream invitis scriptis *Moveri se* edidisse.

§ 4 *Cum qua mox signis conlatis dimicandum sibi in dies exspectet*] Thuan. *et quam mox signis collatis dim. sit in dies exspectet.* Quod est oppido elegans, et purum putum Livii. Lib. III. c. 37. 'Exspectabant, quam mox consulibus creandis comitia ediderentur.' v. 45. 'Corpora curant, intenti quam mox signum daretur.' Cicero pro Q. Roscio c. 15. 'Quid exspectas, quam mox ego Luscium et Maximum dicam, ordine esse senatores?' Sic apud eundem de Divin. I. 48. Ennius. Sic Plautus. Festus, '*Quam mox* significat quam cito; sed si per se ponas *mox*, significabit paulo post, vel postea.' *Jac. Gronov.* Eamdem lectionem suos L. 1. et N. servare, Hearnius auctor est, neque inde Victor. dissentire, nisi quod pro *quam* præferat *quod*, Crevier. testatur: *et qua mox s. c. dimicandum sibi* Voss. Harl. et Mead. 2. *et qua mox s. c. dimicandum sit* Lov. 4. 6. et Gaertn. *et quã mox s. c. dimicandum sibi* Lov. 1. *et quia mox s. c. dimicandum sit* Lov. 2. *et quod mox s. c. dimicandum sit* Lov. 3. Ter. in Phorm. I. 3. 9. 'Dum exspecto, quam mox veniat.'

§ 5 *Legati, ubi hæc audierunt*] Τὸ *hæc* primus Aldus ex Mog. Msto recepit, adstipulantibus plerisque meis. Nam *hoc*, ut ante Aldum edebatur, in solis tantum Lov. 3. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. superest. Præterea *audiverunt* Lov. 3. et Harl. quomodo Frob. a. 1535. exhibuit. Idem servarunt reliqui editores usque ad Gron. qui a. 1665. *audierunt* substituit. Nec aliter reliqui codd. et edd. principes. Vide ad v. 53. § 3.

§ 7 *Potuisse se extra id periculum esse*] Pronomen *se* exsulat a Mead. 1. et Gaertn. Sæpe id Livium omisisse, pluribus locis supra docui. Quum tamen in reliquis omnibus supersit, hic in codd. illis paucis a syllaba finali vocis proximæ elisum fuisse, verius videtur. Alia ejusdem erroris exempla obcurrunt III. 48. § 4. c. 71. § 8. IV. 24. § 4. XXI. 10. § 3. XXVII. 36. § 3. XXVIII. 34. § 9. XXXIX. 47. § 4. c. 54. § 7. et pluribus locis.

Nullis minis, nullis periculis se motos] In veteribus legitur, pro *nullis periculis se motos, nullis terriculis.* Gelen. *Nullis periculis* Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. *nullis terriculis*, præter Moguntinum cod. etiam Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. Apage igitur *nullis terriculamentis*; quam vocem, Livio aliisque ejusdem ætatis scriptoribus indignam, Clericus, nescio qua auctoritate, ne monito quidem lectore, in contextum recepit. At voce 'terricula' utitur Livius v. 9. 'Sine tribuniciæ potestatis terriculis inventam esse aliam vim majorem ad coërcendos magistratus.' Eadem voce ex antiquis utuntur Accius apud Non. voce 'Terriculæ,' Afranius apud eumdem voce 'Numerum,' Lucilius ex emendatione virorum doctorum apud Lactant. Div. Institt. I. 22. ex recentioribus auctor de Mort. Persec. c. 16. 'Omnes adparatus ac terriculas tyrannicæ potestatis fide stabili et robore animi profligasti:' ubi vide Cuper. et Columb.

§ 8 *Eadem, quæ Saguntini passi sunt*] Potius *sint*, ut in orationibus obliquis. *Duk.* Ita legunt Voss. Lov. 1. 3. et Mead. 1. quorum fide ita edi jussi. Paullo ante τὸ *Id* deest in Lov. 2. Harl. et Mead. 1.

CAP. XII. § 1 *Consulem nocte, &c. anceps cura agitare*] *Anceps cura agere* Harl. *anceps cura angebat* Lov. 6. *anceps cura angebat cogitare* Lov. 2. *consul nocte, &c. anceps cura cogitare* Lov.

Digitized by Google

4. et Mead. ambo: *consul nocte, &c. anceps cura cogitare capit* Lov. 3. et Gaertn. Nihil mutandum. 'Cura agitat consulem,' ut 'terror agitat animos' III. 20. et similia passim. Paullo ante prima capitis vocula *Et* exsalat a Lov. 6.

§ 2 *Nolle deserere socios, nolle minuere exercitum*] *Non ille deserere socios velle, minuere exercitum* Voss. *non velle deserere socios, nolle minuere exercitum* Lov. 6. Sed placet repetitio verbi *nolle*. Supra II. 3. 'Esse gratiæ locum, esse beneficio.' III. 37. 'Primores Patrum odisse decemviros, odisse plebem.' V. 16. 'Aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas.' Et alibi sæpe.

§ 3 *Sociis spem pro re ostendendam censet*] Vet. lib. *ostentandam*. Sic paullo post c. 13. 'Consul ubi satis, quod in speciem fuit, ostentatum est.' Hujus consilii Catonis meminit Frontin. IV. 7. § 31. *Sigon.* Vulgatum superest in Lov. 3. et 6. *hostendenda* Voss. et Lov. 1. *ostentanda* Lov. 4. *ostentandam* reliqui mei, et Mstum Mog. Vide ad XXVIII. 3. § 11.

§ 6 *Denunciando militum parti tertiæ, &c.*] Distinguuntur hæc et interpunctione, et alia literarum forma, quasi priora ad legatos dixerit Cato, (quamvis etiam sic ineptum plane et alienum esset *τὸ jubet,*) posteriora sint Livii. Conjungenda necessario omnia, expungendumque *τὸ jubet*, sive sint ipsius auctoris verba, seu potius Catonis ad legatos, atque ita insuper pro *jussit* scribendum *jussisse*. Jac. Perizon. Ad eundem tamen modum ter repetitum habes *τὸ jussi* XXXI. 11. bis XXXII. 26. *Jac. Gron. Jubet* et *jussit* omnes codd. quibus uter, servant, nisi quod *jubet*, pro *jussit*, sit in Lov. 3. Vide ad XXXI. 11. § 9.

Ex omnibus cohortibus jubet, ut sibum] Legionarias, non alarias, quæ sociorum sunt, intelligit Schelius ad Polyb. c. 15. quem et vide c. 7. de eo, quod hic Livius de cibo a militibus coquendo dicit. *Duk.*

§ 7 *Bilistagi atque Iergetibus nunciare*] *Biligasti* literis transpositis Voss. et Lov. 1. *Bilistagis* Lov. 2. *Balistagi* Lov. 6. et Mead. 1. Vide ad cap. præc. § 2. Mox *comiter habendo cum muneribus apud se retinet* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. Insuper § seq. *viderint*, pro *viderunt*, Lov. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *viderent* Harl.

CAP. XIII. § 1 *Consul, ubi satis, quod in spem fuit, ostentatum est*] In veteribus legitur non male *quod in speciem fuit*. Gelen. Mognntiaci meus liber *quod in spem fuit*. Modius. *Quod in spem fuit* Lov. 3. 6. Mead. 1. et Harl. in marg. *quod in speciem fuit* Mog. codex, et reliqui mei, cum edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. Recte. 'Species' hic eo sensu, quo sæpe 'rei' obponi videbimus ad XXXIII. 35. § 4. Solent passim hæ voces a librariis confundi. Vide ad III. 9. § 13.

§ 2 *Quum jam id tempus anni adpeteret*] Cato in Hispaniam venit, quum Hispani frumentum in areis haberent, c. 9. Ab eo tempore usque ad id quo castra hiberna ad Emporias posuit, nihil rerum gessisse videtur, nisi quod agros hostium vastavit; fortassis quod propter æstates Hispaniæ ibi per æstatem res gesi non poterant. Adde XXXV. 7. *Duk.* Pronomen *id* deest in Gaertn. vox *anni* in Voss. Male. Supra V. 2. 'Jam se hiemi quidem, aut tempori anni cedere.' Ibid. 'Aliquo tempore anni parentes invisere.' c. 6. 'Tempestatibus captandis et observando tempore anni.' XXII. 32. 'Tum enim autumni erat tempus.' XXXIV. 9. 'Id erat forte tempus anni, ut frumentum in areis haberent.' Propert. I. 8. 9. 'O utinam hibernæ duplicentur tempora brumæ!'

Castra hiberna mille passuum ab Emporiis posuit] Ms. *castra hyberna tria millia passuum ab Emporiis posuit*. Me-

Digitized by Google

dius. *Mille passuum* locutio est Livio familiaris. Vide ad v. 26. § 5. XXI. 61. § 1. XXXVII. 1. § 5. Eam tamen lectionem ferre non potuerunt librarii, unde *mille passus* datum est in Voss. *mille passuum spatio* in Lov. 6. Huc tamen an referenda sit lectio cod. Meg. *tria millia passuum*, admodum dubito. Quamvis enim reliqui codd. in vulgatum consentiant, unius tamen istius Msti, ex quo tot præstantissimæ lectiones Livio restitutæ sunt, auctoritas efficit, ne temere ei adversari audeam. Forte scriptum fuerat *III. passuum* vel *III^m passuum*; quod in *mille passuum* facile abire potuit. Vide ad XXXII. 30. § 5. XXXVIII. 4. § 4. XLII. 51. § 3. Ceterum 'castra hiberna' memorantur etiam XXIX. 35. § 15. 'Castra hiberna in promontorio communit.' Alibi vero semper simpliciter 'hiberna,' similiterque 'æstiva' ac 'stativa,' non 'castra æstiva,' 'castra stativa' dixit, licet alii, etiam optimi, scriptores, addita voce, plene locuti sint. Si igitur codd. faverent, τὸ *hiberna* expungerem. Certe quum tempus anni rebus gerendis idoneum adpeteret, vix *hibernis* locus est. Mox *idem per occasiones*, pro *inde*, Lov. 1. 5. Voss. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. sollemni errore, quem Vossian. etiam mox admisit § 6. Alia exempla vide ad I. 19. § 7. et XXXI. 38. § 9. Præterea voces *castris relicto* desunt in Lov. 5. et iisdem edd.

§ 3 *Nocte ferme profiscebantur*] Præter consuetudinem. Vide Schelium ad Polyb. c. 9. *Duk.*

Quam longissime e castris procederent] Ita primus edidit Gronov. a. 1665. sed verisimiliter operarum lapsu, licet eamdem lectionem deinde etiam adoptarint Cleric. Hearn. et quidam alii. Non tantum enim omnes edd. priores, sed et omnes codd. legunt *a castris*, quod revocavi. Eamdem lectionem probabat etiam Duker. et Livio similiter restituit Crevier. Mox *inopinantis* Lov. 4. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *inopinatis* Mead. 1. *inopinatos* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Vide ad XXI. 52. § 10.

§ 4 *Ubi satis admodum et suorum*] Non ausim rejicere *satis admodum*, etsi nondum alibi inveni. Conjiciebam tamen *satis ad hunc modum*. Cicero Tusc. II. 4. 'Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis institutus.' *Duk.*

Tribunos, præfectosque, et equites omnes, et centuriones] *Præfectos* accipio sociorum, qui tribunis pares. Miror tamen de 'omnibus equitibus.' Nam duas legiones Cato habuit, ergo equites sexcentos. Adde centum viginti centuriones, duodecim tribunos, totidem præfectos sociales, concio ista, non consilium. Dubitavi legere *præfectosque equitum omnes*. Atque ii sint decuriones, merito sane vocati, ubi omnes centuriones. De equitibus aliquid indicasse Virgil. videtur Æn. IX. 226. 'Ductores Teucrum primi, et dilecta juventus, Consilium summis regni de rebus habebant.' Ut quid enim juvenes consilio tam ardue miscet, nisi consideratione Romani moris, (ita poëta hic amat) quo equites admissi? qui fere e juventute. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 8. Sunt honoratissimi castrorum, ut alibi Livius. Tamen Lipsius in militia emendat. Ego potius ejecerim copulam *et*, quæ ante *centuriones* est. Neque habetur in Ven. ut velit, quotquot fuerint centuriones equis bellantes, qui certe primorum erant ordinum inter suos. *Grut.* In conjectura Lipsii hic scrupulus est, quod ea in hoc consilio non dat locum 'præfectis sociorum,' qui quum fere cives Romani non infimi loci, et tribunis militum jure ac potestate pares essent, ut ipse dial. 10. docet, minus a consilio excludendi erant, quam 'decuriones equitum,' illis dignitate longe inferiores. 'Centuriones primorum

Digitized by Google

ordinum' equis militasse, Grutero prolatis testimoniis veterum probandum fuerat. Vix credibile est, a Catone omnes equites ad consilium advocatos fuisse; sed, quia emendationes hujus loci suis incommodis laborant, vulgatam scripturam retinendam puto, donec libri scripti aut acutiora ingenia melius aliquid suppeditent. *Duk.*

§ 6 *Cum hostibus conseretis manus*] Ms. *conseretis manum*. Modius. Prisca ed. *conferatis manus*. Modius e Longobardico cod. *conferetis manum*. Pall. *confertis manus*. Forte *conferetis*. Nam et sic loqui Livium demonstravi ad IX. 5. *Gebh.* *Confrictis manus* Mead. 1. *confertis manus* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *confertis*, altera voce omissa, Lov. 6. *confertis manum* Hearnii L. 1. *conferamus manus* Lov. 3. *conseratis manus* Lov. 5. et edd. ante Aldum: *conferetis manus* Gaertn. *conseretis manus* Harl. quomodo Aldus edidit; qui quidem quum *conseretis* ex cod. Mog. receperit, non video, quid caussæ fuerit, cur *manum*, quod idem cod. obfert, spreverit: præsertim quum optimis scriptoribus ipsique Livio non tantum 'conserere' et 'conferre manus,' sed etiam 'conserere' et 'conferre manum' in usu fuerit. Vide quæ notantur ad VI. 42. § 5.

Non agros inde populari, sed urbium opes haurire licebit] Ms. *opes exhaurire licebit*, non *haurire*. Modius. Mog. *exhaurire*. Lib. XXXVIII. c. 14. 'Quinque et viginti talenta tyrannidem tuam exhaurient?' Et c. 59. 'In domo, quam sumptus non exhauserint.' XLIII. 17. 'Oneribus impensisque, quibus alia aliis imperantibus exhauriebantur.' V. 22. 'Humanæ opes egestæ asportatæque a Veiis essent.' IX. 31. 'Prædæ plus pene, quam ex omni Samnio, egestum.' *J. F. Gron.* *Idem populari* Voss. Vide ad hujus cap. § 2. 'Exhaurire' autem, ut X. 44. 'Exhaustis deinde tectis ignem injecit.' XXVI. 30. 'Præter mœnia et tecta exhausta urbis, nihil relictum Syracusis esse.' XXXVII. 19. 'In hiberna copias reductas exhauriant commeatibus præbendis socios.'

§ 7 *Quum in Hispania Karthaginiensium et imperatores ibi et exercitus essent*] Aut τὸ *in*, aut τὸ *ibi* recidendum. Sed potius illud: nam et editi veteres, non modo scripti, ignorant. Primum video Moguntinci additum. *J. F. Gronov.* Recte Gronov. præpositionem *in* ex contextu ejecit, quam neque ullus meorum, neque Hearnii L. 1. et N. agnoscunt. Non tamen primi Moguntini addiderunt, sed jam vidi in Ven. ed. 1498. et Mediol. 1505. Præterea, τὸ *ibi* in ed. Rom. principe non conspici, Hearne testatur, quod etiam exsulat a Lov. 2. Mox *ipsi nullum in ea militem haberent*, omissis mediis, Voss. Lov. 1. 2. 3. Mead. ambo, et Heardii L. 1. *ipsi in ea nullum militem haberent* Lov. 6. *ipsi nullum in ea milites haberent* Harl. et Gaertn. Unde patet vocis *nullos* post *nullum* repetitionem librariis errandi causssam fuisse. Nihil itaque muto. Supra VIII. 36. 'Nulla arma, nullam vim, nec apertam, nec insidiis, expertus:' ubi vide quæ notavi.

§ 8 *Jam prope decem annis nemo*] *Jam decem prope annis* Mead. 1. *decem jam prope annis* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *decem jam prope annos* Voss. Vide ad X. 21. § 6. Paullo ante *et Carthaginiensium*, addita priori voce, Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. quæ voculam expunxit. In sequentibus vero *circa Iberum* Lov. 1. *cura Iberum* Lov. 2. Solent autem vocabula *circa* et *citra* mutari in Mss. Vide ad XXI. 48. § 6.

§ 9 *Hoc armis et virtute recuperetis oportet*] Pall. uterque *reciperetis*. Est enim a 'reciperare.' *Gebh.* Ita et Lov. 1. ac 4. Vide ad VII. 18. § 1.

Digitized by Google

Reliqui tamen nostri, et, ut videtur, Hearnii Oxonn. vulgatum tuentur.

Jugum, quo exuit, accipere rursus] Vet. lib. *jugum, quo se exuit.* Sigon. Illud *se*, quod Sigonius ex vet. lib. addidit, non tantum est in omnibus codd. sed etiam edd. præterquam in una Bas. 1554. unde operarum errore exsulat. Tum *accipere rursum* Voss. et Lov. 1. 3. 6. Paullo ante *rebellantem temere, quam constanter bellantem*, omisso *τῷ magis*, Lov. 3. Eam vocem sæpe omitti, videbimus hoc lib. ad c. 49. § 10. quum tamen reliqui codd. eam servent, uni fidem non habendam existimo. Voces *magis temere, quam constanter bellantem* desunt in Harl. culpa librarii, cui similitudo vocum *rebellantem* et *bellantem* errandi ansam præbuit. Mox § seq. *ad castra hostium exercitum ducturum* Lov. 3. Male. Vide ad 1. 28. § 5.

CAP. XIV. § 1 *Media nocte, quum auspicio*] Ita primum editum vidi Basil. 1539. Omnes priores *Nocte media:* quem verborum ordinem servant etiam omnes calamo exarati. Quare ita vulgari curavi.

§ 2 *Ab tergo adparuisse Romanum*] Constans hæc lectio est omnium codd. omniumque edd. usque ad Paris. 1573. quæ per compendium præfert *adparuisse Rom.* idque similiter per proximas edd. propagatum est. Gruteri tandem postrema compendium illud reddidit *Romanos*, adprobante Heinsii Elzeviriana. Tandem Gronov. hunc errorem emendavit, veteri lectione revocata, ad III. 2. § 4. ubi plura vide.

Discurrere ipsi ad arma] Suspicor excidisse *et*, legendumque esse *discurrere et ipsi.* Hoc amat Livius. 1. 56. 'Qui quum haud parvus et ipse militiæ adderetur labor.' VIII. 3. 'Signiam Velitrasque, et ipsas coloniis Romanas.' XXVII. 27. 'Cum Crispino consule, et Marcello adolescente, saucio et ipso, effugerunt.' Infra cap. 40. 'Erecti et ipsi.' Et XXIX. 6. XXXIII. 47. lib. XXXV. capp. 3. 35. Adde Gronov. ad X. 40. *Duk.*

§ 3 *Et ego sedulo, ne esset, feci*] Etiam naves Massiliam ablegando. Appianus p. 276. *J. F. Gron.*

§ 4 *Ab tergo hostium ager est*] Libri omnes *et ab tergo hostium.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et editiones antiquæ. Frobenius demum a. 1535. copulam omisit.

Ut barbaros simulatione fugæ eliceret] Pall. et antiq. ed. *simulationis fugæ educeret.* Forte fuit *simulatione fugæ eluderet.* Sed hæc conjectura pugnat contra priora cap. præc. 'Nec jam egredi extra munimenta castellorum audebant.' Vulgata lectio confirmatur c. 19. 'Consul ubi hostes ad pugnam elicere nequit.' *Gebh. Educeret* Lov. 3. 4. 5. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *allicerent* Lov. 1. et 6. *eliceret* Voss. Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quomodo Aldus ex cod. Mog. recte edidit. Infra XXXVII. 13. 'Insidiis medio ferme viæ positis ad eliciendum extra mœnia Macedonem.' 'Ad pugnam,' 'ad prœlium elicere' inlustravimus ad VI. 31. § 7.

§ 5 *Inter castra sua et hostium aciem*] *Et aciem hostium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *redire rati Romanos*, pro *cedere*, Lov. 1. et 6. Tum *portas erumpunt* Lov. 5. et ed. Camp. *et porta rumpunt* Lov. 6.

§ 6 *Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit*] *Equites primo* Lov. 3. Harl. et Gaertn. Frustra. Supra 1. 45. 'Ut prima apta dies sacrificio visa est:' ubi vide Gronov. IV. 18. 'Primos equites clamore sublato in hostem emisit.' c. 20. 'Prope Romuli apolia, quæ, prima opima adpellata, sola ea tempestate erant:' ubi vide iterum Gronov. XXIX. 21. 'Primam religionis curam habuere.' XXXI. 29. 'Primi Macedones auditi sunt.'

Digitized by Google

XXXII. 10. 'Thessalos primos omnium nominavit consul.' XXXVI. 9. 'In eventu ejus urbis positum esse, quam primam adgressus esset.' XLIV. 19. 'Primi Alexandrini legati ab Ptolemæo et Cleopatra regibus vocati sunt.' Vide Jac. Gronov. ad XXX. 33. § 4. et quæ notavi ad VI. 11. § 7. XXXIV. 39. § 7. XXXIX. 38. § 12. et ad Silli II. 235. Deinde *se induxit* in cod. suo reperisse, Moguntini monuerunt; quomodo fere cap. seq. 'Eo secundæ legionis principes hastatosque inducit:' ubi vide. Ejus tamen loco Aldus edidit *eduxit*: id autem editores reliqui probarunt, donec Gronov. revocaret *eduxit*, quod servant codd. mei.

§ 7 *Duas cohortes delectas ab dextro latere hostium circumduci jubet*] Illud *ab dextero latere hostium* male quidem timuit, intelligitur tamen. Nam circum latus hostium dextrum duæ hæ missæ cohortes venerunt ad tergum sinistri cornu hostium, qui premebant dextrum Romanorum cornu. *Glarean. Cohortes dejectas* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad v. 21. § 10. *Cohortes dejectas* Voss. Vox *delectas* deest in Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Paullo ante alio ordine *consul vidit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn.

Et ab tergo se ostendere] Pall. uterque cum prisca ed. *et ab tergo eos tendere*. Gebh. Præstantissimam opem Livio hic tulit cod. Mog. ex quo eam, quæ nunc exstat, lectionem Aldus recepit. *Eos cedere* legunt Lov. 2. et Harl. *eos tendere* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parm. *ad eos tendere* Mediol. 1480. Tarvis. utraque, aliæque usque ad Aldum, quæ tamen lectio in nullo cod. invenitur.

§ 8 *Is terror objectus hosti*] *Abjectus* Lov. 1. et Mead. 1. sollemni scribarum errore. Illis quæ notavi ad VI. 14. § 12. adde XXXVI. 18. § 6. et Burm. ad Suet. Ner. c. 34. *Adjectus* Voss. Lov. 3. 6. et Mead. 2. quomodo etiam lapsi sunt librarii X. 13. § 3. Vide ad XXXVII. 27. § 5. Mox *Romanorum militum*, pro *equitum*, Voss. Vide ad XXXVIII. 13. § 3. Deinde τὸ *æquavit* deest in contextu Lov. 6. cujus loco margini adscribebatur *parem fecit*.

Tamen adeo turbati erant dexteræ alæ equites peditesque] *Tum adeo* Lov. 3. et Harl. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *conturbati erant* Voss. *turbatæ erant dexteræ alæ* Mead. 2. Deinde *pedites equites* Gaertn. *pedites equitesque* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Vide ad cap. 26. § 2.

Reprehenderit, et adversus in hostem verterit] Pal. 1. et antiq. ed. *verteritque in hostem*. Pal. posterior, *ut quosdam consul reprehenderit, verteritque in hostem, et quamdiu missilibus pugnatum sit*. Gebh. Si toleremus, tamen erit scribendum *aversos*, id est, qui averti ab hoste erant, et fugam quærebant. Sed admissum est ex Moguntino. Priores et nobis visi scripti, *ut quosdam consul manu ipse reprehenderit, verteritque in hostem*. J. F. Gron. *Verteritque in hostem* etiam omnes mei, Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victorin. Nihilominus codicis Mog. lectionem, quam Aldus primus recepit, probo; ita tamen, ut cum Gronov. pro *adversos*, legam *aversos;* qui error innumeris locis in Mss. obcurrit. Vide ad II. 31. § 6. Mox etiam deest τὸ *ita* in omnibus scriptis meis, editisque ante Aldum; qui hanc etiam veculam ex Mog. membranis recepit, sine qua oratio non recte cohæret. Excidit autem ex aliis ob ultimas literas vocis præcedentis.

§ 9 *Ægre Romanus resistebat*] Quidam *Romanis* emendarunt, quod, nescio, ut placeat propter sequentia proxime verba. Sed sic etiam *resistebatur* emendandum, ut sit sensus, a sinistro cornu hostium ægre Romanis resistebatur, quod et a fronte barbari urgerentur, et instantes cohortes pavidi respicerent. Quamquam clarior erit

Digitized by Google

sensus, meo quidem judicio, *si a sinistro cornu Romano* nova incipiatur sententia, et cohortes Romanas intelligamus, quas Cato emiserat in terrorem sinistri cornu hostium, ab dextero tamen eorundem latere ductas. *Glar.* Legendum ex libris omnibus *restabat*. Gebh. Andreas *restabunt*. In Tarvis. jam mutatum est. Voss. et alii scripti *restabat*: quod alibi quoque Livio restituimus. *J. F. Gron. Resistebat* in uno est Lov. 6. a m. sec. Editionum vero ante Tarvisinas exhibuit Mediol. 1480. *instabat* Lov. 1. *restabat* reliqui mei omnes, et Hearnii L. 1. ac N. Vide ad cap. seq. § 6. Paullo ante *ad dextra parte* Mead. 1. *ab dextra parte* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. et edd. nisi quod quædam earum habeant *ab dextera parte*. Gruterus demum *a dextra parte* dedit sine caussa, et invitis scriptis. Mox § seq. *Ab sinistro cornu*, pro *A sinistro*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 1. Perperam etiam *pavida* edd. Ven. a. 1498. Mediol. a. 1505. et Mog. pro quo Aldus ex cod. Mog. restituit *pavidi*, ut exhibent omnes priores typis excusi, omnesque calamo exarati.

§ 11 *Et emissis soliferreis falaricisque*] Quidam pro *Et* legunt *Ut*. Ego pro *emissis* legendum puto *omissis*. 'Soliferreum' autem teli genus, totum ferreum. 'Phalarica' autem quid sit, ipse Livius XXI. 8. in oppugnatione Saguntí elegantissime describit, et Veget. IV. 18. Quanquam hic magis quadrat ea significatio, qua hoc verbo utitur Virgil. Æn. IX. 705. ubi Turnus Bitiam sternit, ab altera haud dubie deducta: poterant enim multi generis esse. *Glar.* 'Soliferreum' genus teli fuit, totum ferreum et solidum, hoc est, sine hastili ullo, et quasi totum ferreum dixeris; nam 'solum' totum et solidum significare, palam est. 'Falarica' autem erat, ut idem et Livius interpretatur XXI. 8. missile telum, hastili oblongo, et cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat: id sicut in pilo quadratum stupa circumligabatur, linebantque pice, ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis corpus transfigere posset: sed id maxime, si hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, quum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omittere cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat. De hujusmodi telo Virgil. Æn. IX. 705. de Turno falaricam jaculante ait, 'Sed magnum stridens contra falarica venit, Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga, Nec duplici squama lorica fidelis et auro Sustinuit, collapsa ruunt immania membra. Dat tellus gemitum, et clipeum superintonat ingens.' De falarica autem plura ibidem Servius, et Vegetius de Re Milit. IV. 18. A falarica forte genus illud hastilis, quod nobiles nostrates ab equorum ephippiis inter equitandum pendens gestare apertum solent, et vulgo 'Falarina' vocatur, dictum est. *M. Donat. Ut emissis* recte Aldus ex cod. Mog. recepit, cui præter unam Lov. 5. omnes Mss. mei concinunt. Vide ad XXI. 28. § 8.

Tum velut redintegrata est pugna] Sic quoque XXIV. 15. sed ibi post *pugna* est copula. Nihil quidem moveo; sed vellem libri essent, in quibus desideraretur *est*. Duk.

Non cæcis ictibus] Antiq. ed. *non gesis ictibus*. Pall. *non cæsim ictibus*. Gebh. *Cesis ictibus* Voss. Lov. 1. 3. 5. et Gaertn. *cæsim* Lov. 2. 4. 6. *cæcim* Harl. et Mead. 2. *gesis, gessis, gessi, gesi, cæsi* edd. priores: *cæcis ictibus* primum adparuit in Frob. 1531. Infra c. 39. 'Ut non modo ad cæcos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum, loci quidquam esset.' 'Cæcus ictus' hic est temere, casu, non destinato consilio inflictus; quo

Digitized by Google

sensu fere hunc vocem inlustravi ad IX. 5. § 7. at 'cæcus ictus,' quem infert latens aliquis, est apud Silium IX. 105. 'Auctorem cæci trepidus circumspicit ictus.'

CAP. XV. § 2 *Velut cuneo, perculerunt*] *Precluserunt* Gaertn. *proculserunt* Lov. 2. *perculserunt* Lov. 4. et 6. *percusserunt* Voss. Lov. 1. Harl. et Mead. ambo, sollemni scribarum errore. Vide ad I. 27. § 10. c. 47. § 8. II. 9. § 5. c. 20. § 4. III. 8. § 9. c. 14. § 2. c. 19. § 3. IV. 31. § 9. VII. 10. § 10. c. 23. § 6. VIII. 11. § 9. IX. 22. § 7. c. 44. § 13. XXX. 29. § 4. et Duker. ad Flori III. 16. § 3. Mox *avertunt*, pro *averterunt*, Voss. et Lov. 1. ac 6. Vide ad X. 12. § 4.

Effusoque per agros cursu castra repetebantur] Libri omnes *effuso per agros cursu repetebantur*. Gebh. *Effusi per agros cursu repetebantur* Harl. *effusoque per agros cursu repetebantur* Mead. 1. et Gaertn. *effuso per agros cursu raptabantur* Lov. 2. et 6. *effuso per agros cursu repetebantur* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. pr. pro quo Ascens. a. 1513. dedit *effuso per agros cursu castra repetebantur*. Froben. tandem a. 1531. id, quod nunc exstat. Aliquid latere videtur.

§ 3 *Quæ in subsidio posita erat*] Cusus Moguntiæ liber, *quæ in præsidio posita erat:* sed æque bene. *Modius. In præsidio* Lov. 5. et edd. principes; pro quo Aldus ex Mog. cod. *in subsidio;* quod recte recentiores servarunt: non aliter enim omnes mei reliqui Mss. 'Subsidium' autem numero singulari hoc sensu in usu esse, docet Cortius ad Sall. Catil. cap. 59. § 2. Paulo ante *omnia fuga repleta* Harl.

Equo revehitur] Omisso *equo*, libri omnes *posita erat, revehitur*. Gebh. Priorem vocem, qua carent omnes scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. principes, Aldus ex cod. Mog. adsumsit. Potest illa etiam omitti. Ita II. 47. 'Consul revectus in castra hostibus viam clauserat.' III. 70. 'Conficerent equos virosque, ne quis reveheretur inde ad prælium.' Potest etiam addi. Nam revehimur non tantum equo, sed et curru. 'Citato equo revehi' inlustravi ad VII. 41. § 15. Similiter 'equo advectus;' vide ad II. 47. § 3. et X. 47. § 3. Mox *planoque gradu* Lov. 6. inter versus. Male. Vide ad IV. 32. § 10. ubi etiam 'planus' et 'plenus' commutari a librariis docui. Adde Burm. ad Suet. Cæs. c. 53.

§ 4 *Extra ordinem avidius procurrit*] *Avidus* Voss. et edd. nonnullæ ex antiquis. Sed Aldus ex membranis Mog. dedit *avidius*. Et recte. Id enim non tantum probat consensus reliquorum codd. sed et edd. Campani, Rom. 1472. et Parm.

Et ipse inter equites sparo percutit] Lege *interequitans*. Gelen. Servius in Æneid. XI. 682. ad hoc Virgilii carmen: 'Agrestisque manus armat sparus:' 'Bene agrestis, inquit: nam sparus est rusticum telum in modum pedi recurvum. Sallustius in Catil. c. 56. 'Sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portare.'' Hæc Servius. Nomen adhuc manet in Celtica lingua, qua etiamnum Helvetii utuntur. Quod ideo admonemus, quod quidam in hunc locum ita scripsit: 'Sparum genus est lini in Italia frequentis, cujus canle, sicut vitibus, cædebantur milites liberi:' quasi idem sit 'sparum' ac 'sparus.' *Glar.* Hastile genus fuisse 'sparum,' quo rustici armarentur, colligimus ex Virgilio, scribente Æn. XI. 682. 'Agrestisque manus armat sparus:' ubi Servius inquit, 'Sparus est rusticum telum, in modum pedi recurvum:' cujus tamen sententiam minus veram ostendunt, quæ de Epaminunda scribuntur, quem sparo eminus transfixum scribit Æmilius Probus, sive is sit Cornelius Nepos in illius vita c. 9. hæc etiam addens: 'At Epaminundas, quum animadverteret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque,

Digitized by Google

si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim amissurum, eousque retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Bœotios. Id postquam audivit, satis, inquit, vixi, invictus enim morior. Tum ferro extracto confestim exanimatus est:' ita et Diodorus XV. 503. illum, nisi spiculo extracto, quo transfixus fuerat, animam efflasse scribit, quod et Pausan. in Arcad. c. 11. et Cic. in Epist. Famil. elaboratissima illa ad L. Lucceium Q. F. v. 12. et de Finib. II. 30. Ælian. Var. Hist. XII. 3. et Valer. Max. III. 2. clare testatum reliquere. Si itaque sparo eminus transfixus Epaminundas, non utique sparus telum in modum pedi recurvum. Illud sane ab omnibus receptum lego, 'sparum' seu 'sparus' (nam utrumque observamus) armorum speciem vilem et ignobilem fuisse; quod ex jam dictis percipi potest, nec non ex modo dicendis. Festus tradit 'spara' fuisse 'minimi generis jacula:' et Lucilius ait, 'Tum spara, tum rumices, portantur tragula porro.' Sallustius in Catil. non longe ab extrema parte (c. 56.) 'Sed ex omnibus copiis circiter quarta pars militaribus armis instructa, cæteri, ut quosque casus armaverat, sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portabant.' Mirum itaque videtur, Catonem, consulem et insignis exercitus imperatorem, in pugna armatum sparo, ignobili jaculo, exstitisse. Dicendum arbitror, Catonem, severissimum ducem, ac fastus contemptorem, quod ejusdem mores semper demonstraverunt, in ambitionis contemptum sparum, vile armorum genus, portare voluisse, ut suis militibus ostenderet, in animi virtute et corporis robore, non armorum specie, victoriæ spem constituendam esse. *M. Donatus.* Τῷ 'interequitare' Livius etiam utitur VI. 7. 'Ante signa obversus in aciem, ordines interequitans:' et XXXV. 5. 'Interequitantes alarii non patiebantur.' Omnes tamen scripti quos adhibui, *inter equites.* Ceterum vir doctus, qui sparum genus lini interpretatur, quemque Glareanus recte eo nomine carpit, Ascensius est, quem vide in Explan. vocum Livianarum. De sparo teli specie vide quæ notavi ad Silii III. 388. et Cortium ad Sall. Catil. c. 56. Pro *sparo* autem *spata* est in Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. 1. Gaert. et margine Harl. errore librariorum, qui pro voce minus cognita substituerunt notius suo seculo vocabulum, quo tum gladium indicabant, ut docuit Du Cange in Glossar. Med. Latin. ea voce. Sparum vero medio ævo 'sparronem' vocatum esse, idem Du Cange monuit.

. § 5 *Jam castra hostium obpugnabantur*] Pall. *Jam castra oppugnantur*, excluso τῷ *hostium.* Gebhard. *In castra oppugnantur* Lov. 1. *Inde castra oppugnantur* Voss. et Lov. 6. *Jam castra oppugnantur* Lovel. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Jam castra oppugnabantur* Lov. 2. 5. Mead. 1. et edd. principes. Τὸ *hostium* Aldus ex Mog. cod. admisit. Poterat quidem ea vox abesse; nemo enim sua castra obpugnat: sed tamen cedendum puto auctoritati optimi codicis. Ita XXX. 3. 'Hæc relata Scipioni spem fecerant castra hostium per occasionem incendendi.' XXXI. 38. 'Consulem quum equitatum hostium levemque armaturam fudisset, protinus ad castra hostium ducere debuisse.' Mox τὰ *a vallo* absunt ab Harl.

Infensius hostes pro vallo pugnabant] Non facile quisquam, nisi infenso animo, in hostem pugnat, aut ei repugnat. Forte *impensius.* I. 40. 'Tum impensius his indignitas crescere.' IV. 46. 'Certamina multo impensius in castris accendi.' *Duk.* Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecerat *intentius*, adjecto loco Livii ex h. lib. c. 29. 'Intentiusque ab uno urbs defendebatur.' Vide quæ ne-

Digitized by Google

tantur ad XXVII. 24. § 9. Solent autem 'infensus' et 'intensus' confundi. Vide ad XXIX. 31. § 12. Sed codd. nihil mutant, nisi quod *infensi* sit in Voss. *insensium* in Lov. 1. Vix igitur vulgatum mutare audeo. Ita Sallust. Jug. c. 57. Metello Zamam undique obpugnante, de Numidis præsidiariis inquit, 'Neque ea res Numidas terret: infensi intentique sine tumultu manent:' ubi vide Cortium. Huc pertinet 'hostis infensus,' de quo vide ad IV. 10. § 3.

§ 6 *Qua minima vi resistitur, ea parte irrumpat*] *Quam nimia vi resistebatur* Lov. 1. *nimia* vi etiam Lov. 6. Facili errore *minimus* sive *minĩus* et *nimius*, literis tantum transpositis, et neglecta, quæ superius adscripta erat, virgula, commutari possunt. Vide viros doctos ad Sust. Calig. c. 47. Exemplum etiam est XXXVIII. 17. § 14. *Qua in una vir statur* Voss. *qua minima vi resistatur* cod. Mog. et, ut Hearnius testatur, Oxon. L. 1. et ed. Romana princeps. Id Aldus et reliqui editores probarant usque ad Gronov. qui *resistitur* revocavit. Mihi vero ex hac librariorum varietate conjectura nata est, Livium scripsisse *qua minima vi restatur;* quod postea in Hari. Mead. 1. et Gaertn. superesse vidi. Ita cap. præc. 'Et jam a dextra parte Romanus ægre restabat.' IV. 58. 'Quin summa vi restare nunciabantur:' quibus locis vide quæ notantur: nam et ibi *restare* in *resistere* librariis mutatum fuerat. Deinde *ea parte triumphat* manifesto errore Voss. nec minori aberratione mox *frequentes*, pro *infrequentes*, idem Voss. prima syllaba *in* ab ultima vocis præced. litera *m* elisa. Vide ad V. 27. § 6. Corruptius *frequens* Lov. 1. Paullo ante *omnia perlustrat*, omissa media voce, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *omnia cum oculis perlustrat* Gaertn.

Eo secundæ legionis principes hastatosque induxit] *Ea* Lov. 2. Hari. Mead. uterque, et Gaertn. Utrumque commodum sensum habere potest. Æquum igitur est, ut vulgatum, pro quo plures stant codd. probemus. Tum *hastatosque duxit* Lov. 2. et Hari. Male. I. 37. 'Pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere.' XXVII. 13. 'Cohortesque, quæ signa amisissent, se in primam aciem inducturum.' Supra hoc cap. 'Subsidiariis cohortibus in pugnam inductis.'

§ 7 *Statio, quæ portæ obposita erat*] *Apposita erat* Doujatius ex Colbert. scribendum conjicit. Teneo quam de verbo 'obponere' notata sunt ad XXIII. 29. § 4. Verum in omnibus Livii exemplis, in eum locum conlatis, τῷ 'obponere' non additur casus tertius, nisi in uno hoc, quod Gronov. laudavit, sed vel 'opponere adversus aliquem' Livius dixit, vel per ellipsin casus tertius omittitur, nempe *hosti*, vel simili. Displicet igitur hic *portæ obposita*, pro quo Livius II. 47. X. 37. et alibi, dixit *ad portam obponere*, scilicet hosti. Potius itaque, Doujatio adsensus, revocavi priorem lectionem *apposita*, quæ etiam constanter fuit in omnibus ante Curion. edd. et forte in cod. Mog. ex qua, qui eum excusserunt, nihil notarunt. Certe *adposita erat* tuentur etiam Voss. Lov. 1. 5. 6. et Harl. Vox *porta* non adparet in Lov. 1. quam reliqui omnes retinent. Mox *hostem videnti* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn.

Ipsi castris exuti] Lege *ipsis castris exuti*, non *ipsi*. Gelen. *Ipsi* omnes nostri, solo excepto Gaertn. qui ejus loco præfert *nisi*. Insuper *castris exutis* Lov. 1.

§ 9 *Supra quadraginta millia hostium cæsa eo die*] Τετρακισμύριους tantum in exercitu Hispanorum fuisse, scribit Appian. p. 276. *J. F. Gron. Eodem die* Lov. 1. 3. et Voss. Vide ad X. 10. § 6.

Haud sane detrectator laudum suarum] Ut Ovidius Metam. XIII. 270. 'neque enim benefacta maligne

Digitized by Google

Detrectare meum est.' Mss. vero apud Livium retinent *detractor*. Sic Tullius Acad. IV. 5. 'Socrates de se ipse detrahens.' Et alibi non semel, ut vix ausim hoc rejicere. *Jac. Gron. Dictator laudum suarum* Gaertn. *detractor laudum suarum* Lov. 1. et 6. *detractor laudum suarum* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quod Jac. Gronov. non displicuit. Et ita ex Tacito dudum lexica laudarunt Ann. XI. 11. 'Ipse haud quaquam sui detractor.' At recte Burm. ad Ovid. Met. v. 246. *detractor* in Metis pro *detractator* scriptum esse existimat, eamque orthographiam Broukhusium ad Prop. ac Tibull. probasse decet. Certe *detractator* superest in Voss. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *obtrector* autem, pro *obtrectator*, pari errore in cod. Salmas. sive Memm. viri docti invenerunt apud Suet. in Cæs. c. 45. Præterea innumeris locis codd. Liviani *detractare*, pro *detrectare*, scriptum exhibent. Exempli causa vide ad III. 43. § 3. c. 45. § 16. III. 58. § 12. c. 60. § 6. c. 69. § 2. IV. 18. § 3. c. 53. § 7. v. 19. § 5. VII. 11. § 5. c. 28. § 4. Omnia enim enumerare, longum foret. Vide Burm. ad Nas. Met. XIII. 270. ad Calp. Ecl. III. 47. ad Seren. Samon. vs. 481. ad Suet. Cæs. c. 54. Doker. ad Flori I. 22. § 2. Cortium ad Sall. Jug. c. 53. et Oudend. ad Front. I. 1. 9. Ita æque scripsere 'retractare' ac 'retrectare;' vide ad III. 49. § 2. 'attractare' atque 'attrectare;' vide ad V. 22. § 5. quod et in nonnullis scriptis Virg. Æn. II. 719. obvium esse, viri docti docuerunt.

Numerum non scribit] Vet. lib. *non adscribit*. Sigon. Pall. consentiunt Sigonii libris, exhibentes *non adscribit*. Gebh. Consentiunt insuper Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. ambo: *non adscripsit* est in Lov. 6. *non describit* in Gaertn.

CAP. XVI. § 1 *Tria eo die laudabilia fecisse notatur*] Hæc et sequentia usque ad illa, *Nihil deinde a victoria cessatum*, absunt et desunt in ed. Moguntinensi: desunt, inquam, ut disertim appareat ex Longobardico cod. in quo sine ulla litura aut variatione, ita ut nobis hic expressa sunt, leguntur. *Modius.* Hæc omnia, usque ad illa verba *Nihil deinde a victoria* desiderantur in Pall. utroque, et ed. antiq., a Modio ex antiq. cod. Moguntino Longobardicis literis conscripto reducta. *Gebh.* Immo omnia illa, quæ in nullo meo cod. ut nec in Hearnii L. 1. supersunt, jam Aldus ex auctoritate Msti Mog. recepit, ex quo reliqui editores omnes servarunt.

Ubi spem nisi in virtute haberent] Sic apud Ciceronem in scriptis notarunt Victorius, Turnebus, Gruterus, de Legib. I. 20. 'Hic nisi quod honestum esset, putarit bonum.' Addit Turnebus Columellam VII. 3. 'Quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima (quæ non comprehendantur hieme) novaque progenie repleatur numerus.' Inclino tamen eo, ut his omnibus locis excidisse negandi particulam suspicer: nisi forte Cicero scripserit *negavit*. Freinshemius Florum quoque sic locutum tradit I. 12. 'Adactus miles sua sponte jurejurando, nisi capta urbe remearet.' Ita enim Nazar. Sed aliæ membranæ, quarum partem ipsi vidimus, *nisi capta urbe non remeare*. Quibus omnino subscribimus. At similiter, inquit ille, Livius in re non absimili X. 38. 'Jurare cogebatur diro quodam carmine in exsecrationem capitis familiæque composito, nisi isset in prœlium.' Hic 'jurare cogebatur, nisi isset in prœlium,' quantum distat, ait, a phrasi Floriana? Immo Livii verba ab ea, quam ille Flori formulam putavit, distant plurimum? Non enim tantum Livius 'jurare nisi,' sed 'jurare composito carmine in exsecrationem, nisi.' Quod est

Digitized by Google

jurare et dira imprecari in caput suum familiæque, nisi isset. Plinium quid scripsisse velit pari ratione ὁ πάνυ, video, et poni pro sanctione, Pliniana locutio *nisi* pro *non nisi*: cur vel hoc, vel illud credam, nihil video. In Flore certe hanc locutionem idem non agnovit, apud quem fecit 'ne nisi capta urbe remearet.' *J. F. Gron.* Sententia Gronovii, suspicantis omnibus locis veterum, quibus *nisi* poni videtur pro 'non nisi,' particulam negandi excidisse, (de qua etiam vide quæ notavit ad Plinii Hist. Nat. lib. XXXIV. c. 14.) nondum omnibus viris doctis placere potuit, quod eamdem justo audaciorem putarent. De ea amplius cogitandum existimabat Dukerus ad Flori I. 12. § 8. cujus judicium laudavit Cortius ad Sall. Jug. c. 54. § 5. ubi ex Mss. emendabat; *Bellum renovari, quod, nisi ex illius lubidine, geri posset:* pro *non posset.* Eamdem etiam calculo suo non probavit Burm. apud Ovid. scribendum conjiciens Art. Am. II. 693. 'Hæc bona non primæ tribuit natura juventæ, Quæ, nisi post septem lustra, venire solet:' ubi vulgo editur *Quæ cito*, quod ferri nequit. Similiter Gronovii sententiam subrueret lectio, quæ in multis codd. et edd. antiqq. exstat apud Liv. XXVI. 21. 'Quod, nisi manente in provincia bello, decerneretur,' ubi vulgo editur *non decerneretur.* Eam tamen pro vera obtrudere non audeo. Vide etiam ad lib. XXXVII. c. 5. § 2.

§ 3 *Suos spoliis onustos in castra reduxisset*] Longobardicus cod. *milites spoliis onustos.* Modius. Omnes nostri vulgatum tuentur, nisi quod perperam *suis* sit in Lovel. 1. Lectionem itaque Mog. codicis ex interpretis glossa natam puto. Eo sensu *suus* usurpari, vidimus ad IV. 9. § 5. Ita XXIV. 34. 'Ut sui vulnere intacti tela in hostes ingererent.'

§ 4 *Emporitanos Hispanos adcolasque eorum*] Vox *Hispanos* exulat a Lov. 3. Male. Emporiæ enim duo erant oppida, muro divisa; quorum unum Græci, alterum Hispani habebant. Emporitani autem Græci jam olim sub umbra Romanæ amicitiæ latebant. Vide c. 9. Sed Emporitani Hispani nunc demum post victoriam Catonis in deditionem compulsi sunt. Τὸ *eorum* non adparet etiam in Gaertn.

§ 5 *Multi et aliarum civitatum*] *Civitatium* Mog. quod recepi. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Mox *fugerant* Harl. *effugerant* Lov. 1. 6. et Voss. *perfugerunt* Lov. 3. et Gaertn.

Adpellatos benigne, domos dimisit] Vetus lectio plus habet *app. benigne, vinoque et cibo curatos.* Gelen. *Vinoque et cibo curatos, domos dimisit* membranæ Mog. quoque præferunt, nisi quod *remisit*, pro *dimisit*, habent. *Modius.* Nulli meorum codd. ut nec Hearnii L. 1. voces, quas Gelenius et Modius ex Mog. addiderunt, probant; et tamen eas genuinas esse existimo. De verbo 'curare' vide ad XXI. 54. § 2. Omnes etiam iidem servant *dimisit.* Parum interest utrum præferatur: magis tamen placet vulgatum.

§ 7 *Donum consulis a barbaris reducebantur*] Vetus lectio *donum consuli*, non *domum consulis.* Gelen. Multi etiam meorum *donum consulis*, vel *donum consuli.* Solent voces 'donum' et 'domum' in Mss. stupore scribarum confundi. Vide ad V. 20. § 8.

§ 8 *Et ad devios montanos profecturum etiam falso perlatum est*] Lov. 2. et Mead. 1. ignorant vocem *montanos*; eorum prior insuper τὸ *etiam.* Sine dubio locus est corruptus. Crevier. conjicit *et ad devios montanos etiam falso perlata est.* Paullo ante *consulem* deerat in Lov. 2. *ducturum* in Lovel. 1.

§ 9 *Bergistanorum civitates septem et aliquot castella*] Gravius erratum, quod legi debet *Berg. civitatis aliquot castella.* Gelen. 'Bergistani' qui sint, non memini me legere. 'Ber-

Digitized by Google

gidium' oppidum bis ponit Ptolemæus; semel in citeriore Hispania II. 6. Sed lector videat, ut hic quadret. Sane apud hunc authorem, quod sæpe nunc testati sumus, locorum nomina, præcipue Hispaniæ, pleraque corrupta videntur. Quamquam fieri potuit, ut, tot elapsis seculis, multa fuerint mutata nomina, ut paulo post de 'Segestia' quoque suspicor. Vix Turdetani atque Celtiberi noti, nec tamen illi quidem satis apud posteriores definiti ad antiquam descriptionem: tantum abest, ut, ubi Seguntia, cujus paullo post mentionem faciet, olim fuerit, certo demonstrare queamus. *Glar.* Pal. et antiq. ed. *Berg. civitates septem et aliquot castella defecerunt.* Gebh. Sic *Bergistanorum civitatis septem castella* Gelenius e Moguntiaco. Edebatur *civitates septem et aliquot castella.* Barber. *civitates et septem castella.* Buslid. *civitas et septem castella.* Sed, ut eruditior, ita verior Mog. scriptura: mutationum caussa, quod non intelligerent *Bergistanorum civitatem* dici, non pro una urbe, sed pro Bergistanis, pro ipsa gente. Ut Cæsari 'civitas Helvetiorum' pro Helvetiis, 'civitas Æduorum' pro Æduis. Justin. XLI. 8. de Arsace Parthis jam potito, 'Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regiam occupavit, atque ita duarum civitatum imperio præditus.' *J. F. Gron.* Lectionem, quæ ante Gelenium recepta erat, in uno tantum Lov. 5. qui ubique cum editis facere solet, inveni. *Bergistanorum civitates septem et castella* servant Lovel. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. neque inde differt Voss. nisi quod *Borgistanorum* legat. *Bergitanorum civitates septem castella* Lov. 2. *Bergistanorum civitas septem castella* Lov. 1. *Bergistanorum civitatis septem et castella* Mead. 1. Sed recte Gronov. scripturam Moguntini probavit. De illa vocis 'civitas' significatione vide ad Epit. Liv. l. LXV. *Bergistani*, qui non alibi, quam hoc loco et cap. seq. memorantur, passim *Bergitani* vocantur a Petr. de Marca in Marc. Hisp. II. 23. quomodo id nomen in uno meorum scriptum esse dixi. At cap. seq. codd. quidam *Bergustani*, unus etiam *Bergitrani* exhibent.

Eos, deducto exercitu, consul sine memorando prælio in potestatem redegit] Ms. *eo deducto exercitu, consul sine mem. prælio in pot. redigit.* Cuus vero Moguntiæ Livius, *eos, deducto exercitu, compulsos ne mem. prælio in pot. redegit.* Modius. Lego *educto.* J. F. Gron. Lectio, quam Modius ex ed. Mog. adfert, visitur etiam in omnibus excusis eadem antiquioribus, nisi quod Camp. vulgarit *nec memorando.* Eam autem, quæ nunc vulgo exstat, Aldus ex vestigiis Msti Mog. formavit. *Eo deducto exercitu* legit Voss. membranis Mog. consentiens; quorum librarii ita dedisse videri possunt vel eodem errore, quem indicavi ad VI. 3. § 8. vel quia *eos* præcedenti *septem castella* non recte subjungi posse credebant. Verum per 'septem' illa 'castella,' quæ defecerunt, intelliguntur eorum incolæ, quorum ratione Livius dixit *eos*, non *ea*, quemadmodum etiam mox § seq. 'iidem defecerunt,' et 'iterum subacti,' et 'veniere omnes.' Vide alia ad VII. 11. § 12. Neque multum ab hac locutione differt 'auxilia irati,' de quo vide ad XXIX. 12. § 4. De locutione 'educere exercitum,' nempe ex urbe Tarracone et regione, quo Catonem venisse modo dixit, vide ad III. 62. § 5. Sed necesse non est, ut *educto* cum Gronov. vel *inducto* cum Crevier. scribamus, si ad *deducto* intelligamus 'in regionem,' ubi sita erant septem, quæ defecerant, castella. Quin et optimi cod. Mog. lectio *eo deducto exercitu* servari potest: *eo* nempe in regionem Bergistanorum: et ita ad vocem *redegit* ex præcedenti repetendum erit 'septem castella.' Deinde

Digitized by Google

compulsos nec memorando prælio Lov. 5. *compulsos ne memorando prælio* Lov. 2. et Gaertn. *compulsos ne memorando quidem prælio* Harl. *compulsos memorando periculo* Lov. 3. *compulsos ne memorando periculo* Voss. Lov. 4. 6. et Mead. ambo, quorum ultimus *prælio* in margine ostentat. *Consul ne memorando periculo* Lov. 1. Sed 'prœlium' et 'periculum' alibi a librariis commutantur. Vide ad XXXVII. 30. § 7. Tandem *in potestatem redigit* etiam Lov. 5. et 6.

§ 10 *Haud ita multo post iidem*] *Eodem* Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *Haud ita multo post eodem* Lov. 1. 6. et Voss. τὸ *iidem* exsulat ab Harl. Mox *inde quoquam procederet* Aldus ex Mog. recepit: et ita non tantum legunt edd. Camp. et Rom. 1472. sed etiam omnes codd. mei, nisi quod media vox non compareat in Lov. 3. quemadmodum nec postea *omnes* in Lov. 2.

CAP. XVII. § 1 *Adjuncto et a P. Claudio Nerone, &c. exercitu*] Legendum *Ap. Claudii Neronis*, non *a P. Claudio*. Gelen. *Et a proconsule Claudio Neronis* Voss. *et a proconsule Claudio Nerone* Lov. 2. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn. *et a prætore Claudii Neronis* Mead. 2. *adjuncto proconsule Claudio Nerone* Lov. 1. *adjuncto proconsule Nerone Claudio* Lov. 6. *adjuncto et a P. Claudio Nerone* Lov. 5. *adjuncto et Ap. Claudio Nerone* Harl. Paullo ante *Interim proconsul Manlius populi Romani* Voss. Lov. sex, et Gaertn. *Interim proconsul populi Romani* Mead. pr. *Interim C. Manilius prætor* Harl. Deinde *vetere quone Minucio* Mead. 1. *vetere quove Minucio* Lov. 4. et Gaertn. *vetere quoque emito* Voss. *vetere quoque Minucio* Lov. 1. *vetere quoque a Minucio* Harl. *vetere Q. Minucio* Lov. 3.

In Turdetaniam proficiscitur] Loquitur de Catone consule in Turdetaniam movente. Qua de re sic Cato in oratione de consulatu suo, auctore Charisio II. p. 190. 'Inde pergo porro ire Turtam.' Item, 'Itaque porro in Turtam proficiscor servatum illos.' Dixit enim *Turtam*, pro *Turdetaniam*, siquidem 'Turdetani,' 'Turduli,' et 'Turti' etiam appellati sunt, auctore Stephano, qui ita scribit: Τουρδηταvία χώρα τῆς Ἰβηρίας· οἱ οἰκοῦντες Τουρδηταvοί, καὶ Τουρδύλοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ Τουρτηταvίαν αὐτὴν καλεῖ, καὶ Τούρτους τοὺς οἰκήτορας καὶ Τουρτηταvούς. *Sigon.*

§ 2 *Omnium Hispanorum maxime imbelles habentur Turdetani*] *Hominum Hispanorum* Harl. Mead. 1. et Gaertn. ut 'homines prisci Latini' I. 32. Vide ad XXIII. 31. § 11. Potius tamen inter errores scriberum refero, qui passim has voces commutarunt. Vide ad III. 54. § 6. Tum *maxime habentur Turdetani imbelles* Gaertn. Mox *contra ierunt agmini Romano* Lov. 3. *obviam iverunt agmini Romano* Lov. 2. et Gaertn. Τὸ *obviam* non adparet in Lov. 1.

§ 3 *Turbavit extemplo aciem eorum*] Ita Froben. 1535. ex cod. Mog. edidit, consentientibus omnibus Mss. quibus usus sum. Antea vulgabatur *acies eorum*. Præterea *turbarat* Voss.

§ 4 *Decem millia Celtiberum mercede Turduli conducunt*] Vet. lib. *Turdetani conducunt*: ut paulo post c. 19. 'Difficilius bellum in Turdetania prætori P. Manlio Celtiberi mercede exciti ab hostibus faciebant.' *Sigon.* Libri omnes *Turduli*; quod perperam immutavit Sigonius. *Gebh.* Sic *Turdetani* Sigonianus non optimus. Nostri omnes cum veteribus editis *mercede Turduli conducunt*. Et quam norit Sigonius, etiam sic appellatum populum, quæ prurigo variationem hanc Livio invidere? Varro de Re Rust. I. 'Non omnis apta natio ad pecuriam, quod neque Basculus, neque Turdulus idonei.' Plinius Nat. Hist. VII. 15. 'Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente.' Et Noster c. 20. 'Dum consul exercitusque Turdulo bello est occupatus.'

Digitized by Google

Jamque restituimus eidem XXVIII. 39. *J. F. Gron.* Vox *Turduli* deest a Lov. 2. ejus loco *Turdulum* præfert Voss. *Turdetani* inter versus adscribitur in Lov. 6. Reliqui nostri vulgatum *Turduli* servant: quod etiam de Oxona, aute testatur Hearnius, qui insuper videndum monet L. Nonii Hisp. c. 8. p. 29.

§ 5 *Consul interim, rebellione Bergistanorum ictus*] *Cato consul interim* Lov. 2. et Harleian. *C. consul interim* Gaertn. Tum *Bergustanorum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *Bergistranorum* Lov. 3. qui mox *ceteraque civitates* legit. Vide ad v. 27. § 1. Deinde *adimit*, pro *ademit*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

§ 6 *Mortem sibimet ipsis consciscerent*] Τὸ *ipsis* deest in Lov. 1. et Harl. *sibimet ipsi consciscerent* reliqui, quos vidi. Id autem recepi. Vide ad II. 19. § 5.

Ferox gens, nullam vitam rati sine armis esse] Ms. *ferox genus*. Modius. Hanc cod. Mog. lectionem recte Gronov. 1665. recepit. Supra XXXI. 35. ' Quadringentos Tralles (Illyriorum id genus) misit:' ubi alia vide. Justin. II. 3. ' Nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus per feminas intercidat.' cap. 4. ' Ne genus interiret, concubitum finitimorum ineunt.' Flor. II. 3. ' Durum atque velox genus, ex occasione magis latrociuia, quam bella, faciebant:' ubi vide Dukerum, et Freinsh. ad Curtii V. 1. § 40. Solent autem librarii voces ' genus ' et ' gens ' commutare. Vide ad III. 11. § 6. VII. 32. § 14. c. 40. § 8. l. VIII. c. 24. § 6. XXXI. 35. § 1. XXXVII. 49. § 11. Adde Heins. ad Nason. Fast. IV. 711. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 6.

§ 7 *Quod ubi consuli renunciatum est*] Pall. *nunciatum est*. Gebh. Ita quoque Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. Frobenius demum 1535. *renunciatum est* edidit, præeunte cod. Mog. Mox *civitatium* idem Mog. et ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 29. § 11. Præterea *adesse vocari jussit* Voss. An voluit *ad sese vocari*? Alibi certe librarios ita peccasse, videbimus ad XL. 26. § 5.

Vos non rebellare] Vet. lib. *non bellare:* optime, quia ait post ' si effectum erit, ne possitis rebellare.' *Sigon.* Pall. duo vos *non bellare*, quod admodum probat Sigonius. *Gebhard.* Ita et Lovel. 2. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Ita sæpe variant librarii. Vide ad XL. 28. § 5. Huic autem lectioni nullum præsidium video in verbis seqq. unde eam adstruere Sigonius conatur. Illa enim æque conveniunt, si hic *rebellare*, quam si *bellare*, legimus.

§ 8 *Id ut ne fiat*] *Id ne fiat* Lov. 2. 3. Harl. Mead. I. et Gaertn. Vide ad X. 27. § 2. Mox *cavendum arbitror posse* Lov. 5. et edd. antiqq. Moguntini ex cod. suo substituerant *arbitror caveri posse;* quod firmant reliqui Mss. quibus usus sum.

Si effectum erit, ne possitis rebellare] Postremum verbum non Livii, sed ex margine existimo esse. *J. F. Gronov.* Non aliam ita existimandi causam habuisse videtur ὁ πάνυ, quam quod verbum illud modo præcessit. Sed vide quæ dicta sunt ad I. 3. § 9. Certe omnes codd. τὸ *rebellare* defendunt. Similis ferme locus est XXVII. 24. ' Monuit, ut in eo spem non motaros quidquam Etruscos poneret, si, ne quid moveri posset, cavisset.' *Ne possatis rebellare* cod. Mog. Sed male. Mox § seq. *vos quoque in ea re consilio me adjuvare*, pro *adjuvate*, Lov. 6. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, variis Venetæ, aliæque ad Mog. usque; ut pendeat ex præcedenti *Volo*. Sed reliqui vulgatum probant, consentientibus etiam Mog. membranis.

§ 10 *Spatium se ad deliberandum dierum paucorum dare*] *Se ad del. paucorum dierum spatium dare* Gaertn. *paucorum dierum* etiam Voss. qui insuper

Digitized by Google

τὸ *se* omittit: *dierum quatuor* Mead. 2. Mox *secundo quoque consilio* Voss. Lov. sex, Gaertn. et edd. Rom. an. 1472. Camp. Mediol. 1480. et Parm.

§ 11 *Muris omnium dirutis*] *Muris eorum diruptis* Lov. 2. *diruptis* etiam Voss. et Lov. 1. frequentissimo errore. Vide ad IX. 45. § 17. Tum *circum incolebant* edd. principes. Aldus ex cod. Mog. dedit *circa incolebant*. Nec aliter omnes mei. Vide ad IX. 2. § 7. Insuper *in dictionem accepit* Voss. *in ditionem accepit* Lov. 1. 3. 4. 6. et Gaertn. sæpius obvio errore. Vide ad XXXIII. 20. § 5.

§ 12 *Segesticam tantum*] Pall. *Segestiam*. Vetus ed. *Segistiam*. Gebh. *Segestina* Hearnii L. 1. *Segistiam* Lov. 5. et ed. Camp. *Segestam* Lov. 3. *in se gestiam* Lov. 1. *inde Segestiam* Lov. 6. *Segestium* Voss. Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii N. Neque aliter reliquæ edd. usque ad Frob. qui a. 1535. *Segesticam* dedit. De hac urbe ejusque situ varias geographorum sententias recenset Doujatius. Ipse vel *Segedam* legendum conjicit, quam Plinius III. 1. inter Bætim et oceani oram in mediterraneo memorat, et *Augurinam* cognominatam esse testatur: vel Livium, obversante ipsius menti bellorum sui temporis Pannonicorum memoria, *Segesticam* scripsisse, quæ insula est Pannoniæ, qua Colapis fluvius in Savum influit, juxta Sisciam; et tamen *Senticam* legi oportere, quæ est Vaccæorum urbs non ignobilis. Sed verior videtur sententia Glareani ad cap. præc. § 9. tot elapsis seculis multa urbium nomina mutata fuisse. Quod præsertim in Hispania obvenire potuit, quæ toties dominos mutavit, et sæpius a barbaris gentibus occupata ac possessa est.

CAP. XVIII. § 1 *Quam qui primi venerant in Hispaniam*] Ms. Moguntinense exemplar, *qui primi venerunt in Hispaniam*. Modius. Immo Moguntinenses se in cod. suo *qui primo venerunt in Hispaniam* invenisse testantur. Si quid tamen mutandum, *primi venerunt* mallem. Omnes mei stant pro vulgato. Paullo ante *Et majorem*, pro *Eo majorem*, Lovel. 3. Deinde *difficultatem subigendis gentibus* Harl. et Mead. ambo, omissa præpositione, quam intercepisse videtur ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. *Difficultatem in subjugandis gentibus* Hearnii L. 1.

§ 2 *Nec, nisi in tempore subeuntem foret, ultra sustentaturi fuerint*] Jac. Perizon. in margine Livii sui scribendum conjecit *sustenturi fuerint*. De verbo 'sustinere' sive casu usurpato vide Oudendorp. ad Cæsar. de B. G. II. 25. Solent hæc verba commutari. Vide Cortium ad Sallust. Jug. c. 56. § 6. c. 97. § 5. c. 101. § 9. Scripti nihil mutant, nisi quod *sustentatui* sit in Lov. 2. *susceptaturi* in Gaertn. Nihil igitur muto. Nam similiter 'sustentare' absolute adhibetur. Cæs. Gall. II. 14. 'Quorum auxiliis atque opibus, si qua bella inciderint, sustentare consuerint.'

§ 3 *Pleraque ipse per se transigeret*] *Ipse transigeret* Lov. 5. et edd. antiquæ. Frobenius postea 1535. *ipse per se transigeret* ex cod. Mog. substituit. Consentiunt reliqui, quos vidi, codd. excepto Voss. qui, ordine mutato, dedit *per se ipse transigeret*. De locutione *per se* vide ad XXXIX. 12. § 8.

CAP. XIX. § 1 *Prætori P. Manlio*] Ita primus edidit Frob. 1535. quum antea vulgatum fuisset *Prætori Romano P. Manlio*, quod in uno etiam Lov. 5. inveni: *populi Ro. perfecto Manlio* habet Voss. *populum Romanum præfecto Manlio* Lov. 1. 4. Mead. 1. et Gaertn. *populum Romanum prefecto Manlio* Lov. 2. *populo Romano præfecto Manlio* Lov. 6. *prætore præfecto Manilio* Lov. 3. *prætori C. Manilio* Harl. Similiter turbasse librarios in voce 'prætor,' ejusque loco sæpe modo 'populus,' modo 'populus Romanus'

Digitized by Google

dedisse, vidimus ad XXXI. 10. § 4.

§ 2 *Incursantes in stationes eorum, Romani facere*] Casus Moguntiæ *faciebant*, et statim *abibant*. Modius. *Facere*, et mox *abire* recte Aldus ex Msto Mog. admisit. Sed alteram lectionem perperam servant omnes mei, et Hearnii L. 1. Moguntini lectionem probavit etiam Gebhard. ad XXIV. 15. § 1. Vide ad I. 50. § 5. Insuper præpositionem *in*, quam ignorant priores edd. et Lov. 5. primi ex cod. suo receperunt Moguntini, probantibus reliquis codd. meis, et Hearnii L. 1. Utrumque genus loquendi Livium usurpasse, vidimus ad VI. 36. § 1. Æquum itaque est, ut codicibus adhæreamus.

§ 5 *Nihil eam rem noxæ futuram*] *Noxiæ* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Moguntina priores. Similiter se in Mss. Pall. et vet. ed. invenisse, Gebhard. testatus est ad X. 19. § 2. Vide ad II. 54. § 10. *Mox junxerunt* Lov. 2.

§ 6 *Diem locumque constituant*] *Diem, locum constituant* Voss. et Lovel. 1. omissa copula, quam Livius in simili locutione fere addere solet: ut I. 9. 'Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus.' VII. 12. 'Quem tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret.' c. 14. 'Ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumturos.' lib. XXXIII. c. 37. 'Si tempore locoque ad certamen destinatis, præparatis animis concurrissent.' XXXIV. 30. 'Dies locusque constituitur.' Vide etiam ad Silii v. 86.

§ 8 *Quum incertum, bellum an pax cum Celtiberis esset*] Pall. *Quum incerta bellum an pax cum Celt. essent*. Gebh. Scripti *Quum incerta bellum an pax cum Celtiberis essent*. Nollem mutatum. Lib. XXII. c. 15. 'Quæ urbs Vulturno flumine dirempta Falernum ac Campanum agros dividit.' XXVI. 11. 'Minuere etiam spes ejus et alia parva magnaque res.' XXXIII. 37. 'Si tempore locoque ad certamen destinatis, præparatis animis concurrissent.' XXXVI. 45. 'Fossa valloque circumdatis naves subductæ.' XXXIV. 4. 'Quum aurum et purpuram ultro data et oblata non accipiebant.' Lib. XXXVI. 39. 'Aut pacem aut bellum utrobique habenda.' *J. F. Gronovius. Quum incerta bellum an pax cum Celtiberis essent* etiam Voss. Lovel. 1. 4. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii N. nisi quod *ac pax* præferat Voss. *aut pax* Gaertn. a m. pr. *essent* etiam Lov. 3. *Quum in terra bellum an pax cum Celtiberis essent* Mead. 1. Hearne, qui Gronovio Mstorum lectionem displicuisse monet, non recte notas ejus consuluit. Plura vide ad I. 31. § 7.

Dein sæpe munimenta eorum, &c. ingredientes] Non video quomodo hæc oratio per participium suspensa non aliquid desideret. Sed judicet lector. *Glar.* Glareanus suspensæ huic orationi deesse aliquid arbitratur: immerito. Non enim vitium est in participio *ingredientes*, ut suspicatur, sed in voce *dein*, quæ vitiosa est, pro 'perinde;' hoc sensu: Romani portabant commeatus ex agris hostium, haud secus quam in pace, perinde sæpe munimenta eorum ingredientes, id est, æque sæpe. Vitium ex compendiosa scriptura natum est *perinde*; quod *dein* factum est. *Sigon.* Neque defectum hoc, neque vitiosum, ut suspicantur Glareanus et Sigonius. Ille suspensæ orationi aliquid deesse censet, hic corrigit *perinde sæpe*. Sed sententia veteris lectionis est, primum quidem ex hostico Romanos sine metu et injuria cujusquam pabulatos et frumentatos: deinde, quod majoris discriminis est, aucta securitate etiam intra præsidia Celtiberum venisse. Hæc ellipsis τοῦ *primum* fraudi doctis viris fuit. Lib. XXXV. c. 11. 'Numidæ adequitare, dein refugere.' Sallust. Jugurth. c. 59. 'Quibus illi freti, non, uti equestri prœlio solet, sequi, dein cedere, sed adversis equis concurrere.' Et idem c. 74.

Digitized by Google

'Numidæ ab Jugurtha eo tempore parati instructique sunt: dein prælium incipitur.' Seneca de Ira III. 2. 'Sine more, sine auspiciis, populus ductu iræ suæ egressus fortuita, raptaque pro armis gessit; dein magna clade temeritatem audacis iræ luit.' Idem de Tranquillitate Animi c. 12. 'Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis per arbusta repentibus, quæ in summum cacumen, deinde in imum inanes agantur.' *J. F. Gron.* Non ideo locum defectum Glareanus, vel vitiosum Sigonius existimarunt, quod Livius *dein*, omisso præcedente *primum* vel simili, adhibuerit; id enim, quo nihil frequentius, tum apud alios scriptores, tum apud Livium, est, non videntur ignorasse: sed quoniam, ut Glareanus inquit, oratio per participium 'ingredientes' suspenditur, idque nihil habet quo referri debeat. Huic igitur incommodo Sigonius mederi conatus est substituendo *perinde*, pro *dein*; cujus conjectura iade verisimilior redditur, quod *deinde*, non *dein*, sit in Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. et editis ante Frob. qui a. 1535. *dein* dedit.

§ 9 *Ad pugnam elicere nequit*] Pall. *elicere nequivit*. Gebh. *Nequivit* etiam Lov. 4. et Mead. 2. An scripsit Livius *nequiit?* Vide ad v. 10. § 10.

§ 10 *Seguntiæ Celtiberum omnes sarcinas*] Pall. et antiq. ed. *Secuntiæ*. Gebh. Pariter Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinam. *Saguntiæ* Voss. quomodo etiam vocatur apud Plin. III. 3. qui alium ab hac diversam Saguntiam memorat III. 1. Deinde *Celtiberorum* Voss. Sed vide ad XXX. 8. § 8.

§ 11 *Sed etiam prætoris militibus*] Pall. *prætoriis militibus*. Gebh. Similiter Lov. 4. 6. et Voss.

In castris prætorianis, ipse cum septem cohortibus] Vet. lib. *prætoriis*. Sigon. Pall. *in castris prætoris*. Gebh. *In castris prætorianis* Frob. 1535. ex cod. Mog. recepit. Antea edebatur *in castris prætoris*, quod servant Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *in castris, ipse prætor cum septem* Voss.

CAP. XX. § 1 *Defecere ad eum Sedetani, Ausetani, Suessetani*] 'Sedetanos,' ut superiore etiam decade testati sumus, putamus a Plinio Ptolemæoque dici 'Edetanos.' *Auxetani* in quibusdam codd. *Auzetani*, in quibusdam *Authetani*, sed librariorum errore, ut puto, nominantur. 'Suessanos' lib. XXV. cum Indibili regulo nominat: libro autem XXVIII. 'Suessitanos' populi Romani amicos facit. Idemne sit populus, haud equidem scio. 'Lacetanorum' autem meminit Cæsar de B. Civ. I. 60. ubi et 'Ausetanorum.' Mirum vero, quod Lacetanorum oppidum, longitudine latitudineque descriptum, non nominet hoc loco Livius. *Glar.* De 'Sedetanis' vide ad XXVIII. 24. § 4. de 'Ausetanis' ad XXI. 23. § 2. et c. 61. § 8. de 'Suessetanis' ad XXV. 34. § 6. de 'Lacetanis' ad XXI. 60. § 3. Ceterum *Auxetani* Lov. 5. et edd. Moguntina priores. *Asuetani* Voss. et Lov. 1. ac 6. Tum *Sucsetani* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Suestani* Lov. 3. In princ. cap. *Et tam exigua manu* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Veneta a. 1495. et varim Accensii.

§ 2 *Lacetanos, deviam et silvestrem gentem, quum insita feritas*] Plut. in Catone 342. Κατεστρέψατο μὲν τὸ Λακετανῶν ἔθνος. *Sigon. Tum insita feritas* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad VI. 23. § 3.

§ 3 *Sed juventutem etiam*] Ita recte primus edidit Frob. 1535. neque aliter omnes mei, excepto uno Lov. 5. qui præfert *sed et juventutem etiam*, ut vulgo ante Froben. edebatur.

§ 4 *Haudquaquam tantumdem patens,*

Digitized by Google

habebunt] *Habebat* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. principes, illa Campani excepta, quæ *habebant* recte dedit.

§ 5 *Ibi delectarum cohortium stationem relinquens*] Libri omnes *Ibidem lectarum cohortium*. Gebh. Quæ nunc vulgo exstat, lectionem Aldus ex cod. Mog. recepit: antea *Ibidem lectarum cohortium* edebatur; quod servant omnes codd., nisi quod *Ibidem lectaturum cohortium* præferant Voss. Lov. 1. Harl. et Mead. 2. *Ibi lectaturum cohortium* Mead. 1. *Ibidem lecticarum cohortium* Gaertn. Supra II. 11. 'Valerius Cœlio monte cohortes delectas educit.' c. 33. 'Cum delecta militum manu impetum erumpentium retudit.' Vide ad c. 29. § 10. Mox *præcipit his* Lov. 1. Deinde *ne se eo loco* Voss. Verum præpositio *ex* elisa est a sequenti *eo*. Tale exemplum habuimus VI. 17. § 6.

Suessetanæ juventutis] *Vescitanæ* legendum putat Doujatius. Sed vide ad XXV. 34. § 6. Mox *ad murum expugnandum* Voss. Vide ad XXI. 57. § 6. Insuper § seq. *τὸ fugassentque* exulat a Lov. 5. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 7 *Quod postquam, sicut futurum ratus erat, consul fieri etium vidit*] *Quod postquam futurum ratus erat* Voss. Lov. 1. 3. 4. et Mead. uterque: *quod postquam futurum erat ratus* Gaertn. *quod postquam, sicuti futurum ratus erat* Lov. 5. et ed. Camp. Quum autem operæ *suti* pro *sicuti* per errorem dedissent in ed. Rom. 1472. mox proximæ substituerunt *quod postquam, futurum ut ratus erat:* et ita legunt Lov. 2. 6. et Harl. Vulgatum tandem Froben. a. 1535. dedit; incertum tamen, an ex Msto. *Τὸ etiam* deest in Lov. 2. et 6. *vidit etiam* legunt Lov. 1. 3. et Voss.

§ 8 *In urbem inducit*] *Ducit* Lov. 5. et edd. vett. *induxit* Aldus recepit ex cod. Mog. quod firmant codd. mei reliqui. Prima syllaba intercepta fuerat a litera finali vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Paullo ante *ad cohortes vehitur* Harl. Mox § seq. *prius omnia cepit* Lov. 1. et 6. Tum *se recepissent* Lov. 3.

CAP. XXI. § 1 *Confestim inde victor ad Vergium ducit castrum*] Ita omnes habent codd., quos nos vidimus: sed, Vergetanos, nescio, ubi invenias in Hispania. *Glar.* Alii, in quibus et Moguntinus codex, *ad Regium castrum ducit.* Modius. Pall. et antiq. ed. *ad Regium ducit castrum.* Gebh. *Ad Rhegium ducit castrum* Gaertn. et edd. Venetæ: *ad Regium ducit castrum* Lov. 6. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. et edd. Camp. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ: *ad Vergium ducit castrum* Voss. *ad Vergium castrum*, una voce omissa, Harl. *ad Vergium castrum ducit* Aldus ex cod. Mog. Hinc patet non nimis antiquos codd. id est edd. quas semper codicum nomine indicat, Glareanum vidisse: errasse etiam Modium; quum lectio, quam laudat, neque in cod. neque in ed. Mogunt. exstet. De castro Vergio vide P. de Marca in Marc. Hispan. II. 18. § 5.

§ 2 *Princeps Vergistanus*] *Vergitanus* lego: nam ut ab Emporiis Emporitanus, ab Oreo Oritanus; sic a Vergio *Vergitanus* non *Vergistanus*, oritur. *Sigon.* Sigonius præfert *Vergitanus*. Pall. uterque habent *Bergustanus*. Gebhard. *Bergistanus* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Vergetanus* Voss. et Lovel. 6. Ex reliquis codd. nihil ad hunc locum notatur. Sed infra h. cap. § 6. *Bergustanos* legunt Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, Hearnii N. et Colbert. apud Doujatium. *Bergestanos* Gaertn. *Bergistanos* Lov. 3. *Vergustanos* Lov. 6. et Harl. Mox *in manu ipsius*, pro *ipsis*, Lov. 2. 3. 6. *in manu ejus* Hearnii L. 1. Insuper vox *totum* omittitur in Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§ 3 *Conficta aliqua probabili, cur abe-*

Digitized by Google

fuisset, caussa] *Laudabili cura fuisset caussam* Voss. *probabili cura fecisset eum* Lov. 1. Patet olim lectum fuisse *cur afuisset*. Vide ad XXVI. 41. § 11.

§ 4 *Muros subisse cerneret*] *Subire* Lov. 1. 2. 6. et Voss. *subipse* Mead. 1. *subiisse* idem in marg. et Gaertn. Mox *monuisset arcem occupet* Voss. *monuisset arcem occuparet* Lov. 1. *movisset arcem occuparet* Lov. 6. *meminisset arcem occuparet* Lov. 3. Mead. ambo, et Gaertn. quorum ultimus omittit etiam voces *Id uti præceperat*.

§ 5 *Hujus potius loci consul*] *Potitus*, pro *potius*, reponi placuit. *Sabell. Potius* perperam in quibusdam codd. et edd. antiquis exstat.

§ 8 *Ob has res gestas in Hispania supplicationem in triduum Patres decreverunt*] Pall. *Ob has res gestas supplicationes in triduum Patres decreverunt*. Et in prisca ed. desunt *in Hispania*. Gebh. Voces *in Hispania* desunt itidem in omnibus Mss. meis, Hearnii L. 1. et edd. prioribus. Primus eas Aldus ex cod. Mog. contextui inseruit. Præterea *supplicationes* Lov. 2. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *supplicatione* Mead. 1. ultima litera *m* absorpta a vocula sequenti *in* ob ductuum similitudinem. Vide ad XXXVII. 29. § 5.

CAP. XXII. § 1 *L. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum manu propter Litanam silvam*] Ms. optimus *cum Boiorum exercitu*. Modius. Valerii Flacci prænomen *L.* deest in omnibus Mss. meis, et edd. antiqq. quod Frob. a. 1535. ex codice Mog. addidit. Deinde *cum Boiorum exercitu*, quod eædem membranæ Mogunt. præferunt, in nullo meorum inveni. Hinc *prope Litanam silvam* Lov. 1. quod ex interpretis glossa natum puto. Vide ad Epit. Liv. l. XLIX. Stewech. ad Front. 1. 6. § 4. hunc locum laudans, male produxit *Litaniam silvam*, quo nomine eum reprehendit Tennul. ad d. l. Front. ubi etiam de situ hujus silvæ egit. Vide ad XXIII. 24. § 6.

§ 2 *Ceteri omnes in vicos suos*] In Mss. legitur *Ceteri omisso bello in vicos, &c.* Gelen. Pall. et antiq. ed. *Ceteri omnes in vices suos*. Gebhard. Unus tantum est cod. Mog. qui *omisso bello* exhibet: certe omnes mei, et Hearnii L. 1. *ceteri omnes in vicos*. Paullo ante *Octo millia cæsa traduntur*, una voce omissa, Voss. *Octo millia hominum cæsa Gallorum dicuntur* Hearnii L. 1. *dicuntur*, pro *traduntur*, etiam Lov. 3.

§ 3 *Circa Padum Placentiæ et Cremonæ*] Ms. optimus *circum Padum*, pro *circa Padum*. Modius. Omnes codd. nostri *circa* retinent. At insuper *circa Padum, Placentiam et Cremonam* Lov. 1. 4. 6. et Voss. *circa Padum et Placentiam et Cremonæ* Mead. 2.

Restituitque, quæ in iis oppidis bello diruta fuerant] *Et restituit, quæ in iis oppidis* Voss. et Lov. 6. Tum *bello* deest in Gaertn. Hinc *dirupta fuerant* Voss. et Lov. 1. Vide ad IX. 45. § 17.

§ 4 *Quibus nec pro spe victoriæ præmia contigerant*] Pall. *quibus ne prosperæ victoriæ præmia contigerant*. Gebhard. *Prospe* Lov. 2. 3. 4. *quibus nec prosperæ victoriæ præmia* Harl. Mead. ambo, Lov. 6. et Gaertn. Vide ad XXVIII. 24. § 3. *Quibus nec pro victore præmia contigerant* Voss. *quibus nec pro spe præmia contigerant* Lov. 1.

§ 5 *Nec magis in bello virtutem Romani ducis, quam in victoria temperantiam*] *Virtutem Romanam* Mead. 2. Deinde *quam victoria temperantiam* Lov. 3. 4. a m. pr. et Harl. Sed vide ad IV. 58. § 4. Mox *temperantiam, justitiam, et moderationem* Voss. et Lov. 3. Sed vide ad II. 31. § 1.

Senatusconsultum, quo bellum adversus Nabin] Eo non ipsum bellum decretum, sed Quinctio permissum erat, ut faceret quæ e republica censeret esse. Vide XXXIII. 45. Id etiam

Digitized by Google

Crevier. observavit; qui ideo Livii diligentiam hic requirebat.

§ 6 *Quinctius conventum Corinthum o. s. c. l. in diem certam edixit, ad quam u. f. u. p. c. ita ut in ea ne Ætoli q. a.*] *Ad quam* et *in ea* redundat. Nam Livius scripsit *conventu edicto*, ut sit continua oratio. *Gelen.* Pall. *Quo lecto, Quinctius conv. Cor. omn. soc. civitatum leg. in diem certum edicit, ad quam* (alter Pal. *ad quem*) *ubi frequentes omnes principes conv., ita ut in ea nec Æt. quidem abessent.* Quæ ita concepta quoque habet vet. ed. *Gebh.* Similiter etiam codd. mei, nisi quod in paucis quibusdam dissentiant. Nam τὸ *conventum* deest in Lov. 6. *sociarum* in Lov. 2. *sociorum* legit Harl. *sociarum civitatium* ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. *Sociorum civitatumque legationem in certum diem* Gaertn. Hinc *ibi frequentes* Voss. *ad quæ ubi frequentes* Lov. 2. Postea *ita quidem, ut in ea Ætoli abessent* Lov. 6. Mox voces *tali oratione est usus* exsulant a Lov. 1. *usus est* legunt Lov. 6. et Gaertn.

§ 7 *Utrique suas caussas belli habuerunt*] Malim *bellandi*. J. F. Gronov. Vulgatum omnes codd. tuentur. At *belli* Gronovio displicuisse videtur, quod ' bellum ' modo præcessit. Sed vide ad I. 3. § 9.

§ 10 *Hodierna consultatio tota ex vobis pendet*] *Hodierna die consultatio tota* Harl. et Lov. 2. Mox *Propono enim ad vos* Harl. quod ex glossa interpretis ortum videtur. Deinde § seq. *in medio Græciæ sitam* Lov. 3.

§ 12 *Quatenus libertatis Græciæ*] Livius scripsit *liberatæ Græciæ*. Gelen. *Libertatis Græciæ* Gebhardus defendit c. 32. § 6. idque, ut ait, ductu Mstorum Pall. et auctoritate vet. ed. Sed *libertatis* in nullo mihi cod. obvium fuit, nisi in solo Lov. 5. *libertatî* legunt Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Ex uno Voss. nihil in excerptis notatur; videtur itaque *liberatæ Gr.* habuisse.

§ 13 *Staturus eo, quod plures censueritis*] Quosdam scriptos *quod vos plures censueritis* perperam præferre, monuit Gronov. ad XXXII. 21. § 16. quod pronomen in nullo meorum codd. inveni. Singularem hanc lectionem præfert Lov. 1. *De hac re vos consulo; statuite*, reliquis hujus cap. verbis omissis.

CAP. XXIII. § 3 *Ultro adversus Nabin obferre auxilium*] Vox ultima sapit additamentum. Videtur enim scripsisse Livius, *impl. auxilium adv. Phil. tulisse; opem non rogatos ultro adv. tyrannum Nabin offerre: indignatusque esset.* J. F. Gron. Emendationem Gronovii probat etiam Crevier. Et sane, si ultima vox abesset, nemo eam facile desideraret. Quum tamen constanter in omnibus Mss. supersit, an satis justa vocabuli expungendi ratio sit, quod modo præcesserit, dubito. Vide ad I. 3. § 9. Ceterum *conferre* Harl. *afferre* Voss. Lov. 1. 2. 5. et a m. pr. Lov. 6. cum edd. prioribus. Aldus demum recte dedit *offerre*, concinentibus reliquis scriptis. Solent hæc verba 'afferre' et ' offerre ' a librariis confundi. Vide ad XXXVII. 34. § 1. N. Heins. ad Nas. Her. XX. 192. et Græv. ad Cic. ad Fam. IV. 12. Mox *aliorum*, pro *aliquorum*, Gaertn. Vide ad XXV. 38. § 3. Paullo ante *Romanorum in Græcia merita*, pro *in Græciam*, Lov. 2. 5. 6. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Sed ultima litera ejus vocis intercepta est a prima sequentis. Vide ad XXIII. 8. § 9.

§ 4 *Adparebat incensos Ætolos*] *Incessi Ætolos* legendum. *Gelen.* Libri omnes *incensos*. Gebh. *Incessos Ætolos* Mead. ambo, et Gaertn. Reliqui cum Hearnii L. 1. *incensos*.

§ 5 *Invectus primum in Athenienses, qui libertatis quondam, &c. caussam proderent*] Pall. *assentationis propriæ gratia communem caussam prodentes.* Gebh. Barber. Pet. Naud. Voss. *in Ath., libertatis quondam duces et auctores, as-*

Digitized by Google

sent. propr. gratiis coram. causam prodentes; questus deinde. J. F. Gronov. Gronovii codd. consentiunt ex meis Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. ambo Mead. et Gaertn. Idem Hearnius testatur de suis L. 1. N. et ed. Rom. principe. Id si verum, mox in seqq. edd. mutatum est. Alteram enim lectionem in edd. Camp. Rom. 1472. omnibusque aliis inveni. Sed scriptam lectionem probavi. Præterea *invectus prius* Gaertn.

§ 6 *Questus deinde, Achæos, &c. postremum ab inclinata ejus fortuna transfugas*] *Questus est deinde* Lov. 6. *questus deinde est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Eamdem lectionem se quoque invenisse in L. 1. et ed. Rom. principe, Hearnius auctor est. Verum τὸ *est* recte Aldus expunxit. Suspenditur enim oratio ad sequentia, et ita cohæret, *invectus primum in Ath., &c. questus deinde, &c. insimulavit fraudis Romanos.* Insuper ac *postremum* Lov. 1. *ad postremum* Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed vide ad XL. 42. § 10. Mox præpositio *ab* deest in Voss. quam omnes reliqui tuentur. Tandem *fortuna ejus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, omnesque edd. ante Aldum.

§ 7 *Echino et Pharsalo*] *Ethineo* Lov. 3. et Harl. *Achineo* Lov. 2. *Echinio* Gaertn. *Echineo* Voss. Lov. 4. 5. 6. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et ed. princ. Sed urbs illa vocatur 'Echinus.' Vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13. 687. Memoratur et XXXII. 33. § 16. ubi etiam nomen ejus varie corrumpebatur.

§ 8 *Objicere semper soliti sunt*] Lege *sint*, ut voluit pater meus. Mox in hac orat. *qui remanendi in Græcia Nabin causam facerent.* Jac. Perizon. Perizonii conjecturam firmat Mead. 2. Mox § seq. *Demetrias, Chalcis, et Corinthus*, pro *Chalcisque*, Voss. Mead. ambo, et Gaertn. Sed vide ad II. 31. § 1.

§ 10 *Postremo manendi in Græcia*] Pall. et antiq. ed. *postremo, qui remanendi in Græcia.* Gebh. Iidem [Barber. Petav. Naud. Voss.] *Postremo, qui remanendi in Græcia rel. ex. Argos et Nabin causam facerent, dup. lag. in It. Ætolos poll., aut conditione.* Non secus edd. priscæ. Gryphium et Carionem resecuisse τὸ *qui*, et fecisse *manendi*, mutata etiam distinctione, et *conditionibus*, primum video. At *conditio* non modo unam caput transactionis, sed eam totam, multis capitibus constantem, interdum significat. Sic Cicero Fam. VI. 2. 'Armis aut conditione positis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis.' De Offic. I. 7. 'Sunt autem privata nulla natura, sed aut veteri occupatione, aut lege, pactione, conditione, sorte.' In Topicis c. 21. 'A naturane jus profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum et pactione.' Curtius IV. 11. 'Opimum regnum occupari posse conditione, non bello.' Quæ in mentem si venissent Grutero, non mutasset in Verr. lib. III. cap. ult. 'Hinc unus decumus lege et conditione trahantur.' Hoc est, certis et legitimis pactis. Sic fatetur fuisse et in Pall. probavit tamen aliorum *consuetudine*, quod plebeiæ pulpæ est. Supra in eadem orat. cap. 16. 'Revera, hoc est, lege, edicto, conditione, plus etiam, quam dimidia.' *J. F. Gron. Postremo que manendi* Voss. a m. pr. *postremo qui manendi* Voss. a m. sec. et Lov. 1. ac 3. *postremo quia remanendi* Lov. 6. Harl. et Gaertn. *postremo qui remanendi* reliqui scripti cum edd. usque ad Frobenium, qui primus a. 1535. non vero Gryphius vel Curio, formavit *postremo manendi.* Id autem si fecisse, jubente Gelenio, cujus lectiones passim ea ed. expressit, et Gelenium cod. integerrimum Mog. quem hac parte Livii adhibuit, secutum esse constaret, ab ea lectione non alienus forem. Certe ea commo-

Digitized by Google

dissimus est, si ad *manendi* ex præcedenti § 8. repetamus *quod*, et post *causam facerent* majori distinctione interpungamus, ut præit eadem Frobenii *iubeos*, et interpungendum esse Crevierius vidit. Duplicis enim fraudis Alexander Ætolus Romanos insimulavit: primo quod Chalcidem et Demetriadem præsidiis tenerent; postremo quod Argos et Nabin causam manendi in Græcia facerent. Si itaque ad processum orationis adtendimus, *qui* hic locum habere nequit, sed vel legendum est *postremo manendi*, ut Frob. edidit, aut *remanendi*, vel *postremo quia remanendi*, ut est in nonnullis codd. Neque obstabit, quod post τὸ *quod* in altera periodi parte ejus loco inferatur *quia*. Id enim frequens esse, videbimus ad XXXIX. 41. § 2. Præterea *conditione* eo sensu usurpari, quo Gronovius tradit, abunde evincunt exempla, quæ laudavit: at, Livium illa voce hic ita usum esse, nondum certum est. Primo enim *conditionibus* hic neque Gryphius, neque Curio, sed Froben. iterum substituit, adeoque pro ea lectione eadem dici possunt, quæ pro illa in verbis proximis, de qua modo vidimus. Deinde unus tantum meorum Mstorum Lov. 5. perpetuus editionum veterum adsecla, *conditione* servat; reliqui constanter tenent *conditionibus*. Id. autem haud temere spernendum esse, patebit ex illis quæ superius notata sunt ad XXIII. 7. § 1. Vide etiam Nic. Heins. ad Vell. Paterc. II. 3. § 3.

CAP. XXIV. § 1 *Hæc vaniloquentia primum*] Ita primum invenl in ultima Grateri ed. Omnes priores *Hæc vaniloquentia*: quod probant Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Id ergo reduxi. Oratio pendet ex superioribus: 'excitavit' nempe Alexander princeps gentis Ætolorum.

§ 2 *Ne istuc, inquit, Jupiter optimus maximus sinerit*] Mss. *Syria*. Legendum esse *sirit*, jam probavimus. J. F. Gron. *Syria* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. ac N. *sinat* Lov. 5. Harl. Gaertn. et edd. ante Frob. qui a. 1535. dedit *siverit*. Sed recte *sirit* Gronov. quomodo tum ipse, tum Gebhard. ad c. 32. § 7. hoc loco legendum monuerunt: ubi plura vide.

Præmium sit posita] Thucyd. III. 3. Οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες, μετ' ἐνάμιλλου ἀνάγκης ἐπιφερομένου, πλήθους τε ἐπιτιθεμένου πολιτικῆς καὶ ἀριστοκρατίας διάφορον προτιμήσει, τὰ μὲν πολλὰ λόγῳ θεραπεύοντες, ἄθλα ἐποιοῦντο. J. F. Gronovius.

Ut miserius a nobis recipiatur] Pal. 1. *ubi miserius a vobis recipiatur*. Gebhard. *A vobis* etiam Lovel. 2. 4. et Gaertn.

§ 4 *Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, immanes bellue visunt*] Vehementius est, quod in Mss. exemplaribus legitur, *quam ulli barbari, immo quam rapacissimæ bellue utuntur*. Gelen. Pall. et antiq. ed. *quam ulli barbari immanes bellue vivunt*. Gebhard. Et hoc Gelenii est, non pro ceteris meritis. Omnes scripti adfirmant veterum editionum lectionem: *Moribus ritibusque efferatioribus, quam ulli barbari, immanes bellue, vivunt*. Illud vehementius arbitratur esse. Vero, cavis et inanibus et impolitis auribus; at non doctis, et grandem orationem ex sententiæ pondere, quam ex tumore et sono verborum æstimantibus. Hic appellantur et dicuntur esse 'bellue,' quibuscum illic modo comparantur: 'vivere' autem 'moribus' quanto est efficacius, quam 'uti!' Plautus Amphitr. Prol. vs. 76. 'Virtute, dixit, vos victores vivere.' Cic. ad Att. III. 15. 'Aut occubuissemus honeste, aut victores hodie viveremus.' J. F. Gron. Non tantum Hearnii L. 1. et N. sed et omnes mei *immanes bellue vivunt*, nisi quod solus Lovel. 6. *quam ulli barbari immanes vivunt* legat. Jac. Perizon. ad marginem Livii legen-

Digitized by Google

dum conjecit *quam ulli barbari, inmanesve belluæ vivunt.* Sed præfero scriptorum lectionem.

Itaque vos rogamus, Romani, ut et ab Nabide Argos recuperetis] Pall. omisso *ut, Itaque vos rogamus, Rom., et ab Nab. Argos recuperetis.* Gebh. *Ita vos rogamus* Lov. 1. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *rogamus, Romani, ut ab Nabide* Lov. 2. 3. 6. et Harl. Sed vide ad II. 44. § 3. *Rogamus, Romani, et ab Nabide*, omissa vocula *ut*, Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. et Gaertn. Eamdem autem post similia verba sæpe omitti, vidimus ad XXXII. 35. § 5. Deinde *recipiatis* Lov. 6. *receperitis* Voss. *reciperitis* Lov. 1. Forte Livius scripserat *reciperetis*, a 'reciperare;' de quo vide ad VII. 18. § 1.

§ 7 *Quum omnes bellum decresçnt*] *Decrevissent* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. Frobenius demum 1535. *decressent* ex fide cod. Mog. recepit; quod et in Mead. 1. fuisse videtur, ex quo in excerptis nostris nihil notatur. Vide ad II. 27. § 8. Mox *quoque civitates mitterent* Lov. 1. 5. et edd. antiqq. Sed *quæque* dederunt edd. Mediol. 1505. Ascens. 1513. et hinc reliquæ. Vide ad XL. 5. § 5. Insuper *auxilia pro viribus suis*, neglecto τῷ *ut*, Lov. 6. Vide ad XL. 11. § 1.

Ad Ætolos legatum etiam misit] *Ad Ætolos etiam misit legatum* Lov. 6. *ad Ætolos misit legatum* cod. Mogunt. *ad Ætolos legatos etiam misit* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. ita vulgavit, ut nunc editur, consentientibus ceteris Mss. meis.

Magis ut nudaret animos] Observat Burm. ad Phædri Prolog. III. 47. 'nudare' hic rariori significatu poni pro deprehendere mentem alterius; nisi quis forte mallet *nudarent*, id est, patefacerent; de quo vide ad XLIV. 38. § 1. Addit tamen sibi vulgatum placere: cui adsentior. Constanter enim omnes codd. id tuentur.

CAP. XXV. § 3 *Copias eductas ab Elatia*] Habetur in Pall. *copias adductas ab Elatia.* Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo: *copias abductas ab Elatia* Gaertn. Sed *adductas* recepi. Quinctius, habito Corinthi concilio, tribunis militum imperavit, ut exercitum ab Elatia arcesserent. Has itaque copias, opera tribunorum ab Elatia Corinthum adductas, ipse Argos duxit. *Adductas ab Elatia* autem inlustratur ex illis quæ notantur ad XXXVI. 40. § 3.

Cum decem millibus Achæorum, equitibus mille, obcurrit] Ita Frob. 1535. ex cod. Mog. edidit: cum quo stant ex nostris Voss. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Primæ edd. perperam legebant *cum decem mill. Ach. militibus occurrit*, consentiente Lov. 5. *cum decem mill. Ach. peditum, equitibus mille occurrit* Aldus: *cum decem mill. Ach. peditibus, equitibus mille occurrit* Mead. 2. in margine: *cum decem mill. Ach. equi militibus occurrit* Lov. 1. 2. 4. et Mead. 1. *cum decem mill. Ach. equis militibus occurrit* Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§ 4 *Postero die in campum Argivorum descenderunt*] *Postremo die* Hearnii L. 1. Vide ad IX. 7. § 11. Tum *descendunt* Harl. Vide ad X. 12. § 4. *Ascenderunt* Gaertn. Mox *quatuor ferme millia*, pro *fere*, cod. Mog. Vide ad XXXVII. 38. § 5.

§ 5 *Præfectus præsidio Laconum erat Pythagoras*] Τὸ *erat* omittunt Lov. 5. et edd. principes, quod Aldus demum adscivit, concinentibus reliquis meis. Mox *gener ipse tyranni* Lov. 3. et Gaertn. Deinde *uxori ejus frater* Lov. 1. ut apud Ovid. Her. III. 48. 'Tribus, quæ mihi, mater erat:' pro trium, et mea. vs. 74. 'Cuique senex Nereus prosocer esse velit:' pro cujus prosocer. Her. VIII. 28. 'Et si non esses vir mihi, frater eras:' pro vir meus. Variatio etiam constructionis, 'gener tyranni,' 'frater uxori,' Liviana esse videri posset. Vi-

Digitized by Google

de ad XXXVIII. 39. § 10. At uni codici fidem habere non audeo. Insuper *sub adventu* Lov. 1. 3. et Gaertn. Vide ad II. 55. § 1.

Duas habent Argi] Earum altera Larissa dicebatur, alterius nomen memoriæ proditum non est. Vide ad XXXII. 25. § 5. Mox prius *aut* Aldus ex Mog. cod. adsumsit, quod non modo priores typis, sed et omnes mei calamo exarati ignorant.

§ 6 *Et ad externum terrorem intestina etiam seditio accessit*] Prima vocula non adparet in Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Tum *extremum terrorem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. frequenti et facili scribarum lapsu. Vide ad II. 47. § 8. III. 14. § 1. VI. 31. § 4. XXII. 1. § 7. Adde Markl. ad Statii Silv. I. 2. 98. et quæ notavi ad Silii IX. 209. Vulgatum verum esse, ex obposito *intestina seditio* satis patet. Vox *etiam* omittitur in Lov. 3. Paullo ante *pavorem junctum* Voss. *pavorem interjectum* Gaertn. Male. Vide ad II. 36. § 3.

§ 7 *Damocles erat Argivus*] Ita obvium fuit in edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Proximæ, ut Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ, dederunt *Democles*, pro quo Aldus ex auctoritate Msti Mog. *Damocles* revocavit. Nec aliter habent Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Reliqui variant quidem, in id tamen consentiunt, primam syllabam per vocalem primam scribendam esse. *Damodes* enim habent Lov. 3. et 6. literis *cl* in *d* coalescentibus. Vide ad X. 24. § 2. *Damides* Hearnii L. 1. *Damedos*, et pro varia lectione *Damedes* Voss. *Democles* archon Atheniensium obcurrit apud Pausan. in Phoc. c. 24. quod nomen alia dialecto profertur *Damocles*. Id autem obcurrit apud Polyb. in Exc. XIII. 1402. Ita 'Demaratus' et 'Damaratus.' Vide ad XXIV. 22. § 8. Mox *adulescens* cod. Mog. Lov. 1. 4. et Voss. Vide ad VI. 34. § 11. Deinde *quum vires adjicere* membranæ Mog. Sed vide ad I. 40. § 7.

§ 8 *Hortatusque conjuratos, qui aderant*] Participium hoc orationem suspendit, nec tamen habet verbum quo referatur. Subveniunt nonnihil Lov. 2. et 6. *hortaturque* legentes. Neque obstare debet, quod tempore perfecto præcessit *sensit*. Ita enim ante hoc eodem cap. 'descenderunt et capiunt.' Vide ad III. 46. § 9. et XXIX. 27. § 5. nisi malis mox voculas *atque ita* expungere, quæ tamen in omnibus scriptis leguntur. Paullo ante *proditum consilium*, sine τῷ *esse*, Harl. Tum infra § seq. *pergit ire*, mutato ordine verborum, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 10 *Haud sane movit quemquam*] *Commovit* Lov. 1. Deinde *quempiam* Lov. 2. et Harl. Vide ad XXXV. 42. § 8. Mox *nusquam spei*, pro *nihil usquam*, Lov. 6. a m. pr. et Harl.

§ 12 *Multi proxima nocte, funibus per murum demissi*] Primam vocem ignorant non tantum omnes, quos consului, codd. et Hearnii L. 1. sed etiam edd. antiquiores: primus enim Ascens. an. 1513. eam addidit; quæ etiam necessaria videtur. Tum vox *nocte* neglegentia librarii abest a Voss. qui insuper præfert *per murum funibus*. At voces *per murum* exsulant a Lov. 1. Hinc *dimissi* Voss. Lovel. 6. et Gaertn. *missi* Lov. 3. et Mead. 1.

CAP. XXVI. § 1 *Si ad portas Romanus exercitus fuisset, non sine effectu futurum eum motum fuisse*] Pall. *si ad portas ex. Rom. fuisset, non sine effectu fut. motum eum fuisse*. Antiq. ed. *non sine effectu futurum motum illum fuisse*. Gebh. *Ad portam* Lov. 5. et edd. priscæ; pro quo *ad portas* Aldus recepit ex cod. Mog. probantibus reliquis meis. Deinde *exercitus Romanus fuisset* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. *Romanus exercitus esset* Gaertn. Præterea non

Digitized by Google

sine effectu motum eum futurum fuisse Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *non sine effectu motum eorum fuisse* Lov. 1. *non sine effectu motum illum futurum fuisse* Lov. 5. et edd. antiqq. Quod vulgo nunc exstat, Aldus ex fide cod. Mog. dedit.

§ 2 *Et, si propius castra admoverentur, non quieturos Argivos*] Pall. *non quieturos Argos*. Gebhard. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Insuper τὸ *et* non adparet in iisdem codd. nec insuper in Lov. 5. vel priscis edd. Primus contextui Frob. 1535. inseruit.

Misit expeditos pedites equitesque] *Equites peditesque* Lov. 5. et edd. antiqq. Frobenius demum 1531. ordinem vocabulorum fide membranarum Mog. inmutavit, quod probant omnes reliqui Mss. quos consului. Plerumque Livius *pedites equitesque*, quam inverso ordine, dicere amavit. Exempla vide v. 34. § 5. XXXIII. 14. § 7. c. 15. § 5. XXXV. 32. § 3. &c. Verum librarii, equites digniores, quam pedites, esse existimantes, etiam convenire putarunt, illos prius, quam hos, nominari, et ordinem vocum mutarunt. Vide ad II. 19. § 3. IV. 27. § 2. XXI. 40. § 7. c. 54. § 2. XXII. 28. § 11. XXIV. 14. § 1. c. 35. § 5. XXVI. 5. § 3. XXIX. 33. § 6. XXXIV. 14. § 8. c. 38. § 3. XXXV. 12. § 16. et alibi. Verum, quid in his similibusque Livius aliique observare consuerint, videbimus ad XL. 10. § 5. Obcurrunt tamen loca, ubi Livium *equites peditesque* dixisse integerrimi codd. testantur. Exemplum habemus XXVII. 13. § 9. Horum itaque fide in his standum judico.

Qui circa Cylarabin (*gymnasium id est, &c.*] Pausanias lib. II. capp. 18. et 22. ubi de Argis, Cylarabin, Stheneli filium, regem Argivorum fuisse dicit, et gymnasium quoque esse Argis ab eo nominatum. In multis codd. perperam legitur *Cyralabin*. Sed in hoc nomine, quod ad *l* et *r* attinet, contrarium accidit, quod in *Sthenelo* et *Caralibus*, pro quibus vulgus *Sthelenum* ac *Calarim* dicit. *Glar.* Legendum est, *qui circa Cylarabis gymnasium* (*id est, &c.* Neque enim *Cylarabis* appellatus est ille locus, sed *Cylarabis gymnasium*. Pausan. Κυλαράβου γυμνάσιον, in Corinth. cap. 22. *Casaubonus* ad Strab. III. 153. Habes tamen apud Plutarchum in Pyrrh. 404. Πύῤῥος εἰσιὼν μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ βοῆς παρὰ τὴν Κυλάραβιν. Et Livius quoque se defendit XLI. 20. 'Cyzici in Prytaneo (id est penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur) vasa,' &c. *Jac. Gronov.* Nomen auctoris gymnasii apud scriptores Græcos est Κυλαράβης et Κυλλαράβης. Vide Sylburg. ad Pausan. Corinth. c. 18. et quæ viri docti non ita pridem ad Plut. Vit. tom. IV. p. 331. ed. Lond. adnotarunt. In Servio ad Virg. Æn. VIII. 9. perperam est *Cyllabarus*, quod correxit Simson. in Chron. ad A. M. ꝏ ꝏ IↃCCCXII. In eodem ad Æn. XI. 269. vetustæ quædam edd. itidem male habent *Cylarabus* et *Calabarus*. Duk. *Cylaribim* Lov. 1. *Cylabarim* Lov. 3. *Cyralabim* Lov. 6. *Cylarabim* Lov. 2. 4. et Gaertn. Deinde *gymnasium adest* Lov. 1. Sed voces *id est* desunt in Lov. 3. earum ultima in Lov. 6. a m. pr. Ex his patet quamvis in nomine gymnasii varient codd. plures tamen in *Cylarabin*, vel *Cylarabim*, consentire; ipsosque, qui dissentiunt, ab ea lectione haud multum abire; nullum denique Casaubono favere. Recte igitur Jac. Gronov. adversus eum vulgatum defendit. Et sane, si quid mutandum foret, quum gymnasii auctor Κυλαράβης dictus sit, *Cylarabæ gymnasium* legi deberet. Gymnasium, *Cylabaris* vel *Cyllabaris* dictum, a Grævio inlustratur, ejusque id nomen ex Hesych. et Plutarch. vindicatur ad Luciani Merced. Conduct. p. 972. Idem autem

Digitized by Google

processus eademque orationis compositio est XXVIII. 6. 'Ad Cynum Locridis (emporium id est Opuntiorum) trajecit:' et c. 7. 'Intra Rhium (fauces eæ sunt Corinthii sinus) obprimerentur.'

§ 3 *Cum erumpentibus a porta Lacedæmoniis prælium commiserunt*] Ms. *cum er. ad portas Lac. prælium commiserunt.* Modius. Modius excerpta cod. Mog. non recte consuluit. Is enim non hoc loco *ad portas*, pro *a porta*, sed supra § 1. *ad portas*, pro *ad portam*, exhibuit, ut cuivis adtendenti patebit. 'Erumpere a porta' autem, ut c. 28. 'Tum ab oppido pluribus simul locis erumpunt.' Ejusdem generis sunt 'excire ab Roma,' de quo vide ad VII. 39. § 10. 'exstare ab aqua' XXII. 2. § 10. ubi alia dicta sunt. Præterea *a porta Lacedæmonis* Lov. 4. et Mead. 1. de quo errore vide ad XXXIX. 37. § 2. Mox *imperator posuit*, media voce omissa, Harl.

§ 4 *Diem inde unum in speculis fuit, si quid novi motus oriretur*] Vocem *inde* Aldus ex cod. Mog. recepit, quam etiam habuisse videntur Mead. ambo. Certe excerpta mea nihil ex illis hoc loco monent. At contra deest in Voss. Lovel. sex, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Insuper *Unus dies in spectaculis fuit* legit Lov. 3. *Diem unam in speculis fuit* Lov. 6. Deinde *sic quid novi motus oriretur* Voss. *si quid motus orirentur* Lov. 1. *si qui novi motus orirentur* Lov. 3. *si quid novi motus ereretur* Lov. 4. Vide ad XXIII. 16. § 7. Mox *advocat concilium* Lov. 4. Vide ad I. 8. § 6. *Advocat consilium* Mog. Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. Mediol. 1480. et Parm. Et ita mox § 8. omnes iidem libri, scripti et editi, cum Lov. 4. *dimisso consilio.* Utroque loco eamdem lectionem expressit Crevier. in quo se cod. sui Victor. fidem secutum esse fatetur c. 30. § 5. Sed alterum præstat. Intelligitur enim conventus legatorum ab diversis populis Romanorum sociis; quod *concilium*, non *consilium*, vocari, Gronov. docuit ad XLIV. 2. § 5.

§ 5 *Non alia esset, inde potissimum ordiendi belli*] Melius *ordiendum bellum.* Gelen. Alii *ordiendi belli.* Sed Moguntinus Ms. habet *ordiundi bellum.* Modius. Prisca ed. *ordiendi belli.* Pall. *cum causa belli non alia inde esset, deinde potissimum ordinandi belli.* Gebhard. Sic [*ordiendum bellum*] Gelenius. At quicquid est nobis visorum, *ordiendi belli*, vel *ordinandi.* Mogunt. *ordiundi bellum.* Quid, si plurium scripturam tueamur? Neque offendat quemquam illa compositio, *principum sententia ordiendi belli*: quia forte publici saporis non est. Nam ita Val. Max. II. 4. 4. 'Ut mos est hominum parvula initia pertinaci studio persequendi.' Etiam Cic. in Pisonem c. 1. 'Jamne vides, bellua, jamne sentis, quam sit hominum querela frontis tuæ?' Querela et hominum, qui conqueruntur, et frontis, de qua queruntur: ut sententia et principum, qui censent, et belli ordiendi, quod censent. Philippica VII. c. 9. 'Nasidieno, cujus ego excubias et custodias capitis mei cognovi in consulatu meo.' De Nat. Deor. II. 68. 'Canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos.' Tuscul. Quæst. IV. 11. 'Similiter definitur et mulierum odium, ut Hippolyti, et, ut Timonis, generis humani.' Ad Att. II. 5. 'Cupio ab hominum satietate nostri discedere.' Sic et in Sextiana c. 6. 'Superioris anni reipublicæ naufragium:' quod superior annus reipublicæ attulit. Si satis hoc intellexissent viri docti, deesse sibi causam nossent, cur mallent *superioris anni in republica naufragium.* Dies seu tempus secum vehit fortunam et publicam et privatam: unde inscriptio *Fortunæ hujus diei*: cui ædem vovit Q. Catulus belli Cimbrici magno die, laudante Cic. de Legib. II

Digitized by Google

11. Naufragium autem ejus, qui fecit, non minus quam incendium suum apud Sallustium vocat Catilina, quo fortunæ ejus conflagrarunt. Famil. x. 3. 'Maxima orbitate reipublicæ talium virorum.' Cæsar de Bello Civ. i. 4. 'Potentium ostentatio sui.' Et cap. 7. 'Omnium temporum injustias inimicorum.' *J. F. Gron.* Nemo negat, sæpe duos genitivos ab uno nomine pendere. Sed non tam hoc ignorasse videntur, qui maluerunt *ordiendum bellum*, quam non habuisse exemplum gerundii in *dum* cum casu verbi sui, ita ut hic, in genitivum mutati. Est omnino durum et insolens genus loquendi, quod ex hoc dubiæ lectionis loco non satis probari puto. Aliter vulgo loquuntur Latini. Si hic *ordiendi belli* recte dicitur, etiam, quod cap. 33. legitur, 'Maximæ partis sententia erat, perseverandum in bello esse, et tollendum tyrannum,' ita efferri potest, 'Maximæ partis sententia erat perseverandi in bello, et tollendi tyranni:' quod tamen non facile quemquam, nisi certiore auctoritate munitum, tentaturum arbitror. *Duk.* Omnia hæc verba desunt in Lov. 1. neglegentia scribæ, cui errandi ansam præbuit vocum *belli* et *bellum* repetitio: *non alia in die esset, inde pot. ordinandi belli* Voss. sed *inde*, pro *in die*, in margine: *non alia inde esset, dein* (vel *deinde*) *pot. ord. belli* Lov. 2. 4. et Gaertn. *non alia inde esset, inde pot. ordinandi belli* Mead. 2. *non alia inde esset et pot. ordinandi belli* Lov. 3. *non alia inde esset pot. ordinandi belli* Harl. *non alia deesset dein pot. ordinandi belli* Mead. 1. *caussa belli inde alia non esset pot. ordinandi belli* Lov. 6. sed prius *belli* adpositis notis delendum esse librarius indicavit: *non alia esset, inde pot. ordiendi belli* solus, antiquis edd. concinens, Lovel. 5. quod placuit etiam Crevier. neque improbavit Periz. ad Sanctii Minerv. II. 3. num. 15. ubi de duobus genitivis ex uno eodemque nomine pendentibus late agit: quale exemplum etiam est XXIII. 20. 'Quinquennii militiæ vacationem decrevit.' Apud Justin. I. 10. 'Magna quidem gloria recepti regni principum fuit.' An tamen casta Latinitas permittat ut uni nomini jungatur et genitivus, et gerundium in *di* cum casu verbi, in genitivum mutato, recte dubitavit Dukerus. Certe ejus exemplum non notavi. Reliquis igitur codd. præfero Moguntinum, et ex ejus fide recepi *ordiundi bellum: ordiandi* enim, id est *ordinandi*, quod est in tantum non omnibus scriptis, facilius corrumpi potuit ex *ordiundi*, quam ex *ordiendi*, quod est in uno. Præterea, nomini Latinos junxisse genitivum et gerundium in *di* cum casu verbi, evincunt exempla Val. Max. a Gronov. hic laudatum, et Plauti in Pseud. I. 1. 3. 'Duorum labori ego hominum parcissem lubens, Mei te rogandi, et tui respondendi mihi:' quod Periz. loco indicato ad partes adduxit.

§ 6 *Sed Aristæum, contra omnium consensum disserentem*] *Et Aristæum* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. quorum ultimus etiam *consensum omnium* legit: *omnium consilium* Lov. 6. Mox § seq. *cum Argivis*, omissa media præpositione, Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *quum pro Argis* Lov. 3. 5. et ed. Campani. Postea § 8. *Lacedæmones et tyrannum* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *et Lacedæmones et tyrannos* Lov. 3. Existimasse videntur librarii indocti *Lacedæmon* non urbis, sed populi urbem inhabitantis, nomen esse.

§ 9 *Parthenio monte superato*] *Pharcenio* Lov. 1. et 6. *Phantenio* Mead. 1. sed *Parthenio* in margine. *Phariteno* Lov. 4. *Phariteno* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Phartenio* ejusdem N. Deinde *superato monte* cod. Mog. Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn.

Præter Tegeam tertio die ad Carrhias posuit castra] *Caryæ*, unico r et se-

Digitized by Google

quente y, legendum arbitror ex Pausania III. 10. qui in Laconia locum Dianæ et Nympharum esse scribit. Quanquam id lectorem moratur, quod hic exspectare sociorum auxilia velit, priusquam hostium intraret agrum, ut *Caryæ* in Laconum agro non apte videri queant: unde quidam *Caphyæ* legendum putarunt, quæ in Arcadia sunt, ubi et Tegea, cujus hic quoque mentio: sed ego temere non mutaverim. *Glar. Præter Tergeam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *præter Tergiam* Lov. 3. *præter Cergeam* Harl. Tum *tertia die* Voss. Male. Vide ad VIII. 11. § 15. Deinde *ad Carrhias*, ut est in antiqq. edd. solus servat Lov. 5. *ad Garyas* Voss. *ad Caruas* Lov. 1. *ad Charyas* Gaertn. *ad Canas* Hearnii L. 1. *ad Carilas* Mog. *ad Caryas* primus Froben. a. 1535. reposuit: et ita præferunt reliqui codd. Ceterum *Caryæ* fuerunt duplices, aliæ Laconices, quarum hic Glareanus meminit; aliæ Arcadiæ, quas memorat Pausan. in Arcad. capp. 13. 14. et 45. quibus locis male Sylburg. Καφυαὶ et Καφυῶν, pro Καρυαὶ et Καρυῶν, scribendum conjicit, quia *Caryæ* non Arcadiæ sunt, sed Laconices, quod probat ex hoc Livii loco; qui tamen de Caryis Laconices ideo intelligi nequit, quoniam, ut Glareanus jam monuit, Quinctius ibi sociorum auxilia exspectavit, 'priusquam intraret hostium agrum,' id est, Laconicam; et quoniam ab Argis, Parthenio monte superato, præter Tegeas ad Caryas Laconicæ tertio die cum exercitu venire nequaquam potuit, ut observat Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 739.

Priusquam hostium intraret agrum] *Hostium agrum intraret* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *hostium agros intraret* Harleian. *hostium introiret agros* cod. Mog. Sed nihil muto. Supra VI. 25. 'Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis.' Solent autem etiam alibi 'intrare' et 'introire' commutari. Vide ad VII. 38. § 14. Nec displicet *agrum*. Vide ad c. 46. § 3.

§ 10 *Venerunt Macedones a Philippo mille quingenti*] Dissentiunt in numero. Pall. *Venerunt Macedones a Philippo CC. et CC.* antiq. ed. *Venerunt a Philippo duo millia et DCC.* Gebh. Quæ vulgo exstat lectio, primum adparuit in ed. Frob. a. 1535. Antea edebatur *duo millia et DCC.* (quod in Lov. 5. inveni) vel *duo millia DCC.* Numerus missorum militum deest in Lov. 1. et Hearnii L. 1. Nec aliter ejus N. nisi quod tamen in eo lacuna relicta sit: *a Philippo DCC.* legit Lov. 3. *a Philippo ducenti et septem* Gaertn. *a Philippo ducenti et septingenti* Lov. 2. et Harl. *a Philippo CC. et DCC.* Lov. 6. a m. pr. et Mead. 1. *a Philippo CC. et CC.* Lov. 4. et Mead. 2. *a Philippo CC. equites et DCC. pedites* Lov. 6. a m. sec. *a Philippo ac quia erat hostis Romanorum secundum pedẽm* reliquis corruptior Voss. Verum illa *ac quia hostis erat Romanorum* ex glossa marginali in contextum inrepsisse videntur; reliqua autem *secundum pedẽm* nata esse ex nota numerali *II^m et DC^ti, vel II^m et DCC^ti*. Si Frobenius, vel Gelenius, vel quicumque priscam lectionem mutarunt, cod. Moguntinum secuti sunt, non adversabor. Sin, antiquam lectionem, quo multorum codicum vestigia nos ducunt, præferam. Et quidem, si, quod verum esse auspicor, vulgatum tantum conjecturæ debetur, veterem scripturam mutandi caussa fuisse videtur, quod displiceret *Macedones duo millia et septingenti*, pro *Macedonum*; quum tamen Livio familiarissimum sit, ut, si numero millenario numerus minor addatur, nomen ipsi jungat non eo casu, quem exigit τὸ *millia*, sed numerus minor adjectus. Supra III. 3. 'Censa civium capita centum quatuor millia ducenta quatnordecim.' XXXIV. 52. 'Philippei nummi

Digitized by Google

quatuordecim millia quingenti quatuordecim.' XXXV. 9. 'Censa sunt civium capita centum quadraginta tria millia septingenta quatuor.' XXXVII. 40. 'Inde auxiliares mixti omnium generum duo millia et septingenti.' XXXVIII. 36. 'Censa civium capita ducenta quinquaginta octo millia trecenta octo.' XXXIX. 5. 'Tetradrachmum Atticum centum octodecim millia: Philippei nummi duodecim millia quadringenti viginti duo.' Vide Gronov. ad XXXIX. 7. § 1. Eadem locutio aliquoties obcurrit apud Colum. v. 1.

Quorum adfatim erat] *Quorum affatim erant* Lov. 6. *quorum adfatim numerus erat* Harl. cujus cod. librarius ægre tulisse videtur, τὸ *adfatim* cum genitivo construi, quod tamen Livius sæpe fecit. Supra X. 25. 'Habetis igitur, inquit, adfatim lignorum.' XXIII. 5. 'Jam pecuniæ adfatim est frumentique.' XXVII. 17. 'Armorum adfatim erat captorum Karthagine.' XXXIV. 37. 'Copiarum adfatim esse.' Mox *commorabantur Romanum* Gaertn. *morabantur. Romanorum navales quoque* Lov. 8.

§ 11 *Jam ab Leucada L. Quinctius cum quadraginta navibus venerat*] *Leucas* oppidum fuit, *Leucates* promontorium: quare aut *Leucata* legendum est, aut, quod magis placet, *Leucade*. Cicero, ad Tyronem scribens (ad Fam. XVI. 1.) *Leucade* dixit. *Sabell.* Pall. *L. Quintius XL. navibus venerat*, fastidito *cum*. Gebhard. *Ad Leuchã* Lov. 6. *ad Leucada* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parm. *ab Leucada* edd. Mediol. a. 1480. et Tarvis. utraque: *ab Leucata* edd. Venetæ: *a Leocade* Mead. 1. *a Leucade* Voss. Lov. 1. et Gaertn. Reliqui cod. *ab Leucade*, quod etiam primum inveni in ed. Mediol. a. 1505. hinc in Mog. et mox in reliquis recentioribus. Regio, modo peninsula, modo insula, vocatur *Leucadia*, urbs in ea sita *Leucas*, promontorium *Leucate;* quæ tamen nomina sæpe commutantur. Vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 768. et Palmer. Græc. Ant. III. 10. Deinde *Quinctius L. navibus* Lov. 3. *Quinctius quadraginta navibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Supra XXVIII. 38. 'Decem navibus Romam redit:' ubi plures codd. *perperam cum decem navibus.* XXX. 27. 'Viginti navibus longis, militibus mille, eram Siciliæ tutaretur:' et ibi recte Gronov. τὸ *cum* delendum monuit. XXXVII. 9. 'Cetera classe in Europam trajecit.' XLI. 1. 'Eodem decem navibus C. Furius duumvir navalis venit.' De ellipsi hac præpositionis *cum* vide ad I. 14. § 7. XXII. 9. § 5. XXIII. 41. § 10. aliisque locis.

Triginta lembis, mixtisque aliis minoris formæ navigiis] *Triginta que lembis mixtisque aliis* Lov. 3. et Gaertn. *et triginta lembis, mixtis aliis* Lov. 6. *triginta lembis, mixtis aliis* Voss. et Lov. 1. Tum *minoris formæ navibus* codd. mei, et edd. vett. *minoris formæ navigiis* Froben. a. 1531. ex fide cod. Mog. recepit. Paullo ante *rex circa Cycladas erat* Gaertn. Τὸ *circa* deerat in Harl.

§ 12 *Spe recuperandæ patriæ in castra Romana convenerant*] Ms. *in castra Romana pervenerant.* Modius. Libri omnes *convenerunt.* Gebh. *Convenerant* primum adparuit in Froben. a. 1531. Omnes priores exhibuerunt *convenerunt;* neque aliter erat in Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Hearnii I. 1. et Voss. a m. sec. in quo scriptum exstat a m. pr. *pervenerunt;* quod et ipsum, non *pervenerant*, ut Modius putat, se in cod. suo invenisse Moguntini testantur. Præcesserunt *venerat* et *erat*, eoque colore *convenerant* defendi nequit. Sæpe enim varia tempora junguntur. Ita imperfectum et perfectum: vide ad III. 7. § 3. 'Compleverunt' et 'exposcebant' XXXIX. 49. § 10. Adde Burm. ad Suet. Aug. c. 20. Etiam perfecta et

Digitized by Google

plusquamperfecta. Exempla vide ad XV. 33. § 8. et XXVI. 37. § 1. Ita 'abscesserat' et 'abduxit' XLV. 11. § 1. Adde Markland. ad Statii Silv. I. 1. 100. et Cort. ad Sallust. Catil. c. 12. § 1. Tum *spe recuperandæ primæ libertatis* Lov. 6. Paullo ante *ipsorumque Lacedæmoniorum*, pro *ipsorum quoque Lacedæmoniorum* Harl. Vide ad v. 27. § 1.

§ 13 *Per aliquot ætates, ex quo tyranni*] *Aliquot ætates* de annis non ita multis dicit: nam Cleomenes, quem primum tyrannum Lacedæmoniorum fuisse ait, vix XL. annis ante hoc tempus regnum inierat. Si quis ad id tempus referendum putet, quo, Agide ac Leonida Spartæ regnantibus, primum turbari cœpit respublica Lacedæmoniorum, tamen vix L. anni sunt. Vide Petav. Ration. Temp. IV. 4. *Duk. Per aliquas ætates* Voss. Vide ad XXX. 19. § 5. *Per multas ætates* Lov. 1. Tum *ex tyrannis, qui tenebant* Voss.

Alii ab aliis pulsi] Libri omnes *expulsi*. Gebh. Pariter Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. usque ad Frob. qui a. 1535. vulgavit *pulsi*.

§ 14 *Cujus jure gentis regnum Lacedæmone erat*] Idem Ms. *cujus jure gentis regnum Lacedæmonium erat*. Modius. *Regnum Lacedæmonie*, vel *Lacedæmoniæ, erat* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Mogunt. antiquiores; sicut mox in fine hujus cap. iterum legunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et eædem edd. Similiter § præc. *Lacedæmoniam*, pro *Lacedæmonem*, legunt Lov. 1. 6. et Voss. Paullo ante *Agesiopolis* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn.

Pulsus infans ab Lycurgo] Pal. 1. *Licuico*: alter *Licineo*. Et statim *qui primus tyrannus Lacedæmoniæ fuit*. Gebh. *Ab Liturco* Voss. *ab Licuico* Lov. 4. *ab Liciveo* Mead. 1. *ab Lituido* Lov. 6. a m. pr. *ab Licinio* a m. sec. et Lov. 2. *ab Licineo* Gaertn.

CAP. XXVII. § 1 *Tantum belli circumstaret tyrannum, et prope nulla spes esset*] Prisca ed. *nulla spes esset*. Gebh. Secunda vox deest in Gaertn. *tantum bellum* legunt reliqui codd. nostri, Hearnii L. 1. et editiones vett. Moguntinenses demum ex cod. suo dederunt *tantum belli*. Ut IV. 57. 'Quum tantum belli in manibus esset.' Ita 'tantum roboris' II. 8. 'tantum turbarum' II. 29. 'tantum momenti' IV. 58. 'tantum spatii, tantum laboris' V. 5. 'tantum dissensionum' V. 24. 'tantum pavoris' XXVIII. 3. 'tantum tumultus' XXXVIII. 2. 'tantum terroris' XXXVIII. 16. et Epit. Liv. l. LII. 'tantum animorum' XXXVIII. 52. 'tantum hominum' XXXIX. 46. et XL. 19. 'tantum fastigii' XLIV. 1. 'tantum Macedonum' XLIV. 41. 'tantum pecuniæ' XLV. 40.

Vires suas hostiumque æstimanti] Adhuc Longobardicus codex, *prope nulla spes esset, vere suas hostiumque æst. vires*. Modius. Pal. 1. habet *extimanti*. Gebh. Mog. *vere suas hostiumque æstimanti vires*. Lib. XXX. c. 22. 'Senatui ac populo Carthaginiensi, si quis vere æstimet, fœdus ad eam diem inviolatum esse cum Romanis.' Fragmentum apud M. Senec. Suasor. c. 6. 'Præter mortem, quæ vere æstimanti minus indigna videri potuit.' *J. F. Gronov.* Licet nullus meorum Moguntino consentiat, ejus tamen lectionem veram esse judico; quam proin recepi. Ita l. III. c. 19. 'Plus, Hercule, aliquantum, qui vere rem æstimare velit.' VI. 11. 'Quum interim, si quis vere æstimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit.' XXXVII. 58. 'Ceterum vere æstimanti Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit.' Ita 'vera æstimatio' Periz. Livio vindicare conatur XXXVIII. 51. § 14. 'verius existimare' est XXXI. 48.

§ 2 *Sed et a Creta mille delectos juventutis eorum excivit*] Τὸ *et* non ha-

Digitized by Google

bent Lov. 1. 2. 5. Harl. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. 1535. Tum *eorum* deest in Voss. *juventutis eorum delectos* legit Gaertn. Mox *incenatorum* Voss. Dein *cum castellis agrestibus* Lov. 3. 4. et Voss. *cum castell' agrestibus* Lov. 1.

§ 3 *Acerbitate pœnarum tenebat animos. Quoniam, ut*] Jac. Perizon. in margine Livii sui legendum conjecit *terrebat animos*. Voces illas in Mss. commutari, vidimus ad XXIII. 1. § 10. Sed nihil mutandum. De verbo 'tenere' hoc sensu vide ad XXXVIII. 23. § 5. Præterea vulgata interpunctio Crevier. displicuit; distinguendum autem docuit *tenebat animos, quoniam, ut, &c. non poterat. Quum suspectos, &c.* quod verum puto, et recepi. Paullo ante *orentur* Voss. *orerentur* Lov. 1. 4. Vide ad XXIII. 16. § 7.

Sperare non poterat] *Spectare* Voss. quomodo librarius scripsisse videri posset, pro *exspectare:* is enim error in Mss. frequens est. Vide ad XXX. 23. § 7. At potius nihil muto. Ita editur apud Justin. XII. 3. 'Omnibus reditum in patriam exspectantibus:' pro quo codd. quidam *spectantibus*, alii *sperantibus:* quod Abrah. Gronov. probavit. Passim librarii 'sperare' et 'spectare' commutarunt. Vide ad VI. 23. § 5. VIII. 38. § 11. IX. 46. § 9. XL. 15. § 4. et Burm. ad Nemes. Ecl. I. 43.

§ 4 *Quum suspectos quosdam civium haberet*] Pal. 1. *cum suspectos quosdam filios haberet*. Sequitur enim infra, 'Sub hæc citari nomina octoginta ferme principum juventutis jussit.' *Gebh.* Omnes mei recte stant pro vulgato.

Eductis in campum omnibus copiis, (Dromon ipsi vocant,) positis armis, ad concionem vocari jussit Lacedæmonios] Quid? an copias universas unica voce δρόμον appellabant Lacedæmonii? Nugæ. Δρόμος erat extra urbem Spartanam campus, in quo se juventus cursu exercebat. Pausan. in Lacon. c. 14. Καλοῦσι δὲ Λακεδαιμόνιοι Δρόμον, ἔνθα τοῖς νέοις καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔτι δρόμον μελέτη καθέστηκεν. Et occurrit plurima illic ejus mentio. Ergo verba illa Livii, luxata aliquantum, ita ordinare malim, *Eductis in campum (Dromon ipsi vocant) omnibus copiis*. Meursius, Attic. Lect. I. 24. Illa verba *Dromon ipsi vocant* desiderantur in prisca ed. et posteriore Pal. In priore vero est *eductis in campum omnibus copiis, positis armis ad Xionem vocari jubet*. Gebhard. Adde Reines. Var. Lect. II. 3. *Duk. Eductus in campum cum omnibus copiis* Gaertn. *eductis omnibus in campum copiis* Lov. 5. et edd. usque ad Aldum, qui ordinem vocum mutavit, præeunte cod. Mog. Consentiunt reliqui mei. Dein voces *Dromon ipsi vocant* desunt in omnibus meis, Hearnii L. 1. N. et excusis usque ad Frob. qui eas a. 1531. fide cod. Mog. recepit. Ad hæc *jussit* iterum Aldus edidit, ita volente eodem Msto Mog. Omnes mei, Hearnii L. 1. et priores typis exarati habent *jubet*.

§ 6 *Ignoscendum in tali tempore*] *Tali tempore*, sine præpositione, Lov. 3. et Gaertn. sed eam sæpe addere amat Livius. Vide ad I. 57. § 1. Reliquos igitur eamdem defendentes sequor. Mox *et* deest in Lov. 4. sed interceptum est a literis ultimis verbi præced. Vide ad XXXV. 41. § 7. Τὸ *rerum* etiam exsulat ab Harl.

§ 7 *Quosdam se in custodia habituros, donec ea, quæ instet, tempestas prætereat*] *In custodiam* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad II. 14. § 4. Tum *instaret* Lov. 6. *instat* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque editi ante Frob. qui a. 1535. *instet* dedit. Mox *caveretur* Voss. et Lov. 6. *cavetur* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo recte emendarunt *caveatur*. Deinde *extemplo eos se missurum* Lov. 2. et Harl. prima litera τοῦ *se* ex fine vocis præced. adscita.

Digitized by Google

Vide ad XXXVII. 29. § 8. *Extemplo eo se missurum*, perperam literis in voces suas distributis, Mead. 1. *extemplo missurum* Gaertn.

§ 8 *Et nocte insequenti omnes interfecit*] Libri omnes sine copula *et* habent *nocte insequenti omnes interfecti*. Gebh. *Et nocte insequenti omnes interfecit* ex cod. Mog. Froben. a. 1535. recepit; quod sequentes editores servarunt usque ad Gronov. Is autem lectionem primarum edd. *nocte insequenti omnes interfecti*, quam etiam servant codd. nostri, revocavit.

§ 9 *Ilotum deinde quidam*] *Ilotarum* quidam emendarunt, et recte. Sunt autem quos 'Helotas' Strabo VIII. 365. vocatos ait. Diphthongus ει id discriminis fecit, nunc in *e*, nunc in *i* Latinis versa, ut ostendunt Αἰνείας ac Θάλεια. Cæterum apud Græcos aspirationem habet, sive ἀπὸ τοῦ ἕλους veniat, ut Strabo sentire videtur quodam in loco, sive ἀπὸ τοῦ ἕλω, ut aliis quibusdam placet. *Glar.* *Notarum* Lov. 4. et Mead. 1. pro quo in margine emendatur *notatique*, quod etiam superest in Lov. 2. Gaertn. et Harl. *notati* Lov. 6. *liberati* Lov. 3. *Lotarium* Lov. 1. *Ibotarium* Voss. *Ilotum* non alibi, quam in edd. Ascensii 1513. et 1516. inveni. De *Ilotis* sive *Helotis* Lacedæmoniorum vide Meurs. Miscell. Lacon. II. 6. et Cragium de Rep. Laced. I. 11. Tum *quidam alii, sunt jam inde* Harl. et Lov. 6. *quidam alii, sunt deinde* Voss. *quidquam alii sunt jam inde* Lov. 1. Mox *transfuge voluisse* Voss. errore orto ex compendio *transfug'e*, pro *transfugere*: ita contra *fugere*, pro *fuge*, vel *fugæ*, ex codd. notavimus ad IV. 37. § 11. Tum *insinuati*, pro *insimulati*, Harl. Male.

Obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu] Quia hoc nondum alibi inveni, conjiciebam *obtorpuerant m. a. ad omnem conatum*. XXII. 3. 'Si ad convellendum' signum 'manus præ metu obtorpuerint.' Virg. Æn. IX. 499. 'torpent infractæ ad prœlia vires.' Sed quia libri scripti hic non videntur variare, rarum genus loquendi potius adnotandum, quam quidquam novandum, puto. *Duker.* Sane nihil mutant codd. nisi quod *obstupuerunt* sit in Harl. et Gaertn. *obstupuerat multitudinis animi omni conatu novorum consciliorum* in Lov. 1.

§ 10 *Tam suspectis et incertis omnium animis*] Nostra archetypa habent *tam suspensis et incertis*. Gelen. Ita et, præter Moguntinum, Lov. 1. 3. 6. et Voss. Reliqui, cum edd. Froberiana 1535. prioribus, servant *tam suspectis et incertis*, nisi quod *tam suspectis incertisque* legat Gaertn.

CAP. XXVIII. § 1 *Die postero ad Sellas super Eurotam fluvium pervenit*] Scripti codd. habent *die altero ad Sellasiam super Œnunta*. Sic hunc fluvium et Polybius nominat. *Gelenius.* Polybius lib. II. non ita longe a fine, ubi hanc describit pugnam, vocat hunc locum *Sellasiam*. Meminit et in Laconicis c. 10. Selasiæ Pausanias. Cæterum Polybius II. 65. Sellasiam in regionem Laconicam aditum ait, et ei loco duos imminere colleis Enam et Olympum. Viam autem inter hos mediam esse, quæ per ripam profluentis fluminis ducat Spartam: quo in loco fluminis nomen omisit, quod si Eurota fuisset, haud dubie posituros. Ideoque alii legunt *ad Sellasiam super Œnunta*, pro *ad Sellas super Eurotam* quanquam Polybius post paulum Gorgyli fluminis meminit, haud procul ab eo loco. *Glar.* Hæc historia est apud Polybium II. 65. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν Σελλασίαν καλουμένην μετὰ τῆς δυνάμεως ἐστρατοπέδευσε. Et paulo post, Τῆς δ' ὁδοῦ μεταξὺ τούτων παρὰ τὸν Οἰνοῦντα ποταμὸν φερούσης εἰς Σπάρτην. Glareanus autem negat, Polybium Œnuntis fluminis meminisse. Legit enim interpretem, qui *profluens flumen* imperite vertit. ['Glareanus nulla re æque dolet, atque quod illi Græca defuerint exemplaria: sic enim ipse vidisset: nunc cum aliis ansam in-

Digitized by Google

quirendi dedit, pro gratia refert convitia.'] Eodem errore alii quidam ex nostris ducti Q. Metellum Scipionem Pium, ex sententia Dionis, Asiatici filium esse scripserunt, cum Dio XL. 144. *Nasicæ* scribat, *Asiatici* vero interprres, idque imperite. *Sigon. Die altero* etiam omnes mei, idque Moguntini ex cod. suo laudarunt. Tum *ad Selas* Lov. 5. *ad Selas jam* Lov. 8. et Mead. 1. *ad Stellas jam* Gaertn. *ad Selatiam* Hearnii L. 1. *ad Selatiam jam* Harl. *se latiâ jam* Lov. 2. omissa præpositione: *jam ad Selatiam* Lov. 6. *ad Sellasiam jam* Mead. 1. in margine: *ad Sellasiam* Voss. Lov. 1. 2. Mead. 2. et Hearnii N. Deinde *super Eurotam* Lov. 3. 5. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Eamdem lectionem, et *Arantam* in margine, ostentat Mead. 1. *supero Erintanum* Voss. *super Erunta* Lov. 2. *super Œnum* Hearnii N. *super Œriunta* Mead. 1. in contextu. Voces hæ deerant in Lov. 6. At recte *super Œnunta* Lov. 1. 4. et Mead. 2. Utrum *Sellasiam*, an *Selasiam* scribatur, perinde esse videtur: utroque enim modo apud Polyb. et Pausan. scriptum obcurrit. De ea et fluvio Œnunte vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13. 776. Mox *quo loco* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Paullo ante *omnibus peractis*, pro *paratis*, Lov. 6. et Hearnii L. 1. Ita scribas variasse vidimus ad IX. 32. § 5. Adde ad XXVIII. 43. § 1. et XXXVII. 4. § 2. Ceterum prœlli illius inter Antigonum et Cleomenem meminit etiam Paus. in Corinth. Achaic. IX. 7. et Arcad. c. 49.

§ 2 *Inde quum audisset, ascensum difficilis et arctæ viæ esse*] Ms. *inde cum audisset, descensum d. et a. v. e.* Modius. Scripti quidam, ut et Mogunt. *descensum*. Perspicue volunt *quum audisset, escensum*. Quod Cæsari superius reddidimus. Lib. XXXV. c. 13. 'Legati Romani Elæam venere: inde Pergamum (ubi regia Enmenis fuit) ascenderunt.' Sic Gelenius: nam ad mediterranea ascenditur, non descenditur, inquit. Recte, quod ad sensum. Habuerunt autem prius editi cum pluribus scriptis *descenderunt*. Lege igitur *escenderunt*. J. F. Gronov. *Unde cum audisset* Lov. 6. *inicum audisset* Voss. Deinde *accessum difficilis et arctæ viæ esse* Voss. Lov. 1. et apud Doujatium Colbert. Solitos autem fuisse librarios voces 'ascensus' et 'accessus' confundere, vidimus ad XXVIII. 16. § 7. *Accessum difficilem et arctas vias esse* Lov. 2. Gaertn. et, teste Doujatio, Regius, qui olim fuit Naudæi: *ascensum difficilem et arctas vias esse* Lov. 3. et Harl. *escensum* hic legendum esse, quoniam id velle videntur codd. *descensum* præferentes, monuit etiam Gebhard. ad XXIX. 11. § 5. De hoc nomine et verbo 'escendere' plura vide ad II. 28. § 6. Mox *brevi per montis circuitum præmissis, qui munirent, via* Lov. 2. *per montis circuitum* etiam Lov. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. et edd. ante Moguntinam.

§ 3 *Cum equitibus atque expeditis prægressum auxiliares tyranni adorti*] Pall. et vetus ed. *expeditis prægressum auxiliis tyr. ad. ingentem terrorem ac tumultum conj.* Gebh. 'Expeditos jaculatores' dicit XXI. 46. 'expeditos milites' XXXV. 27. 'expeditum agmen' XXXVI. 30. Neque nunc memini, me apud Livium 'expeditos,' non addito substantivo, pro levi armatura, nam distinguit a legionibus, legere. Leviter suspicabar, potuisse fieri, ut præcedens vox *expeditis* absumserit sequentem *peditibus*, de quibus deinde dicit, 'Aliquamdiu peditibus equites, equitibus pedites vocantibus.' *Duk.* Vide ad XXII. 16. § 2. Lectio quæ nunc exstat, primum ab Aldo proposita est, sed ex fide Msti Mog. Antea edebatur *auxiliis tyranni adorti*, quod ipsum superest in Lov. 4. 5. et Mead. utroque: neque differt Gaertn. nisi quod *hortati*, pro *adorti*, præferat: *auxiliis tyrannici adorti* legit Harl. *auxiliarii tyranni adorti* Voss. *auxilii auri*

Digitized by Google

tyranni adorti Lov. 1. *auxilia tyranni adorta* Lov. 2. et 6. *auxilia tyranni adorti* Lov. 3. et Hearnii L. 1. quod verum esse videtur: ut locutio *auxilia adorti* librariis minus placuisse, et locum corrumpendi ansam dedisse censenda sit: quum tamen Livius eadem sæpius utatur. Vide ad XXIX. 12. § 4. et XXXVII. 39. § 12. Paullo ante *castra metatos* Lov. 2. et Harl.

Ingentem terrorem ac tumultum conjecerunt nihil tale exspectantibus] Restituimus juxta fidem archetyporum *in terr. ac tum. conj. nihil tale exspectantes.* Geleu. Emendationem Gelenii Frob. 1535. recepit, et reliqui editores servarunt. Lectionem vero, quæ ad caput adnotationis ejus exstat, inveni tantum in edd. Camp. et Frob. 1531. quum ceteræ antiquiores dederint *ingentem terr. ac tum. conj. nihil tale exspectantes.* Campano favent ex scriptis Lov. 5. Mead. 1. et Gaertn. ceteris alii omnes. Vide igitur an legendum *in ingentem terr. ac tum. conj. nihil tale exspectantes.* Facile enim vocula *in* absorberi potuit a syllaba initiali vocis sequentis. Alia exempla vide ad Præfat. § 10. XXI. 51. § 1. XXXIV. 44. § 8. c. 53. § 7. XXXVI. 9. § 12. c. 12. § 11. c. 14. § 13. præsertim ad VIII. 33. § 6.

Veluti pacato agros transierant] Ms. *veluti pacato agro transierant.* Modius. *Agros* operarum errore erat in ed. Paris. 1573. quod mox secuta Francof. 1578. ante Modium emendavit. Sed *velut pacato* est in Voss. Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. antiquis. Ea igitur de caussa Moguntini monuerunt se *veluti pacato* in cod. suo invenisse, quod mox Aldus adoptavit.

§ 4 *Quum in se cuique minimum fiduciæ esset*] *Quum ipse cuique minimum* Voss. *quum in se cuique minime* Lov. 1. 5. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *τὸ esset* autem excludit Lov. 1. Mox § seq. *reductæ in prælium* Mead. 1.

§ 6 *Acie directa paullisper steterunt*] Ms. *acie erecta paulisper steterunt.* Modius. *Acie direpta* Lov. 5. de quo errore vide ad XXXVII. 31. § 5. Neque probanda est Moguntini lectio *acie erecta.* Nam 'erigit aciem,' qui eam in clivo montis constituit. Vide ad X. 20. § 8. Id autem huic loco non convenit. At 'aciem dirigere' est eam ordinare, constituere, locutione passim obvia. Supra II. 49. 'Vix dirigendi aciem spatium Veientibus fuit.' XXI. 47. 'In conspectu hostium acie directa.' XXVII. 48. 'Ubi omnes copiæ convenere, directaque acies est.' XL. 30. 'Acie directa medio ferme spatio inter bina castra constiterunt.' Auctor B. Alex. c. 37. 'In fronte enim simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidiis.' B. Afric. c. 41. 'Quadruplici acie instructa ex instituto suo, prima equestri turmatim directa.' Flor. II. 6. § 58. 'Conlatis cominus signis direxere aciem.' III. 16. 'Directa in foro acies.' Vide Ondend. ad Frontin. II. 4. § 4. Similiter 'dirigere in pugnam naves;' vide ad XXII. 19. § 11.

§ 7 *Postero die Quinctius prope flumen præter urbem, sub ipsas Menali montis radices cum duceret copias instructas, pergit*] Vide quæso, ne verior sit lectio *circumducere copias instructas pergit:* nam si *cum duceret* legas, *pergit* non sequitur. *Subellicus.* Omnes *Mænalum* Arcadiæ cum oppidum, tum montem ponunt. Quare videndum num recte locus habeat: hic enim de Sparta loquitur. Fortasse autem *Taygetum* scripsit Livius. Neque enim jam in Arcadia erat Quinctius, et statim *Taygeti* mentionem facit. Sed lectoris esto judicium. *Glar. Urbem* Lacedæmonem, *flumen* Eurotam intelligit. Itaque, quia Mænalus non in Laconica est, sed in Arcadia, Glareanus, peritissimus emendator, *Taygetum* substituendum putat. Ego autem nec *Mænalum*, non *Taygetum* probo, sed *Menelaium* legendum esse affirmo. Hujus lectionis auctor est Polybius, qui v. 22.

Digitized by Google

Eurotam flumen ad collis Menelaii radicem fluere scribit, his verbis: *Τοῦ δὲ ποταμοῦ παραῤῥέοντος ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μερῶν, ὃν καλεῖται μὲν Εὐρώτας συμβαίνει τοὺς βουνοὺς, ὑφ' ὃν τὸ Μενελάϊόν ἐστιν, πέραν μὲν εἶναι τοῦ ποταμοῦ, &c.* Meminit autem sæpius ejus nominis, ita ut Stephanus etiam ita scriptum reliquerit: *ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης Μενελάϊον. Sigon.* Pall. et antiq. ed. *sub ipsas Menelai montis radices cum duceret copias instructas pergit.* Gebh. *Prope fluvium* Lov. 2. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Primus autem Frob. 1535. *prope flumen* ad fidem cod. Mog. exhibuit: quam lectionem servant reliqui mei. Ita etiam variant codd. mox hoc cap. § 12. Vide ad XXXVIII. 15. § 7. Tum voces *præter urbem* desunt in Harl. Hinc *Menali montis* Lovel. 5. Gaertn. et Mead. 1. in margine *Monelai montis* Voss. et Lovel. 1. *Menolai montis* Lov. 3. *Menelai montis* Lovel. 2. 4. Hearnii L. 1. Mead. 2. et Crevierii Victor. *Menelaii montis* Lov. 6. Harl. et Mead. 1. in contextu. Tandem *cum duceret copias instructas pergit* Voss. Lovel. 1. 2. 5. Harl. et Mead. ambo, cum edd. antiqq. *cum ducere copias instructas pergit* Lov. 4. *conducere copias instructas pergit* Lovel. 3. 6. et Gaertn. *circumducere copias instructas pergit* ed. Ascens. 1513. *ducere* Frob. 1535.

§ 9 *Postquam extremum agmen præteriit*] Pall. *postquam in extremum agmen præteriit.* Forte *jam extremum.* Gebh. Nostri nihil mutant, nisi quod *præterunt* sit in Gaertn.

Eodem, quo pridie eruperant, tumultu pluribus simul locis erumpunt] Videtur insiticium *τὸ eruperant.* J. F. Gronov. Ea vox in omnibus omnino codd. constanter exstat; neque aliam ei delendæ caussam Gronovius habuisse videtur, quam quod mox sequatur *erumpunt*: illa autem an satis justa fuerit, vide ad 1. 3. § 9. *Τὸ tumultu* exsulat ab Harl. Tum *plurimis locis*, omissa voce media, Harl. et Mead. 1. *Τὸ simul* etiam deest in Gaertn.

§ 10 *Ne inopinatum accideret*] Cæsus Moguntiæ Livius *ne inopinate accideret.* Ms. vero *necopinatum*, conjunctim. *Modius. Ne inopinate accideret* Lovel. 1. 5. 6. et edd. priores: *ne in opinione accideret* Voss. *ne inopinatum accideret* reliqui scripti, quod primum vidi in ed. Frob. 1531. Paullo ante *quia id quod futurum erat* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. *qui id quod futurum erat* Lov. 2. 3. Mox in sequentibus *eorum animis* Harl.

§ 11 *Quæ minus trepida fuisset*] Restituimus juxta fidem archetyporum *quæ minus infida ac trepida*, ubi hæc vox *infida* intercíderat. *Gelen. Infida ac* non sunt in quibusdam Hearnianis. Hoc considerandum videtur. 'Fida' et 'infida fuga' non valde obvia esse credo: 'tuta' et 'intuta' usitatiora sunt. *Duk.* Voces *infida ac*, quas Frob. anno 1535. recepit in contextum, desunt in omnibus meis, et Hearnii L. 1. Crevierio etiam suspecta est vox *infida*, et magis placeret *effusa.* Conjicit etiam *τὰ infida ac*, quæ vocabula nec in Victor. invenit, recidenda esse. Paullo ante *inclinaverunt* Lov. 5. et edd. antiqq. Aldus deinde *inclinarunt*: quod est in reliquis Mss. nostris.

Ni Achæi locorum prudentes institissent] Ms. ni *Achæi locorum prudentes ei institissent: ei*, fugæ puta, aut certe scribatur *eis* ' *institissent.* Modius. Nullus meorum Moguntino codici consentit.

Hi et cædem ingentem ediderunt] Libri omnes *et cædes ingentes.* Gebh. Similiter omnes mei, et edd. antiqq. *cædem ingentem* Frob. 1535. ex cod. Mog. edidit. Mox *et dispersos armis exuerunt*, neglectis tribus vocibus, Lov. 6. Eædem voces et insuper ultima *exuerunt* desunt in Lov. 1. *arma exuerunt* legit Gaertn.

§ 12 *Inde, quum perpopulatus omnia*]

Digitized by Google

Casus Moguntiaci liber *unde cum perpopulatus omnia.* Modius. Immo ed. Mog. *unde cum populatus omnia.* Neque aliter omnes priores cum Lov. 5. *unde cum perpopulatus* Voss. Lovel. 1. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *inde cum populatus* Lov. 3. *inde cum perpopulatus* auctoritate Mati Mog. edidit Aldus, concinentibus Lov. 2. Harl. et Mead. utroque. De verbo 'perpopulari' vide ad XXIII. 36. § 7.

Nullo jam hostium porta excedente] Casus Moguntiaci liber *portam excedente,* pro *porta.* Modius. Andreas et veteres ante Mog. *portam excedente.* Cujusmodi nonnulla olim asservamus Nostro. Seneca Ep. 104. 'Quæris ergo, quomodo mihi consilium profectionis cesserit? Ut primum gravitatem urbis excessi, et illum odorem culinarum fumigantium.' *J. F. Gron. Portam excedente,* ut edd. vett. ante Aldum habent, exstat etiam in Voss. Lovel. 1. 5. 6. et Hearnii L. 1. ac N. eandem lectionem etiam Crevier. in Victor. cod. invenit, et hinc contextui insersit. De ea locutione vide ad II. 27. § 8. et XXIV. 20. § 10. *Porta excedente,* præter Mogunt. codicem, Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Neque ea locutio Livio insolens est. Supra XXVI. 24. 'Ut non his modo urbibus excedant.' XXX. 23. 'Jubendosque Italia excedere.' XXXI. 17. 'Neminem vivum, nisi victorem, acie excessurum.' XXXI. 25. 'Excedere urbe juberet.' XXXIII. 6. 'Consilium suis excedendi ea regione.' Alia exempla vide ad VIII. 2. § 8. et X. 2. § 3. Quum itaque Livium utroque modo locutum esse constet, ei adhærere malo, cui favet optimus Mogunt.

Movit castra ad flumen Eurotam] *Ad fluvium* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide supra hoc cap. ad § 7. Deinde *Aracita* Gaertn. *Arrunta* Lov. 1. *Arunta* Voss. Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et edd. antiqq. *Eurotam* primum in margine ostentavit ed. Ascens. a. 1513. mox in contextum recepit Mogunt. Et ita est in Lov. 3. et 6.

CAP. XXIX. § 1 *Eodem fere tempore*] Τὸ *fere* non comparet in omnibus libris. *Gebh.* Neque comparet in ullo meorum, vel in antiquis edd. Frobenius demum, jubente cod. Moguntino, a. 1535. recepit. Mox *recipit* Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. ed. Campani, et quædam aliæ.

§ 2 *Gythium oppidum*] Ms. *Ægium oppidum.* Sed verius illud. *Modius. Gythium* hoc nomen semper hoc et seq. libro scribitur. De varietate scripturæ habet hic Hearnius post Mearsium Misc. Lacon. IV. 6. *Duk. Qd. thium* Mead. 1. et *Githeum* in margine, quod etiam præfert Lovel. 2. *Chitium* Hearnii L. 1. et Lov. 3. a m. pr. *Chitium* a m. sec. *Sicheum* a m. tert. *Cythium* Lov. 1. et 4. *Cytheum* Mead. 2. *quod Gytthæum* Gaertn. *Gytheum* Voss. et Lov. 5. ac 6. *Gytheum* tantum non omnes edd. *Gytheum* Sigon. *Gythium* Gronov. ediderunt. Græcis vel Γύθειον scribitur, vel Γύθιον; oppidani Γυθεᾶται vocantur. Nummos cum inscriptione ΓΥΘΕΑΤΑΝ exhibet Harduin. in Numm. Pop. et Urb.

Maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum esse] Non comparet in Pall. τὰ *rerum.* Gebhard. Exulat etiam a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. sed vocem illam præcedentis ultimæ syllabæ interceperunt. Tum *Lacedæmonis* Lov. 2. 4. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad XXXII. 6. § 6. Mox *castra abesse Romana* Voss. et Lov. 1. 3. 6.

§ 5 *Multitudo navalium sociorum, e tribus concitata classibus*] Scribendum *contracta.* Gelen. Libri omnes *concitata.* Gebh. *Concitata* etiam Voss. Lovel. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Ea vox deest in Lov. 1. *convocata* legit Lov. 3. Ex Harl. nihil in excerptis notatur; quem proinde *contracta* servasse verisimile est. Præterea vox *sociorum* non comparet in

Digitized by Google

Harl. Sed 'navales' eo sensu pro sociis navalibus nondum notavi. Infra quidem Cleric. ad XXXVII. 24. § 1. *virtus navalium*, pro *navium*, scribendum conjecit. Sed vide quæ ad eum locum notantur. Paullo ante § præc. *rem haud facile adgredienti*, pro *haud facilem*, Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Sed vulgatum verum est.

§ 6 *Murus subruebatur*] *Subvertebatur* Lovel. 3. Harl. et Gaertn. Sed mox sequitur *eversa est turris*. Supra XXI. 11. 'Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit.' Mox *Jamque una crebris*, pro *Itaque*, Harl. Τὸ *erat* autem exsulat a Lov. 1.

§ 7 *Et Romani simul a porta*] Quænam ista tam memorabilis porta, aut ubinam? Longe verius profecto legebam in Ms. Thuan. *simul a portu*: quod est etiam in prima ed. Ita enim ostendit L. Quintium et Romanos terra marique vere institisse, ut ait paulo post. *Jac. Gron.* Pariter non modo omnes codd. nostri, sed et edd. omnes usque ad Francof. 1578. quæ prima dedit *a porta* operarum, ut videtur, errore; quem tamen proximi editores emendare neglexerunt.

Ut discederent ab apertiore loco] Scribendum *ut distenderent*. Gelen. *Ut discederent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *et distenderent* in cod. suo invenerunt Moguntini: *ut descenderent* ego in Lovel. 6. De verbo 'distendere,' quod recte Gelen. probavit, vide ad III. 28. § 1. Mox *conabantur* Aldus dedit ex Mog. Antea edebatur *conantur*, quod tuentur omnes mei.

§ 8 *Nec multum abfuit*] *Affuit* Lov. 1. 4. et Mead. 1. Videtur scribendum *afuit*. Vide ad IV. 12. § 6. et XXVI. 41. § 11. quibus locis etiam pariter in multis codd. librarii peccarant. Mox *intenderent* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn.

Dexagoridas et Gorgopas] Hanc lectionem Froben. 1535. præeunte cod. Mog. recepit. Antea edebatur *Dexagorides*, quod hoc loco in omnibus meis, et mox in plerisque superest; quorum alii *Dexagoritas*, alii *Dexagoridas*, Moguntino consentientes, præferunt. Tum *Gorpas* Lov. 1. *Gorgoras* Gaertn. Sed *Gorgopas* legatus Hieracis, qui classis Lacedæmoniorum præfectus erat, memoratur apud Xenoph. Hist. Græc. v. 545. ut nomen illud apud Lacedæmonios non ignotum fuisse pateat. Et ita etiam inferius hoc cap. scribunt Mss.

§ 9 *Miserat nuncium ad legatum Romanum, traditurum se urbem*] Libri omnes *miserat ad leg. Rom., traditurus urbem*: brevius. *Gebh.* Consentiens scriptorum et editorum veterum lectio, *Dexagoridas miserat ad leg. Rom., traditurus urbem*. Sic Andreas, Tarv. Ven. Asc. sic etiam Moguntiæ editum exemplar: sed annotatum ibidem in Ms. fuisse, *Dexag. miserat eum ad leg. R. traditurum se urbem*. Subsequentes igitur posterius amplexi, ex τῷ *eum* fecerunt *nuntii*. At illud ipsum *eum*, malæ manus germen, suspectam facere debuerat et alterum varietatem. Nam *miserat* ita positum, ut VIII. 28. notavimus. Cic. ad Att. II. 2. 'Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione.' M. Seneca in Controv. Ab archipirata: 'Si non poteras, negasses, et misisses ad me, non posse te.' Contr. Ter. abdicatus ven. t. 'Cicero in utramque rem jocatus misit ad Laberium transeuntem, Recepissem te, nisi anguste sederem. Laberius Ciceroni remisit, Atqui soles duabus sellis sedere.' Neque aliter XXXVII. 11. 'Armatos duobus agminibus ad promontoria ducit, inde facile telis ancipitibus hostem submoturus.' XXVII. 47. 'Haud multum processit, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus.' Omnia enim sic concepta sunt, ut significent, misisse, processisse, duxisse, hac fini, ut tra-

Digitized by Google

deret urbem, ut transiret, ut hostem submoveret. Corn. Nepos in Vita Themist. c. 7. 'Quare si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent; aliter illos nunquam in patriam recepturi.' Nam, quod vulgo additur *essent*, alienum est. *J. F. Gronov.* Quum cod. Mog. lectio *miserat cum ad legatum Romanum* aperte vitiosa esset, Frob. ejus loco *miserat legatum* 1531. substituit. Sed recte docuit Gron. omissa utraque voce legendum esse *miserat ad legatum Romanum*. Alterutram etiam nulli meorum codicum agnoscunt. 'Mittere' est missis literis vel nunciis indicare. Vide ad d. loc. lib. VIII. 23. § 1. In reliqua parte horum verborum *traditurum urbem* legunt Lov. 1. et 6. Neque aliter Ant. Perizon. ad marginem Livii scribendum conjecit. Illa tamen lectio eo non placet, quia non credo Livium tam ambigue loqui voluisse. Ita enim neque intelligi posset, legatum Romanum traditurum, quam Dexagoridam traditurum. Si quis cum Gronovio *traditurus urbem* mallet, ut legunt reliqui mei, observare posset, Livium hic locutum esse more Græcorum, qui sæpe participiis pro infinitivis utuntur. Vide Vechner. in Hellenol. 1. 2. 30. ubi, monens in soluta oratione non temere hujusmodi locutiones reperiri, quædam tamen exempla ex Livio laudat, quæ Patavinitati Livianæ condonanda censet. Utrum hæc ejus effata vera sint, et ex laudatis exemplis id, quod intendit, probetur, nunc non disquiram, sed breviter noto, in illis nullum inveniri, ubi, ut hoc loco, participium futuri eo modo usurpetur. Nec conveniunt etiam loca Livii ex XXXVII. 11. et XXVII. 47. quæ Gronov. produxit. Illis similia plura in Livio inveniuntur: ut l. XL. c. 8. 'Sedeo miserrimus pater judex, &c. criminis labem apud meos inventurus.' XLII. 62. 'Unde profectus erat rediit, belli casum de integro tentaturus.' cap. 63. 'Scalas per manipulos dividi prætor jussit, ut corona undique mœnia adgressurus.' c. 65. 'Milites in propinquum tumulum recepit, loci se præsidio defensurus.' XLIV. 8. 'Citra ripam Enipei amnis castra ponit, amnem ipsum pro munimento habiturus.' Verum in his participium non ponitur pro infinitivo. Præterea lectionem, pro qua stat Gronovius, brevius mentem Livii exprimere agnosco, quam illam, quæ est in cod. Mog. Sed brevitas hæc lacteæ Livii ubertati non convenire videtur. Contra, ut in Msto Mog. oratio concipitur, X. 38. 'Adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo essent, non enunciaturum:' ubi unus item codex perperam *enunciaturus*. XXXIX. 54. 'Nuper M. Claudium ad se nuncium misisse, bellum se cum iis, ni dederentur, gesturum.' His permotus in ultima hac parte lectionem Moguntini libri revocavi.

Tempus et ratio convenisset] *Convenissent* Lov. 3. Livium ita sæpissime loqui, vidimus ad I. 31. § 7. Supra hoc cap. 'Rex Eumenes et classis Rhodiorum supervenerunt.' Uni tamen codici fidem habere non audeo. Nam et mox cap. seq. habemus, 'Dies locusque constituitur.'

§ 10 *Cum quatuor millibus delectorum militum*] *Electorum* Harl. Male. XXVI. 5. 'Cum delectis peditum equitumque in Campaniam contendit.' XXXVI. 17. 'Legatos cum binis millibus delectorum militum mittit.' XXXVIII. 25. 'Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt equites.' c. 41. 'Per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse.' Quorum locorum quibusdam nonnulli codd. similiter variant. Ejusdem variationis alia exempla vide ad VII. 25. § 13. IX. 17. § 15. XXII. 58. § 6. XXIII. 7. § 2. c. 32. § 12. XL. 22. § 1. Adde ad Epit. Liv. lib. XXVII. Corte

Digitized by Google

ad Plinii Ep. IV. 19. § 8. Oudend. ad Front. I. 1. § 9. et c. 4. § 7.

§ 11 *Et ex altera parte*] Particulam *et* primi Mog. ex cod. suo addiderunt, quæ deest in Lovel. 3. 5. et edd. antiquioribus. At reliqui codd. mei eamdem exhibent. Mox *Lucius intentus ab operibus mari terraque instarat* Gaertn.

§ 12 *Tum vero desperatio Gorgopam quoque coëgit id consilii, &c. capere*] Scribe *tum vero desperatio Gorgopam coëgit*, non *vero*. J. F. Gron. Ut Gronov. conjecit, præferunt Lovel. 5. Mead. ambo, et ed. Camp. Pari modo 'vere' et 'vero' confunduntur. Vide ad XL. 9. § 8. Tum *Gorgopan* Voss. et Lov. 1. Vide Gronov. ad I. 18. § 8. Hinc *cogit* Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Hearnii N. et edd. antiqq. pro quo Mogruntini ex cod. suo dederunt *coëgit*, consentientibus reliquis meis; quorum insuper *coëgit consilium, &c. capere* legit Lov. 3. Male. Vide ad VII. 26. § 12.

§ 13 *Tradidit Quinctio urbem*] *Tradit* Lov. 4. Mead. uterque, et Gaertn. negligentia librariorum, qui syllabam *di* geminare omiserunt. Vide ad IX. 44. § 3. XXIII. 41. § 7. XXXVI. 28. § 4. cap. 32. § 1. ad Epit. Liv. lib. LXXXII. Alia simillium errorum exempla vide ad II. 24. § 6. Contrarius error, ubi perperam syllaba repetita est, notatur ad lib. XXVIII. c. 30. § 4. Paullo ante *præsidii gratia* Lovel. 3. Vide ad XXXVI. 10. § 13.

§ 14 *Priusquam Gythium traderetur*] *Gytheum traderet* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. ambo. Vide ad X. 10. § 1. *Traderetur Gytheum* Voss. Mox *præfectus Argis relictus* Lovel. 1. 4. et Mead. 2. Ita etiam ediderunt Mediol. 1505. Ascens. 1513. omnesque reliqui usque ad Gronov. qui *relictis* revocavit. Sed alterum præstare videtur, quod etiam restitui. Insuper *Timocrati Pellensi* Lov. 1. et 6. Vide etiam ad c. 40. § 7.

CAP. XXX. § 2 *Quum ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei esset*] Mallim *hostium*, vel *hostilibus*. J. F. Gron. Gronovius conjecturam *hostium* in contextum recepit, quod reliqui editores servarunt. Id tamen malo exemplo factum judicans pristinam lectionem reduxi, præsertim quum pro ea stent omnes codd. scripti et editi, eademque commode exponi possit per ellipsin participii verbi substantivi: *omnibus circa hostibus*, id est, quod omnes, qui circa erant, hostes forent. Vide ad IV. 47. § 7. Tum *nihil spei esse* Jac. Periz. ad marginem Livii scribendum conjecit. Sed quo tum referenda foret particula præcedens *quum*? Vide ad verba seqq.

A mari quoque toto se interclusum] *Inclusæ* Voss. *inclusum* Lovel. 1. Solent hæ voces in Mss. confundi. Vide ad l. XXVI. c. 5. § 11. Adde lib. XXVII. c. 27. § 4. XXXVII. 24. § 2. XXVI. 5. § 11. *Introclusum* Lov. 3. Ceterum illud *interclusum* non habet quo commode referatur; nisi quis existimet, referendum esse ad præcedens *audivit*. Verum ita legere mallem: *postquam id quoque traditum Romanis audivit, et, quum* (vel *audivit esse, et, quum*) *ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei esset, a mari quoque toto se interclusum, cedendum, &c.* ut ita cohæreant, audivit id traditum, et se interclusum. Ita verbum *audivit*, duobus infinitivis junctum, priori tantum convenit; audivit enim Gythium traditum, sed se toto mari interclusum intellexit, vidit. Eam autem locutionem illustrabo ad XL. 42. § 12. Hoc si displicet, videndum an insuper verbum 'videret,' 'cerneret,' vel si quid melius, excideri, ac legi possit *audivit esse, et, quum ab terra, omnibus circa hostibus, nihil spei esset, a mari quoque toto se interclusum videret, cedendum, &c.* quod sibi quoque in mentem venisse Dukerus indicavit, nisi quod τὸ *et* insertum mallet post τὸ *esset*, a cujus ultimis literis hæc

Digitized by Google

tum foret. Mox *tum cedendum* Lov. 5. *tunc cedendum* edd. principes. Sed voculam priorem Froben. 1535. expunxit, adstipulantibus reliquis meis. Insuper § seq. *si paterctur* Lovel. 2. et Harl. Sed *paterentur*, quod in reliquis superest, ad fratres Quinctios referendum est.

§ 4 *Ad imperatorem venit, nullis cum aliis mandatis*] Acceptum ex Moguntino. Nostri, perinde ut prius editi, *τῷ cum* carebant. *J. F. Gron.* Τὸ *cum* deest etiam in Voss. Lov. sex, Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. idque abesse malebat Crevier. Contra id Mead. uterque, Moguntino adsensi, servasse videntur. Certe ex illis nihil in excerptis notatur. Primus autem editorum Froben. 1531. lectionis Moguntinæ rationem habuit, eamque recepit. Et firmant eam loca, quæ Duker. laudavit ad XXIV. 28. § 9. Vide etiam ad XLIII. 23. § 1. Præterea *venit* non adparet in Voss. et Lov. 1. ejusque loco ad finem periodi adjicitur *mittit*. Verum tum dedissent saltem *Pythagoram* vel *Pythagoran*, pro *Pythagoras*. Et eo modo *Pythagoram ad imperatorem misit* præfert Lovel. 6. Sed ' mittit ' modo præcessit. Ob eam igitur causam, et quod plerique codd. in vulgatum consentiunt, id præferendum judico. Mox *conloqui liceret* omnes codd. mei, Hearnii L. 1. omnesque typis descripti usque ad Gruter. cujus ultima *licuerit* dedit *liceat*. Id autem, invitis Mss. a sequentibus editoribus servatum, priori lectione mutavi.

§ 5 *Concilio advocato, quum omnes dandum conloquium censuissent*] Ms. Longobardicus semper in hac significatione *consilio*, non *concilio*, præfert: qua de re monet etiam in parergis suis amplissimus Brissonius. *Modius. Consilio* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Reliqui codd. et edd. *concilio*: quam lectionem probavit Gron. ad XLIV. 2. § 5. alteram, codicis Victor. auctoritatem secutus, Crevierius. At, si de consilio imperatoris bellico capiamus, ita legendum est; *concilio* vero, si de conventu legatorum, quos diversi populi socii miserunt. Ego etiam plures codd. et inprimis Mog. spernere ausus non sum. Ex eodem etiam *advocato* adoptavit Frobenii ed. 1531. consentientibus omnibus meis, nisi quod *convocato*, quemadmodum edd. priores præferunt, sit in Lovel. 5. Deinde *duri colloquium censuissent* Lov. 3. quod, si plurium codd. auctoritate firmaretur, non rejiciendum putarem. Vide ad II. 5. § 1.

§ 6 *In mediæ regionis tumulos, &c. quum venissent*] *Mediatæ regionis tumulos* Lov. 1. *mediæ regionis tumulo* Lov. 6. et Gaertn. *medio regionis tumulo* Lov. 5. et ed. Camp. Tum *convenissent*, pro *quum venissent*, Lov. 1. et 2. Vide ad IV. 24. § 7. Mox *utrimque* deest in Lov. 1. ejus loco *utrumque* legit Voss. *utrorumque* Lov. 6. Insuper *dilectis custodibus* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 7 *Cum fratre et Eumene rege, et Sosilao Rhodio, et Aristæno Achæorum prætore*] Prisca ed. *Sosila*. Pal. 1. *Sosilla*: alter *Sosilia*. Gebh. *Cum fratre, cum Eumene rege* Mstum Mog. Hinc *Solia* Lov. 1. *Sosolia* Voss. et Lov. 6. *Sosilia* Lov. 2. 3. 4. Harleian. ambo Mead. et Gaertn. *Eolidi* Hearnii L. 1. *Sosila* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Moguntinos, qui *Sosilao* ex cod. suo dederunt. Tum vox *prætore* deest in Voss. Lov. 1. 6. Gaertn. et Mead. 1. pro qua voce *tribunis* habent Lov. 2. 4. et Mead. alter.

CAP. XXXI. § 1 *Permisso, ut, seu dicere prius, seu audire mallet*] *Ut* non habet verbum, quod ei respondeat. Perizon. ad Sanctii III. 8. § 1. hæc verba citans omisit; unde conjicio, ei supervacuum ac delendum visum fuisse. Sequor illius judicium. *Duk.* Eamdem particulam vacare, immo turbare, judicat Crevier. et ideo resecandam esse.

Si ipse per me, T. Quincti] In libris omnibus intercidit τὸ *Titi*. Gebhard.

Digitized by Google

Intercidit etiam in omnibus nostris, Hearnii L. 1. et primis edd. quod Moguntini ex cod. suo addiderunt. Mox *cogitare*, pro *excogitare*, Voss. Lov. 1. 3. 6. et Hearnii L. 1. Tum *indixistis bellum, aut inferretis* Harl. *iadixistis bellum, aut infertis* Gaertn. *indixeritis bellum, aut inferretis* Lov. 6. *indixeritis bellum, aut inferatis* Lov. 2. Tandem *exspectare* Voss. An volnit *exspectarem?* sed nihil mutandum.

§ 2 *Nunc imperare animo nequivi*] Libri omnes *nunc imperare animo nequeo.* Gebhard. *Nequeo* etiam omnes mei, Hearnii L. 1. omnesque editt. ante Froben. a. 1535. quæ, incertum qua auctoritate, prima *nequivi* exhibet. Insuper *nunc meo imperare animo nequeo* Harl. Vide ad v. 30. § 2. Sed recte reliqui pronomen ignorant. Mox *potius quam perirem* Lovel. 3. in marg. *prius quam reperirem* Voss. Lov. 1. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 4 *Nunc, quum vos intueor, Romanos esse video, qui*] Cusus Moguntiæ, *Nunc cum vos intueor Romanos esse, qui, &c.* minus bene, propter illud quod, 'Cum me ipse respexi, eum esse spero,' &c. ubi tamen est in codice Longobardico, *Cum me ipse respexissem.* Modius. Olim edebatur etiam Moguntiæ, *Nunc vos quum intueor Romanos esse, qui.* Id autem, quod nunc in editis exstat, primus recepit Frob. a. 1531. ex cod. Mog. Quod ad primam partem verborum adtinet, omnes mei, excepto Lov. 5. primis edd. adhærente, præferunt *Nunc, quum vos intueor:* at vicissim omnes destituuntur τῷ *video*, sine quo tamen sensus non constat. Mox *humanarumque fidem* edd. ante Frob. qui an. 1535. copulam expunxit. Eamdem vero nec ulli nostrorum agnoscunt.

§ 5 *Quum me ipse respexi*] Mog. codex *respexissem;* quem hic editores recte non audiverunt; præcessit enim 'quum vos intueor.' Pro vulgato stant etiam mei omnes. Mox *sicut et ceteris Lacedæmoniis* Voss. *sicut Lacedæmoniis* Lov. 1. Tum *vetustissimum* exulat a Gaertn.

§ 6 *At enim ego eam violavi et everti*] Libri omnes *At enim ego violavi*, omisso τῷ *eam.* Gebh. Pronomen *eam*, quod etiam in meis deest, debetur cod. Mog. unde editores Moguntini contextui inseruerunt. At præterea *Hanc enim ego violavi* habet Lov. 1. *Hanc ego violavi* Lov. 3. Sed frustra. Eleganter enim proponendis objectionibus inseriunt particulæ *At enim.* Supra XXI. 40. 'At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque.' XXII. 60. 'At enim ad erumpendum e castris defuit animus, ad tutanda fortiter castra animum habuerunt:' hoc lib. cap. seq. 'At enim cum Philippo Argivi senserunt:' et paullo post, 'At enim, ut jam ita sint hæc, quid ad vos, Romani?' VI. 15. 'At enim, quid ita solus ego civium curam ago?' ubi plura vide. Mox *hæc tuear* Mead. 1.

§ 7 *Et accepimus urbem, quum Philippi partium*] Dele *urbem.* Gelenius. Libri omnes *et accepi urbem, quum Philippi partium.* Gebh. *Et accepi urbem* etiam omnes mei, et Hearnii L. 1. Qua auctoritate Gelenius *urbem* deleri jusserit, præfari neglexit. Si præeuntibus Mss. vel uno etiam Mog. non intercedo; sin ex conjectura, quod eadem vox præcesserit, calculum non adjicio. Vide ad I. 3. § 9. Præterea *quum in Philippi partium, non quum in vestra societate esset* Lov. 2. Paullo ante *vocantibus et tradentibus* Lovel. 3. 5. Gaertn. et edd. ante Frob. qui, cod. Mog. secutus a. 1531. vulgavit *ac tradentibus.* Tum *urbem cepi*, pro *urbem eam accepi*, Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 8 *Tempus autem me liberat*] Lege *Tempus autem eo me liberat.* Gelenius. Cusus Moguntinus Livius nescit illud *eo.* Scriptus contra, omisso τῷ *me*, habet, *Tempus autem eo liberat.* Modius. Libri omnes *Tempus autem me liberat*, non comparente *eo.* Gebhard.

Digitized by Google

Ut paulo ante non dixit, *Res mihi duplicem ejus defensionem præbet*, aut simili modo, ita nunc necessarium non est illud *eo*, quod nec habet Ms. Thuan. nec prima ed. *Jac. Gron.* Τὸ *eo* nec habent ulli meorum, vel Hearnii L. 1. Non placet tamen ratio, ob quam id non necessarium judicat Gronov. Si enim servandum, positum esse existimari debet pro *ideo*. Vide ad v. 16. § 3.

Quod, quum jam Argos haberem] Libri omnes *quod, cum Argos haberem*. Gebh. Similiter codd. mei, ut et edd. antiqq. Aldus demum *jum* addidit ex cod. Mog. Mox *mihi societas vobiscum* Lov. 6. *societas inde vobiscum* Lov. 2. Tum particula *et* deest in Lov. 1. 5. et edd. antiqq. quam demum adjecit Froben. 1531. Præterea *vobiscum mitterem ad bellum auxilia* Voss. Deinde *mea controversia*, pro *in ea*, Mead. 2.

§ 10 *Quod volentem, non vi coactam, accepi*] Omnes libri Mss. *quod volentem, non incautam, accepi*. Sed τὸ *incautam* ex τῷ *vi coactam* coaluit. Rursus perperam continent Pall. Mss. *quod in ditionibus societatis mihi Argos reliquistis*. Gebh. *Non incautam* Mead. 1. *non vi cautam* Lov. 4. *non coactam vi* Gaertn. Mox *in ditionibus societatis* Lovel. 4. a m. pr. Mead. 1. et Gaertn. *in ditione societatis* Mead. 2. Sed primam syllabam τοῦ *conditio*, aliarumque ab eadem incipientium vocum, quæ per notam 9 vel ɔ scribitur, librarii pro lubitu vel addiderunt, vel omiserunt. Vide ad XXX. 25. § 3. Hinc *Argos mihi reliquistis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et Mead. ambo, nisi quod Mead. 2. in contextu habeat *Argos mihi concessistis*, alterum in margine.

§ 11 *Ceterum nomen tyranni et facta me premunt*] Abest scriptis nostris, e Mog. additum, pronomen, et intelligitur eleganter. Tacitus Ann. III. 68. de Silano: 'Non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu, eo quod creberrime interrogabat.' Est autem 'premi' verbum de reis frequenter usitatum. Plinius Ep. II. 11. 'Quem ut premebat atrocitas criminis, ita quasi peractæ damnationis miseratio tuebatur.' v. 14. 'Legati Vicentinorum non modo non presserunt eum, verum etiam sublevarunt.' Sine casu autem utitur et Seneca epist. 95. 'At quam celebres culinæ sunt, quanta circa nepotum focos juventus premit?' nempe, se invicem. Epist. 104. 'Indulgendum est enim honestis affectibus, et interdum, etiamsi premant causæ, spiritus in honorem suorum vel cum tormento revocandus.' Statiusque in Lacrimis Etrusci: 'vice cuncta reguntur, Alternisque premunt:' hoc est, potentiora et superiora sunt, incumbunt, urgent. Ut Varro, 'Qui pote plus, urget.' Non mutandum igitur in Statio. *J. F. Gron.* Τὸ *me* abest etiam ab omnibus meis, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquis; quod Moguntini tandem ex cod. suo addiderunt. Præstantissimo autem illi codici, cujus ope tot loca Livii male adfecta egregie curata sunt, hunc honorem exhibui, ut in lectionibus dubiis secundum eum pronunciarim. Pronomen igitur, a Gronovio ejectum, ejus fide, quamvis dissentientibus reliquis Mss. revocavi. Recte vero Gronov. inlustravit verbum 'premere.' Ita III. 13. 'Premebat reum, præter vulgatam invidiam, crimen unum.' VII. 9. 'L. Manlium malum malo angere filii, et tarditatem ingenii insuper premere.' XXXIX. 40. 'Nec facile dixeris, utrum magis presserit eum nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem.'

§ 12 *Eumdem esse, qui fui*] Hanc etiam lectionem Frob. a. 1531. præeunte cod. Mog. recepit: neque factum ejus damno; licet omnes, quibus utor, Mss. cum prioribus editis legant *eum esse*.

§ 13 *Si ego nomen imperii mutas-*

Digitized by Google

sem, mihi inconstantiæ meæ] Pall. *si ego mihi nomen imperii mut., meæ inconst.* Gebh. Similiter Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *si ego imperii nomen mihi mutassem, meæ inconst.* Voss. Sed ordinem vulgarem probandum esse, docent sequentia, *quum vos mutetis, vobis vestræ reddenda ratio est:* unde etiam patet male τὸ *mihi* omitti in Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. Ascensiana 1513. prioribus. Paullo ante *Cum me regem* Voss. et Lov. 1. *Tunc me regem* Lovel. 2. et Harl. Vide ad II. 12. § 15. Tum *a vobis adpellari* alio ordine Lov. 6. *a vobis salutari* Lovel. 3. quod est ex glossa interpretis. Supra XXVII. 19. 'Multitudo Hispanorum regem eum ingenti consensu adpellavit.' XL. 58. 'Legatos Romam ad petendum, ut rex ab senatu adpellaretur misit.' XLI. 24. 'Scimus, regem Persea a populo Romano adpellatum.' In sequentibus *vobis vestra reddenda ratio est* Voss. *vobis vestra ratio reddenda est* Lov. 1. *vobis reddenda ratio est*, omisso pronomine, Harl.

§ 14 *Quod ad multitudinem servis liberatis auctam*] Pall. omnes habent *servis liberandis*. Gebh. Recipimus ex vetustioribus et Mss. *servis liberandis*. Quod perperam sequiores ex Mog. mutarunt. Est enim dictum pro *servos liberando;* de quo jam non semel monitum. Lib. XXXVI. c. 5. 'Ipse sollicitabat civitatum animos mittendis legatis.' Et inferius eodem lib. c. 37. 'Placatis Diis nunc votis rite solvendis, nunc prodigiis expiandis.' *J. F. Gronov.* Editores Mog. sunt, qui ex cod. suo *servis liberatis* primi receperunt. Sed hic Gronovio alterum adversus eum vindicanti adsentior; quod et omnes nostri volunt. Supra cap. 29. 'Gratiis agendis Romanorum in Græciam meritis extulisset.' Plura vide ad I. 53. § 3. Mox *possum quid et in hoc me jure* Voss. *possum quidem in hoc me jure* Lovel. 3.

§ 15 *Nam fecerum hæc, qualiacumque sunt*] Lege *Jam fecerum hæc.* Gelen. *Nam fecerum* Lov. 2. 4. 5. Harl. et Mead. ambo. *Nam fecerim* Gaertn. Reliqui *Jam feceram*, ut Gelenius recte emendavit. Sæpissime hæ particulæ commutantur. Vide ad IX. 17. § 5. Tum *qualiacumque essent* Harl. Mox *auxilium adversus Philippum accepistis* Lov. 6. At modo præcessit hoc cap. 'Ut vobis mitterem ad bellum auxilia.' Sed *adversus*, pro *adversum*, etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. Primus Frob. 1535. *adversum* dedit. Sed alterum revocavi. Vide ad Epit. Liv. l. XLVII.

§ 16 *Non dico, quod in eo vos læsissem*] Lege *non dico, quid.* Gelen. *Non dico, quod* Lov. 2. 3. 4. et Voss. Reliqui Gelenio recte adstipulantur. Mox τὸ *illud* deest in Lovel. 1. et 6. Tum *memoria atque instituto majorum fecissem* Voss. Lov. 1. 6. et Harl. *memoria atque instituto majorum fecisse* Lov. 3. *memoriæ atque instituto majorum fecisse* Mead. 1. *memoriæ atque instituto majorum fecissem* Lov. 2. *sed illud more atque instituto majorum fecisse* Gaertn.

§ 17 *Ea, quæ Lacedæmone sunt*] *In Lacedæmone* Mog. Mox *est necesse* Lov. 6. *necesse est* reliqui nostri, Hearnii L. 1. et omnes edd. usque ad Gronov. qui, incertum qua de causa, a. 1665. τὸ *est* omisit, quod Livio reddidi.

Plebem subjectam esse illis, vultis] Rursum membranæ, ejecto illo *illis*, habent *plebem subjectam esse vultis.* Modius. Τὸ *illis* quidem superest in omnibus meis; at, eo transposito, *subjectam illis esse* legunt Harl. Mead. 1. et Gaertn. Paullo ante *paucis excellere opibus* Gaertn. *paucos extollere opibus* Lov. 1. 6. et Voss. Mox *nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate.*

§ 18 *Quem vos senatum adpellatis*] Loqnitur ex sententia multorum Græcorum et regum, qui sibi persuade-

Digitized by Google

bant, rempublicam Romanam in manu senatus, et plane aristocraticam esse. Vide Polyb. VI. 11. et ex eo aliisque Spanhem. Diss. de Usu et Præst. Num. III. p. 140. *Duk. Appellastis* Lov. 6. et Gaertn.

Sed per æquationem fortunæ ad dignitates fore credidit] Lege *ac dignitatis*. Gelen. Uterque Mogunt. codex retinet mordicus *sed per æquationem fortunæ ad dignitates:* quod valeret, ita æquata omnium ordinum sorte, ut nulli omnino vel infimo præclusa esset ad petendos honores et dignitates via. *Modius.* Libri nostri omnes *sed per æquationem fore ad dignitates credidit:* vel conjunctim *peræquationem.* Gebh. Similiter omnes mei, Hearnii L. 1. et vett. edd. neque ad Ascens. qui dedit *sed æquationem fore ad dignitates credidit*, altera lectione in posterioribus edd. suis ad marginem adjecta. Secuti deinde Moguntini substituerunt *sed per æquationem ad dignitates fore credidit*, se vero in cod. suo invenisse monuerunt *sed per æquationem fortunæ ad dignitates fore credidit*, quod Frob. a. 1531. recepit, at quadriennio postea Gelenii emendationem: cujus hic sensus est, Lycurgum credidisse, ex eo, quod omnis ordinis civium fortunam et dignitatem æquaverit, neque alteri præ altero proniorem ad fortunam et dignitatem aditum concesserit, illud eventurum, ut tanto plures cives pro salute patriæ, in qua se omnes ad quoscunque honores pervenire posse videbant, arma adriperent. Doujatius in duobus Regiis et Colbertino invenit *sed peræquationem fore ad dignitates credidit*, id autem hunc sensum ferre posse existimat, æqualitatem usui futuram, seu valituram, ad hoc, ut dignitates et munera publica melius administrarentur. Sed immemor fuit eorum quæ sequuntur, *ut multi essent, qui arma pro patria ferrent:* quomodo enim tum hæc prioribus cohærebant?

§ 19 *Pluribus me peregisse, quam pro patriæ sermone brevitatis, fateor*] Lege *Pluribus me ipse egisse.* Gelen. Antiq. ed. *Pluribus me peregisse.* Pall. *Pluribus ipsemet egisse, quam pro patrio sermone.* Gebh. Non ausim cum Gelenio damnare veterem lectionem *Pluribus me peregisse.* Reposcit hoc ipse Livius auctoritate eorum quæ habentur. VII. 35. 'Ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebit, in dextram partem transibitis.' XXII. 60. 'Sine ullius insectatione eorum, brevi sententiam peregissem.' *J. F. Gronov.* Gelenio adsentiuntur Voss. et Lov. 2. *Pluribus met ipse egisse* legunt Lov. 1. 3. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Pluribus ipsemet egisse* Lov. 4. et Mead. 2. *Pluribus me egisse* Lov. 6. *Pluribus me peregisse*, cum edd. antiqq. faciens, ut solet, Lov. 5. Utrumque verbum 'agere' et 'peragere' Livio in hac re sollemne est. 'Agere' obcurrit VIII. 33. 'Hæc, simul jurgans, querens, Deum hominumque fidem obtestans, plurimis cum lacrimis agebat.' XXI. 53. 'Hæc in prætorio propo concionabundus agere.' XXX. 36. 'Miserabilius, quam ante, egerunt: sed aliquanto minore cum misericordia auditi sunt.' XLII. 34. 'Petiit, ut sibi paucis ad populum agere liceret. Permisso omnium ita locutus fertur.' At 'peragere' I. 24. 'Suum jusjurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt.' c. 28. 'Rex cetera, ut orsus erat, peregit.' c. 32. 'Peragit deinde postulata.' III. 40. 'Sententiam igitur peregit.' c. 44. 'Notam judici fabulam petitor peregit.' c. 47. 'Priusquam aut ille postulatum perageret.' VII. 37. 'Advocata concione P. Decii laudes peragit.' IX. 8. 'Sententiam de eo paucis peragam.' XXXIX. 15. 'Quum sollemne carmen precationis peregisset.' c. 43. 'Valerius Antias aliud argumentum peragit.' Id plenius 'verbis

Digitized by Google

peragere' effertur I. 18. Quum igitur utrumque Livio in usu fuerit, a Gelenio starem, si eum in loco emendando auctoritatem cod. Mog. secutum fuisse constaret; nunc rem arbitrio lectoris permitto. Deinde *pro patrio sermone brevitatis* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *pro patria sermonis brevitatis caussa* Lov. 3. *pro patrio sermone brevitatis caussa* Lov. 6. in marg. Roëllius conjicit *pro patrii sermonis brevitate*. Mox *cobiscum* deest in Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *institui amicitiam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn.

CAP. XXXII. § 1 *Cum Pelope, rege Lacedæmoniorum justo ac legitimo*] Lycurgus, mortuo Cleomene, rex ab ephoris per ambitum constitutus fuerat Olymp. 140. ut docet Polyb. IV. 35. Hujus filius Pelops a Livio hic nominatur, cujus etiam meminisse videtur Diodorus in excerptis l. XXVI. p. 285. Ὅτι Νάβις ὁ τύραννος τῶν Λακεδαιμονίων ἀνεῖλε Πέλοπα, τὸν Λυκούργου μὲν τοῦ βασιλεύσαντος υἱὸν, παῖδα δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντα· εὐλαβεῖτο γὰρ μήποτε ὁ παῖς, παραγενόμενος εἰς ἡλικίαν, ἀποκαταστήσῃ τῇ πατρίδι τὴν ἐλευθερίαν, πεφρονηματισμένος διὰ τὴν εὐγένειαν. *H. Vales.* Hæc Valesii sunt ex adnotatis ejus ad Excerpt. Peiresc. p. 285. E fragmento Diodori non potest intelligi, eum 'justum ac legitimum Lacedæmoniorum regem' fuisse. De Lycurgo multa habet Polybius libb. IV. et V. sed Pelopem filium illius in Polybianis, quæ supersunt, nusquam memorari puto, nec de eo quidquam ab aliis proditum scio. Polyb. IV. 81. se, quæ post Cleomenem in republica Lacedæmoniorum gesta sunt, suis quæque locis perscripturum promittit. His perditis, pleraque eorum nobis incognita sunt. Si tamen Diodorus et Livius de eodem Pelope loquuti sunt, is tutorem habuerit, oportet, qui illius nomine amicitiam ac societatem cum Romanis fecerit. *Duk.* Crevier. tentatur, multa esse, quæ sibi persuadere videantur, nomen ejus Lacedæmoniorum regis, quocum societas a Romanis facta sit, hic vitiatum esse; alium enim inter Lacedæmonios reges se nosse neminem, qui Pelopis nomen tulerit, quam ejus Lycurgi, qui in regem electus est post mortem Cleomenis, filium. At eum 'regem justum ac legitimum' adpellari a Livio non posse, quum c. 26. patrem ejus tyrannum vocaverit. Deinde Pelopem, si regnavit, circa media tempora secundi Punici belli regnasse, et inde nec societatem cum eo initam vetustissimam dici posse, quo nomine tamen Nabis fœdus, inter Romanos et Lacedæmonios publice ictum, cap. præc. adpellavit; nec Quinctium dicere posse, post id fœdus Romanos nunc Punicis nunc Gallicis bellis occupatos fuisse: superesse igitur, ut inquiramus, quis ille rex Lacedæmoniorum fuerit, cujus nomen sit hoc loco reponendum. Suspicatur tandem, et hoc inter Livii sphalmata referendum esse. Firmandæ ejus sententiæ, nomen Pelopis hic vitiosum esse, id etiam inservire potest, quod Livius innuat, post regem Lacedæmoniorum justum, cum quo Romani amicitiam et societatem inierunt, 'tyrannos per vim tenuisse Lacedæmone imperium,' idemque nunc Nabin facere: quum tamen Nabis Pelopem interfecisse dicatur, et inter Lycurgum, Pelopis patrem, ac Nabin unus tantum memoretur ab historicis tyrannus Machanidas.

§ 2 *Nunc alia ex aliis occupaverunt*] *Occuparunt* Harl. Sed vide ad XXIX. 37. § 1. *Occupaverunt*, sequenti verbo omisso, Lov. 1. et Gaertn. Mox *bello Macedonico* Lov. 5. 6. et edd. antiqq. usque ad Frob. qui fide cod. Mog. ordinem vocum inmutavit, adstipulantibus reliquis omnibus nostris.

§ 3 *Nam quid minus conveniret, quam*

Digitized by Google

nos, qui pro libertate] Pall. *Nam quidem minus c. quam eos, qui pro libertate.* Gebh. Scripta lectio *quam eos, qui pro lib. Græciæ adv. Phil. gereremus bellum, cum tyranno inst. amicitiam? et tyranno quam, qui unquam, sæv. et viol. in suos.* Probo utrumque. Dictum est *eos, qui gereremus*, ut XXXII. 21. 'Achæi sustinebimus.' Alterum intelligit casum patrium *omnium*, et ita explicandum est: 'et tyranno quam sævissimo et in suos violentissimo omnium, qui unquam fuerunt.' Vides in hac scita brevitate nihil esse absurdi, neque obscuri, nisi indoctis: nisi malis *et tyranno omnium, qui unquam.* J. F. Gron. *Quam eos, qui* etiam Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii Oxonn. Tot igitur codicum fide subnisæ lectioni locum in contextu concessi, quod et Crevier. fecit, cujus Mstum Victor. in eamdem lectionem consensit. Tum *gerebamus bellum* Harl. *bellum gereremus* Lov. 2.

Quam, qui unquam fuit, sævissimo] Membranæ ignorant τὸ *quam*, leguntque *et eo tyranno, qui unquam fuit, sævissimo et violentissimo in suos.* Modius. Pall. codd. *et tyranno, quam qui unquam, sævissimo et violentissimo in suos.* Τὸ *fuit* quoque abest a vet. ed. *Gebh.* Olim edebatur *quam qui unquam, sævissimo;* eamque lectionem servant omnes codd. nostri, et Hearnii L. 1. ac N. Neque aliter inde discedit Mogunt. quam quod addat *fuit:* perperam enim Modius etiam τὸ *quam* ab eodem abesse testatur, quod tamen ex excerptis non constat. Scripturam autem cod. sui admiserunt Moguntini, et post eos reliqui editores usque ad Gronov. qui ad verba præcedd. τὸ *fuit* iterum delevit, et locum aliter interpunxit. Vulgatam interpunctionem et lectionem cod. Mog. *tyranno, quam qui unquam fuit, sævissimo* ita explicat Vossius Gramm. VII. 17. ut superlativum pro comparativo accipiat, quasi scriptum foret *tyranno, quam qui unquam fuit, sæviore.* Id autem durius esse pronunciat, si superlativus non tantum significationem comparativi adsciscat, sed insuper ei adjungatur casus, quem comparativus requirit. Ita tamen locutus videtur Livius II. 29. 'Medium maxime et moderatum utroque consilium Virginii habebatur:' pro *Medium magis et moderatius utroque.* Insuper *et eo tyranno, quam qui* Lov. 5. et edd. usque ad Gronov. qui pronomen *eo* expunxit, quod neque in reliquis meis comparet. Mox *et violentissimo* omittit Gaertn.

§ 4 *Nobis vero, etiamsi Argos nec cepisses per fraudem, nec teneres*] Particula *vero* deest in Lov. 1. Tum *non cepisses per fraudem, non teneres* Mead. 2. *nec cepisset per fraudem, nec teneret* Voss. et Lov. 1.

§ 5 *Ut ab Jasso et Bargyllis præsidia Philippi deducantur, curæ erit nobis*] *Jaso et Bargyliis*, ut supra. *Sigon. Ab Naso* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *ab Nasso* Lov. 3. *ab Naïo* Hearnii L. 1. *ab Naxo* Harl. et editi ante Moguntinos, qui ex cod. suo *ab Jasso* substituerunt. Vide ad XXXII. 33. § 6. Tum *Bargillis*, vel *Bargyllis*, Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Camp. et Rom. 1472. *Bargilis* Lov. 2. 3. 6. Harl. et Hearnii L. 1. *Bargiliis* reliqui edd. usque ad Mog. quæ prima *Bargyllis* dedit. Vide ad Livii loc. land. Deinde *cura erit* Lov. 5. et edd. antiqq. Primus Frob. 1531. ex fide cod. Mog. recte emendavit *curæ erit*, quod in ceteris meis itidem inveni. Supra X. 25. 'Majori mihi curæ est, ut omnes locupletes reducam:' ubi similiter peccabat unus codex. Vide quæ ibi notantur. Colum. XII. 12. 'Quibus non fuit curæ cœlestem inveterare aquam.'

Argos et Lacedæmonem] Pall. *Argos et Lacedæmona.* Gebh. *Lacedæmones* Voss. Lov. sex, Harleian. Mead. pr. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom.

Digitized by Google

1472. ac Parm. *Lacedæmona* Mead. 2. Ita *Crotona*, pro *Crotonam*, emendabat Gronov. ad I. 18. § 2. quum tamen Livius alibi semper *Crotonem* dicere maluerit. Voces *lumina quondam Græciæ* desunt in Lov. 2.

Titulum nobis liberatæ Græciæ servientes deforment] Pall. *libertatis Græciæ*, ut et perhibet antiq. ed. Sic c. 22. legendum ductu Pall. Mss. et auctoritate vet. ed. *Nisi quatenus libertatis Græciæ unius civitatis servitus non plenam nec integram gloriam esse sinit.* Quem locum non intellectum interpolavit Gelenius. Est autem *libertas Græcia* dictum, ut 'Galliæ mulieris,' pro *libertas Græca*. Gebh. *Libertatis Græciæ* etiam Voss. Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Ascens. 1513. *liberatæ Græciæ* primus dedit. Si vero codicum lectio præferenda erit, non tamen Gebhardo adsentiar, existimanti id convenire Sallustii 'Galliæ mulieris' apud Non. Marc. voce 'Galliæ.' Nam 'terra Græcia' quidem viri docti ex Ennio apud Varr. ex Gellio, et ex aliis laudarunt; vide ad XXV. 7. § 4. verum id per adpositionem exponi potest. Salmas. etiam ad Treb. Poll. Tyrann. XXX. 18. laudat 'Græcia luxuria:' utrum vero ex Mato, non addit: certe *Græca* vulgo editur. Ea igitur si præferenda erit, *titulum libertatis Græciæ* putabo uni nomini duos genitivos additos esse, quorum alter pendet ex altero; ut 'hostium insidiarum ignarus' XXV. 15. § 11. ubi plura vide. Deinde *servitutis deformentur* Harl.

§ 6 *Cum Philippo Argivi senserunt*] *Cum Philippo non tibi senserunt* Gaertn. *cum Philippo non tibi senserunt Argivi* Lov. 3. *cum Philippo senserunt* Lov. 2. Tum *senserint* Voss. Mox *remittemus* Mstum Mog. Denique *vicem nostram* Lov. 5. et edd. antiqq. Ordinem vocum primus Froben. 1531. præeunte cod. Mog. et consentientibus reliquis meis, invertit.

Duorum, aut ad summum trium in ea re novitatis culpam esse] Syncera lectio *aut summum trium in ea re, non civitatis.* Gelen. Pall. *in ea novitatis culpam esse.* Gebh. *Aut summum* etiam omnes mei, nisi quod præpositio adscripta sit in Lov. 1. a m. sec. *aut summum* etiam edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. *aut ad summum* jam præferunt edd. Mediol. 1480. et Tarvisinæ. Vide ad XXXI. 42. § 4. Omnes etiam nostri *in ea re novitatis culpam esse.*

§ 7 *Tum, Hercle, quam in te tuoque præsidio accersendo*] Ms. *in te tuoque præsidio arcessendo:* de qua varietate quis non dixit aliquid? *Modius.* Ita etiam plerique meorum. Vide ad IX. 9. § 12. Tum *Hercule* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. Vide ad VII. 11. § 1.

Nihil sit publico consilio actum] Vox *sit* non desideraretur, si non adesset. *Gruter.* Si legas attente, apparet τὸ *sit* Latinæ compositioni conveniens hic non esse. Aut in posteriore membro (quod est 'tum, hercle, quam') respectum haberi oportet ad proxima 'culpam esse;' et requiritur *est*, non *sit:* aut ad remotiora, 'satis compertum habemus,' et iterum exigitur *esse*, non *sit.* Nam hæc Latina sunt: 'habeo compertum tam hoc esse, quam illud est:' et, 'habeo compertum tam hoc esse, quam illud quoque esse:' scilicet, compertum habeo. Sed et jam vett. quosdam editos olim concepisse video *nihil esse publico consilio actum:* idque teneamus. *J. F. Gron.*

§ 8 *Tamen quum ceteram liberaverimus Græciam*] Scripti et vetustæ edd. *liberavimus.* Scribe *liberarimus.* Qualia plura Livio antiquissimus codex in bello Annibalico vindicavit. *J. F. Gron. Liberavimus* etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et editi ante Aldum, ex quo Gronov. scribendum conjecit *liberarimus.* Præter illa quæ notata sunt ad XXI. 44. § 8. vide ad II. 20. § 9. c. 29. § 12. c. 38. § 5. XLV. 39. § 15. Burm. ad Suet. Calig. c. 26. et Torren. ad Val. Max. II. 10. 7. In-

Digitized by Google

super *terra Græcia* Lov. 1. *cetera Græcia* Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. hinc *cetera Græciæ* Ascens. ad marginem ed. 1513. conjecit. At aliud latere existimat Crevier. qui præfatus Quinctium non argumentari a libertate toti Græciæ reddita, sed tantummodo a liberatis Thessalis, et Phocensibus, et Locrensibus, qui conspirante civitatium suarum consensu cum Philippo senserant, propterea etiam legendum opinatur, *quum eos cum cetera liberaverimus Græcia*, existimans lectionem vulgatam invectam esse ab eo, cujus delicatulas aures obfendebat geminatio particulæ *cum*. Vel, si audacior hæc mutatio videatur, legebat cum edd. principibus *tamen cum cetera* (supple 'eos') *liberavimus Græcia. Quid tandem censes, &c.*

Quid tandem censes in Argivis, qui insontes publici consilii sint, facturos] *Quid tamen* Voss. Verum *tamen* mox præcessit; et solet ea vox et *tandem* commutari a librariis. Vide ad XXII. 2. § 11. Tum *censes Argivis, &c. facturos* Lov. 6. sive *Argivis* capiamus tertio, sive sexto casu, pro 'de Argivis.' Vide ad XLV. 39. § 4. Sed aliorum vulgatam lectionem defendentium conspiratio persuadet, eam veriorem esse. *Facturos in Argivis*, pro in *Argivos*, id est, in eos statuturos. Ita VI. 18. 'Quod nec ausus esset idem in se dictator, quod in Sp. Mælio Cincinnatus Quinctius fecisset.' XXX. 25. 'Nihil indignum in iis facturum.' Vide etiam ad XXVIII. 43. § 8. Præterea vox *publici* deest in Lov. 1.

§ 9 *Servorum ad libertatem vocatorum*] Ms. *servorum in libertatem vocatorum*. Modius. Ita 'vocare in partem,' de quo vide ad V. 21. § 5. 'vocare in spem' Cic. ad Att. III. 15. Sed nostri nihil mutant. Supra III. 15. 'Servos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat.' Mox *egentibus omnibus agri divisi* Lov. 3. Vide ad III. 54. § 6. *Egentibus hominibus agri diversi* Mead. 1. Vide ad X. 33. § 10. Deinde *pro iis* Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad VI. 40. § 1.

§ 10 *Exhibe liberam concionem*] Ea et sequentia eum in modum concepta sunt in Pall. et antiq. ed. *Exhiberes liberam contionem vel Argis vel Lac., sicut ire juvat verba dom. impotentissimæ. Crimina ut omnia alia vet. omittam.* Forte fuit *Exhibe, sis, liberam contionem*. Gebh. *Exhib'e liberam concionem* Lov. 1. *Exhib'es liberam concionem* Gaertn. *Exhiberes liberam concionem* reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad Moguntinos, qui *Exhibe* ex cod. suo dederunt. Origo erroris, qui plerosque codd. obsedit, ex datis eorum lectionibus adparet. Non opus itaque, ut *Exhibe sis* a Livio relictum fuisse conjiciamus. In verbis seqq. eamdem lectionem, quam ex suis codd. Gebh. profert, etiam in meis inveni, nisi quod in paucis apicibus differant. Edd. antiquissimæ legunt *sicut ire jubet verba dominationis*, vel *damnationis*. Ascensius deinde dedit 1513. *si te juvat audire vera dominationis*. Moguntini *si te audire juvat*. Tandem Froben. 1531. τὸ *te* ex fide cod. Mog. expunxit.

§ 11 *Ut omnia alia vetustiora omittam*] *Ut alia omnia vetustiora omittam* Harl. *Ut alia omnia omittam vetustiora* Gaertn. *Ut omnia vetustiora omittam* Lov. 1. et 2. Mox *pene in oculos meos* Gaertn. *pene in meis oculis* Harl. Deinde *quum prope*, omissa media vocula, Voss.

§ 12 *Agedum, quos in concione comprehensos*] Libri omnes *quos contione comprehensos*: qui et exigunt τὸ *civibus*, sicut τὸ *ut* iidem, *jube vinctos produci: miseri parentes, quos falso lugent, vivere sciant*. In reliquis hoc cap. eamdem servant scripturam, quam Gelenius emendavit. *Gebh. Quos continue comprehensos* Lov. 3. *quos concione comprehensos* reliqui scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Mo-

Digitized by Google

guntinam, quæ prima, præpositione addita, *in concione* dedit. Deinde vox *civibus*, quam iidem codd. et edd. ignorant, Moguntini ex cod. suo receperunt. Insuper vox *esse* exsulat a Lov. 1. et 6. particula *ut* ab omnibus Mss. meis, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 13 *At enim, ut jam ita sint hæc*] Scripti consensu tollunt adversativam, et solum exhibent *Enim ut jam ita sint hæc*. Quod quidem Livii esse judico, ut quod usquam maxime. Observarunt eruditi ex Planto, hanc particulam interdum a fronte orationis induere vim adversativæ, et eadem vi poni, qua junctim alias *at enim, sed enim*. Casina v. 2. 14. 'Repulit mihi manum, nec quietum dare sibi suavium me sinit. Enim jam magis jam adpropero.' Epidico v. 2. 36. 'ni ergo matris filia est, In meum nummum, in tuum talentum, pignus da. PE. Enim isthæc captio est.' Pers. II. 2. 54. 'quid eo? So. quid id ad te attinet? PÆ. Enim non ibis nunc vicissim, nisi scio.' Et ne contere, sic ipse Noster XXIII. 45. 'Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua jactabatis. Enim minor est res: hic experiri vim virtutemque volo.' Ut ibi ex optimis libris restituimus. *J. F. Gron.* Vocula *At* deest etiam in plerisque nostris, Pall. Gebhardi, ut notavit ad XXIII. 45. § 10. et Hearnii L. 1. ac N. *Etenim* soli meorum Lov. 3. et 5. cum primis edd. usque ad Ascens. qui a. 1513. *At enim* substituit. Eam autem lectionem firmavit cod. Mog. Solitos fuisse scriptores antiquos τῷ *enim* in initio orationis uti, Gronovio credo. Alia vide apud Aus. Popm. de Usu Antiq. Locut. 1. 16. et Duker. ad Opusc. de Latin. JCtorum p. 330. Utrum tamen Livius ita hic locutus sit, vehementer dubito. Plaribus enim testibus, qui id adfirmant, obpono testimonium cod. Mog. qui mihi pondere et auctoritate plurium instar est. Deinde in aliis, qui particula *initiali At* destituuntur, ea elisa esse potest ab ultimis literis vocis præced. *sciât*. Vide ad XXXV. 11. § 6. Denique optime huic loco particulam illam convenire, constat ex iis quæ notantur ad cap. præc. § 6. Lectionem itaque, quæ ante Gronov. vulgo recepta erat, revocavi. Præterea *vis jam* exsulat a Lov. 1. 3. 6. et Voss. Sed, eamdem in cod. suo exstare, Moguntini monuerunt.

Hoc tu dicas liberantibus Græciam sociis? qui, ut] Potior lectio *Hoc tu dicas lib. Græciam? hoc iis, qui, ut.* Gelen. Quamvis nulli meorum addicant, Gelenium tamen veram lectionem Livio vindicasse existimo.

§ 14 *Societatem populi Romani non violavi*] Lege *propria non violavi*. Gelen. Vulgatam, a Gelenio damnatam, superest in Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 1. quod tamen recte displicuit, quia per 'vestram amicitiam ac societatem' intelligitur amicitia et societas populi Romani. Ex reliquis codd. nihil in excerptis notatur; quos propterea Gelenii emendationem firmasse verisimile est. Mox *vis id arguam te fecisse* Voss. *te vis id arguam fecisse* Lov. 1. Deinde *sed nullo pluribus* Lov. 1. 3. 4. Mead. 1. et Voss. qui in margine legit *sed in illo: sed ne pluribus* Lov. 2. et 6. *sed nihilo pluribus* Harl.

§ 15 *Quibus igitur amicitia violatur? Nempe his duabus rebus maxime*] Ita primus edidit J. F. Gronov. a quo in eo tantum dissentiunt Lov. 5. et primæ edd. quod præferant *his duabus maxime rebus*. At reliqui scripti Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. legunt *Quibus igitur rebus am. violatur? Nempe his maxime duabus, si socios, &c.* quomodo Moguntini ex cod. suo ediderunt. Idem reliqui editores servarunt; quare hanc lectionem revocavi; quod et Crevier. fecisse video, præterquam quod in fine scribat *his*

Digitized by Google

duabus maxime, se codici Victor. parvisse professus. Perperam vox *rebus* plane omittitur in Mead. 1. at in transpositione ultimarum vocum pluribus scriptis concinit.

§ 16 *Utrum non a te factum est*] Lege *Utrumque a te factum est*. Gelen. *Utrumque a te factum est* Gelenius, quum prius editi haberent *Utrum non a te factum est?* At scripti omnes *Utrumnam a te factum est*. Repone igitur, sensu præcipiente, nec vestigiis scripturæ veteris abjudicantibus *Utrumnam non a te factum est?* Eam particulam restituimus et Livio ex scriptis ac vetustis edd. XXXVII. 17. 'Utrumnam Pataris universa classis in portu stare posset?' *J. F. Gron.* *Utrumnam a te factum* Voss. Lov. 1. 2. 3. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Utrum non a te factum* Lov. 4. 5. 6. Harl. et Mead. 2. Mox *quo Lacedæmonem*, omissa media vocula, Lov. 1. 2. et 6.

§ 17 *Non societatem solum, sed, si Diis placet, adfinitatem*] *Non societatem modo, sed, si Diis placeat* Lov. 5. et edd. principes. Moguntini deinde *non societatem solum* in cod. suo repererunt, quod Froben. 1535. recepit. Idem etiam *si Diis placet* alteri substituit. Utramque lectionem omnes codd. nostri, uno illo excepto, firmant. Pluribus locis formula hæc apud Livium obcurrit, quorum pleraque jam viri docti observarunt. Ita IV. 3. VI. 40. XXXIV. 2. XXXVIII. 47. 1. XXXIX. c. 28. bis, et c. 36. XL. 13. XLI. 13. XLIV. 22. Vide Hadrian. Card. de Serm. Lat. p. 361. Manut. ad Cic. pro Rosc. Amer. c. 36. et Freinsh. ac Duker. ad Flori III. 4. § 1. sed non aliter, quam *si Diis placet*, efferri solet.

§ 18 *Bellum adversum nos gerens mare circa Maleam infestum*] Nempe, durante adhuc bello Macedonico, quo Philippum hostem Romanorum a Nabide his rebus adjutum dicit Quintius. Est ergo 'bellum gerens,' quasi bellum gerens eo tempore, quo tibi amicitiam et societatem cum Romanis fuisse jactas. Nam Nabidi, postquam, pace inter Romanos et Philippum facta, apertum adversus Romanos bellum susceperat, hæc omnia jure belli licebat facere. Si quis tamen putabit legi posse *et ut bellum adv. nos gerens*, non invitus adsentiar. *Duk.* *Adversus*, pro *adversum*, Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Vide ad Epit. Liv. l. XLVII. Tum *circa Maleam* iidem codd. cum Voss. et Gaertn. Mox *navibus piratis* Voss.

Et plures prope cives Romanos] Pall. *cives Romuleos*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo; quod librariis, unde profectum est, relinquo. Tantum enim abest, stilo Livii convenire, ut vix apud poëtas obcurrat.

§ 20 *Proinde parce sic fidem ac jura societatis jactare*] Barberinus *par ce sis*. Verum est *Proinde parcesis fidem ac jura societatis jactare*. Quod integrum mansisse in Petaviano nostro deprehendimus. Nota apud Plautum, quæ frequentabantur in colloquiis et sermone vulgari, 'abisis,' 'accipesis,' 'apagesis,' 'cavesis,' et similia. 'Agesis' Cicero Tuscul. II. 8. *J. F. Gron.* Vulgatum *Parce sic* servant Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. *pare sic* Harl. *partius sis* Lov. 6. *parcius sis* Hearnii L. 1. *parce sis* Voss. et Lov. 1.

CAP. XXXIII. § 1 *Sub hæc Aristænus*] *Sub hoc* Voss. *Sub hac* Gaertn. Mox in sequentibus *nunc que orare* Lov. 3.

§ 2 *Referre deinde nominatim tyrannos civitatum*] Pall. et vet. ed. *Et referre deinde*. Gebh. Nec aliter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Frobenius demum a. 1535. copulam *et* erasit. Deinde edidi *civitatium*, quia passim ita præferunt optimi codd. quod hic tantum reperi in ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Paullo post *senectutem ges-*

Digitized by Google

sissent Harl. sollemni scribarum variatione. Vide ad XXII. 28. § 1.

§ 3 *Nox prope diremit conloquium*] Si *prope* hic est 'propemodum,' (nec video, quomodo aliter accipi possit) sententia horum verborum est: parum abfuisse, quin nox dirimeret colloquium, sed tamen ea diremtum non fuisse. Atqui tum, sine dubio non aliam ob causam, quam quia nox ingruebat, diremtum fuisse indicant sequentia, 'postero die.' Fortassis scriptum fuerat *nox propinqua*. Duk. *Nox quoque diremit* Harl. et edd. Mediol. 1480. et 1505. Tarvis. utraque, Ven. variæ, et Ascensii prima: cujus secunda 1513. dedit *nox diremit*. At mox Moguntini ex cod. suo revocarunt *nox prope diremit*, quod non tantum in edd. principibus, sed et in reliquis decem codd. meis inveni. Vide igitur num servari possit, τὸ *prope* non ad *diremit*, sed ad vocem *nox* referendo: *nox prope*, nempe existens, *diremit conloquium*. Livium autem sæpe participium verbi substantivi intelligendum reliquisse, vidimus ad IV. 47. § 7. Mox *Argis secedere*, duabus vocibus coalescentibus, Mead. 1. et Gaertn. *Argis recedere* Harl.

Quando ita Romanis placeret] Pall. et vet. ed. *quod ita Romanis*. Gebh. Similiter omnes mei, omnesque edd. ante Moguntinos, qui ex cod. suo *quando ita* dederunt, id est, 'quoniam,' 'quandoquidem placeret.' Vide ad XL. 9. § 1. Τὸ *quod* natum est ex alterius interpretatione. Vide XXXV. 22. § 3.

§ 5 *Itaque et tyranno ad consultandum tempus datum est*] Ms. *Ita et tyranno:* quæ est solens huic auctori locutio. *Modius*. Libri communi consensu *Itaque ut tyranno tempus datum ad consultandum est*. Gebh. *Itaque ut tyranno* codd. quos vidi, omnes, ut et typis exarati, usque ad Ascens. qui a. 1513. vulgari curavit *Itaque et tyranno*. Frobenius postea 1535. ex cod. Mog. *Ita et tyranno*. Hinc Paris. 1573. *Itaque et* revocarunt, unde Modius occasionem sibi datam putavit lectionem Moguntini codicis iterum memorandi, licet eam jam Francofurtani decennio ante, sive a. 1578. restituissent. 'Ita' et 'Itaque' passim confundi, vidimus ad XXI. 53. § 7. Tum *tempus datum ad consultandum* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *datum tempus ad consultandum* Lov. 3. Mox *habuit concilium* primus Modius edidit; quum priores constanter præferant *consilium*, concinentibus Voss. Lov. sex, et Gaertn. quod præferendum esse judicavit Gronov. ad XLIV. 2. § 5. neque aliter Crevier. ad XXXIV. 30. Deinde § seq. *sententiæ erunt*, pro *sententia erat*, perperam cod. Mog.

§ 7 *Satius multo fuisse, non moveri bellum*] *Suntius multo fuisse* Harl. et Mead. 1. *Sanctius multo fuisse* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. Similiter peccatur v. 20. § 8. c. 53. § 8. quibus locis locutionem inlustravi, XXXV. 13. § 8. c. 33. § 5. et XXXIX. 10. § 2. Tum *moveri* deest in contextu Lov. 6. sed in margine ejus loco adscriptum inveni *movisse*.

§ 8 *Ipsum velut comprobata dominatione firmiorem futurum*] Comparet in antiq. ed. *comparata dominatione*. Pall. accusandi casu *comparatam dominationem*. Gebh. *Ipsum veluti* Gaertn. Tum *temperata dominatione* Lov. 3. *comperata* inter versus: *comparatam dominationem* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *comparata dominatione* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *comprobata* Moguntini ex cod. suo recte dederunt. Solent sæpe 'probare' et 'parare' eorumque composita in Mss. commutari. Vide ad IV. 45. § 4. Burm. ad Nason. Her. III. 123. et viros doctos ad Front. Strateg. in princ. Ceterum his et sequentibus duplex redditur causa, cur satius multo fuisset, non moveri bellum, quam omitti motum. Videri itaque posset deesse conjunc-

Digitized by Google

tio caussalis, ac scribendum esse *nam et ipsum velut.* Sed quum nulli libri eam agnoscant, invito Livio non obtrudendam censeo, præsertim etiam, quia Livius illam sæpe omisit. Ita in loco simili x. 17. 'Ibi plus laboris ac periculi fuit: et defensa summa vi mœnia sunt, et locus erat munimento naturaque tutus:' ubi vidimus elegantiæ hujus ignaros librarios sæpius intellectas eas particulas inserere conatos fuisse. Alibi etiam *quod* vel *quia* interposuerunt. Vide ad I. 40. § 4. Insuper *firmiorem futurum auctorem injusti imperii, assumto populo Romano* Voss. Lov. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. *futurum, ex auctoritate injusti imperii, &c.* Harl. *auctore injusti imperii adsumto primo,* pro *adsumto populo Romano,* Voss. et Lov. 6. *auctore injusti imperii assumto post* Lov. 1.

Et exemplo multos in aliis civitatibus] *Et extemplo* omnes mei, et priscæ edd. usque ad Aldum, qui *et exemplo* recte ex cod. Mog. adscivit; quod et margini Voss. pro varia lectione erat adscriptum. Sæpissime in Mss. hæ voces confunduntur. Exempla vide ad III. 9. § 1. VI. 1. § 9. c. 25. § 2. c. 39. § 9. VII. 5. § 3. VIII. 18. § 6. c. 20. § 3. IX. 24. § 3. et passim. Tum *multos et in aliis civitatibus* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. Frobeniana a. 1535. vetustiores.

§ 9 *Videbat enim, compulso intra mœnia hoste*] Pall. *videbat in comp. intra mœnia hoste nihil præter obs. restare: eam autem fore et diut.* Gebh. *Videbat in compulso* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *videbat enim in compulso,* utraque lectione simul recepta, Voss. Tum *eam autem fore et diuturnam* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. *eam autem forte et diuturnam* Voss.

§ 10 *Non enim Gythium, quod ipsum tamen traditum*] *Ut enim Gytheum* Voss. *Non Egyptum* Lov. 1. Tum *tamen* exulat a Lov. 2. et 3. quorum ultimus mox *validissimam urbem viris, armis* sine copula præfert.

§ 11 *Dissensio inter ipsos ac seditio excitari posset*] Ita Basil. a. 1531. ediderunt ex cod. Mog. consentientibus nostris omnibus præter duos; quorum alter Lov. 5. cum ed. Camp. legit *ac dissensio seditio inter ipsos excitari,* alter Gaertn. *inter nosmet ipsos defensio ac seditio excitari.* In reliquis edd. antiquioribus mutato ordine erat *dissensio ac seditio inter ipsos excitari.* Mox *signa portas prope inferre* Lov. 1. *signa prope portas inferre* Voss. *signa portis prope inferre* Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *signa prope inferre* Harl.

§ 12 *In Europam eum transisse*] *In Europam transire* Harl. *in Europam transiisse* Gaertn. *in Europam transisse* Voss. Lov. sex, et Mead. 2. cum edd. ante Moguntinos, qui pronomen ex cod. suo adsciverunt; quod etiam in Mead. 1. ex quo in excerptis nihil notatur, superfuisse videtur. Paullo ante *Adjiciebat etiam cum Antiocho* codex Mog.

§ 14 *Inchoati belli victoria successori tradenda*] *Vi coacti belli victoria* Lov. 1. *incoacti belli victoria* Voss. qui eodem errore inquinatus est cap. seq. § 5.

CAP. XXXIV. § 1 *Quum adversus tendendo nihil moveret*] *Tenendo* Voss. sollemni lapsu scribarum. Vide ad XXIV. 28. § 1.

§ 2 *Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedæmonem, quando ita placet. Ceterum, quum res tam lenta*] Casus Moguntiæ codex habet ordine inverso, *Bene vertat, inquit, quando ita placet, obs. Lac.* Atque ita Mstus, qui turbat hic insanum, totum locum legendo verbis aliquot auctiorem ita: *Bene vertat, inquit, quando ita placet, obs. Lac., illud modo ne fallat, cæterum, &c.* In quo ego cum nihil sciam, nisi nesciam illud, monebo solennem hanc quoque esse formulam, qua usi veteres initio rei alicujus aggrediundæ, aut cum rei alicui dicerent bene: unde contra Virgil. Ecl. IX. 6. 'Hos

Digitized by Google

etiam, quod nec bene vertat, mittimus hædos,' &c. *Modius.* Mog. auctior, *Illud modo ne fallat cæterum, quum res tam lenta, &c.* Quod mihi germanum Livii videtur, tum quia nulla vel necessitas vel obscuritas orationis ad hujusmodi supplementum invitare interpretem poterat, tum quia doctius sonat, quam solent marginum stipes. 'Illud cæterum,' ut c. 36. 'ad cæteram fidem:' et XL. 12. 'Cætera insectatio.' Sententia, quæ illius II. 29. 'Ne prædictum negetis.' *J. F. Gron.* Ita 'cetera acies' VI. 8. 'cetera fortuna' VIII. 11. 'cetera socordia' XXV. 13. 'cetera deprecatio' XLII. 48. Præterea *qm ita placet*, id est *quoniam*, Lov. 6. De hoc errore vide ad Epit. Liv. l. LVII. Reliqua exempla, quibus Modius formulam *Bene vertat*, eique similem *quod bene eveniat*, inlustravit, omisi, quia commode videri possunt apud Brisson. de Form. I. 65. Mox *hoc ita in animo proponere oportet* Lov. 3. *hic ita proponere nos animis oportet* Lov. 6. *hoc ita vos proponere animis oportet* Gaertn.

§ 3 *Ut et animis, et corporibus ad sustinenda ea parati essetis, hortarer vos. Nunc impensa quoque magna eget*] Prius *et* deest in Harl. Vide ad II. 44. § 3. At vicissim præcedens *ut* in Lov. 5. et edd. antiqq. Infra notabo, *τὸ ut* post verbum *hortor* sæpe intelligi. Vide ad XL. 11. § 1. Hic tamen particulæ *ut* atque *et* altera alteram intercepisse videntur. Tum *hortarer vos. Et nunc, et nunc impensa quoque eget* Voss. *hortarer nunc vos. Impensa quoque magna eget* cod. Mog.

§ 4 *In commeatus in hiemem nobis vobisque expediendos*] Ms. *in commeatus in hyemem vobis nobisque expediendos.* Modius. Prisca ed. *in commeatus vobis hyeme expediendos.* Pall. *in commeatus vobis in hyemem expediendos.* Gebh. *In commeatus vobis in hiemem expediendos* Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *in commeatus vobis hiemem expediendos* Lov. 6. Voss. Mead. 1. et Gaertn. *in commeatus nobis hiemem expediendos* Lov. 1. et 3. *in commeatus vobis hiemem expediendos* Lov. 2. 5. Hearnii L. 1. et edd. primæ: *in commeatus vobis nobisque in hiemem expediendos* Aldus vulgavit, auctore codice Mog. pro quo Curio Basil. a. 1549. reposuit *in commeatus nobis vobisque in hiemem expediendos.* Sed Ms. Moguntini ordinem revocavi: non quasi aliquid interesse putem, sed ne in lectione haud mala optimum cod. deseram. Si tamen Curio sibi persuasit, Quinctium de Romanis eorumque sociis potius dicere debuisse *nobis vobisque*, et ideo verba aliter ordinavit, *errasse* censendus est. Certe contra Attius Tullus de Volscis suis et Romanis consuli dixit 'nostra vestraque causa' II. 37. et legatus Campanus in senatu Romano verba faciens 'inter nos vosque' VII. 30. Similia vide ad XL. 10. § 5.

§ 5 *Explorandumque, quid quæque animi, quid virium habeat*] Pall. *explorandum, quid quæque animi.* Gebhard. Non aliter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed copula *que*, quam servant Lov. 5. et edd. omnes, in codd. illis excidit ob similitudinem vocis seq. Præterea *hab'et* Gaertn. *habeant* Lov. 1. et 6. quod placeret, si plurium codd. testimonio firmaretur. Vide ad II. 22. § 7. et VII. 19. § 2. Paullo ante *rem incoactam*, pro *inchoatam*, Voss. Vide ad cap. præc. § 14. *Rem incuratam* Lov. 3.

§ 6 *Quo plures sumus, pluribus rebus egebimus*] *Quo plures simus* Harl. Tum *pluribus egebimus* Lov. 3. *pluribus rebus egebamus* Gaertn. *pluribus rebus egerimus* Lov. 2. Mox *τὸ jam* deest in Lov. 1. et 6.

Ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis] Uterque Pall. *Ad hoc hieme accedet.* Gebhard. *Ad hæc* Lovel. 1. 3. 5. 6. Harleian. Gaertn. et editores usque ad Frobe-

Digitized by Google

nium, qui a. 1535. *Ad hoc* substituit, ut reliqui præferunt. Tum *hiems accidit* Lov. 5. et ed. Camp. Vide ad XXI. 10. § 12. *Hiems accedet* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *ad portandum* Lov. 5. et edd. priscæ, pro quo Mogunting ex cod. suo *ad comportandum*, concinentibus reliquis, quas excussi, membranis. Liv. XXVI. 10. 'Ædiles plebis commeatum eo comportarunt.' XXXV. 51. 'Et jam machinas tormentaque comportari viderent.' XXXVI. 2. 'Frumentum ad mare comportandum curaret.' XXXVIII. 3. 'Annem opportunum ad comportanda quæ usui sint.' Tum *ex longo* Gaertn. *ex propinquo* Harl.

§ 7 *Segnitiem, invidiam et obtrectationem domi manentium adversus militantes*] Pancis exceptis, omnes codd. *segnitiam*, vel *segnitiam*: quod demum in ed. Modii Francofurtana a. 1586. mutatum vidi. Vide ad XXXI. 6. § 5. Tum *invidiam* deest in Hearnii L. 1. *et invidiam* præferunt Lov. 5. et edd. Frobeniana 1535. vetustiores. Hinc *obtractationem* Lov. 1. Vide ad cap. 15. § 9. Insuper *domi* deest in Voss. Ad hæc *adversus libertatem militantem* Lov. 6. sed *militantium* emendatur in margine. Idem dein vocem *libertatem* in proxime sequentibus omisit. Paullo ante *Hæc oratio primo* Harl. et Gaertn. Tum *ad respiciendum cuique domestica mala* Lov. 6.

§ 9 *Versis itaque subito voluntatibus*] Pall. *Versis itaque sub id voluntatibus*. Gebh. Similiter Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *Versis itaque sibi id voluntatibus* Lov. 3. *Versus itaque sub voluntatibus* Lov. 1. *Versis itaque sub voluntatibus id facere* Voss.

Quod e republica populi Romani sociorumque esse crederet] *Quod esse Publius Porphirius*, vel *Porfirius*, *sociorumque* Lov. 1. 3. et Voss. *quod e re populi Romani* Lov. 2. 6. et Harl. Vide de hoc errore ad VIII. 31. § 2. de locutione autem 'respublica populi Romani' ad XXXIII. 45. § 4. *Quod reipublicæ populi Romani* quædam ex edd. antiquis. Sed vulgatum est in antiquissimis, quod postea Ascens. 1513. revocavit, et Mogunting auctoritate cod. sui comprobarunt. Mox *imperatorem* Harl.

CAP. XXXV. § 1 *Inde Quinctius, ad hibitis legatis*] Ultima vox deest in Voss. Mox *pax cum tyranno* omnes mei, excepto Lov. 5. qui cum editis *cum tyranno pax* servat. Insuper *fieret* non agnoscit Harl. nec sequens *has* Lov. 3.

§ 2 *Ut pax ex auctoritate senatus confirmaretur*] *Ex auctoritate* senatus vel alterius alicujus aliquid 'factum' esse, sæpe legimus, non aliquid 'confirmatum' esse; nam hoc fere sine præpositione dicitur. Infra cap. 57. 'Eaque, si videretur, auctoritate sua confirmaret' senatus. Cic pro L. Manil. cap. 23. 'Si auctoritatibus hanc causam confirmandam putatis.' Et Fam. VI. 6. 'Animum tuum amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto.' Præcedens vox *pax* mihi hic suspectam facit præpositionem *ex*. Duk. Codd. nihil mutant, nisi quod *pax et auctoritate senatus*, id est, *etiam*, legant Lov. 3. 4. Solent autem hæ voculæ commutari. Vide ad XXVI. 45. § 1. et mox § seq.

§ 3 *Ex qua die scriptæ conditiones pacis editæ Nabidi forent*] *Et qua die* cod. Mog. Vide ad verba proxime præcedd. Tum *conscriptæ conditiones* Lovel. 2. Mox *ei dies ut induciarum principium* Mead. 1. et Gaertn. *et dies ut induciarum principium* Lovel. 1. *et dies ei ut induciarum principium* Lov. 3. *et dies induciarum primum* Lov. 6. *et dies induciarum principium* Voss. Deinde *et ut ea die* idem codex: *et ut ex Argo præsidia omnia ducerentur*, reliquis omnibus omissis, Lov. 1.

Quæ in Argivorum agris essent] Ms. Thuan. et prima ed. *agro*: neque id debuit mutari. Hoc lib. c. 45. 'Adriani nunciaverant, in agro suo lapi-

Digitized by Google

dibus pluisse.' *Jac. Gron. Agro* etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. ante Frobenianam a. 1531. quæ ex cod. Mog. *agris* recepit. Utrumque probe dictum videtur. 'Ager Argivus' inlustratur ex dictis ad II. 59. § 5. et VI. 21. § 8. 'agri Argivi' ex illis quæ notantur ad III. 3. § 6. et VI. 33. § 3. Optimi igitur cod. fidem sequor. Alterum præferendum existimavit Crevierius. Mox *ducerentur* Voss. et, ut ad verba præcedd. monui, Lovel. 1. Male. Vide ad XXV. 25. § 10. *Deducerent*, et postea *redderet*, pro *traderentur*, Gaertn. Tum *Romanis vacuaque et libera traderentur Romanis* Voss. *vacui et liberti traderentur Romanis* Lov. 1. *vacua et libera traderentur Romanis* Lov. 3. *innocua et libera traderentur Romanis* Lov. 6.

§ 4 *Et, si qua ante educta forent, dominis recte restituerentur*] Ms. auctius habebat hoc modo: *ne quod inde mancip. reg. public. aut priv. educeretur, sine dolo malo, si qua ante publice privatimve educta forent, et recte dominis restituerentur:* unde fecerim, transpositis dictionibus, in qua re exscriptores sane quam liberi esse solent, *ne quod inde mancip. reg. publ. aut priv. educeretur, si qua ante publice privatimve educta forent, dominis recte et sine dolo malo restituerentur.* Modius. *Nec ne quod inde* Lov. 1. *et ne quid inde* Voss. Lov. 3. Harl. et Gaertn. *et ne quod inde* Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad ultimam Gruteri, quæ copulam initialem omisit. Eam igitur loco restitui. Tum *deducerentur, et si qua ante deducta forent* Harl. Hinc *dominis erepta restituerentur* Lov. 2. et 6. *omnes recte restituerentur* Voss. Verba autem *sine dolo malo*, quæ ex Mog. cod. inserenda censuit Modius, ex interpretatione *τοῦ recte* orta videntur: eo enim sensu vocem illam et hic et apud JCtos usurpari, bene Crevier. docuit. Mox h. cap. 'Iis res suæ omnes recte restituerentur.' XXXVIII. 38. 'Si qua extulit, quæ quoque oportebit, recte restituito.' Et eodem cap. 'Ex iis præsidia deducito: utique recte tradantur, curato.' Vide Briss. de Verb. Sigon. voce 'Recte restituere.' Infra quidem XXXVIII. 11. 'sine dolo malo conservare,' 'tradere' obcurrunt, non tamen junctim 'recte et sine dolo malo.'

§ 6 *Perfugas, captivos*] Non tantum omnes codd. nostri, et Hearnii L. 1. sed etiam edd. quas vidi, ante postremam Gruteri, addita copula, legunt *perfugas et captivos;* quod Livio reddidi. Supra XXX. 16. 'Ducentes paucos in speciem captivos perfugasque.' XXXIII. 30. 'Captivos transfugasque reddere Philippum Romanis.' XXXVIII. 11. 'Perfugas, fugitivos, captivosque reddito Romanis.' *Mox et Messeniis* primus Aldus ex cod. Mog. edidit. Priores typis inpressi et omnes codd. nostri ignorant copulam. Ea autem facillimo errore vel omitti vel addi potuit ob ultimam syllabam vocis prioris. Vide ad lib. XXXV. c. 41. § 7. et XXXIX. 18. § 8. Deinde *recognoscerent* Lov. 3. Utrumque verbum 'cognoscere' et 'recognoscere' in hac re Livius adhibet. Vide ad v. 16. § 7. Æquum igitur est, nihil mutari.

§ 7 *Exsulibus quoque Lacedæmoniis liberos et conjuges restitueret*] Sine copula Pall. *liberos conjuges.* Antiqua ed. *conjuges liberosque restitueret.* Gebhard. *Exsulibusque Lacedæmoniis* Lov. 5. et edd. antiqq. *Exsulibus quoque* Aldus ex Mog. substituit, adsentientibus Mss. reliquis. Vide ad v. 27. § 1. Tum *liberos, conjuges ἀσυνδέτως* Voss. Lov. 4. 6. et Mead. 2. *conjuges liberosque* Lov. 5. et edd. antiqq. Iterum Aldus primus dedit *liberos et conjuges;* quod firmant reliqui codd. Insuper Crevier. vocem hic excidisse, ac legendum putat *Lacedæmoniis bona, liberos, et conjuges.* Ex cap. enim seq. adparere, jussum esse Nabin bona exsulibus restituere.

Digitized by Google

Invita ne qua exsulis comes esset] Libri omnes *invita ne qua ex illis comes esset*. Gebh. *Exsilii comes* Lov. 2. et Harl. *ex illis comes* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. priscæ. Frobenius postea a. 1531. *exsulis* edidit ex vestigiis cod. Mog. qui præfert *exul comes esset*. Sæpe ita peccarunt librarii. Vide exempla ad II. 15. § 5. c. 39. § 11. et ad Silii X. 421. Pari errore *ut illi*, pro *utili*, datum erat V. 18. § 3.

§ 8 *Aut ad Romanos transissent*] Omisso *ad*, Pall. *aut Romanos transisset*. Gebh. Omittitur etiam præpositio in Voss. Lovel. 1. 4. 5. Mead. 1. et Gaertn. Deinde *transiissent* Gronovius edidit, et recentiores omnes servarunt, paucis codd. adstipulantibus. Sed longe maxima eorum pars *transissent*: quam contractionem Livium amasse, vidimus ad XXVII. 19. § 10. quare etiam ipsi restitui. Mox *res suæ omnes ereptæ redderentur* Harl. *res suæ ereptæ omnes redderentur* Lovel. 6. Male. Vide ad h. cap. § 4.

§ 9 *Cum ulla Cretensium aut quoquam alio institueret, neu bellum gereret*] *Cum ullo Cretensium* omnes scripti nostri, Crevierii Victor. omnesque edd. ante postremam Gruteri, quæ *ulla* substituit. Id non displicuit Doujat. qui ad *ulla* ex superioribus repetebat *urbe*, et *quoquam alio* dictum putabat pro *in ullo alio loco*: ut non tantum societas Nabidi interdiceretur cum civitatibus Cretensium, sed et aliis civitatibus extra eam insulam. Ego priorem lectionem revocavi, quod et Crevier. fecit, et *cum ullo Cretensium* scilicet populo, dynasta, cum eodem intelligo. Deinde *neve bellum* Voss. quomodo etiam variatur VIII. 30. § 2. et XXXVIII. 29. § 8. *Ne bellum* Harl. Solent et hæ particulæ in Mss. commutari. Quædam exempla habuimus ad II. 15. § 2. Adde quæ notantur ad VIII. 34. § 6. lib. XXXII. c. 22. § 6. XXXIV. 1. § 3. XXXVIII. 11. § 6. XXXIX. 19. § 5. Paullo ante *In Cretam insulam* Voss. Lov. 5. et edd. principes. *Et in Creta insula* cod. Mog. Tum *et quas habuisset* Lov. 3.

§ 10 *Quas ipse restituisset, quæque se suaque in fidem ac ditionem*] Pall. uterque, nec non prisca ed. *quasque et ipse restituisset*. Gebhard. *Quas et ipse* Voss. Lov. 2. 6. *quasque in fidem et ditionem*, reliquis omissis, Lov. 1. *quasque et ipse* Lov. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frobenium, qui a. 1535. utraque particula recisa, dedit *quas ipse*. Tum *se* deest in Voss. *se aut sua* legit Gaertn. Hinc *ac deditionem* Lov. 5. Gaertn. et eædem edd. Vide ad XXVI. 21. § 17. Mox *suosque abstineret* Lov. 3. *suosque ab iis abstineret* Lov. 5. et edd. vett. *suosque ab Diis abstineret* Gaertn. *suosque ab aliis abstineret* Lov. 6.

CAP. XXXVI. § 1 *Hæc conscripta*] *Hæc scripta* Lov. 3. Sed cap. præc. erat, 'Inde Quinctius conditiones has conscripsit.' Vide ad XXX. 25. § 3. Pari modo 'evenire,' seu 'convenire,' et 'venire' a librariis confunduntur. Vide ad XXXVIII. 4. § 6. Mox *eorum* deest in Lov. 2. Deinde § seq. *ea res offenderat* cod. Mog. Tum *quod et naves maritimis civitatibus ademtæ erant* perperam Lov. 3.

§ 3 *Omnem oram a Malea prædatoriis navibus infestam habenti*] Ms. *omnem oram Maleæ*. Modius. Pall. *omnem oram Maleo navibus infestam habenti*. Antiq. ed. *omnem oram Maleæ navibus infestam habenti*. Gebh. *Omnem oram Maleo navibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *omnem oram Maleæ navibus* Lovel. 4. 5. Harl. et edd. antiqq. *prædatoriis* deest etiam in Hearnii L. 1. *omnem oram Maleæ prædatoriis navibus* Aldus dedit ex cod. Mog. *omnem oram a Malea prædatoriis navibus* Froben. 1535. Quod quum in nullo cod. invenerim, Moguntinarum membranarum lectionem recipiendam duxi. Similiter e-

Digitized by Google

nim Quinctius Nabidi objicit cap. 32. 'Mare circa Maleam infestum navibus piraticis feciati.' Et, 'Tutiorque Macedoniæ ora, quam promontorium Maleæ commeatus ad exercitus nostros portantibus navibus fuit.'

Juventutem præterea civitatum earum] Idem Ms. *j. p. civitatium earum*: neque hoc tantum loco, sed ubivis fere etiam alibi: qua de re et alii in aliis auctoribus admonuerunt, et nos fortasse aliquando plura dicemus. *Modius.* Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 4 *Vanis, ut ad ceterum fidem, sic ad secreta tegenda, satellitum regiorum ingeniis*] Longobardicus codex *vanis, ut ad ceterorum fidem, sic, &c.* quorum utrumvis ferri potest, etsi ego hoc malim. *Modius. Variis*, pro *vanis*, Lov. 2. et innumeris locis lapsi sunt scribæ. Vide ad XXII. 7. § 4. Tum *ut ad certam fidem* Voss. Solent et hæ voces passim a librariis commutari. Vide ad I. 48. § 5. II. 59. § 11. V. 6. § 6. VI. 8. § 6. cap. 15. § 4. cap. 41. § 2. IX. 25. § 8. X. 12. § 5. XXIV. 40. § 9. XXX. 12. § 11. XXXV. 49. § 5. cap. 51. § 10. XXXVI. 2. § 2. et sæpius. Adde Burm. ad Suet. Aug. cap. 49. et viros doctos ad Plinii Epist. II. 16. et III. 8. *Ceteram fidem* videtur defendi posse ex illis quæ notantur ad cap. 34. § 2. Non invitus tamen Modio, Moguntini cod. lectionem probanti, adsentior. Ceterum corruptissime *Nabis et ceteram fidem, sic ad secreta tegenda se talium regiorum ingeniis quam ea quæ ad quemque*, quatuor vocibus omissis, Lov. 1.

§ 5 *Conjuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid possederant*] *Matrimonio habebant* Gaertn. sed præpositionem passim addunt Cicero, Nepos, et alii. Tum *in bonis eorum* Voss. Hinc *possiderant* Gaertn. unde *possidebant* Lovel. 3. *possiderent* Lov. 4. et Mead. 2. Paullo ante *quæ ad quæque pertinerent* Voss. *quæ ad quemque pervenirent* Lovel. 2. in margine.

§ 6 *Redeuntibus in iratorum dominorum potestatem*] Ms. *redeuntibus in iritatorum dominorum potestatem*: quod et ipsum non improbaverim. *Modius. Iratorum dominorum* libri nostri omnes. *Gebhard.* Solent τὰ 'iratus' et 'irritatus' confundi. Vide ad III. 2. § 10. X. 18. § 10. et alibi. Sed *iratorum* etiam omnes nostri, nisi quod *vocatorum dominorum* male sit in Lov. 3. Tum *potestate* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Paullo ante *servis liberatis tyranno* sine præpositione Lovel. 1. 4. et Mead. 2. In verbis autem seqq. *obversabantur* Lov. 3. et Mead. 2. *observabatur* Lovel. 1. Vide ad VI. 17. § 4. *Adversabatur* Lov. 5.

§ 7 *Infensas non tyrannis magis, quam satellitibus eorum*] *Non a tyranno magis, quam a satellitibus eorum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. *non a tyranno magis, quam satellitibus eorum* Mead. 1. *non tyranno magis, quam satellitibus eorum* Lovel. 4. 5. Harl. Mead. 2. et prisem edd. pro *quo* Moguntini ex cod. suo recte *non tyrannis magis, quam satellitibus eorum*. Paullo ante vocem *militiæ* neglexit Harl. et insuper cum Lov. 3. exhibet alio ordine *reditum nullum sibi esse*.

CAP. XXXVII. § 1 *Hæc inter se primo in circulis screntes fremere*] *Hoc inter se* Lov. 1. Tum *primo circulos* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *primo oculos* Voss. et Lov. 1. *prime occulte* Lovel. 3. 6. et Hearnii L. l. Hinc *ferentes fremere* Lov. 6. a m. pr. *ferentes fremuere* a m. sec. Sed *serentes* rectum. Vide ad VII. 39. § 6. Solent autem hæc verba in Mss. commutari. Vide ad X. 43. § 4. Mox *dein* Mead. 2. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *subito ad arma discurrerunt* Lov. 2. 4. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 3 *Et graviora atque indigniora quadam falso adfinxisset*] Pal. 1. et antiq. ed. *adfinxisset*: alter vero *adjunxisset*. Gebh. Τὰ *atque indigniora* perperam desunt in Voss. Lib. XXXIII. c. 35.

Digitized by Google

'Quam tam gravia et indigna imperarentur.' Tum *falso admodum*, pro *quadam falso*, Lov. 3. Hinc *finxisset* Harl. et Lov. 3. *adjussisset* Lovel. 1. *adjunxisset* Lov. 2. 4. Mead. 3. et edd. vett. pro quo Froben. 1531. ex cod. Mog. dedit *adfinxisset:* quod servant reliqui mei, nisi quod, duplici lectione recepta, *ad influxisset* sit in Gaertn. Cæsar B. Gall. VII. 1. 'Addunt et adfingunt rumoribus Galli.' Τῷ 'adfingere' etiam usus est Liv. XXIV. 3. 'Miracula aliqua adfingantur plerumque tam insignibus locis.' In præcedentibus *ubi quum ea*, pro *ibi*, cod. Mognnt. Vide ad XXVII. 5. § 5. Insuper *imperarentur a Romanis* omnes codd. et edd. usque ad Gronovianas, in quibus est *ab Romanis*.

§ 4 *Nihil respondere, bellum geri, jussernnt*] *Nihil respondere ad ea* Lov. 6. Tum *et bellum geri* cod. Mog. Paullo ante § præc. *aut quid se facere vellent* Harl. *aut quid facere vellent* Lov. 1.

§ 5 *Et Antiochum Ætolosque adjuturos pronuncial*] Perperam τὸ *et* exsulat a Voss. Hoc pertinet ad genus erroris notati ad II. 44. § 3. Non enim illud *et* referendum ad seq. *Ætolosque*, de quo vidimus ad XXIX. 12. § 5. sed ad remotius *et sibi*. Tum *adjutores*, et mox *obsidionem suscipiendam* Gaertn.

§ 6 *Et emissa jacula extemplo Romanis dubitationem, quin bellandum esset, exemerunt*] Primam voculam non agnoscit Harl. Hinc *extempło et Romanis*, id est etiam Romanis, omnes, quibus utor, codd. Hearnii L. 1. omnesque edd. ante Ascensii 1513. quæ perperam τὸ *et* expunxit. Tum *qui bellandum* Lovel. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Insuper *esset* non comparet in Harl. *exemerunt* autem, pro *exemerunt*, est in Voss. Paullo ante *Paucorum excursio lacessentium* omnes codd. nostri, nisi quod *Paucorum discursio lacessentum* sit in Lov. 5. *Paucorum excursio lacessentum* edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 7 *Primum sine ullo satis certo eventu commissa*] *Emissa* Voss. et Lov. 1. 2. 3. 4. ac 6. Sed de hoc errore vidimus ad XXXVII. 5. § 6. Paullo ante *Levia deïn prælia* Gaertn. Vide ad XXXVI. 24. § 10. *Levia inde pluria* Lov. 1.

§ 8 *Urbem intrarint*] Pal. 1. *urbem intrant*. Alter *urbe tunc intrant*. Vetus ed. *intraverint*. Gebh. *Intrant* Lov. 4. et Mead. uterque: *intrarunt* Lov. 1. *intraverunt* Voss. *intrarent* Lov. 2. 3. 6. et Harl. *intraverint* Lov. 5. et primæ edd. sed Aldus *intrarint* substituit ex cod. Mog. quomodo etiam in Gaertn. fuisse videtur, qui tamen insuper exhibet *in urbem intrarint*. Et quidem utramque locutionem 'intrare urbem' et 'in urbem,' in usu fuisse, vidimus ad Epit. Liv. l. XXXI. Quum tamen præpositionem huic verbo additam apud Livium nondum invenerim, eamque hic reliqui codd. ignorent, etiam cod. Mog. lectionem servavi.

CAP. XXXVIII. § 1 *Et tunc quidem Quinctius, satis eo terrore*] *Et nunc quidem* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. vett. usque ad Moguntinos, qui recte ex cod. suo dederunt *Et tunc quidem:* quod tamen jam ante Ascensius a. 1513. in margine ostentavit. Passim hæ particulæ a scribis permutantur. Vide ad XXXVII. 4. § 9. Tum *satis* perperam neglectum est a librario Harl.

§ 2 *Fuerat quondam sine muro Sparta*] Priores edd. legunt *sine muris*. Aldus deinde ex Mog. cod. alterum substituit, quod firmant omnes nostri: *parata*, pro *Sparta*, inveni in Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *palata* in Lov. 3. et Harl. *palatia* in Lov. 2. *paratia* in Mead. 1. in cujus margine emendatur *Fuerant quondam sine muro palatia:* id quod obcurrit etiam in Lov. 6. et Gaertn. Mox *nuper* deest in Lov. 3. Hinc *murum objecerunt* legunt Lov. 5. et edd. Camp. Rom.

Digitized by Google

1472. ac Parm.

Altiora loca, et difficiliora aditu] Pall. uterque *et difficilia aditu*. Gebh. Ita et omnes nostri.

§ 8 *Ubi satis omnia inspexit*] Τὸ *omnia* deest in Voss. et Lov. 1. Mox *obpugnandum* legunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gronov. qui a. 1665. *oppugnandam* dedit, adoptantibus eamdem lectionem recentioribus. Id tamen quum in nullo cod. repertum sit, pristinam scripturam revocavi.

Simul terrestriumque ac navalium copiarum ad quinquaginta] Vocem *copiarum*, quæ non tantum ab edd. antiquioribus, sed etiam a scriptis nostris, atque Hearnii L. 1. abest, Moguntini ex membranis suis inseruerunt. Præterea *terrestrium atque navalium* Voss. et Lov. 3. *terrestrium ac navalium* reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Aldum; qui, incertum ex codice, an ex conjectura, *terrestriumque ac navalium* substituit. Fateor equidem quod de *que* atque *et* notavi ad X. 30. § 2. etiam circa particulas *que* atque *ac* obtinere posse; donec tamen Aldum legitima auctoritate permotum ita edidisse certius constet, additam copulam *que* ejiciendam putavi. Paullo ante *equitum peditumque* Lov. 6. Vide ad cap. 26. § 2.

§ 5 *Parte una a Phœbeo, altera a Dictynneo*] Restituo *parte una ab Ephebeo, altera a D.* Corruptus de eo Pausaniæ locus in Lacon. c. 20. Θεράπνης δὲ οὐ πόρρω Φοιβαῖον καλούμενον ἐστιν, ἐν δὲ αὐτῷ Διοσκούρων ναός· καὶ οἱ Ἔφηβοι τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσιν ἐνταῦθα. Omnino scribendum οὐ πόρρω Ἐφηβαῖον καλούμενον. Quod Sylburgio quoque et Amasæo observatum. Nominis ratio in propatulo. Et est locus antecedens, qui evincit, c. 14. Θύουσι πρὸ τῆς μάχης ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ. Τὸ δ' Ἐφηβαῖόν ἐστι καὶ ἐκ τῆς πόλεως Θεράπνης οὐ πολὺ ἀφεστηκός· ἐνταῦθα ἑκατέρα μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι. *Meursius*, Lect. Att. I. 24. Pal. 1. *a Dythinneo*: alter *a Dithinneo*. Antiq. ed. *a Clycitineo*. Gebh. Emendationem suam multis annis post revocavit Meurs. in Miscell. Lacon. I. 5. et non tantum Livio et Pausaniæ receptam lectionem vindicavit, sed contra locum Pausan. quem tum emendationi adstruendæ produxerat, menda laborare, et pro ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ, τὸ δ' Ἐφηβαῖον, ac paullo post ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ, legendum docet ἐν τῷ Φοιβαίῳ, τὸ δὲ Φοιβαῖον, et ἐν τῷ Φοιβαίῳ, laudans Herodot. VI. 61. qui τὸ Φοιβήϊον ἱρὸν, τό ἐστιν ἐν τῇ Θεράπνῃ καλευμένῃ memorat. Ceterum *a Phæbo* Lov. 3. *a Phœbœ* Hearnii N. *a Phœbeo* quædam edd. In altera voce magis variant scripti et excusi libri, in quibus esse vidi *Dithineo, Dithinneo, Dicitineo, Dicitineto, Dicituno, Litichineo, Lithichineo, Cliticineto, Cliticitineo, Clycitineo*. Postea Mediol. 1505. et Ascens. 1513. *Dictyneo*, recte vero Aldus *Dictynnes* dederunt. Δικτύννης ἱερὸν, ἐγγύτατα τοῦ τείχους Lacedæmonis, memorat Pausan. Lacon. c. 12.

§ 6 *Undique terror circumvasisset*] Thuanæus, addita voce, *undique terror urbem circumvasisset*. Sic quoque lectum fuit in Voss. et habuerunt Moguntiæ. Cur igitur omittitur? utique et IX. 40. 'Is novus additus terror quum ex parte utraque circumvasisset aciem.' *Jac. Gron.* Supra hoc lib. c. 21. 'Repente anceps terror, hinc muros adscendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvasit.' Non scripti tantum nostri, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, sed etiam edd. *terror urbem circumvasisset* usque ad Grutersum; cujus ultima perperam vocem mediam omisit. Eam itaque Livio reddidi, quod et Crevierium fecisse gaudeo.

Ut quisque maxime laboraret locus, aut ipse obcurrebat] Pall. et antiq. ed. *laborabat*. Gebh. Non aliter *omnes*

Digitized by Google

nostri, nisi quod *laborat* sit in Lov. 2. Aldus, quum etiam olim *laborabat* editum fuisset, primus ex cod. Mogunt. *laboraret* recepit. Tum *aut ipse circuebat*, pro *occurrebat*, Voss. *ut quisque maxime laborabat, ibat. Deinde*, &c. reliquis omissis, Hearnii L. 1. at *ut quisque maxime laborabat, ibat locus, aut ipse occurrebat*, &c. Lov. 3. Paullo ante *tyrannus ad clamores repentinos, et ad nuncios*, priori *et* omisso, Lov. 2. 3. et Harl. *tyrannus et ad clamores repentinos, et nuncios* Lov. 5. et primæ edd. *tyrannus et ad clamores repentinos, nuncios* aliæ. Vulgatum Ascens. a. 1513. restituit.

§ 7 *Ita obtorpuit, ut nec dicere, quod in rem esset, nec audire posset*] *Obturpuit* scriptum est in antiq. ed. Contra *obtorpuit* in Pall. *Gebhard.* Ed. Camp. est, quæ *obturpuit* exhibet; non tamen operarum lapsu, sed quod ita in Msto fuerit, quem secutus est. Certe ita ex meis præfert Lov. 5. Tum *quid in rem esset, et audire* Voss. *quid in rem esset* etiam Lovel. 6. et Gaertn. Mox *nec compos modo consilii* Lov. 1. *nec impos modo consilii* Harl. *nec ipse inops modo consilii* Lovel. 6. 'Inops consilii' sæpius apud Livium obcurrit. Exempla sunt XXVI. 18. XXXII. 35. XXXIII. 7. et XLIV. 2.

CAP. XXXIX. § 1 *Ternæque acies tempore uno locis diversis pugnabant*] *Trineque acies*, id est *trinæque*, Lov. 6. Ita 'trini annales' X. 18. 'trinæ clades' Gronov. ex conjectura restituit XXII. 12. § 10. 'trina castra' inlustrantur XXIII. 40. § 6. ubi sæpe 'ternus' et 'trinus' confundi dictum est. Alii tamen libri omnes vulgatum servant. Tum vox *locis* deest in Harl. at, ea transposita, *diversis locis* legit Gaertn.

§ 2 *Deinde crescente certamine*] *Dein crescente* Lov. 4. et Mead. ambo. Vide ad cap. seq. § 3. Mox *enim* deest in Lov. 1. *miles* in Gaertn. Insuper *et quid alii vani* Lovel. 1. *et quidam alii vani* Lov. 2. et 3. *et quidem alii vani* Voss. et Lov. 6. Denique *alii multum leves ictus erant* Gaertn.

§ 3 *Non modo ad emittenda, &c. spatium non habebant*] Ita perperam edidit Clericus, contra fidem omnium, quæ sunt, editionum, omniumque, quibus usus sum, codicum, qui *spatium habebant*, sine particula negante, legunt. Et recte: *non modo* enim ponitur pro 'non modo non,' præsertim si, ut hoc loco, sequenti membro negatio insit. Vide ad XXV. 26. § 10. Ita hoc ipso cap. § 6. et sæpe. Paullo ante *per angustias loci* Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Vox *loci* exsulat a Gaertn. Hinc *consertamque turbam* Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXII. 28. § 10. Insuper *non modo ad mittenda* Lov. 1. 2. Tum *cum nec et procursu*, mediis duabus particulis additis, Voss.

§ 4 *Itaque ex adverso missa tela*] *Ita ex adverso* Lov. 6. et Harl. Vide ad XXI. 53. § 7. Mox *in scutis habebant* Lov. 3. in contextu, et Gaertn. Vide ad XXIX. 4. § 8. Deinde *e superioribus locis* Lov. 6. Tandem *vulnerati quidam sunt*, alio ordine omnes Mss. nostri cum edd. Camp. Rom. 1472. et Parm.

§ 5 *Tegulæ quoque inopinantes perculerunt*] *Regulæ quoque* Lov. 5. et ed. Camp. Vide ad V. 55. § 3. et mox h. cap. § 11. Deinde *pertulerunt* Lov. 1. et Mead. 1. Vide ad XXXV. 27. § 16. In præcedentibus vocula *mox* deest in Lov. 1. *jam* in Gaertn.

§ 6 *Sublatis deinde supra capita scutis, continuatisque ita inter se*] *Super capita* Lov. 3. Vide ad X. 41. § 14. Hinc *continuatis ita inter se* Lov. 5. et edd. vett. Primus Aldus *continuatisque* dedit: quam lectionem firmant omnes nostri codd. *Tò ita* deest in Lovel. 1. In sequentibus *ad ceteros ictus* Voss. Male. De 'cæcis ictibus' vide hoc lib. ad cap. 14. § 11.

Sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum] *Inserendum* Lov. 1. 3. 4.

Digitized by Google

5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ, quod non est contemnendum. Quum testudinem facissent Romani, ita scuta super capita elata continuarant, ut inter scuta illa contexta nullam telum, ne ex propinquo quidem, in corpora militum sub testudine latitantium inseri potuerit. Solent autem 'serens' et 'ferens' amplius in Mss. confundi. Vide quæ notavi ad Silii VIII. 266. Et ita, eorum composita. Talia sunt 'adsero' et 'adfero;' vide ad l. XXIV. c. 1. § 6. 'desero' et 'defero;' vide ad IV. 37. § 11. 'prosero' et 'profero;' vide ad Silii III. 447. et ipsum, quod hic obcurrit, 'insero' et 'infero;' vide ad III. 17. § 10. et Oudend. ad Lucani VI. 504. Tò *quidem* deest in Harl.

§ 7 *Et primo angustiæ paullisper*] *Primum angustiæ* Gaertn. *primæ angustiæ* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Crevierii Victor. omnesque typis excusi usque ad Frob. qui a. 1531. *primo* perperam substituit. Supra hoc lib. cap. 14. 'Equites primos ab utroque cornu in pugnam educit:' ubi alia vide. Hanc igitur lectionem restitui, quæ etiam Crevierio elegantior visa est.

Paullatim urgentes hostem procedere] *Hostes* omnes nostri cum antiq. edd. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *hostem*. Vide ad V. 50. § 2. *Mox non amplius vis eorum impetusque sustineri poterant* Gaertn. *sustineri poterat* Harl. non sequor. Nam vel *impetus* accipiendum numero multitudinis, ut mox h. cap. 'Impetus facientes recessere:' vide ad I. 4. § 9. vel duo singularia *vis atque impetus* admittunt verbum plurale. Vide ad I. 31. § 7.

§ 8 *Quanam ipse evaderet, circumspectabat*] Hanc lectionem primus Aldus ex cod. Mog. adoptavit. Antea edebatur *circumspectat*, quod servant codd. nostri, et Hearnii L. 1. Paullo ante *fuga effusa*, trajectis vocabulis, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Præterea *superiora paterent loca* Voss. Vide ad VII. 30. § 11.

§ 9 *Quum ad cetera animo officioque ducis fungebatur*] *Tum ad ceteras* Voss. qui mox etiam cum Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. *tunc vero*, pro *tum*, præfert. Deinde *suus* non adparet in Lov. 1. et Gaertn. Præterea *ne urbs caperetur universa, causa fuit* legit Gaertn. idem: *ne urbs caperetur, urbs capta fuit* Lov. 1. Insuper § seq. *ad expugnandum opem ferre* Voss. *ad expugnandam opem ferre* Harl.

§ 11 *Ambusta tigna ad armatos pervenire*] *Ambusta regna ad Romanos pervenere* Harl. *ad Romanos* etiam Lov. 2. *pervenere* Lov. 3. Gaertn. Hearnii L. 1. et quædam veterum edd. Sed *pervenire*, quod etiam est in ed. Campani, Moguntini ex cod. suo reposuerunt. Nec aliter reliqui nostri. Paullo superius *regularum modo fragmenta*, pro *tegularum*, Lov. 1. Vide ad § 5.

§ 12 *Ne, incendio a tergo oriente, intercluderentur ab suis, receperunt sese*] *Ab tergo* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et ambo Mead. contra vero *a suis* Voss. Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. cum omnibus ante Gronovium excusis: sed *intercluderentur, ad suos receperunt sese* Lov. 1. Male. Supra I. 27. 'Ne intercluderentur ab oppido.' III. 70. 'Circumventos interclusosque ab suis vociferans:' ubi alia vide. VII. 34. 'Ut a consule Decium intercludant.' VIII. 24. § 7. 'Quum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio.' XXV. 4. 'Locum occupasse, ut tribunos a plebe intercluderet.' XXXI. 41. 'Quos equites ab agmine fugientium interclusere.' Hoc lib. c. 20. 'A mari quoque toto se interclusam.' Deinde 'recipere sese,' ut XXII. 16. 'Procursando recipiendoque sese pugnavere.'

§ 13 *Receptui canere jussit*] *Receptum canere* Voss. quam locutionem ex

Digitized by Google

Mss. Heinsius Nasoni restituit Met. x. 340. ' cecinit jussos inflata receptus :' ubi pluribus vide eumdem Heins. et Burm. Hic tamen vulgatum, quod reliqui tuentur, servandum puto. Constanter etiam omnes *canere*. Vide ad XLII. 24. § 5.

Ita jam a capta prope urbe revocati] *Ita jam capta urbe prope revocati* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. uterque: *ita jam prope capta urbe revocati* Lov. 5. 6. et edd. usque ad Frob. qui a. 1535. substituit id quod nunc vulgo exstat.

CAP. XL. § 1 *Nunc præliis lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam*] Barberin. et Petav. *intersepiendoque quædam;* quod considerandum. *J. F. Gron. Intersepiendoque* etiam Lov. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed copulam *que* ex proximæ vocis priori syllaba repetitam censeo; quemadmodum etiam se existimare Jac. Periz. ad marginem Livii sui adscripsit. Vide ad VI. 3. § 3. ' Intersepire operibus ' autem dictum est, ut ' intersepire munimento,' ' vallo,' ' muro ' in locis illis Livii quæ contuli ad VI. 9. § 7. Tria priora vocabula deerant in Lov. 1. Paullo ante *ex timore hostium plus* Lov. 5. et edd. ante Aldum.

§ 2 *Quem Quinctius primo adspernatus excedere castris jussit*] Libri omnes *aspernatum*. Gebh. Pariter omnes membranæ nostræ, et edd. usque ad Ascensianam 1513. ubi demum *aspernatus* substitutum vidi, alterum in marginem rejectum: quod tamen verius esse, tot codicum consensus persuadet. Et participium hujus verbi passive adhiberi vidimus ad VIII. 28. § 3. Similiter ' amplexus ' et ' complexus ;' vide ad II. 40. § 6. et III. 52. § 6. ' expertus ;' vide ad V. 54. § 6. ' depopulatus ;' vide ad XXXIX. 53. § 13. Præterea vox *primo* abest a Voss. Quod si plures codd. firmarent, censeri posset addita esse a nasutis librariis, qui sequens *deinde* eam necessario requirere existimarunt; quo casu tamen sæpissime eam omitti docuit Gronov. ad h. lib. c. 19. § 8. Paullo ante *Pythagoram* constanter omnes. Et ita etiam XXXV. 29. At contra *Pythagoran* formatur I. 18. In verbis seqq. *dein suppliciter orantem* Lov. 4. et Mead. 2. Vide ad § seq. *Deinde suppliciter exorantem* Vossian. Male.

§ 4 *Deinde, quum ea velut vana et sine effectu nihil proficerent*] Forte *proficeret:* nempe oratio. *J. F. Gronov. Dein* non tantum Lov. 4. et Mead. 1. verum etiam cod. Mog. ex quo ita Froben. 1531. edidit. Eamdem autem lectionem omnes reliqui probarunt usque ad Gruterum, cujus ultima ἐκδοσις *deinde* revocavit. Ego vero optimum cod. secutus sum. Ita variarunt modo § præc. etiam cap. præc. § 2. Vide ad III. 3. § 6. Insuper *quum omnia velut vana* Lov. 2. et Harl. ut ita foret quo commode referretur *proficerent*. Et sane vel ita legendum est, vel potius cum Gronov. emendandum *proficeret*. Ita enim inveni in Lov. 5. et ed. Camp. *perficerent* perperam præfert Voss. Vide ad XXXVII. 6. § 7. Paullo ante *prima ratio* idem Voss. altero margini adscripto. Vide ad XXXV. 25. § 9. Præterea *ponentis*, pro *permittentis*, Lov. 1.

Eo deducta res est] Ita Aldus ex Mog. edidit. Antea vulgabatur *eo deductæ res*, omisso verbo substantivo. Et ita codd. mei. Sed nescio cui bono hic numerus multitudinis foret. Supra IV. 6. ' Per hæc consilia eo deducta res est, ut,' &c. XXV. 8. ' Jam eo consuetudinis adducta res est, ut,' &c.

§ 5 *Nunciis aliis prope super alios efferentibus*] Libri omnes *afferentibus*. Gebh. Illud *efferentibus*, quod in uno tantum codicum Lov. 3. mihi obvium fuit, primi recéperunt Paris. 1573. pro quo recte *afferentibus* Dan. Heinsius apud Elzevir. dedit. ' Adferre ' autem pro nunciare poni, vidimus ad VIII. 17. § 7. Præterea *aliis prope*

Digitized by Google

super aliis Lov. 5. et edd. antiqq. Aldus vulgati auctor exstitit. Et recte. Vide ad XXIII. 24. § 6. Paullo ante *Cum oppugnatur tyrannus* Lov. 2. et Harleian. *Tum oppugnatur tyrannus* Gaertn. Vide ad XL. 42. § 7. *Dum oppugnarent tyrannum* cod. Mog. Sed verum est vulgatum.

Non tantummodo obsessam, sed jam captam urbem Lacedæmonem esse] Sincera lectio *tantum non jam captam Lac. esse*. Gelenius. Hanc emendationem omnes nostri, uno vel altero excepto, firmant: *non tantum jam captam urbem Lac. esse* habet Lov. 5. qui ceteroquin semper editionibus principibus, et præsertim Campani, adhæret: *tantum modo jam captam Lac. esse* Lov. 2. Verum ibi librarius frequenti errore *mō*, id est, *modo*, et *nō*, sive *non*, confudit; ut IV. 56. § 6. ubi quædam dicta sunt: VI. 40. § 11. XXI. 63. § 9. XXII. 20. § 2. XXXVII. 58. § 5. et alibi. *Tantum non captam jam Lac. esse* Lov. 3. De particulis *tantum non* vide ad IV. 2. § 12. Mox § seq. *Achippo* Lov. 1. *Artipo* Lov. 6. *Archifo* Gaertn. Sed, *Archippi* nomen inter Achæos notum fuisse, constat ex Polyb. pag. 1480.

§ 7 *Timocratem Pellenensem, &c. vivum fide data emiserunt*] Pall. assentiente prisca ed. *miserunt*. Gebhard. *Timocratum* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Tymocrantem* Lov. 1. *Thymitem* Voss. Tum *Pellonensem* Lov. 3. et a m. pr. Lov. 6. *Pelonensem* Hearnii L. 1. *Pellensem* Voss. Lov. 1. 2. 6. a m. sec. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Male. *Timocratem Pellenensem* memorat etiam Livius cap. 29. § 14. ubi tantum non omnes in hoc nomen consentiunt, et Τιμοκράτην τὸν Πελληνέα Polyb. pag. 1425. Hinc *iturum*, pro *vivum*, Voss. *unum* Lov. 6. sollemni scribarum lapsu. Vide X. 36. § 8. ubi quædam dicta sunt: XXX. 12. § 2. XXXI. 36. § 9. et alibi. Deinde *miserunt* omnes nostri, cum Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *emiserunt*. Supra XXIV. 47. 'Ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium.' III. 29. 'Castris hostium receptis plenis omnium rerum, nudos enim emiserat, prædam omnem suo tantum militi dedit.'

Pace data tyranno] *A tyranno* perperam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Lov. 6. a m. pr. Tum *a Lacedæmone* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. usque ad Frob. 1535. *dimissisque Lacedemonia* Harl.

CAP. XLI. § 1 *Celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum*] Dodwell. Annal. Stat. p. 227. et de Cyclis VII. 2. *Duk. Celeberrimum festorum diem* Lovel. 1. 2. et Gaertn. Tum *Nemeorum* Voss. et Lov. 1. 2. 3. *v'norum* Lov. 6. in contextu. Mox *die statuta* male Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. De errore hoc in Mss. obvio vide ad XXXIX. 13. § 8.

In adventu Romani exercitus ducisque indixerunt] Libri omnes *in adventum*. Gebh. *In adventu* operarum errore Modius primus ediderat a. 1588. quod per proximas edd. propagatum Gronov. iterum emendavit: *audientium* ejus loco erat in contextu Voss. In præcedentibus *per belli mala* dedit Lov. 1. Vide ad Epit. Liv. I. LXXXIV. *Præter belli mala* Lov. 2. Vide ad IV. 61. § 10.

Præfecerantque ludis ipsum imperatorem] Plutarchus item in Flamin. p. 375. Ἀγωνοθέτης δὲ Νεμέων ἀποδειχθεὶς ἐν Ἄργει τὴν πανήγυριν ἄριστα ἔθηκεν. *Sigon.*

§ 2 *Reducti cives ab Lacedæmone erant*] *Rediti cives* Lov. 6. a m. pr. *redditi* a m. sec. Tum *a Lacedæmone* omnes nostri, et edd. ante Frob. 1535. Mox *quos ante Nabis* sine copula Lov. 1. et 6. Hinc *adduxerat* Voss. et Lov. 1. *abduxerat* Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui *abduxerant* ex cod. Mog. recepit, adstipulantibus Lov. 3. et Harl.

Digitized by Google

§ 3 *Post compertum a Pythagora conjurationem*] *Post compactam* Harl. Mox *cæde* deest in Lov. 1. *τὸ est* autem circa finem § 3. non comparet in Lov. 3.

§ 4 *Restituti Argi et in commune Achaiæ concilium*] Ita quidem etiam ed. et codex Magontiacensis: nulla tamen dubitatione ejicio *τὸ et*. Restituti nempe erant Argi in commune Achaiæ concilium, cujus participes ante fuerant. Vide XXXII. 22. Sic 'Corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium' XXXII. 19. *Jac. Perizon.* Copulam *et*, quam Moguntini ex cod. suo receperunt, et pauci proximorum editorum servarunt, Frob. 1531. expunxerat. Eamdem revocarat J. F. Gronov. sed recte iterum Jac. Gronov. ad verba proxima, et Perizonius hoc loco delerunt; quam etiam nulli meorum, ut nec Crevierii Victor. agnoscunt. Præterea *restituti* Voss. Lov. 3. Harl. et Mead. 1. Hinc *consilium* Lov. 2. a m. pr. Lov. 3. et Gaertn. Male. Intelligitur enim communis populorum Achaiæ respublica; quod non *consilium*, sed *concilium* vocari, docet Gron. ad XLIV. 2. § 5.

Serva Lacedæmon relicta, lateri adhærens tyranni, non sine. gaud. præbebat] Lege *et lateri adhærens tyrannus*. Gelen. Ab Andrea et Moguntiæ editum *tyranni*. Neque aliter habetur in Thuan. et videtur dedisse auctor *lateri adhærens tyrannis*. Sed et paullo ante edidi *restituti Argi in commune Achaiæ concilium*, omissa copula *et* post vocem *Argi*, obsecutus in eo aliis edd. *Jac. Gron.* Ulterius, quam Gelen. in adnot. indicavit, Frob. 1535. processit, atque insuper edidit *præbebant*. Sed omnes nostri, cum Hearnii L. 1. priorum edd. lectionem præferunt. Eam itaque, donec aliunde virorum doctorum conjecturæ firmentur, recepi. Gronovii *tyrannis*, id est tyrannica dominatio, vim orationi addere videbatur Crevierio. Et ita legendum esse, ante visam Jac. Gronovii ed. ad marginem Livii monuit Jac. Perizonius.

§ 6 *Qui in Romanis fuerat castris*] Lege *fuerit*. J. F. Gron. Præpositio exsulat a Lov. 1. Paullo ante § præc. *excederetur Græciæ urbibus* Harl. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Nabidis dominantis satellitem factum tribunum militum] Lege *satellitem factum populum Romanum*. Gelen. Vide quem Ætoli appellent hoc *tribuni militum* nomine; Quinctiumne per contemptum, cum esset proconsul, an alium quempiam. Alii legunt *factum populum Romanum*. Glarean. Sic [*populum Romanum*] Gelenius pro eo quod erat *tribunum militum*. Sed necdum placet ille *populus satellee*, non magis quam alibi 'exercitus semilixa.' Forte *imperatorem Romanum*. Mss. omnes aut *T. Romulum*, aut *Titus Romuleus*. Nescio quomodo in eo vocabulo nugantur librarii hujus partis Livii; nam et cap. 33. quatuor Mss. *plures prope cives Romuleos*. Rubenio placebat *Titum*, vel *Titum Romanum*: quoniam prænomine fere solo a Græcis appellabatur, ut ex Polybio et Plutarcho notum. *J. F. Gronov. Populum Romanum* commodam interpretationem ex iis recipit, quæ socii Romanorum cap. 33. dicunt: 'Si omitteretur motum adversus Nabin bellum, eum, velut comprobata dominatione, firmiorem futurum, auctore injusti imperii adsumto populo Romano.' 'Satellites' dici ministros et adjutores alienæ potentiæ, notum est. Sallust. Hist. 1. in oratione Lepidi 'satellites dominationis Sullanæ' vocat, quos Vell. II. 41. 'ministros Sullæ et adjutores partium.' Nec *populum Romanum* difficilius potuit degenerare in *T. Romulum*, aut *T. Romuleus*, quam XXXIII. 42. *tribunus plebis* in *T. Romuleius*. Duk. Rubenii conjecturam, quæ proxime codd. scriptos accedit, Doujatius probavit: sed vellem idoneis testimoniis docu-

Digitized by Google

isset, Livium ita more Græcorum locutum esse. Sæpius hac parte operis Græcorum de ducibus Romanis sermones, vel orationes ad eos habitas refert, at semper aliud observavit. Ne hinc longius abeam, ita Aristænus prætor Achæorum cap. 24. 'Mare interjectum ab istis prædonibus non tuetur nos, T. Quincti.' Nabis cap. 31. 'Si ipse per me, T. Quincti, vosque, qui adestis,' &c. Contra Gelenii conjecturam ad marginem Livii defendit Perizon. et *satellitem factum populum Romanum* exponit, qui tuetur ejus tyrannidem, et sua auctoritate per pacem confirmat, adscripto eodem loco Livii, quo etiam Dukerus hic utitur. Interim *satellitem factum tribunum militum* editis consentiens unus habet Lov. 5. *satellitem factum T. Flaminius* unus Harl. qui voce sequenti *Quinctius* destituitur: *satellitem factum T. Romulens* reliqui omnes. Cum Crevierio Gelenii emendationem retinui, donec certius quid et aptius reperiatur. Mox § seq. *Spartanum* deest in Lov. 1.

§ 8 *Sunt, qui non ex oppido proficiscentem, &c. positis*] Multi dubitant, qui fieri potuerit, ut castra sua Nabis adversus Romana castra poneret, si ex oppido non fuerat profectus. Sed fortasse aliqua desunt verba. *Glar.* Agam, ut soleo, paucis. Nihil vitii hic locus continere videtur, contra atque tradit Glareanus. Duas enim contrarias opiniones de ratione belli a tyranno gesti expositurus est: unam, quam ipse tueri videtur; alteram, quam alii tradiderunt: quid sentit ipse? tyrannum ex oppido Lacedæmone exeuntem pugnasse: quid alii? eumdem non ex oppido exeuntem pugnasse, sed ex castris, quæ ante Romana castra posuerit. Glareanus autem sine causa de voce *proficiscentem* laboravit. *Sigon.* Livius Nabin bis eruptione ex oppido facta cum Romanis pugnasse tradit: primum ante conscriptas conditiones pacis c. 28. deinde post eas Lacedæmonem relatas et a multitudine repudiatas c. 37. de posteriore aliter scripserunt alii. *Duk. Sunt, qui ex oppido* Lov. 3. *Sunt, qui non ut ex oppido* Voss. Mox *tradunt* Lovel. 2. et 3. Deinde *castris adversus Romana positis castra* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 9 *Impetu in pabulatores suos ab Romanis facto*] *Impetu in pabulatores facto*, reliquis omissis, Lovel. 4. et Mead. 2. *impetum in pabulatores suos ab Romanis factum* Lov. 1. et Harl.

§ 10 *Quum cecidissent quindecim millia militum*] *Quindecim millia hominum* Lov. 6. *quindecim militum*, media voce omissa, Voss. Lov. 1. et Mead. 2. Sed vide ad XXXVII. 39. § 19. Paullo ante *castris exutum pacem petisse* Lov. 3. et Voss. *castrisque exutum pacem petiisse* Gaertn.

CAP. XLII. § 1 *Utriusque nomine ternos in dies supplicatio a senatu decreta est*] Placet hic quoque magis scripta lectio Moguntina, *et in commune in ternos dies supplicatio a senatu decreta est.* Modius. Modii codex *in commune in ternos dies.* Pall. *in dies ternos suppl. ab senatu decreta:* ubi alter Pal. omittit quoque τὸ *est.* Gebh. Neglegenter admodum in hoc loco versatus est Modius. Nam *et in commune*, quod ex cod. Mog. profert, non ad hunc locum pertinet, sed ad cap. præc. § 4. ut cuilibet edita ipsius codicis excerpta consulenti patebit: quod tamen nec Gebhardum deprehendisse miror. Præterea Mog. codex non legit *in ternos dies*, ut Modius lectori persuadet, sed *in dies ternos.* Quod quum non modo Gebhardus in Pall. invenerit, sed mihi etiam in Lov. 2. 4. Harl. et utroque Mead. obvium fuerit, in contextum recepi: *trines in dies* habet Lov. 6. *ternos indices* Voss. Præterea *ab senatu* Lov. 1. 3. 4. 6. et Voss. In eadem præpositione codd. etiam supra variant. Nam *ab T. Quinctio* est in Lov. 2. 5. 6. et ed.

Digitized by Google

Campani: et *a M. Porcio* in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. utroque.

§ 2 *Quum post fusos circa Litanam silvam Boios*] *Effusos* edd. antiqq. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *fusos*, consentientibus omnibus nostris. *Qui post fusos* Lov. 3. Tum *Lictanam* Voss. Lov. 4. et Mead. 2. *Littanam* Lov. 5. et edd. usque ad Frob. 1531. *Litavam* Gaertn. *Litaniam* Lov. 2. et 6. a m. pr. *Lucaniam* a m. sec. Vide ad XXIII. 24. § 7.

§ 3 *T. Sempronium Longum*] *Ti. Sempronium* ex consulatu ejus Capitol. *Sigon. Valium Sempronium* Lov. 1. *Valerium Sempronium* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. priscæ. *T. Sempronium* cod. Mogunt. et ed. Mediol. a. 1505. *Titum Sempronium* Ascens. a. 1510. Sed recte Sigonius *Ti. Sempronium*, quem vide ad XXVII. 6. § 15. XXXI. 20. § 5. XXXII. 27. § 8. XXXIII. 26. § 2. XXXV. 5. § 1. XXXIX. 40. § 3. et alibi. Passim autem prænomen *Ti.* sive *Tiberius* in notius *T.* sive *Titus* mutatum est. Vide ad XL. 44. § 12. Mox *priore anno* Lov. 3. Deinde *consules fuerunt* cod. Mogunt.

§ 4 *Prætoria inde comitia habita: creati P. Cornelius Scipio*] Quia P. Cornelius Scipio Africanus hic consul factus est, huic alteri Scipioni addendum erat, ut puto, vel *Cn. filius*, vel *Nasica:* ut lib. XXXV. non ita longe ab initio, ac lib. XXXVI. prorsus initio, ac deinceps sæpe additur, ubi minor caussa, quam hoc loco, urgebat. *Glar.*

Duo Cn. Cornelii, Merenda et Blasio] F. Ursinus in Famil. Rom. tab. I. gentis Corneliæ nummum habet, in quo est *P. Blasio.* Eum ad hunc Blasionem refert, ac dicit, ei in Mss. Livii recte esse prænomen *P.* quum in vulgatis male legatur *C.* Debuit ergo hic in scriptis, quos Ursinus vidit, esse *duo P. Cornelii*, et in vulgatis *duo C. Cornelii:* et c. 43. in illis *duobus P. Corneliis*, in his *duobus C. Corneliis.* Sed alii neque ex scriptis, neque ex editis libris suis quidquam varietatis adnotarunt. 'P. Cornelius Blasio' est in Livii XLIII. 5. et XLIV. 13. Ad hunc, an ad alium, cujus memoria cum multis scriptis veterum intercidit, nummus Ursini pertineat, non liquet. *Duk. Duo Cn. Cornelii* primum obvium fuit in Frob. ed. an. 1535. Omnes priores legunt *duo C. Cornelii:* quod prænomen illis etiam tribuunt Lov. 5. et 6. *duo consules Cornelii* præferunt Voss. et Lov. 1. *duo Cornelii* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. In nullo vero inveni *duo P. Cornelii.* Neque etiam cap. seq. 'Publii' prænomen illis in ullo cod. tribuitur. Tum *Merenda* Lov. 1. et 6. Hinc *Blaxio* Vossian. et Lov. 2. ac 6. *Blesio* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Blasius* Lov. 5. Harl. et Gaertn. Similiter, vel etiam *Blassius* edd. antiqq. *Blasio* Frob. a. 1535. quod verum esse ex nummis constat.

Cn. Domitius Aenobarbus] *Ahenobarbus*, ut supra. *Sigonius.* Prænomen omittunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Consules Domitius* habent Voss. Lov. 1. 3. et 6. a m. pr. *C. Domitius* Lov. 4. et 6. a m. sec. *C. Cornelius* Lov. 5. et multæ edd. quarum aliæ *G.* vel *Gn. Cornelius* exhibent. Tum *et Nobarbas* Lov. 1. *Ænobarbas* Voss. *Enorbalis* Lov. 3. in contextu. *Euobocrus* Lov. 6. a m. pr. *Euobacrus* a m. sec. *Henobarbus* edd. antiqq. *Ahenobarbus* scribendum, monuit etiam Sigonius ad XXXIII. 42. § 10. XXXV. 10. § 10. XLIV. 18. § 6. et ad Epit. Liv. lib. LXII. Mox *Sextus Digitius* Lov. 2. et Hearnii L. 1.

T. Juventius Alva] Quidam *Calva* emendarunt. Cæterum in Plinii VII. 53. quidam *Tulpa*, quidam *Talva* legunt: tanta est in hoc cognomine varietas. *Glar.* Vet. lib. *Alna.* Legendum est *Thalna* ex Capitol. tabulis. *Sigon.* Pal. 1. *T. Juventus Halna:* alter *Titus Juventus Alna:* antiq. ed. *Alua.* Gebh. *T. Linicinnus* Voss.

Digitized by Google

T. Liventius Harl. et Gaertn. *T. Luventius* Mead. 1. *T. Juventus* Mead. 2. *T. L.* Lov. 3. *T. Juventius* plures edd. post Curionem. Sed *T. Juventius* restitui. Vide ad XXXIII. 22. § 8. Tum *Alna* codd. nostri, nisi quod *Alcia* sit in Lov. 3. *Alva* priscæ edd. Quum autem postea Moguntini *Tulva* ex cod. suo laudassent, Aldus per errorem edidit *Calva*, propterea a Glareano reprehensus. Eum secuti *Talva* adoptarunt usque ad Sigonium, qui recte *Thalna* emendavit; quem etiam vide ad XXXIX. 31. § 4. XLIII. 8. § 2. XLV. 21. § 1. Adde viros doctos ad Val. Max. IX. 12. 3. et Harduin. ad Plinii V. 53.

§ 5 *Novum jus in eo anno a Ferentinatibus tentatum*] Vet. lib. *Novum jus eo anno.* Sigon. Sigonius de Ant. Jur. Ital. II. 3. et III. 1. ut et Spanhem. in Orbe Rom. Exerc. l. I. c. 8. 9. ex hoc et aliis quum Livii, tum aliorum scriptorum locis disputant, colonias civium Romanorum tantum habuisse privatum jus Quiritium, non publicum; cujus præcipuæ partes erant jus suffragii et honorum petitio: in quo verius videntur sentire, quam Manutius aliique. Sed quod de Ferentinatibus hic scriptum est, alia, eaque non una, obscuritate laborat. 'Ferentinates' cum Cluverio Ital. Ant. III. 6. p. 984. puto designari eos, quos inter populos Hernicorum memorat Livius lib. IX. cap. 42. 43. Hanc jam tum coloniam Romanam fuisse, ex hoc loco apparet. Nam si tum primum deducta fuisset, non poterat dubitari, quin Livius eam quoque inter colonias, quas hoc anno deductas cap. 45. narrat, nominaturus fuerit. Nec tamen vel ipse, vel alii, quod sciam, quo tempore deducta fuerit, prodiderunt. Quæ fortasse causa fuit, cur eam in indice coloniarum ante bellum Italicum deductarum prætermiserit Sigonius de Ant. Jur. Ital. II. 5. Sed hoc levius est. Nam Livius interdum etiam alia suis locis prætermittit, et tamen deinde ita de iis scribit, ut qui initia eorum ante exposuerit: inter quæ et hoc est, quod, ut Sigonius observat, XXVII. 10. Saticulam coloniam memoravit, nec tamen quidquam de illius deductione, quum IX. 28. potuisset, prodidit. Quod enim quis suspicetur, eum de hac re potuisse agere in libris, qui inter X. et XXI. perierunt, id ex eo minus verisimile est, quod Auctor Epitomarum, quum satis diligenter adnotaverit, quæ in iis de coloniis deductis tradiderat Livius, de hac tacet. Illud aliquanto difficilius dictu est, quid sit, quod Latini in coloniam, quæ jam ante colonia Romana erat, nomina dedisse, et quod ejusdem coloniæ coloni diverso jure usi fuisse dicuntur. Prius credo intelligendum esse de supplemento colonorum, quod eorum numerus imminutus fuisset. Nam hoc sæpe factum fuisse, ut, quum coloni ad numerum non essent, novi adscriberentur, quum alibi, tum XXXI. 49. XXXII. 2. et XXXIII. 24. legimus. Ad posterius quod attinet, etsi pluribus testimoniis nunc probare non possum, ejusdem coloniæ colonos diverso jure, alios nimirum Quiritium, alios Latii jure fuisse, tamen id ex hoc loco satis patere arbitror. Nam et aliorum oppidorum, quæ coloniæ non erant, incolæ alii alio jure utebantur. Vide VIII. 14. § 8. Illud quidem constat ex Liv. III. 1. et IV. 2. in eandem coloniam interdum diversi generis colonos, ut Romanos et Volscos, item Romanos et Latinos, scriptos fuisse. *Duk.* Præpositio *in*, quam Sigonius se in vet. lib. non invenisse testatur, non tantum exulat ab omnibus scriptis nostris, sed et editis, exceptis Basileensibus 1554. et 1555. in quibus solis, sed forte operarum errore, reperitur. Tum *a Ferrentinatibus* perperam Lov. 1.

§ 6 *Puteolos, Salernumque, et Buxentum adscripti coloni, qui nomina dederant, quum ob id*] De his est XXXII.

Digitized by Google

29. et infra c. 45. *Duk. In Puteolos* Harl. Tum *Busentinum* Voss. *Busenium* Lovel. 2. *Busenium* Lovel. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *Busenum* Gaertn. *Busentum* Lovel. 6. *Buxenium* Lov. 3. *Bossenium* Lov. 5. et ed. Camp. *Bussenium* ceteræ edd. vett. usque ad Mogunt. qui ex cod. suo dederunt *Buxentum*. Deinde *coloni nomina dederant, et quum ob id* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *coloni nomina dederunt, et quum ob id* Lov. 2. *coloni nomina dederant, quum ob id* Lov. 5. et edd. antiqq. Aldus deinde, quum Mog. in cod. suo invenissent *coloni qui nomina dederant, et quum ob id*, vulgatæ lectionis auctor exstitit.

Senatus judicavit, non esse eos cives Romanos] Pal. 1. *non esse cives Romanos*, omisso τῷ *eos*. Gebh. Contra *esse* omittitur in Lov. 1. Præterea *senatus indicavit* Gaertn. Vide ad Epit. Liv. l. LXIII.

CAP. XLIII. § 1 *Et Ti. Sempronius Longus consules fuerunt*] *Et V. Sempronius* Hearnii L. 1. *et Valerius Sempronius* Lov. 3. *et Titus*, vel *T. Sempronius* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et Gaertn. Vide ad cap. præc. § 3. *Fuerant* Lov. 5. et edd. vett. cujus loco Aldus ex cod. Mog. *fuerunt* substituit, succinentibus reliquis meis.

Legati Nabidis tyranni Romam venerunt duo. His extra urbem] Ms. *legati Nabidis tyranni Romam venerunt. Iis extra urbem*, &c. Neque sane opus videtur illo *duo*, quod natum videtur ex sequenti *iis*, ubi imperitus librarius ij̄ accepisse videtur pro nota binarii numeri. Quidquid id est, malo ego τὸ *duo* abesse, quam adesse. *Modius.* Abest τὸ *Iis* ab omnibus nostris libris. *Gebh. Venerunt duo: extra urbem* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. cod. dedit *venerunt. His extra urbem.* Curio *venerunt duo. His extra urbem.* Sed *venerunt: extra urbem* Hearnii L. 1. *venerunt: ductum extra urbem in ede Apollinis senatus est* Voss. *venerunt duo: ductus extra urbem in æde Apollinis senatus est* Lov. 3. nec aliter Lov. 1. nisi quod voculam *duo* ignoret: *venerunt: datus extra urbem in æde Apollinis senatus est* Lov. 6. Quum igitur in quibusdam codd. et edd. antiqq. τὸ *duo* exhibentibus, vel *iis*, vel *his* non conspiciatur, Moguntini lectionem reduxi, existimans vere Modium docuisse, ex primis literis τοῦ *Iis* natum esse numerum binarium, eumque postea in *duo* conversum esse. Vide ad XXXVI. 43. § 11. Mox *impetraruntque* Lov. 4. Harl. et Mead. ambo.

§ 3 *Quoniam in Hispania et Macedonia debellatum foret*] *Quum in Hispania et in Macedonia* Lov. 3. Solent *quum* et *quoniam* a scribis confundi. Vide ad IV. 29. § 6. et VII. 36. § 3. *Quoniam Hispania et Macedonia* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed præpositio *in* est a vocis præced. litera finali. Vide ad X. 13. § 3. Mox § seq. *alterique Macedoniam decernendam esse* Gaertn. *alteri Macedoniam decernendam esse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et ambo Mead. Tum *Europam trangressum* Gaertn. *in Europa* Harl. Præterea § 5. *Quid deinde futurum esse* cod. Mog. Sed τὸ *esse* deest in omnibus nostris.

§ 5 *Ætoli haud dubie hostes vocarent ad bellum*] Vellm *haud dubii*. J. F. Gron. *Haud dubio* Voss. Gronovii *haud dubii* non displicet. Certe sæpe Livius ita loquitur. Supra l. 1. c. 35. 'Factie haud dubia regis.' cap. 42. 'Haud dubius rex, seu Patrum, seu plebis animos periclitaretur.' cap. 46. 'Usu haud dubium regnum possederat.' IV. 8. 'Sequitur annus haud dubiis consulibus.' V. 14. 'Haud dubia ira Deum.' c. 47. 'Reum haud dubium ejus noxæ de saxo dejecit.' VI. 36. 'Earum successorem se haud dubium ferebat.' VII. 36. 'Sua corpora haud dubio periculo objeciassent.' XXXVI. 21. 'Senatus populusque Romanus haud dubie auctore sciret.' XXXVII.

Digitized by Google

49. 'Bellum cum haud dubiis hostibus gerendum.' XXXVIII. 17. 'Majoribus nostris cum haud dubiis Gallis res erat.' XXXIX. 25. 'Athamanes haud dubii accusatores consedissent.' c. 39. 'Ut haud dubius prætor esset.' XLII. 16. 'Tamquam jam haud dubius regni hæres.' Epit. l. XLVIII. 'Haud dubium bellum.' Vide etiam ad XXIV. 36. § 6. XXIX. 31. § 5. et XXXIV. 62. § 10. Forte eadem locutio restituenda XL. 54. *Haud dubius et sua et aliorum opinione rex:* ubi etiam vulgo *haud dubie* editur. Similiter *aperti hostes*, pro *aperte*, scribendum conjecl XXI. 34. § 4. Præterea *hostes erant vocarent* Lov. 1. *hostes eos vocarent* Lov. 6.

§ 6 *Prætores sortiti sunt. Cn. Domitio*] *Et prætores sortiti*, omisso *cꝰ sunt*, Voss. Prænomen Domitii deest in Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Consuli Domitio* legunt Voss. Lov. 1. et 6. a m. pr. Vide ad VII. 16. § 3. *Caio*, vel *C. Domitio* Lov. 6. a m. sec. et Lov. 2. 5. ac priscæ edd. Vide ad VII. 3. § 3. Mox *peregrina venit*, pro *evenit*, Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Sed vide ad IX. 12. § 1.

§ 7 *Duobus Cn. Corneliis, Blasioni Sicilia*] Comparet in Pal. altero *sorte duobus Cornelliis Blasio Sicilia*. Gebh. *Sorte duobus Cꝛneliis* Lov. 4. et Mead. 2. *sunt duobus Cornelliis* Voss. *fuit duobus Corneliis* Lov. 1. et Gaertn. *duobus Corneliis* Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. et Mead. 1. Deinde *Blaxio* Voss. et Lov. 2. ac 6. *Blexio* Lov. 3. *Blasio* Lovel. 1. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Blassio* Lov. 5. et edd. antiqq.

§ 9 *Et duas urbanas eo legiones scribere: ut, dimissis, quos senatus censuisset*] Uterque Pall. *et duas urbanas scribere eo legiones, ut dimissis, quos senatus voluisset, exercitibus.* Gebhard. Potius *eos.* J. F. Gron. *Urbanas eo scribere legiones* Lov. 3. *urbanas scribere eo legiones* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. *urbanas scribere eo anno legiones* Harl. *urbanas scribere eos legiones* Mead. 2. *eos* Gronovium emendantem probat Crevier. quia urbanæ legiones, ut nomen indicio est, ad custodiam urbis destinabantur, et, quæ a consulibus hujus anni scriptæ sunt, Romæ mansisse patet ex cap. 56. Quum igitur *eos* in uno cod. invenerim, ita etiam edi curavi. Denique ultima vox deest in Voss. *voluisset* legunt Lovel. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. ambo Mead. Gaertn. Hearnii L. 1. et typis descripti usque ad Aldum, qui *censuisset* ex cod. Mog. recepit.

CAP. XLIV. § 1 *M. Porcio et L. Valerio consulibus*] *Martio Porcio* Voss. *Catone Porcio* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *M. Porcio Catone* Lov. 6. Deinde *L. Cornelio consulibus* Harl. *M. Valerio* primæ edd. pro quo Moguntini ex cod. suo *L. Valerio:* quod superest in reliquis nostris, nisi quod *Lelio Valerio* sit in Gaertn. sollemni lapsu. Vide ad XXIX. 7. § 2. Paullo ante *erat factum priore anno* Lov. 1.

§ 2 *Id quum P. Licinius pontifex non esse recte factum collegio primum, deinde*] Voculam *quum* ignorant Lov. 1. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. quorum tamen Lovel. 3. *cum collegio*, Lovel. 6. *cum deinde* præferunt: *id quum post Licinius pontifex* legit Voss. *id quum P. Licinius pontifex maximus* Harl. Verum est, hic indicari P. Licinium Crassum pontificem maximum, quem id sacerdotium obtinuisse Livius refert XXV. 5. obiisse autem XXXIX. 46. Nihilominus tamen reliquorum codicum, vocem *maximus* omittentium, consensus efficit, ut eam non ab ipsius Livii, sed ab interpretis manu esse censeam. Pontifex maximus autem simplici Pontificis nomine a Livio non tantum prioribus historiarum libris adpellatur, ut docuit Jac. Gronov. ad I. 32. § 2. sed et ipse hic Licinius XXVIII. 11. 'Cæsaque flagro est Vestalis jussu P. Licinii pontifi-

Digitized by Google

cis.' Deinde *factum recte non esse* Lov. 1. *non esse factum recte* Lov. 3. *non esset recte factum* Harl. Sed Pighius in Annal. ad a. IDLIX. p. 267. legendum conjicit *non esse rite factum*. Verum quum libri omnes τὸ *recte* constanter servent, causam non video, ob quam ipsi controversia movenda sit. Vide ad XXVII. 25. § 8. Mox *nunciasset* Lov. 1. Male. Vide ad X. 40. § 9.

De integro faciendum arbitratu pontificum censuerunt] Pal. alter *faciendum auctoritate pontificum*. Gebhard. Pariter legit Mead. 2. Sed vox illa ex præcedentibus hic perperam repetita est. Infra XXXVIII. 11. 'Obsides quadraginta arbitratu consulis Romani dato.'

Ludosque magnos, qui una voti essent] Cur 'ludos magnos' una cum 'vere sacro' votos esse Livius dicit? cum hoc viginti unum ante annos votum, quam solutum, in superioris anni historia XXXIII. 44. clare scripserit. Ludos vere magnos quinquennio tantum ante votos esse a P. Sulpicio Galba consule, hic paullo post tradit, et simul cum vere sacro redintegrando solutos hoc anno. Et recte quidem. Voverat enim eos senatus ac populi jussu P. Galba consul, inchoante Philippico bello, ut, peracto quinquennio, si respublica in eodem statu permansisset, solverentur: quod anno hoc, post votum factum sexto, contigisse nunc refert. Verba igitur hæc Livii, transpositis tantum duobus vocabulis, correctiora fient, veritatique magis consentient, si ita legantur; *ludosque magnos una, qui voti essent*. Tum enim primum debebantur, cum hoc anno ver sacrum restaurandum esset. Censuerunt itaque Patres, una faciendos atque solvendos esse tanta pecunia, quanta assoleret, quinquennio post votum peracto. Qui autem jam olim initio belli Punici secundi simul cum vere sacro voti erant, peracto quinquennio, in quod concepti erant, solutos fuisse, ex ejus belli historia constat. *Pighius* in Annal. ad a. IDLIX. p. 267. Pighii emendatione carere possumus. Vide ad XXXIII. 44. *Duk. Ludos quoque magnos* Lov. 3. Vide ad v. 27. § 1. Tum *una voci essent* Voss. *una non essent* Gaertn. Sed Pighii transpositioni nulli codd. favent: quare ei, qui Livii verba, ut vulgo eduntur, servari posse docebit, non adversabor. Liceat tamen in medium adtulisse, quod mihi in mentem venerit, nempe legendum videri *ludosque magnos, qui quinquennio ante voti essent*. Per compendium scriptum fuerat *Vnio an.* vel *Vnio a;* unde factum puto *una*. *Ante* autem interdum unica litera *a* notari, patet ex sollemni formula *a. d.* sive *ante diem*. Ceterum per *ludos magnos quinquennio ante votos* illos intelligo, quos P. Sulpicius Galba consul a. IDLIII. vovit, ut Livius refert XXXI. 9. Quum autem nunc agatur annus IDLIX. in computando hoc quinquennio non connumerandi anni, vel quo voti, vel quo facti ludi sunt. Id vero interdum Livium fecisse, videbimus ad XLII. 10. § 5.

Tanta pecunia, quanta assoleret] Ms. *tanta pecunia, quanta soleret*. Modius. Pal. alter *quanta assolet*. Gebh. Similiter Mead. 2. *quanta adsolēt* Lov. 3. *quanta absolvetur* Voss. Nihil muto. Verbo 'adsolet' utitur etiam Liv. I. 28. 'Paratis omnibus, ut adsolet, vocari ad concionem utrumque exercitum jubet.' XL. 54. 'Quum multa adsoleat veritas præbere vestigia sui.' In cod. Mog. prima syllaba τοῦ *assoleret* partim a litera præcedenti, partim a sequenti erat intercepta. Vide ad XL. 57. § 8.

§ 3 *Inter Kalendas Martias et Idus Maias*] Vetus lectio *et pridie Calendas Maias*, ut sint duo integri menses. *Gelen.* Pall. uterque, et antiq. ed. *inter Kalendas Martias et Idus Maias*. Gebh. Vide Dodwell. de Cyclis X.

Digitized by Google

10. et Append. Præiect. Camd. pag. 758. *Duk. Et idus Maias* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *inter Kalendas Martias et Maias* Voss. et Lov. 1. Neque aliter Hearnii L. 1. nisi quod *Madias* legat: *et pridie Kalendas Maias* cod. Mog.

P. Cornelio Scipione et Ti. Sempronio Longo consulibus] Prioris consulis prænomen deest in Lov. 6. ejus cognomen in Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quod primus Aldus addidit. *P. Scipione Cornelio* legunt Lov. 2. 4. et Mead. 1. Deinde *et T. Sempronio* Lov. 5. *et T'. Sempronio* Lov. 4. *et Tito Sempronio* Lov. 1. 2. 6. et Gaertn. *et Q. Sempronio* Hearnii L. 1. Tum cognomen *Longo* omittitur in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. Ultima etiam vox *consulibus* non adparet in Lovel. 1. et Hearnii L. 1.

§ 4 *Principem senatus P. Scipionem consulem, quem et priores censores legerant, legerunt*] Pall. uterque *principem senatorem*. Antiq. ed. *principem senatorum*. Gebhard. *Principem senatorem* cod. Mog. Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. *principem senatorum* Lov. 2. 3. 5. 6. et Harl. cum edd. usque ad Ascensium, qui a. 1513. ut et antea Mediol. ed. 1505. *principem senatus* dederunt, quod superest in reliquis codd. et in margine Mead. 1. Paullo ante *sunt habita* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *Sext. Ælius Petrus* Voss. *Sex. Pectus et C. Cethegus* Lovel. 3. *Sex. S. Pecthus et C. Cethegus* Hearnii L. 1.

Tres omnino senatores, neminem curuli honore usum] *Tris* legunt Lovel. sex, et Gaertn. itaque se reposuisse hoc loco, monuit Gebhard. ad XXIII. 16. § 8. ubi vide. Deinde *civili honore* Voss.

§ 5 *Ludis Romanis, ædilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria*] Idem Pædianus in Orat. pro Cornel. pag. 132. cum ait, 'Id autem eos fecisse jussu censorum Sex. Ælii Pæti, C. Cornelii Cethegi.' *Sigon.* Sic rursus cap. 54. in quo Valerium Antiatem, quod ex Ascon. in primam Cornelianam Ciceronis intelligitur, secutus est. Cicero de Arusp. Resp. c. 12. et Valer. Max. II. 4. 3. 'Megalensibus,' quos primos ab iisdem ædilibus curulibus factos auctor est Liv. c. 54. Hunc dissensum veterum observarunt Manutius ad Cicer. l. d. et Pighius in Annal. ad a. IDLIX. Ceterum hoc tantum ad theatrum et ludos scenicos pertinuit: nam in circo Claudium imperatorem demum propria loca senatoribus, promiscue spectare solitis, constituisse, tradit Sueton. Claud. c. 21. Vide Lipsium ad Taciti Ann. XV. 32. *Duk. Imperarunt* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *a populo Romano* male Harl.

Nam antea in promiscuo spectabant] Pal. 1. *spectarent*. Alter vero cum antiq. ed. *spectarant*. Gebh. *Spectarent* Gaertn. *spectarunt* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et primæ edd. pro quo Aldus ex cod. Mog. *spectabant* adscivit. Insuper *antea promiscue*, omissa præpositione, Voss. Male. Infra XXXIX. 13. 'Ex quo in promiscuo sacra sint:' ubi alia vide.

Ademti equi, nec in ullum ordinem servitum] *Ademte qui nec in ullum* Lov. 1. *ademte qui nec ullum* Mead. 1. et Gaertn. *ademto qui nec ullum* Lov. 3. *ademta quibus non esset in ullum ordinem sejunctum* Lovel. 2. et 6. *nec in illum ordinem* cod. Mog. scribæ errore. Vide ad XXV. 11. § 3.

§ 6 *Ver sacrum ludique votivi, quos voverat Ser. Sulpicius Galba*] Ms. *ludique Romani votivi, quos v. S.* nescio quam recte. *Modius.* Hoc non de censoribus, ut præcedentia, sed de consulibus accipiendum est; nam ab his ludos votivos factos scribunt Livius XXIX. 22. et Ascon. l. d. et con-

Digitized by Google

mules ver sacrum fecisse Liv. XXXIII. 44. ubi de hoc loco actum est. *Duk.* Cod. Mog. lectionem, a Modio indicatam, non sequor. Vocem enim *Romani* ex § præc. hic male repetitam arbitror. Diversi autem sunt 'ludi Romani' et 'ludi votivi,' illi ordinarii atque annui, hi extraordinarii. Deinde *Sergius Sulpicius* Lov. 6. *Sextus Sulpicius* Gaertn. Sed, *P. Sulpicius* legendum esse, recte monuerunt Pighius in Ann. ad a. IDLIII. p. 242. Peris. in Animad. Hist. VIII. p. 348. et post eos Crevier. ad h. loc. Vide ad XXXI. 4. § 4.

Q. *Pleminius, qui propter multa in Deos hominesque scelera, &c.*] Hunc Pleminium XXIX. 22. ante judicii diem in vinculis mortuum tradidit Livius: at Licinium hæc scribere; quæ tamen hic Livius, tamquam oblitus eorum, quæ antea dixerat, absque authore nunc prodit. *Glar.* Ejus rei caussa Livium etiam inconstantiæ vel oscitantiæ accussavit Perizon. in Animadv. Hist. VIII. 348. De hoc Pleminio Diod. Sic. in Excerpt. Peir. p. 286. κατὰ φυλακὴν τελευτῆσαι dicit, quod sine dubio de morbo accipiendum est. Val. Max. I. 1. 21. 'teterrimo genere morbi consumtus est,' de eodem. Vorstius ibi non improbat scripturam quorumdam codd. qui pro *morbi* habent *mortis;* id enim convenire narrationi Livii hoc loco, et verbo *necatus est.* Et sane teterrimum genus mortis eorum, qui in Tuliano manu carnificis laqueo gula fracta, ut solebat, supplicio afficiuntur. Sed vix credo, *consumtus est* de iis dici, de quibus in carcere supplicium sumitur. Perizon. l. laud. dicit, Valerium Max. communem auctorum opinonem manifeste sequi. Potuit esse communis opinio, eum in carcere morbo mortuum; sed *teterrimo genere* morbi mortuum, quod addit Valerius, unde probabit communem opinionem fuisse? *Duk.* Prænomen Q. perperam exsulat ab Hearnii L. 1. Paullo ante *occupati tenerentur animi eorum essent* Gaertn. *occupati animi omnium essent* Lov. 1. 3. 6. et Voss. sollemni scribarum lapsu. Vide ad III. 54. § 6.

§ 7 *Qui pluribus simul locis urbis nocte incendia facerent*] *Simul pluribus locis* Lov. 3. *plurimis locis simul* Harl. *plurimis simul locis* Voss. Lov. 1. 2. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Τὸ nocte* deest in Lov. 6.

§ 8 *Ea res indicio consciorum*] Ms. *indicio sociorum:* ne hoc quidem bene, quæ est mei animi sententia. *Modius.* Pal. alter *indicio consociorum.* Gebh. Pro *consciorum*, unica litera adjecta, primo datum est *consociorum*, quæ lectio apud me exstat in Voss. Lov. 2. et Harl. Postea pro voce hac barbara alii dederunt *sociorum*, ut præter cod. Mog. præferunt Voss. in margine, et Lov. 6. Reliqui servant *consciorum*, quod cum Modio præferendum puto. Mox perperam *delatumque* Harl.

Pleminius in inferiorem demissus carcerem est] Sallust. Catil. c. 55. 'In eum locum postquam demissus Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere.' Barberin. et Petav. *ad inferiorem.* J. F. Gron. *Pleminius inferiorem*, omissa præpositione, Voss. et Lov. 1. sed eam elisit vocis seq. syllaba initialis. Vide ad c. 28. § 8. Et forte ex eodem fonte profluxit *ad inferiorem;* quod, in nullo meorum obvium, in quibusdam codd. se invenisse Gronov. monuit. Eorum enim librarii incidisse videntur in codicem, a quo præpositio similiter exsulabat. Quum tamen sensum eam requirere viderent, non consulto integriore libro *ad inferiorem* emendarunt. An tamen potius *ad inferiorem* dederunt, quod syllabæ ejusdem repetitio *in inferiorem* displiceret? Verum ab ea nulli scriptores abhorruerunt. Insuper *dimissus* perperam Voss. et Lovel. 6. Vide ad cap. 50. § 2. Mox *nec ad usque*, pro *necatusque*, Lov. 1. 3. 4.

Digitized by Google

Mead. 1. et Gaertn.

CAP. XLV. § 1 *Puteolos, Vulturnum, Liternum*] Alii apud Vell. l. I. c. 15. tradiderunt, Puteolos, Salernum, et Buxentum sub a. IↃLXXVI. colonos missos fuisse; quod Livius, utique verius, quod ad Puteolos attinet, in a. IↃLIX. confert. De Puteolis Pighius in Hercule Prodic. p. 489. ed. Plant. 1587. et in Annal. ad a. IↃↃXLVIII. post Panvinium et Sigonium in Fastis, profert particulam Inscriptionis tabulæ marmoreæ, in qua annus, quo P. Rutilius et Cn. Mallius consules fuerunt, nonagesimus ab ea colonia deducta numeratur. Unde, quia Fasti Capitolini, ut ait, hos a. IↃↃXLIX. consules fuisse demonstrant, liquido constare dicit, primum annum illius deductæ esse a. IↃLVIII. non IↃLIX. Verum hoc inde nihil minus, quam liquido constat. Nam tantum abest, ut Fasti Capitolini, quos Gruterus edidit, Rutilium et Mallium a. IↃↃXLIX. consules fuisse demonstrent, ut ne nomina quidem eorum in lacuna, quæ in iis inter a. IↃXCIX. et IↃↃXVII. est, compareant. Ac neque ipse Pighius in Annal. consulatum eorum in anno IↃↃXLIX. sed IↃↃXLVIII. confert, ut ante illum Sigonius. Præterea quum in Annalibus inter Scipionis et Sempronii, atque inter Rutilii et Mallii consulatum LXXXVIII. paria consulum numeret, quem numerum etiam Fasti Idatiani et Norisiani habent, apertum est, aliqua parte illius anni, quo Rutilius et Mallius consules fuerunt, numerari potuisse annum nonagesimum a colonia illa deducta. Nam si v. g. ponamus, deductam esse post sextum mensem initi a Scipione et Sempronio consulatus a. IↃLIX. nonus et octogesimus annus exibit post sextum mensem consulatus Rutilii et Mallii a. IↃↃXLVIII. eodemque anno inchoabitur nonagesimus ab ea deducta. De fortuna Puteolanorum Pighius in Herc. Prod. porro scribit, eos in potestatem Romanorum venisse, capta Capua; cui quum jus magistratuum ac libertas omnis ademta, et præfectus, qui ibi jus diceret, impositus fuisset, oppida plura Campaniæ, quod Annibalem armis defendissent, eamdem fortunam, teste Livio, subiisse, ideoque Puteolos a Festo inter decem Campaniæ præfecturas nominari. Sed nihil eorum, quæ de Puteolanis dicit, ex Livio ostendi potest, qui Romanos Puteolis jam ante Capuam captam præsidium habuisse l. XXIV. capp. 7. 13. et XXV. 22. scribit. Nec ex eo, quod Puteoli præfectura fuit, sequitur, Puteolanos in eadem causa, in qua ceteros Campanos, qui a Romanis desciverant, fuisse, et ob id eamdem fortunam subiisse, ut pœnæ loco libertate spoliati in præfecturæ formam redacti fuerint. *Duk. Puteole* Lov. 5. et ed. Camp. *Puteoli* Harl. et edd. reliquæ usque ad Mediolanensem 1505. quæ *Puteolos* substituit, concinentibus aliis omnibus Mss. Vide ad XXXIX. 44. § 10. Tum *Volturnum* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. ambo. Hæc autem et multa seqq. verba usque ad *deduxere* desunt in Hearnii N. neglegentia librarii, cujus errori repetitio vocum *deductæ sunt* caussa exstitit. Aliud ejusdem mendæ exemplum est infra § 4. Plura vide ad IX. 11. § 11.

Treceni homines in singulas] *Homines*, intellige patres familias. Vide ad XXXII. 29. § 4. Ex illis autem, quæ ibi dicta sunt, insuper patet lapsos esse scribas Lov. 3. 5. et 6. qui *triceni* legunt: *trecenti* habet cod. Mog. Alterutra, vel hæc, vel vulgata, lectio commode admitti potest. Sufficit enim *trecenti*, quia additur *in singulas*. Licet autem numero distributivo utatur, solet tamen Livius interdum has easdem voces addere. Vide ad XXXIX. 38. § 11. Præfero tamen vulgatum, quia verisimilius videtur, librarios numerum distributivum in cardinalem, quam contra, mutasse. Vide ad XXXII. 28. § 11.

Digitized by Google

§ 2 *Salernum Buxentumque coloniæ civium Romanorum deductæ sunt*] *Buxennumque* Lov. 1. *Buxeniumque* Lov. 3. *Buxenumque* Lov. 4. et Mead. 2. *Buxennum* Mead. 1. *Buxetum* in margine. *Busenum* Gaertn. *Busentum* Harl. *Busoniumque* Voss. *Buseniumque* Hearnii L. 1. *Busseniumque* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo *Buxentumque* recte emendatur in ed. Mog. Præterea *coloniæ in deductæ* Lov. 1. *coloniæ inde deductæ* Lov. 6. *coloniæ civium Romanæ deductæ* Lov. 3. *coloniæ civium deductæ* Harl. *coloniæ civium reductæ* Lov. 2. *coloniæ R. deductæ* Voss. *coloniæ Romanæ deductæ* Lov. 5. et edd. antiqq. Sed recte Frob. 1535. *coloniæ civium Romanorum deductæ* vulgari curavit. Aliæ enim erant coloniæ civium Romanorum, aliæ coloniæ Latinæ, de quibus earumque differentia videndus est Sigon. de Antiq. Jnr. Ital. II. 3.

Deduxere triumviri, T. Sempronius Longus, qui tum consul erat] Dubium, an hi in Campaniæ tantum oppida, Puteolos, Vulturnum, ac Linternum, an etiam Salernum, Buxentumque, illud in Picentinis, hoc in Lucanis oppidum, colonos duxerint: neque enim verisimile est, his posterioribus agrum Campanum divisum cum prioribus esse. Certe alteris deesse sui videntur deductores, atque ideo aliquot verbis defectum esse. Cæterum *M. Helvius* hic rursus legitur, de quo sæpe in prioribus. Omissi et post triumviri Tempsæ. Quidam ad *L. Cornelium Merulam* adjecere *C. Salonium*, sed nihilominus tertius abest: quæ omnia sanare nobis absque vetusto aliquo exemplari non videbatur possibile, quamquam res est haud magni momenti. *Glar.* Certum est, quinque has colonias ab iisdem triumviris deductas esse; quos earum deducendarum caussa triennio ante creatos fuisse scripserat Livius XXXII. 29. Nec dicitur colonis his divisus fuisse ager Campanus, quem in Lucaniam usque pertinuisse non admodum probabile est; sed ager, 'qui Campanorum fuerat.' Campani autem agros in Picentinis et Lucanis finitimis habere potuerunt. Ita puto eximi posse scrupulum, quem Glareanus injicit. *Duk.* Quinque harum coloniarum deductioni iidem triumviris jam præpositi sunt in initio a. IDLVI. 'qui per triennium magistratum haberent,' l. XXXII. c. 29. Id autem temporis spatium quum in initio hujus anni IDLIX. elapsum esset, neque tamen id, ob quod creati erant, perfectum foret, nunc iis magistratus prorogatus esse videtur; quæ forte ratio est, cur nunc iterum ejusdem rei mentio fiat. Præterea scrupulo Glareani de agro Campano alia ratione Crevier. obcurrere conatur vocum *Ager divisus est, qui Campanorum fuerat*, trajectione hoc modo; *Liternum; treceni homines in singulas. Ager divisus est, qui Campanorum fuerat. Item Salernum.* Sed Dukero adhæreo. Insuper *desere*, pro *deduxere*, Voss. in contextu, altero in marginem rejecto: *deseret* Lovel. 1. Tum *Sempronius Longus Quintius consul erat* Voss. *Sempronius consul erat* Lov. 1. *Sempronius Quintius consul erat* Lov. 3. Mox *cum hermus*, pro *Thermus*, Voss. *Cerinus* Harl. *Tricinus* Hearnii L. 1. *Therinus* Lov. 3. 5. et edd. ante Mediol. 1505. quæ recte *Thermus* dedit. Id autem Minuciorum cognomen esse, docuit Torrent. ad Suet. Cæs. c. 2.

§ 3 *D. Junius Brutus, M. Bebius Pamphilus, M. Helvius*] *Babius Tamphilus*, ut supra. *Sigonius. Cl. Junius* Voss. Originem mendæ vide ad X. 24. § 2. *C. Junius* Gaertn. *L. Junius* Lov. 6. Hinc *ind'* pro Bæbii prænomine *M.* idem codex. Vide ad IV. 52. § 4. Tum *Thanfilus* Voss. *Tamphius* Lov. 1. et 6. Sed *Tamphilus* legendum esse, vidimus ad IV. 49. § 12. Cognomen perperam omittitur in Hearnii L. 1. Præterea *M. Elvius* Voss. Lov. 2. et Gaertn. *M. Elinius* Lov. 6. *M.*

Digitized by Google

Helius Lov. 1. et 3. De hoc *M. Helvio* se supius dixisse, notavit Glarean. ad § præc. Vide ad XXXIII. 21. § 7. et XXXIV. 10. § 1. quibus locis *M. Ælium* vocandum censuit. Sed vide quæ ibidem notantur. Paullo ante *Sispontium* Voss. a m. pr. et Lov. 1. Deinde *Arpanorum* itidem codd. cum Lov. 4. 6. et Mead. 2. *Arpariorum* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *Aprinorum* Harl.

§ 4 *Tempsam item et Crotonem civium Romanorum coloniæ deductæ*] *Compsam* Lov. 3. 6. Harl. et Mead. 1. *Compersam* Gaertn. mox vero *Compsanus ager* Lov. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Tempsam, item Crotonem*, omisso τῷ *et*, Lov. 1. *Crotonam* Lov. 3. Vide ad I. 18. § 2. *Cortonem* Voss. qui post hanc vocem, paullo post iterum repetitam, omnia media usque ad voces 'Græci habebant' omisit, ex eodem erroris fonte, quem ad § 1. indicavi. Insuper *coloniæ civium Romanorum deductæ* Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *coloniæ civium deductæ* Harl. *coloniæ civium reductæ* Lov. 2. Mox *de Bruttiis erat captus* Lov. 1. 3. et 6. Tum *Græci habuerunt*, pro *habebant*, cod. Mog.

§ 5 *Triumviri Cn. Octavius, L. Æmilius Paullus, C. Pletorius Crotonem*] *Tertioviri* Lov. 1. et 4. *Tresviri* Mead. 1. et Gaertn. Hinc *T. Octavius* Lov. 3. *G.* vel *C. Octavius* quædam ex edd. antiquis. Male. Indicari enim videtur is Cn. Octavius, cujus libb. XXVIII. XXIX. et XXX. multiplex mentio facta est, et qui adhuc memoratur XXXV. 23. *Titi* autem cognomen in gente Octavia usurpatum non reperitur, in qua contra *Cnæi* prænomen frequens fuit, quod passim abiit in *C.* Vide ad VII. 3. § 3. Deinde *C. Letorius* Lov. 2. et Mead. ambo. *C. Lectorius* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. 1535. in qua repositum est *C. Pletorius*, quod recentiores omnes servarunt, nisi quod Sigonius *C. Plætorius* vulgarit: cui cur eum secuti obedire noluerint, nescio; quum tamen ea vera sit hujus nominis orthographia; quod ex variis numnis constat, in quibus M. PLAETORIVS. CESTIANVS, et L. PLAETORIVS. CESTIANVS memorantur. Plures etiam PLAETORII in marmoribus literatis obcurrunt. Vide Indic. corporis Gruteriani, et Fabrett. in Inscript. pagg. 454. et 709. Ceterum, unam eamdemque gentem esse 'Plætorium' et 'Lætoriam,' et ab allis hoc, ab aliis illo nomine adpellatam fuisse, existimat Ursin. ad Numm. Familiar. in gente 'Plætoria,' his argumentis; quod qui a Livio II. 27. 'M. Lætorius' dicitur, a Valer. Max. IX. 3. 6. vocetur 'M. Plætorius.' Tum quod M. Plætorius Rustianus, qui Scipionem in Hispaniam secutus est, in Mss. Hirtii de B. Afric. c. 96. modo *Plætorius*, modo *Lætorius* nominetur. Denique quod leges ab hac familia latæ modo *Plætoriæ*, modo *Lætoriæ* dicantur. Sed male. Fuerunt enim gentes diversæ 'Lætoria' et 'Plætoria,' quorum illa hac antiquior fuisse dicitur. Vide ad II. 27. § 6. Et quidem apud Val. Max. ex Livio *M. Lætorio* legendum esse, viri docti monuerunt. Apud Hirtium in omnibus Mss. constanter legitur *Plætorio*; neque ipse Ursin. in notis ad eum, Matos variasse, vel verbo monuit. Denique ex utraque gente orti leges Romæ tulerunt, unde mirum non est, et 'Lætorias,' et 'Plætorias leges' memorari. Sæpe tamen utramque gentem a librariis, addita vel detracta littera, commutatam fuisse, vel hic locus indicio est. Voces *C. Plætorius Crotonem; Tempsam L.* perperam omittuntur in Harl.

Tempsam L. Cornelius Merula deduxerunt] Archetypa *L. Cornelius Merula et C. Salonius*. Nihilominus tertius collega intercidit. *Gelen.* Desideratur nomen tertii triumviri. *Sigonius.* Voces *et C. Salonius*, quas Frob. a. 1535. ex mente Gelenii recepit, in

Digitized by Google

omnibus meis codd. desiderantur.

§ 6 *Et terra aliquoties pluit*] *Terram* Lov. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad III. 10. § 6. Tum *pluvit* Mead. 1. Lov. 5. et multæ edd. antiquæ. Vide ad I. 31. § 1. et mox ad § 8. Paullo ante *alia renunciata* Gaertn. sed sufficit *nunciata*, quod reliqui tuentur, et in hac re verbum sollemne est. Vide XXI. 62. XXII. 1. XXVI. 23. XXVII. 37. XXIX. 14. XXX. 38. et sæpius.

§ 7 *Nunciatum est, Interamnæ lac fluxisse*] Pal. 1. *Narteam in lac fluxisse*. Alter *in area Arimini lac fluxisse*. Gebh. *Maceani lac fluxisse* Harl. *Marceam in lac fluxisse* Lov. 1. *Narneam lac fluxisse* Lov. 2. et 6. *Narecam lac fluxisse* Voss. *Narteam in lac fluxisse* Thuan. unde Gronov. in Diss. Epist. ad loca Geogr. Livii ep. IV. p. 36. optime scribendum vidit *Nare amni lac fluxisse*. Et eo ducunt reliquorum codd. vestigia. *Narneam in hac fluxisse* Hearnii L. 1. *Narie ãni lac fluxisse* Gaertn. *Nãte amni lac fluxisse* Lov. 3. in contextu. *Varra amni* inter versus. *Narre amni lac fluxisse* Mead. 1. *Narte amni lac fluxisse* Lov. 4. et Mead. 2. Quum igitur vulgata editionum lectio in unico tantum Lov. 5. apud me supersit, Gronovii certissimam conjecturam in contextum admittere non dubitavi. Ante Aldum edebatur *fluxisse lac;* is autem ordinem invertit ex cod. Mog. omnibus nostris adstipulantibus præter solum iterum Lov. 5.

Pueros ingenuos Arimini sine oculis ac naso; et in Piceno agro] *Pueros inde geminos* Gaertn. quæ lectio forte habebit, quibus placitura est: præsertim qui existimabunt, vocem *ingenuos* rectius omitti potuisse, quum æque prodigium fuisset, licet non ingenuus exstitisset. Verum reliqui nihil mutant: unde vulgatum servandum puto. Sæpe enim distinguitur in hujusmodi prodigiis, utrum acciderint circa ingenuos, an ancilla natos. Supra XXI. 62. 'Ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse.' Jul. Obseq. de Prodig. c. 100. 'Gemini ex muliere ingenua nati: puella integris omnibus membris; puer a parte priore alvo aperto.' c. 104. 'Puer ingenuus Aricinæ flamma comprehensus, nec ambustus.' Contra prodigia circa 'pueros ex ancilla natos' memorantur ibid. capp. 84. 112. et 113. Similiter inter prodigia refertur, 'duos liberos homines exanimatos' XXXVII. 3. Tum *sine oculis et sine naso* Lov. 1. Vide ad VI. 28. § 6. Mox *non pedes, non manus habentem* Lovel. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *non pedem, non manus habentem* Harl. Tà *non pedes* desunt in Lov. 1.

§ 8 *Procurata, et sacrificium novemdiale factum; quod Adriani nunciaverunt*] Ex vulgata distinctione sequi videtur, non tantum modo memorata prodigia procurata, sed et sacrificium novemdiale factum esse ex decreto pontificum; quum tamen ad novemdiale sacrum suscipiendum pontificum decretum non requisitum fuerit, ut vidimus ad XXVII. 37. § 4. Mutata igitur interpunctione lego, *ea prodigia ex pontificum decreto procurata. Et sacrificium novemdiale factum, quod, &c.* Scripsi etiam *Hadriani*. Vide ad XXIV. 10. § 10. In antiquissimis omnibus, quas vidi, edd. eodem modo interpunctum, et adspirationem additam vidi. Præterea *nunciarunt* Lov. 5. *nunciaverat* Vossian. *nunciaverunt* Harl. et Gaertn. Tum *pluvisse* Lov. 4. 5. Mead. ambo, et fere omnes priscæ edd. Vide ad § 6.

CAP. XLVI. § 1 *Dorulace duce ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis conlatis depugnavit*] Pal. 1. *Durulate:* alter *Dorulato*. Amplius iidem *transgressi erant, circa Mediolanum signis collatis depugnavit:* quamquam prior *expugnavit*. Gebh. *Derulato* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Durulate* ejusdem

Digitized by Google

Hearnii N. *Drulaco* Lov. 1. *Domulato* Gaertn. Deinde voces *circa Mediolanum*, Palatinis Gebhardi adsentientes, agnoscunt Vossian. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Verum perperam ex verbis superioribus repetita sunt, ubi vicissim desunt in Harl. Sed ibi locum mutant in Lov. 2. qui legit *In Gallia circa Mediolanum L. Valerius, &c.* Insuper vocem *Flaccus*, quam ex cod. suo adsciverunt Moguntini, non tantum ignorant priores edd. sed etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harleian. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Tum *consul ἀντὶ τοῦ proconsul* Lov. 2.

§ 2 *Collega ejus M. Porcius Cato ex Hispania triumphavit: tulit in eo triumpho*] Duas priores voces Aldus primus ex cod. Mog. addidit. Easdem agnoscunt omnes nostri Mss. solo Lov. 5. excepto. Prænomen Catonis *M.* deest in Lov. 3. Tum *ex Hispanis triumphavit: tulit eo triumpho* Harl.

Viginti quinque millia pondo, bigati CXXIII. millia, Oscensis auri DXL. pondo. Militibus CCCC. millia ex præda divisit] Rectius Mss. codd. nempe sic: *bigati CXXIII. millia, Oscensis DXL. auri pondo MCCCC. Militibus ex præda.* Gelen. Totum hunc locum exscripsi, quia tantopere abhorret ab ejus scriptura Longobardicus codex, in quo disertim ita legitur: *tulit in eo tr. arg. inf. viginti quinque millia pondo, bigati centum viginti tria millia, Osc. auri quingenta quadraginta pondo: mil. quadringenta millia ex præda divisit, in sing. ducentos septuagenos æris, triplex equiti.* Modius. Pall. *tulit in eo tr. arg. inf. viginti quinque millia, auri pondo mille quadringentos mil. divisit, in sing. ducenos septuagenos æris, triplex equiti.* Gebh. *Viginti quinque millia auri pondo mille quadringentos militibus* Voss. Lov. 1. 2. 4. et Mead. 2. Reliqui codd. nostri in paucis tantum apicibus ab his dissentiunt: nam *XV. millia* habet Lovel. 6. *et auri pondo* Mead. 1. *pondo auri* Lovel. 3. hinc *mille quadringenta* Gaertn. Lovel. 3. et Harleian. *mille quadrigenta* Mead. 1. *XXV. millia, auri mille pondo, CCCC. millia militibus* Hearnii L. 1. et N. *viginti quinque millia pondo: auri mille pondo: quadringenta millia militibus* Lov. 5. et primæ edd. usque ad Aldum, qui lectionem ad initium notæ Gelenii descriptam recepit; Frobeniana vero 1535. Gelenii emendationem: quam reliqui omnes servarunt, et taciti probarunt, præter Crevier. qui in numero Oscensis argenti vitium esse putat; si enim simpliciter *quingenta quadraginta*, scilicet 'pondo,' sumatur, numerum perexiguum esse; at, si intelligas 'millia pondo,' inmanem. Verum, quemadmodum ad præcedens 'argentum bigatum' subintelligitur vox 'nummus,' ita etiam nunc ad *Oscense*, non *pondo*, vel *millia pondo*, quod posterius tamen etiam Doujatio placuit, sed *millia nummûm* intelligi existimo. Plenum itaque foret, *bigati argenti centum viginti tria millia nummûm, Osc. argenti quingenta quadraginta millia nummûm.* Vide hoc lib. ad c. 10. § 4. Insuper voces *ex præda*, quas ignorant primæ edd. sed demum Aldus addidit, et servat cod. Mog. desunt in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N.

§ 3 *In singulos, ducenos septuagenos æris, triplex equiti*] Videtur excidisse *duplex centurioni*. J. F. Gronov. Pro portione stipendiorum scilicet. Conjectura confirmari potest ex XXXIII. 23. XXXIV. 52. XXXVI. 40. XXXVII. 59. l. XLV. capp. 40. et 43. *Duk.* Vide etiam Dukerum ad X. 46. § 15. Facile hæc verba excidere potuisse, constat ex codd. l. XXXVII. c. 59. § 7. quorum quidam ita legunt *duplex equiti*, pro *duplex centurioni, triplex equiti*. Ceterum *ducentos septuagenos* Lov. 3. et cod. Mog. sed male. Vide ad XXXII. 28. § 11. Mox *in Boiorum agrum primum* Lov. 2. *in Boiorum primum agros* Lovel. 6.

Digitized by Google

quod probabunt, quibus trium vocum in um desinentium concursus displicet. Ab eo tamen Livium non semper religiose sibi cavisse, vidimus ad XXVI. 46. § 6. 'Boiorum agrum' autem, ut 'ager hostium' c. 26. § 9.

§ 4 *Boiorum res tum regulus eorum*] Mss. codd. *Boiorix*, non *Boiorum res*. Gelen. Idem dico de hoc loco, quod dixi de alio cap. præc. § 2. nam quis ita loquitur, 'Boiorum res tum regulus eorum castra posuit?' Quidam *Boiorix*, pro *Boiorum res*, restituerunt. *Glar. Boiorum res*, quod in nullo cod. obvium fuit, primum inveni in Mediol. ed. 1480. hinc in Tarvis. utraque, variis Venetis, aliisque fere sequentibus ante Frob. 1535. quæ Gelenii emendationem dedit. *Boiorum rex* est in ed. Parm. quod habent etiam ex scriptis Lovel. 5. 6. et Harl. insuper, teste Hearnio, ed. Rom. princeps: at *Boiores* Lov. 2. *Boiorex*, vel *Boio rex* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Vide ad Epit. Liv. l. LXVII. Præterea *cum regulis eorum* Harl. et Lov. 6.

Castra locis apertis posuit] Rectius Mss. codd. *locis idoneis*, non *locis apertis*. Gelen. Pall. et antiq. ed. *locis apertis*. Gebh. Hæc satis sunt perplexa. Non enim is solet dici castra locis idoneis posuisse, qui, fidens militi suo, campum æquum planumque deligit castris, commodumque explicandis ordinibus; sed potius, qui impeditis se tenet confragosisque, unde nec invitus expelli, nec hostis facile accedere potest. XXV. 26. 'Trinis castris per idonea dispositis loca,' non ad dimicandum, sed ut obsidere ex iis diu hostem posset. VII. 25. 'Locum idoneum stativis delegit.' Quid tamen, si τὸ *idoneis* defendatur a libris antiquis? Ego vero testor, in membr. Thuan. perspicue haberi *castra locis apertis posuit*. Quo nihil convenientius. I. 33. 'Castris in aperto positis, aliquoties Latinus exercitus cum Romanis signa contulerat.' XXXVI. 17. 'Ne castra quidem in aperto ponere.' *Jac. Gron. Locis idoneis*, quod ex emendatione Gelenii Froben. 1535. recepit, solus firmat cod. Mogunt. Contra *locis aptis*, vel *apertis*, ut ante Froben. edebatur, servant Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. *locis aptis* Lov. 3. neglecta lineola, quæ per caudam τοῦ *p* in quibusdam trajiciebatur: quæ et alibi caussa fuit, cur perperam voces 'apertus' et 'aptus' in Mss. confundantur. Vide ad lib. I. cap. 34. § 8. et lib. XXXI. c. 22. § 8. Incidit etiam suspicio, ex depravatæ hujus lectionis glossemate forte natum esse Moguntini *idoneis*; quod, Crevierium imitatus, partim tot codicum conspirante consensu, partim Gronovii rationibus permotus, ejiciendum, atque alterum *apertis* recipiendum putavi. Supra XXII. 4. 'Ibi castra in aperto locat.' XXIII. 46. 'Coacti sunt egredi portis, et castra ante urbem in aperto communire.' XXXVIII. 3. 'Apertos circa campos ad dimicandum esse.' c. 41. 'Extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit.'

Si hostis fines intrasset] Ms. *si esset hostis*. Modius. *Si hostis intrasset*, una voce perperam omissa, Mead. 2. *si hosti fines intrasset* Gaertn. Sed litera finalis *s* vocis *hostis* elisa est ab initiali *f* vocis sequentis. Vide ad IV. 33. § 11. Ceterum Modius hic perperam notat, cod. Mog. præferre *si esset hostis*. Nam, infra demum § seq. ubi vulgo editur *quanta fiducia esset hosti*, in membranis illis legi *quanta fiducia hostis esset*, earum excerpta opera Moguntinorum typis descripta docent. Nostri ibi nihil mutant, nisi quod *hosti* desit in Lov. 5. Insuper *Consul quantæ copiæ*, omissa vocula *ubi*, idem cod. Lovel. 5. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *Consul ubi copiæ quantæ* Lov. 2. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Præterea *nuncia-*

Digitized by Google

tum ad collegam mittit, pro *nuncium*, male Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 1. § 4.

§ 6 *Cunctatio hostium animos faciebat*] *Hostibus* Lov. 2. 3. 4. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. Sed *cunctatio hostium* est Romanorum, qui erant hostes Gallorum. Paullo ante *eandem Gallis* Lov. 1. *tandem Gallis* Harl.

§ 7 *Steterunt parati ad pugnam*] Ms. *parati ad pugnandum*. Modius. Hanc Msti Mog. lectionem Gronov. 1665. in contextum admisit. Alterum in codd. nostris superest; nisi quod forte Voss. ex quo nihil in excerptis adnotatum vidi, Moguntino concinat. Mox *si qui contra egrederentur* edd. antiqq. pro quo Froben. 1535. id substituit, quod nunc vulgo editur. Cum eo autem faciunt omnes nostri.

Tertio vi subiere ad vallum] *Vi* redundat. *Gelen.* Vetus lectio *tertio vi subiere ad vallum*. Mutavit Gelenius, haud scio, an volente Livio. *J. F. Gron.* Lectionem, quæ Gelenio displicuit, Gronov. recepit, et in pr. ed. notarum, non tantum vindicare, sed et quibusdam exemplis illustrare conatus est; præsertim autem illo ex III. 23. 'Vi numquam eo subiri potuit.' Nihilominus vocem *vi* iterum abesse jussi, quoniam eam in nullo meorum codicum inveni, ut nec in edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. aberat etiam a cod. Victorino Crevierii, cui similiter supervacua videbatur. Si tamen, qui primi vocem addidere, eam in Msto invenerint, lectio inde nata videri posset, quod olim per notam numeralem scriptum fuerit *III subiere*, quod in margine expositum erat *tertio*. Hinc, *III* mutato in *VI*, et utraque lectione juncta, factum est *tertio vi subiere*. Pari errore *castra vi cepisti* mutatum in *castra III.* vel *tria*. Vide ad VII. 40. § 6. Similiter notæ numerales *III.* et *VI.* commutantur. Vide ad X. 1. § 1. Si quid tamen mutandum, legerem *tertio die subiere:* quod tamen necesse non est. Præterea *subire* Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm.

§ 8 *Extemplo arma capere milites jussit: armatos inde paullisper continuit*] *Arma extemplo capere milites jussit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Aldum: *arma extemplo milites capere jussit* Mead. 1. *arma extemplo capere jussit* Lov. 2. 6. et Harl. Tum *paullisper inde* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et typis descripti ante Aldum, qui ordinem ex cod. Mog. mutavit. In sequentibus copulativam *et* resecant Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. quam interceperunt ultimæ literæ præced. vocis *angeret*. Vide ad XXXV. 41. § 7.

§ 9 *Sed in ipso exitu ita conferti obstitere Galli*] Primam voculam non agnoscunt Voss. et Lov. 1. et 6. quorum duo ultimi simul pro *jussæ* præferunt *jussisset;* cui voci illud *sed*, vel, ut etiam scribi solet, *set* inest. Eorum autem postremus insuper verba præcedd. ita exhibet: *Cum duas legiones duabus principalibus portis signa efferre jussisset.* Tum *ira conferti* Voss. sollemni scribarum errore. Vide ad XXIV. 16. § 1. *Ita confecti* Gaertn. Vide ad XXI. 59. § 4. Hinc *stetere Galli* Lov. 5. et primæ edd. pro quo Mediol. 1505. et mox Ascens. 1513. dederunt *obstitere*. Mox § seq. *dextris magis gladiis* Lov. 5. et 6. a m. pr. cum edd. antiqq. usque ad Aldum, qui ex cod. Mog. dedit *gladiisque*, concinentibus reliquis meis.

§ 11 *Aut ipsi in castra penetrarent*] Pall. *aut in castra ipsi penetrarent*. Gebh. Similiter Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *foris efferrent* Lovel. 3. 6. et Harl.

§ 12 *Q. Victorius primi pili centurio, et C. Atinius tribunus militum*] Vet. lib. *Fictorius*. Sigon. Libri omnes *Q. Fictorius*. Gebh. Non aliter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. *Victorius* Mog. ex cod. suo ediderunt, quomodo tamen ante eos pariter ediderant Veneti a. 1498. 'Fictorii' non nisi in inscriptionibus ob-

Digitized by Google

currunt: at 'Victorii' tum ibidem, tum apud scriptores antiquos memorantur. Hinc vox *pili* deest in Vossian. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. Tum *et C. Atinius* Voss. *et T. Atinius* Harl. *et C. Atturius* Lov. 6. *et Cornelius Attinius* Lov. 3. *et C. Attinius* cod. Mog. cum ed. Parm. Sed unico *t* passim hoc nomen *Atinius* scribitur. Vide ad Epit. Liv. l. II. et ad II. 36. § 2. Deinde voces *tribunus militum* Aldus addidit ex cod. Mog. Desunt autem non tantum in prioribus edd. sed et in omnibus scriptis nostris.

Signa adempta signiferis in hostes injecerunt] Libri omnes *in hostes jecerunt*. Gebhard. Ita, præter Lov. 1. et 3. (quorum prior *injecerunt*, posterior *projecerunt* exhibent) omnes scripti nostri, et edd. principes. Aldus deinde ex cod. Mog. dedit *injecerunt*, eaque lectio obtinuit usque ad Gronov. qui in priori ed. nott. monuit, se cum scriptis refecisse *in hostes jecerunt*, laudato etiam loco ex Livii III. 70. Postea quidem in secundis curis hanc emendationem omisit, non tamen sententiam mutavit. Lectionem enim a se mutatam servavit, et eamdem iterum adstruxit ad XLI. 4. § 2. Eam si quis præferendam ducat, per me licet; quum Livius sæpius 'injicere alicui,' quam 'in aliquem,' dicere soleat. Sciat tamen Livium pariter dixisse 'inmittere in hostes.' Vide ad IX. 4. § 10. et eum plerumque verbis cum præpositione *in* compositis eamdem in regimine addere amasse. Vide ad Præfat. § 11. unde nec temere cod. Mog. auctoritatem spernendam puto. Paullo ante τὸ *sæpe* deest in Lov. 2.

§ 13 *Priores secundani se porta ejecere*] *Secundam* Lov. 3. et ed. Rom. a. 1472. *secundariæ* Harl. *secundarii* Lov. 6. et Mead. 2. Male. Supra cap. 15. 'Secundani terga hostium cædunt.' XLI. 3. 'Si castra, metu secundanorum amissa, sua virtute recipiant.' Ita passim 'tertiani,' 'quartani,' 'quintani,' 'quintadecimani' sunt tertiæ, quartæ, quintæ, quintædecimæ legionis vel cohortis milites. Deinde *se porta ejecere* Lov. 1. *se porte jecere* reliqui; quod pro *portæjecere* positum est; nam simplex litera pro diphthongo passim in Mss. exaratur. Id autem dispescendum in *porta ejecere*, ut recte vulgo editur.

CAP. XLVII. § 1 *Quum alius tumultus ab adversa parte castrorum est exortus*] Sic jam apud Curionem reperio: sed Mss. et Andreas *ex adversa parte*. Scribe haud dubie *ex aversa parte castrorum*: ut Moguntiæ editum: immo passim post Tarvis. Illic enim porta quæstoria. Lib. X. c. 32. 'Et ab tergo castrorum porta decumana impetus factus, itaque captum quæstorium.' XXXI. 42. 'Omnes repente relictis stationibus per aversam partem castrorum ad castra Athamanum perfugiunt.' Vell. Paterculus II. 63. de Antonio: 'Per aversa castrorum proruto vallo a militibus est receptus.' Eadem dicit 'aversa castra' Noster XXII. 24. 'Simul et per aversa castra equitatus, cum levi armatura emissus in frumentatores, late cædem fugamque hostium palatorum fecit.' Aversam portam intelligit. Lib. XXIV. c. 17. 'Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per aversam maxime ab hoste portam emittit.' XXVI. 40. 'Per aversam portam emissus, adsumpto comite Epicyde, cum paucis ad mare pervenit.' Etiam Lipsium video dubitasse de Milit. Rom. v. 3. principe loco *aversa*, an *diversa*, mallet. *J. F. Gron. Aversa*, non *adversa*, nec *diversa*, hic legendum esse, evincit locus Tacit. Ann. I. 66. ipsi Lipsio citatus: 'Tanta inde consternatio irrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas,

Digitized by Google

quarum decumana maxime petebatur, aversa hosti, et fugientibus tutior.' *Duk.* Non Curio, sed Vascos. primus *ab adversa parte* edidit; quum Froben. 1535. et Basileenses quadriennio post *ab aversa*, iis priores *ex aversa* vulgassent: quibuscum faciunt Lov. 4. Harl. et Mead. uterque: *ex versa parte* habent Voss. et Lov. 1. *ex adversa* Lov. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. *ex*, ut XXXI. 40, 'Tot bella repente alia ex aliis locis exorta.' Solent autem 'aversus' et 'adversus' sæpe in Mss. confundi. Vide ad II. 31. § 6. Sed recte Gronov. hic *aversa* vindicavit. Ita 'aversa pars urbis' IV. 22. § 4. ubi plura vide. Τὸ *est* exsulat a Voss.

In portam quæstoriam inruperant Galli] Lipsius de Milit. Rom. v. 3. ipse sibi nodum nectit de situ 'quæstorii.' Ostendit ex hoc loco, ex X. 32. et XL. 27. 'quæstorium' non longe a porta decumana, quæ in aversa parte castrorum erat, et a propinquo quæstorio etiam quæstoria vocabatur, abfuisse. Sed quia putat ex Polybio intelligi, 'quæstorium' prætorio vicinum fuisse, situm illius ante Polybii ætatem mutatum, et quæstorium ad latus prætorii translatum credit. Refellit illius sententiam, et quæstorium etiam post Polybii tempora ad portam decumanam fuisse, docet Schelius in notis ad Polybium in extremo. Adde ejusdem formam castrorum Romanorum in fine dissertationum ad Polybium. *Duk. Eruperant* Gaertn. *irrumpunt* Lov. 6. *irruperunt* Lov. 1. 2. 3. et Voss.

§ 2 *Resistentesque pertinacius occiderant L. Postumium quæstorem, cui Tympano fuit cognomen*] *Resistentiusque pertinaciter* Mead. 2. *resistentes pertinacius* Lovel. 3. et Gaertn. Tum Postumii prænomen *L.* deest in Hearnii L. 1. Vox etiam *quæstorem* exsulat a Voss. ejus loco *prætorem* legit Lov. 3. in contextu. Hinc *cui Tyranno fuit cognomen* Voss. et Lov. 1. ac 3. *cui Tyrampno fuit cognomen* Mead. 1. Vide ad XXXIX. 23. § 2. Mox *M. Antonium* Voss. et Lov. 3. in margine, qui *M. Antinum* habet in contextu. *M. Antinium* Hearnii L. 1. *M. Autinium* Lov. 1. *M. Autunium* Lov. 6. *M. Attinium* Lov. 2. et Gaertn. Sed vide ad cap. præc. § 12. Insuper Sempronii prænomen, quod ex cod. suo addiderunt Mog. non comparet in ullo nostrorum codd. nec in Hearnii L. 1. aut ulla priorum edd. Tandem τὸ *socium* neglexit Lov. 6.

§ 4 *Eodem fere tempore et quarta legio, &c. porta erupit*] *Eodem ferme* Lov. 6. Vide ad XXXVII. 38. § 5. *Eodem forte* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Solent hæ voces passim a librariis confundi in membranis. Exempla vide ad X. 45. § 3. XXVII. 4. § 5. XXXVI. 7. § 1. c. 14. § 1. XXXVII. 34. § 1. c. 46. § 1. et alibi. Tum *porte irrupit* Voss. Lov. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *porte irrupuit* Lov. 1. *porte erupit* Lov. 2. Mox *ista simul tria prælia* Lov. 1. 2. 3. et 4. *ista tria simul prælia* Lov. 6. Eædem voculæ etiam commutabantur ad IX. 3. § 12. *Ita tria simul prælia* Harl. Deinde *avertebant animos pugnantium* Lov. 4. et Mead. ambo: *averterat animos pugnantium* Harl. *averterant animos pugnantium* Lov. 2. *animos pugnantium advertebant* Voss. Solent τὰ 'avertere' et 'advertere' innumeris locis confundi. Vide ad VI. 23. § 8. ex quo loco etiam constat, hic nihil mutandum esse.

§ 5 *Labor et æstus mollia et fluida corpora Gallorum*] Ab Audrea usque ad Frobenium *emollida* editum invenio; ut et scripti, nisi quod quidam *molida*. Forte *seminuda et fluida corpora Gallorum*. Vide XXXVIII. 21. *J. F. Gron.* Vix credo 'mollidus' et 'emollidus' auctoritate probatorum auctorum linguæ Latinæ niti: *seminuda* non

Digitized by Google

longissime abest ab *emollida*, si in capite repetatur ultima litera vocis præced. et confirmatur ex Polyb. III. 114. et Liv. XXII. 46. Mihi tamen *mollia* propius videtur accedere ad *mollida*, *emollida*, et, quod in uno Hearniano est, *molia*, atque etiam melius respondere substantivo *labor*, quam *seminuda*. *Mollia corpora* sunt corpora non patientia laboris; *fluida*, non patientia æstus, eoque statim in sudorem euntia: qualia Gallis tribuit Liv. X. 28. 'Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laborum atque æstus fluere.' XXII. 2. 'Cogere agmen, maxime Gallos, si tædio laboris longæque viæ, ut est mollis ad talia gens, dilaberentur aut subsisterent, cohibentem.' Et XXXVII. 17. de iisdem, 'Fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma; mollia corpora, molles, ubi ira consedit, animos sol, pulvis, sitis, ut ferrum non admoveas, prosternunt.' Contraria significatione 'duri homines' et 'dura corpora' dicuntur. *Duk. Molia* Hearnii L. 1. *molida* Voss. *mollida* Lov. 4. *emollida* Lov. 5. *insolita* Lov. 1. Sed recte vulgatum adversus Gronov. vindicat et illustrat Dukerus. Id etiam in Victor. suo invenit Crevierius, et adversus Gronov. tuetur. Deinde *flumida* Voss. *fluvida* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. Campani, Rom. 1472. ac Parm. *mollia corpora Gallorum et fluida* Lov. 3. Paullo ante τὸ *est* non adparet in Harl.

Decedere pugna] Hoc rarius inveniri puto, quam 'excedere pugna,' 'acie,' 'prœlio,' quæ nusquam non leguntur. Vide Liv. II. 19. IV. 28. XXI. 57. Cæs. B. G. III. 4. Curt. IV. 15. Et cum præpositione *ex acie* Liv. II. 19. Cæs. l. d. Item 'cedere ex acie' Liv. II. 47. VII. 24. Etiam 'cedere prœlio' dicit Justin. XVIII. 1. 'Sed Romanos vincentes jam invisitata ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere prœlio coëgit.' Hoc defendi potest iis quæ J. F. Gronovius ad Livii II. 10. § 5. adnotat. Suspicor tamen ibi *ex* a præcedente *mox* interceptum, et *excedere prœlio* legendum esse. *Duker.* Vide num *decedere pugna* illustrari possit ex illis quæ de locutionibus 'decedere jure,' 'officio,' 'fide,' 'præsidio,' 'agro sociorum,' 'provincia,' 'Thracia' dicta sunt ad III. 34. § 10. et IV. 29. § 5. Ita 'decedere finibus' XLII. 25. 'Denunciasse sibi, ut triduo regni sui decederent finibus:' codd. nihil mutant.

§ 6 *Spe potiundi castris hostium, perstitit ad vallum*] Ms. *spe potiundi castris hostium circa vallum morata est.* Modius. Nostri nihil mutant, nisi quod *spe* perperam desit in Lov. 1. *potiendi* legat Voss. *præstitit* Lov. 5. Paullo ante *recepit sese* Lov. 3. cujus librario displicuisse videtur, vel conlectivum *pars* cum plurali construi, vel nunc ei plurale, postea singulare jungi. Verum quum Livius eidem conlectivo semel posito prius singulare, mox plurale addiderit, ut vidimus ad IV. 16. § 8. mirum videri nequit, eidem bis repetito modo plurale, modo singulare jungi. Quin et ipsa hæc varietas stilum Livii optime redolet.

§ 7 *Galli universi ex castris erumpunt*] Ms. *Galli diversi ex castris erumpunt:* ut pluribus castrorum portis eruperint et regionum diversarum. *Modius. Galli universi* omnes nostri, nisi quod posterior vox desit in Lov. 5. et edd. Camp. et Rom. 1472. Tum *e castris* Harl. Insuper *eripuerun* Mead. 1. *erupuerunt* Lov. 4. *eruperunt* cod. Mog. Voss. Lov. 2. Mead. 2. et Gaertn. quod recepi.

Fusi inde Romani, et qui imperio consulis parere noluerant] Vetus lectio, *Romani, quæ imperio consulis noluerant, suo pavore.* Gelen. Priscarum edd. lectionem, a Gelenio damnatam, solus servat Lov. 5. neque inde discedunt Lov. 4. 6. Harl. et Mead. 2. ni-

Digitized by Google

si quod particulam *et* ignorent. *Romani, qui imperio consulis noluerant* Voss. Lovel. 1. 2. et Mead. 1. Non aliter etiam Lov. 3. et Gaertn. præterquam quod ille *noluerunt*, hic *voluerunt* præferant. Mox *ac hostium terrore* Harleian. *suo terrore ac pavore* Gaertn.

Nunc victoria, nunc fuga fuit] Ms. ordine inverso *nunc fuga, nunc victoria fuit*. Modius. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Quamvis autem nihil intersit, scriptorum tamen lectionem recipere malui. Mox § seq. *sunt cæsa* Harl. Vide ad XXVII. 42. § 7. Deinde *recepere in ultima finium* Lov. 2. *receperunt in intima finium* Lov. 3. Vide ad XXXVI. 9. § 12.

CAP. XLVIII. § 1 *Boiorum Ligurumque agros populatum esse*] Mstus *per Boiorum Ligurumque agros populatum esse*. Modius. Vet. ed. nec non Pal. alter *per Boiorum agros populantem isse*. Prior vero, *per Boiorum agros populantem ipse; quo aggredi silvæ paludesque passes inscribunt*. Gebh. Scripti *eum collega per Boiorum Ligurumque agros populantem isse*. Et hôc Livii fuisse judico. Lib. II. c. 68. 'Sabini usque ad portas urbis populantes incessere.' III. 3. 'Consul quum aliquoties per omnem hostium agrum populabundus isset.' XXV. 14. 'Et alia ingens præda fuit, quam Hanno, populabundus passim quum isset, ex sociorum populi Romani agris traxerat.' Nec aliter priscæ edd., nisi quod *Ligurumque* ex Mog. adjectum. In Gryphio et Curione primis reperio vulgatum. *J. F. Gron.* Primæ edd. legunt *per Boiorum agros populantem isse:* et ita præferunt omnes codd. nostri, nisi quod *populantem ipse* sit perperam in Lov. 1. *populantes isse* in Harl. quasi jungendum foret 'Scipionem cum collega populantes,' quum potius τὰ *cum collega* referenda sint ad proxime præcedentia *conjuncto exercitu cum collega*. Moguntini igitur monuerunt, se in cod. suo invenisse *per Boiorum Ligurumque agros;* de verbis seqq. nihil addunt: ut Modius errarit, dicens codicem illum etiam præferre *populatum esse*. Postea Frob. 1535. vocem quidem *Ligurumque* ex Mog. cod. adscivit, sed simul edidit *Boiorum Ligurumque agros populatum isse*, omisso τῷ *per;* quod omnes editores servarunt usque ad Gronov. Ut iterum Modius lectorem luserit, notis præscribens *populatum esse*, quasi ita alicubi editum invenisset. Mati Mog. lectionem recte Gronov. recepit et inlustravit. Infra XL. 33. 'Per Celtiberiam populabundus ducit legiones.' Paullo ante *juncto exercitu* Lovel. 5. et edd. antiqq. Frobenius deinde 1535. ex Mog. cod. dedit *conjuncto*, quod reliqui nostri servant. Mox in sequentibus *passe sunt* Lov. 1. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiquæ usque ad Frob. qui a. 1535. ex cod. iterum Mog. *sint* probavit, adstipulantibus ceteris, quibus usus sum, Mss.

Nulla memorabili re gesta, comitiorum causa rediisse Romam] Pall. uterque omittit vocem *Romam*. Gebh. Eamdem vocem neglexerunt Voss. Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Illa transposita, *Romam comitiorum causa rediisse* se in cod. suo invenisse, Moguntini monuerunt. Insuper *redisse* est in Lov. 2. 3. 4. 5. 6. et edd. Camp. Rom. a. 1472. Mediol. a. 1480. Parm. et Ven. 1498. Præterea *nulla memoriali re gesta* Voss. *nulla re memorabili gesta* Gaertn. *nulla memorabili gesta re* Mog. et Lov. 3.

§ 2 *Eodem hoc anno T. Quinctius Flaminius, quo in hiberna reduxerat copias*] Ms. *Flatiæ, ex quo in hyberna reduxerat copias:* quod aliam longe pareret sententiam: nempe non Flatiæ tantum, sed passim milites, ubi jussi essent, hybernasse, Quintius vero hyemem, quam longa fuerit, Flatiæ jure dicundo transegisse. *Modius.* Codici Mog. nullus meorum adsentitur. Non

Digitized by Google

audeo etiam lectionem ejus probare, quia Livius dixit c. 41. 'Quinctius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit:' et infra sequitur c. 50. Quinctius 'Elatiam rediit. Inde cum omnibus copiis Ap. Claudium legatum dimittit.' Nisi quis statuere malit, Quinctium, postquam copias Elatiam reduxisset, eas inde per hiberna dimisisse, illasque vere anni sequentis eodem convenisse: *quo in loco reduxerat copias* perperam Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *Eodem hoc anno* Frob. 1535. ex codicis Mog. fide vulgavit. Priores cum omnibus scriptis nostris carent *τῷ hoc*. Mox etiam Mog. ex cod. suo adsciverunt *jure dicundo*, pro *dicendo*, refragantibus omnibus codd. meis.

Jus ac libertatem aliorum deprimeret] *Deprimerent* Voss. a m. pr. Lov. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. ut referatur ad Philippum ejusque præfectos, verbis præcedd. memoratos. Præterea *jus et libertatem* Gaertn. *jus atque libertatem* Lov. 5. et edd. antiqq. Sed Aldus *ac libertatem* dedit, subfragantibus reliquis meis.

§ 3 *Ibi omnium civitatum legationes*] Pal. 1. *omnium civitatium:* habetque idem cod. bis capp. 51. 52. 58. et ter XXXV. 16. *Gebh. Civitatium* etiam ed. Mediol. 1480. quod recepi. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Præterea *legiones* Voss. Lov. 1. 2. 5. et ed. Camp. errore librariorum. Vide ad VII. 30. § 14. Paullo ante *convento edicto* Voss. Lov. 1. 4. Harl. et Mead. 1. Vide ad I. 15. § 7.

§ 4 *Ab inita primum Romanis amicitia*] *Ab inde ita primum* Mead. 1. et Gaertn. *ab inde primum* Lov. 3. Mox *qui ante se in Macedoniam fuissent* Voss. et Lov. 1. ac 6. *qui ante in Macedoniam fuissent* Lov. 3. *quia ante se in Macedonia fuissent* Mead. 1.

§ 5 *Præterquam quum ad mentionem Nabidis ventum esset*] *Præterquam ad mentionem* Voss. et Lov. 1. Sed vocem *quum* intercepit præcedentis syllaba ultima *quam*. Simile exemplum est ad X. 6. § 9. *Præterea quum ad mentionem* cod. Mog. Verbum *esset* exulat a Lov. 4. quemadmodum et mox *conveniens* ab Harl. Tum *liberanti Græciæ* Lov. 1. *libertati Græciam* Lov. 6. et Gaertn. Forte hi volunerunt *libertati Græciæ:* ut c. 32. 'Quid minus conveniret, quam eos, qui pro libertate Græciæ adversus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam?' Verum ita etiam scribendum esse videretur *tyrannum relictum:* ubi quum nihil mutent codd. hic etiam vulgatum præfero. Livius ibid. 'Liberantibus omnem Græciam Lacedæmon quoque vindicanda in antiquam libertatem erat.' Et postea eodem cap. 'Hoc tu dicas liberantibus Græciam?'

§ 6 *Omnibus circa civitatibus metuendum*] Secuti fidem veterum codicum addidimus *hærentem visceribus nobilissimæ civitatis*. Gelen. 'Hærere in visceribus' dicit Livius XXXI. 21. et XXXIII. 44. et Cicero multis locis, quæ in lexicis sunt. Hinc suspicio nasci potest, *in* hic, ut sæpe alibi, a præcedente *m* absumtum esse. Sed nihil tentandum puto. 'Hærere visceribus' recte dicitur, tam tertio, quam sexto casu. Cic. pro Rosc. Am. c. 6. 'Potest huic homini hoc hærere peccatum?' Virg. Æn. IV. 73. 'Hæret lateri letalis arundo.' Justin. lib. XXIX. c. 4. 'Illyriorum rex lateri ejus hærens.' Virg. Æn. I. 476. 'Currusque hæret resupinus inani.' Ovid. Met. VI. 290. 'Trahens hærentia viscere tela.' In Varrone de Re Rust. I. 50. variat scriptura: nam pro vulgatos *tramentum, quod terræ hæret*, in uno scripto Politiani erat *terra*. Duk. Quæ Gelenius ex cod. Mog. addidit, desunt in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. Paullo ante *suæ non solum patriæ gravem* Lov. 2. et Harl. *non solum suæ patriæ gravem* Gaertn.

CAP. XLIX. § 1 *Si sine excidio La-*

Digitized by Google

cedæmonis fieri potuisset, fatebatur] Vocula initialis non comparet in Voss. intercepta a prima syllaba sequentis. Vide ad c. 58. § 10. *excidio* vulgavit Crevier. invitis omnibus Mss. Vide ad v. 15. § 9. Paullo ante *hujus* deest in Lov. 1. 6. et Lov. 4. a m. pr. sequens vox *habitus* in Mead. 2.

§ 2 *Et nunc quum aliter*] Dele *et*. Gelen. *Et quum aliter* Lov. 5. et edd. Camp. et Rom. a. 1472. Postea demum in edd. Mediol. a. 1480. Parm. Tarvis. utraque, aliisque *et nunc quum aliter* vidi, quod tamen in nullo scripto superest. Omnes enim reliqui codd. Gelenio adstipulantur.

Ruina gravissima civitatis, obprimi] Libri omnes *gravissimæ civitatis*: quod non probo. *Gebh.* Thuan. *gravissimæ*. In quo significatu supra cap. 17. 'Segesticam gravem atque opulentam civitatem.' Et de eadem Lacedæmone XXXIX. 36. 'Muros dirutos urbis nobilissimæ:' ut etiam nunc statim præcessit. *Jac. Gronov.* Mihi non apparet cur *gravissimæ* præferendum sit: 'graves urbes' sunt validæ, potentes. Vide ad Flor. I. 8. Hoc eo tempore vix conveniebat in Lacedæmonem, a tyranno oppressam, et sub jugo ejus gementem. Nec tam illa erat causa parcendi urbi, quod *gravissima*, id est validissima, erat, quam quod ruina ejus involutura erat innoxios cives; quibus parci æquum esse, præ se ferebat Quintius. *Duk.* *Gravissima* in solis erat Lovel. 2. Harl. et Gaertn. Reliqui mei cum edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parm. legunt *gravissimæ*, quod Crevier. etiam in Victor. invenit: unde hanc lectionem in contextum admisit, quod itidem Clericus, non monito tamen lectore, fecit. Mox *satis visum* Gaertn. *sanctius visum* Lov. 3. *satis sanctius visum*, utraque lectione juncta, Voss. et Lov. 1. et 6. Sed nihil mutandum. Vide ad v. 20. § 8. et cap. 53. § 8. ubi similiter libri scripti variarunt. Tum *auribus ad nocendum* perperam cod. Mog. Ex cujus tamen fide vocabula in eum, qui nunc obtinet, ordinem digessit Aldus, quum antea ederetur *ac prope viribus totis*, consentiente uno Lov. 5. *ac prope totis viribus* Lov. 6. Reliqui codd. in ordine vocum adhærent codici Mog.

§ 3 *Quam quæ pati posset*] *Pati posit* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. Paullo post § seq. *commemorationem subjecit* male cod. Mog. et Lov. 1. *commemoriis subjecit* Lov. 3.

§ 5 *Ac Corinthum ipsis extemplo videntibus vacuam*] Lege *Acrocorinthum ipsis*. Gelen. *Ac Corinthum, &c. vacuum* omnes nostri, Hearnii I. 1. et edd. principes: *vacua* alii typis descripti: *vacuam* Ascens. et recentiores. Recte Gelen. *Acrocorinthum, &c. vacuam*. Vide ad cap. seq. § 8.

§ 6 *Utrum Romanis, an Ætolis, mentiri mos esset*] *Utrum Romani, an Ætoli, mentiti mox essent* Lov. 6. *mentiti mox essent* etiam Voss. Solitos fuisse librarios, voces *mox* et *mos* commutare, vidimus ad IV. 8. § 5. *Utrum Romanis, an Ætolis, mentiendi mox esset* Lovel. 1. Male. Ter. Heaut. III. 2. 38. 'Non est mentiri meum.' Lactant. Inst. Div. VI. 17. 'Viator ille verus ac justus non dicet illud Lucilianum, Homini amico ac familiari non est mentiri meum; sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri suum.' Mox *sermonibus* non adparet in Lov. 3. ejus loco *servientibus* legit Gaertn. Deinde *distulerunt* Lov. 1. 6. et Gaertn.

§ 7 *Ut ex factis, non ex dictis, amicos pensent*] Præpositio priori loco deest in Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et edd. princc. quam recte Mediol. 1505. adjecerunt. Deest etiam in præcedentibus τὸ *umquam* in Lov. 1. in sequentibus similiter vocula *que* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. sed eam ob si-

Digitized by Google

militudinem intercepit vocis seq. syllaba initialis. Nec adparent etiam *et a quibus cavendum* in Lovel. 1. quæ interciderunt ob præcedentis *credendum* similitudinem.

§ 8 *Libertate modice utantur*] *Libertatem* Mead. 1. Ita antiquos locutos esse, docuit Cortius ad Sall. Jug. cap. 12. Adde Sanct. in Minerv. III. 3. fine. Illa tamen locutio a stilo Liviano aliena videtur. Unius etiam codicis auctoritas levior est, quam ut ei tuto fides habeatur. *Modice*, ut apud Cic. de Sen. cap. 1. 'Etsi te quidem id modice ac sapienter et ferre, et laturum esse, certe scio:' et is ita sæpe alibi.

Temperatam eam salubrem eis et singulis civitatibus esse] Restituimus *salubrem et singulis et civitatibus*. Tum *ipsis qui habeant*, non *iis qui habeant*. Gelen. Libri omnes *temp. eam salubrem eis et singulis civ. esse: nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, præe. et effr. esse*. Gebh. Aut hic, aut in sequenti membro abundat verbum substantivum. *J. F. Gron.* Videtur distinguendum post *habeant*, quia vix Latine *effrenatus* cum casu tertio dici puto. Potest autem duobus modis distingui; primum, inciso post *nimiam* et *habeant* ponendo, quod ita exponi potest, nimiam ac talem, quæ et aliis, et ipsis qui eam habeant, gravis sit. Deinde, hæc distinctione media ita separando, *et aliis gravem, et ipsis, qui habeant;* scilicet *esse:* hac posita, postrema per se subsistent, et idem erit ac si dicat, immo effrenatam ac præcipitem esse. 'Nimia libertas' est, qua non modice utuntur, qui eam habent, id est 'licentia.' Liv. XXIII. 1. 'Inter corrupta omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis.' Hanc 'effrenatam' dicit v. 29. et Phædr. I. 2. 'Licentiam solvere frenum legum.' Ubi vide Burm. 'Præceps licentia' est quæ in exitium impellit ac præcipitat eos qui libertate abutuntur. Suet. Aug. cap. 47. 'Urbium quasdam fœderatas, sed ad exitium licentia præcipites libertate privavit.' *Duker. Salubrem singulis civitatibus esse* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *salubrem et singulis civitatibus esse* Voss. Lov. 1. et Lov. 6. a m. pr. quod ante Gelenium vulgo exstitit, præferunt Harl. Lovel. 2. 4. 5. Lov. 6. a m. sec. Mead. uterque, et Gaertn. Insuper *temperatam enim salubrem* Mead. 2. Non sequor. Nam illud *enim* est ex numero particularum, quibus librarii orationem Livii dissolutiorem, ut putabant, se melius connectere existimabant. Vide ad X. 39. § 4. Nec caussam legitimam habuisse videtur Gronov. vel hoc, vel sequenti membro τὸ *esse* delendi. Vide ad XL. 35. § 6. Mox *et ipsis, qui habeant, effrenatam et præcipitem esse* primus Froben. a. 1535. ex cod. Mog. vulgavit; quum antea ederetur *et iis, qui habeant, præcipitem et effrenatam esse*, conciuente Lov. 5. Reliqui mei in ordine quidem vocum priscis editionibus adsentiuntur, verum cum membranis Mog. *ipsis* legunt. *Habebant* insuper Voss. Lovel. 1. et Gaertn.

§ 10 *Quum pars, quæ domestico certamine inferior sit, externo potius se adplicet, quam civi cedat*] *Dum pars* Voss. sollemni errore. Vide ad L. 40. § 7. Tum *inferior fit* Lov. 4. et Mead. 2. qui lapsus etiam frequens est in Mss. Vide ad V. 3. § 8. Hinc *externo se adplicet potius, quam civi* Lovel. 3. Sed vox *potius* deest in Voss. Lov. 1. et 6. quam etiam expunxissem, si plures ac certiores codd. id velle constaret. Passim enim librarii voces 'potius,' 'magis,' quas Livius sæpius omittere solitus est, contextui ejus addiderunt. Vide Lipsium ad IV. 33. § 3. J. F. Gron. ad V. 21. § 15. et XXVII. 20. § 9. Gebhardum ad VII. 20. § 8. XXIII. 9. § 8. et cap. 30. § 2. et Duk. ad III. 68. § 11. Ita loquitur XXV. 29. 'Famæne credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque

Digitized by Google

eam spectaculo esse?' Et hoc modo legendum suspicatus sum XXX. 30. 'Teque huic bello, vestris, quam nostris, cladibus insigni finem imposuisse.' Pariter locutus est Mela III. 10. 'Himantopodes inflexi lentis cruribus, quos serpere, quam ingredi, referunt.' Colum. VI. 2. 'Robora corporum citra maciem conservant, qui ex commodo, quam qui festinanter mandunt.' Vide etiam Munker. ad Fulgent. Mythol. I. pag. 2. Cortium ad Sall. Catil. capp. 8. 9. ad Jug. c. 20. et viros doctos ad Val. Max. I. 1. ext. 2. Insuper *quam cui*, pro *quam civi*, Lovel. 1. et Harl. Paullo ante *insidiantis facere*, pro *insidiantibus*, Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXI. 60. § 7. Posses ceteroquin legere *insidianti facere:* ut ultima litera *insidiantis* repetita sit ex similitudine primæ in voce sequenti. Vide ad IV. 33. § 10. Vulgatum tamen malo. Non enim tantæ auctoritatis sunt codd. illi, ut ipsis fidem habere tuto possim.

§ 11 *Ut populus Romanus dignis datam libertatem*] Quidam *hinc dignis* legendum putant, quod statim rursus sequatur *hinc*. Ego libentius ita legerim: *ut pop. Rom. et dignis datam libertatem, et munus suum bene positum sciret*. Planissima lectio est, *ut pop. Rom. dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret*. Glarean. Per eum qui *hinc dignis* legendum putavit, Glareanus intellexisse videtur Aldum. Sed operarum aberratione ἐκδοσις ejus exhibet *ut pop. Rom. dignis datam libertatem, hinc populus dignis datam libertatem, hinc munus suum bene positum sciret*. Enim ita dedita opera edidisse, nulli sano in mentem venire potest. Errorem eumdem expressit ed. Colon. 1525.

Hinc munus suum bene positum sciret] Restituimus *ac munus suum*. Gelen. *Hinc munus* omnes nostri, et Hearnii L. 1. Neque Moguntini, qui ita etiam vulgarunt, aliam lectionem ex cod. suo laudarunt. Tum *scirent* Voss. Lov. 1. 5. et edd. principes. Vide ad X. 13. § 11.

CAP. L. § 2 *In pectora animosque demitterent*] *Dimitterent* Voss. Lov. 1. 2. 6. Gaertn. et edd. Mediol. 1480. ac Ven. 1498. sollemni scribarum errore, qui passim hæc verba confundunt. Vide ad II. 40. § 10. c. 58. § 8. III. 35. § 3. v. 54. § 7. VII. 34. § 3. VIII. 16. § 9. X. 8. § 10. XXI. 34. § 8. c. 36. § 1. XXXIII. 15. § 17. XXXIV. 44. § 8. XXXVIII. 2. § 8. XXXIX. 50. § 3. Adde N. Heins. ad Nason. Met. II. 310. Burm. ad Nas. Am. I. 6. 36. Met. I. 261. viros doctos ad Front. I. 2. § 7. et quæ notavi ad Silii XI. 142. Sæpissime etiam alia verba cum *de* et *di* composita inter se confunduntur. Vide ad VII. 23. § 6.

§ 3 *Cives Romanos, si qui apud eos in servitute essent, conquisitos*] Particulam conditionalem *si* spernunt Voss. et Lov. 1. quos, si plurium codd. testimonium accederet, audiendos censerem. Quum enim, ut ex sequentibus patet, ingens numerus civium Romanorum tum in Græcia, tum in Achaia serviret, et Quinctius jam per aliquot annos in hac regione moratus fuerit, certius eam rem nosse potuit, quam ut diceret *si qui apud eos in servitute essent*. Locutio 'esse in servitute' etiam obcurrit XXXVII. 60. 'Captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam dicebatur:' et XLIII. 4. 'Conquirique omnes, qui in servitute sint, et restitui in libertatem, æquum censere.' Distinguunt JCti inter 'servire' vel 'esse in servitute,' quod facti est, et 'servus esse,' quod juris est. Vide l. 1. § 2. ff. De Jur. et Fact. Ignor. et l. 27. § 8. ff. ad L. Jul. de Adult. Adde Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. III. 6. 244. An tamen ad hanc subtilitatem respexerit, ut dubitem, illud efficit, quod contra Livius 'esse in libertate' passim usurpet de eo qui

Digitized by Google

est jure liber. Ita II. 15. 'Non in regno populum Romanum, sed in libertate, esse.' XXXVII. 56. 'Nisi quæ eorum oppida in libertate fuissent.' c. 60. 'Ab Æno et Maronea præsidia Antiochi deduci jussit, ut in libertate eæ civitates essent.' XXXVIII. 44. 'Ut Ambraciensibus omnes suæ res redderentur: in libertate essent, ac legibus suis uterentur.' XLII. 42. 'Persuadere vobis conaretur, non posse Græciam in libertate esse, et vestro munere frui, quoad regnum Macedoniæ incolume esset.' Ceterum 'esse in servitute,' 'in libertate,' ut 'esse in pace,' 'in induciis,' 'in lætitia.' Vide ad VIII. 33. § 20. Mox *infra duos menses*, pro *intra*, Voss. passim obvia librariorum aberratione. Vide ad II. 8. § 4. IV. 6. § 7. XXXVII. 55. § 5. XXXIX. 43. § 3. c. 44. § 4. XLIV. 8. § 6. c. 9. § 3. Adde quæ notavi ad Silii Ital. XV. 106.

Ne ipsis quidem honestum esse, in liberata terra liberatores ejus servire] Pal. 1. *liberatores enim semper servire.* Gebh. *Nec ipsis quidem honestum esse* male cod. Mog. Vide ad I. 10. § 3. Male etiam *liberata terra*, omissa præpositione, Lov. 4.

§ 4 *Ut tam pio ac necessario officio fungerentur*] Ms. geminato illo *tam*, *ut tam pio, tam necessario officio fungerentur.* Modius. *Tam pio ac necessario* Hearnii L. 1. omnesque nostri, nisi quod *tam pio et necessario* sit in Harl. Sed elegantissima est cod. Mog. lectio *tam pio, tam necessario;* quam recte Gronov. 1665. adoptavit. Supra III. 18. 'Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem numquam parem occasionem daturos Deos.' c. 26. 'Nihil nec tam inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit.' Vide ad V. 35. § 4. Tum *fungeretur* Voss. Lov. 6. Mead. 2. et Gaertn. Paullo ante *adclamant* Lov. 1. *adclamant* Lov. 6. *adclamaverunt* Voss. et Gaertn. Optimi codd. stant pro recepta lectione. Et Livium etiam in præteritis horum verborum contractionibus gaudere, vidimus ad XXI. 44. § 7. Mox § seq. *vendiderat* Lov. 1. *venum dederit* Gaertn. et Lov. 4.

§ 6 *Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis stetisse: quum quingentos denarios*] Ita hic legit Elias Vinetus, vir singularis doctrinæ (ad Priscian. de Ponder. p. 476.) et potest fieri, ut ipsius membranæ ita haberent, nostræ tamen constanter cum antiquo cuso Moguntiæ Livio referunt, *argumentum sit, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achæis stetisse; cum quingentos denarios precium in capita.* Modius. Codex Moguntinus *sit:* idque confirmat Priscian. in libello de Ponderibus p. 1348. Subjicit autem, 'Qua ratione ostenditur, sex millia denariorum habere talentum. Nam quum quingeni denarii pro mille ducentis captivis dati colligantur, sexcenta millia denariorum, centum ea ostendit fuisse talenta. Centesima autem pars sexcentorum millium sex millia inveniuntur.' Nimirum quingenties mille ducenta efficiunt sexcenta millia. Ergo centum talenta 600000 denarium. Hæc autem viginti quatuor sestertium millia. Ergo talentum sex millia denarium, viginti quatuor sestertia. Ergo et denarius drachma: nam talentum est sex millia drachmarum. *J. F. Gronov. Argumentum est* omnes nostri. Utrumque, et *est*, et *sit*, ferri potest: non alienus itaque sum ab optimi Mog. lectione *sit;* præsertim auctoritate Prisciani confirmata: quare in contextum admisi. Tum *quod Polyb. scribat* Voss. Lov. 5. et edd. principes; pro quo Mog. ex cod. suo dederunt *scribit*, adstipulante iterum Prisciano. Deinde *quingentos denarios pretium in capita* non alibi inveni, quam in Lov. 4. et edd. antiqq. pro quo Aldus *quingenos* dedit; quod in reliquis codd. nostris superest: *quingentos* quidem non vi-

Digitized by Google

tiosum est, quia additur *in capita*: alterum tamen Livianum puto, partim quia potius librarii *quingentos*, pro *quingenos*, quam contra, dedisse videntur; vide ad XXXII. 28. § 11. partim quia Livius numero dispertitivo uti solet, licet 'in singulos,' 'in capita,' vel simile quid, addiderit. Vide ad XXXIX. 38. § 11. quin et alibi numeros illos pro cardinalibus adhibuit. Vide ad IV. 16. § 6. Ceterum talentum, cujus hic Livius meminit, non Achaicum intelligendum esse, sed Atticum, quod sex millium denariorum erat, adversus viros doctos in opere erudito de Pec. Vet. ostendit Gronov. III. 8. p. 133. et c. 4. p. 141. Recte autem Livium dixisse, si Achæi mille ducentos captivos habuerint, et quingenos denarios pretium in capita statuerint, eam rem illis stetisse centum talentis, subductis rationibus colligit ibid. II. 7. p. 101. Mox *redderentur dominis* ambo Mead. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. *redderent dominis* Harl.

§ 7 *Mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit*] Sic Plut. in Quintio p. 376. ἐν δὲ τῇ Ἑλλάδι χίλιοι καὶ διακόσιοι τὸ πλῆθος ἦσαν. Sigon. *In ratione Achaia habuit* cod. Mog. *ex ratione Achaia habuit captivos Italicos* Priscian. de Pond. et Mens. l. laud. ubi aliæ edd. *ea ratione* præferunt. Sed ultimæ duæ voces sunt ex glossa interpretis, quæ constanter ab omnibus Mss. absunt. Præterea *Mille et ducentos* Lov. 3. quod natum est ex compendio scribendi: nam pro *enim* dabatur *eĩ*, quo levi negotio potuit abire in *et*.

Adjice nunc proportionem, quot verisimile sit totam Græciam habuisse] *Pro portione* lege disjunctim, quod in *proportionem* aliquis depravavit. *Gelen.* Vide ad VII. 1. § 8. Male *proportionem* servant Lov. 3. et 5. *Adjice nunc portione* legit Gaertn. Deinde *quod verisimile sit* Lov. 1. 6. Mead. 1. et Gaertn. cum nonnullis ex edd. vett. Vide ad XLIV. 1. § 1. Deinde *Græciam totam* omnes codd. nostri, et editi ante Aldum.

§ 8 *Respiciunt præsidium, a Corintho discedens*] Lege *ab Acrocorintho descendens.* Gelen. *A Corintho* omnes nostri, excepto Lov. 6. qui cum Hearnii L. 1. *ab Corintho* præfert: *ab agro Corinthio* cod. Mog. ex cujus vestigiis recte Gelen. *ab Acrocorintho* emendavit. Similiter peccatum vidimus XXXIII. 31. § 11. et XXXIV. 49. § 1. Præterea *discedens* unus tantum Lov. 5. Reliqui recte cum cod. Mog. *descendens.* Solent autem passim hæc verba commutari. Vide ad IX. 14. § 7.

Protinus ad portam duci atque abire] Lege e Pall. et prisca ed. *protinus duci ad portam atque abire.* Gebh. Pariter omnes codd. mei cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 9 *Quorum agmen imperator secutus, &c.*] Et hic Livio fraudi fuit quæsita elegantia per infinitivum modum suspendendæ orationis. Scripti cum Andrea, Med. Tarv. duabus Venetis, *imperatorem secutum.* Lege, *quum respiciunt præs., ab Acr. descendens, prot. ad portam duci, atque abire, quorum agmen imperatorem sequi, prosequentes cuncti, et serv. lib. acclamantes.* J. P. Gron. *Imperatorem secutum* etiam Hearnii L. 1. N. et omnes nostri, excepto Gaertn. in quo hæ voces cum duabus sequentibus perperam desunt. Vulgatum *imperator secutus* primum adparuit in ed. Mediol. 1505. hinc in Ascens. 1513. et omnibus reliquis recentioribus, etiam Mogunt. quum autem, qui hujc editioni præfuerunt, nihil varietatis ex cod. suo adtulerint, eamdem lectionem et illum servasse verisimile videtur. Quod si verum, in eo solo sat præsidii videbitur ad vulgatam scripturam adversus reliquos codd. defendendam. Certe eorum lectio servari nequit; Gronovii autem conjectura nimium a scriptis discedit. Præterea mox ser-

Digitized by Google

ceatorem liberatoremque primus Aldus admisit ex cod. Mog. priores omnes cum membranis nostris tantum *servatoremque*, nisi quod *servatorem*, reliquis omissis, præferat Lov. 3. Hinc *clamantibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

Salutatis dimissisque eis, eadem, qua venerat, via Elatiam rediit] Hanc lectionem in prima ed. Mog. inveni; cui tamen prælusit ed. Mediol. 1505. non aliter differens, nisi quod omiserit *τὸ eis*. Reliquæ priores edd. præferunt *dimissisque die eadem, qua venerat via Elatiam*, vel *Helatiam*: quod etiam superest in Lov. 4. 5. et Mead. 2. *dimissisque, die eadem, qua venerat, in Elatiam* legunt Lov. 1. et 6. *dimissisque duos eadem qua venerat in Elatiam* Voss. *dimissisque dux eadem, qua venerat, via Elatiam* Hearnii L. 1. *dimissisque ac suos eadem, qua venerat, in Elatiam* Mead. 1. et Gaertn. *dimissisque ad suos eadem die, qua venerat in Elatiam* Harl. *dimissisque ad suos ea qua venerat in Elatiam* Lov. 2. *dimissisque dux ad suos eadem qua venerat via in Elatiam* Lov. 3. Præterea vocem *salutatis* majori distinctione a præcedentibus disjunxit Jac. Gronov. et inde novam periodum incipit; quem sequitur Cleric. Aliquid latere, tot codicum dissensus indicat. Quid igitur si legamus, *Quorum agmen imp. secutus, proseq. cunctis, serv. lib. adclamantibus, sal. dimissisque, ad suos eadem, qua venerat, El. rediit?* imperator, quum prosequentes salutasset et dimisisset, rediit ad suos: *eadem*, nempe via; quam vocem per ellipsin omissam sæpe addiderunt librarii. Vide ad III. 46. § 5.

§ 10 *Ap. Claudium legatum dimittit*] Hanc lectionem ex cod. suo Moguntini adoptarunt, Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. adsentientibus. Antea edebatur *dimissis*, quod etiam inveni in Lov. 2. 3. 5. Mead. 1. et Gaertn. *dimisit* in Harl. Mox *se ibi opperiri* Voss.

§ 11 *Inde namque in animo esse, exercitum in Italiam trajicere*] *Indeque in animo esse* Harl. Deinde *in Italiam exercitum traducere* Lov. 5. et edd. principes. Moguntini deinde monuerunt, in suo se cod. *in Italiam trajicere* invenisse: hinc Aldus recepit, quod nunc vulgo exstat. Id vero reliqui mei firmant. De illa locutione vide ad II. 11. § 2. Mox *et primo Quintio fratri* omnes nostri præter Lov. 5. qui *et L. Quintio* servat. Præterea *eadem contraheret* Mead. 1. et Gaertn.

CAP. LI. § 1 *Conventum ibi Euboicarum civitatum habuit*] *Τὸ ibi* non adparet in Harl. Deinde *civitatium* Pall. codd. præferre, Gebhardus monuit ad c. 48. § 3. Nec aliter ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Paullo ante *Chalcidem profectus, deductisque* Lov. 5. et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. copulam *que* omisit. Præterea *solum* non adparet in Lov. 1. Tum *prædiis*, pro *præsidiis*, Voss. Easdem voces etiam perperam in Mss. Sueton. Vespas. c. 2. commutari, viri docti ad eum l. monuere.

§ 2 *Commonitosque, in quo statu*] Hanc lectionem Aldus ex cod. Mog. probavit. Antea edebatur *admonitosque*, quod servant Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *Nec enim temporum modo vitiis, ac violentia, et licentia regia turbati erant*] *Nec enim tantummodo divitiis* Lov. 1. *divitiis* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. usque ad Ascens. qui recte *vitiis* a. 1513. reposuit. Tum *aut violentia* Voss. *a violentia* Lov. 6. a m. pr. Deinde *et licentia* omittit Lov. 1. Tandem *erant turbati* Voss.

Ad nostram usque ætatem traducentes] Potest referri ad remotius 'turbati.' Si tamen per cod. liceret, mallem *traducentis*, ut respondeat propiori *gentis*. Duk. Ita sane est

Digitized by Google

in Voss. et id voluisse videtur librarius Lov. 1. qui tamen perperam dedit *terre gentis*. Paullo ante *nisi per seditionem* Lov. 2. et 3. prior in margine, alter inter versus: *nec per seditionem* Lovel. 6. Tum *aut tumultum* Voss. quomodo passim variant codd. Vide ipso hoc § ad verba præcedd. et quæ notantur ad XXI. 53. § 3. *Jam* etiam deest in Lov. 3.

§ 6 *Cui salva tranquilla omnia magis esse expediebat*] Pall. *salva et tranquilla*. Vet. ed. *salva tranquillaque*. Gebh. *Salva tranquilla* in nonnullis Grut. edd. operarum errore vulgatur, eodemque mŏdo lapsi sunt scribæ in Lov. 1. 6. et Voss. *salva et tranquilla* legunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *omnia esse magis* iidem codd. nisi quod *esse magis omnia* sit in Gaertn. Paullo ante vocem *civitatum* neglegunt Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *civitatium* legit ed. Mediol. 1480. quod et in Pall. esse monuit Gebh. ad c. 48. § 3. Vide ad § 1. hujus cap.

CAP. LII. § 1 *Per Epirum in Oricum, unde erat trajecturus, venit*] Vet. lib. *per Epirum Oricum*, ut paulo ante c. 50. 'Per Thessaliam atque Epirum ducere Oricum jubet.' *Sigon.* Pal. alter *per Epirum Oricum*. Gebh. Ita et Lov. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. quorum ultimus insuper *trajecturus erat*. Paullo ante in principio cap. *Itaque quum* Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. quæ *Ita* dedit, consentientibus reliquis meis. Vide ad XXI. 53. § 7. Mox autem § seq. *ad urbem Romam* Harl. ultima voce ex glossa adscita.

§ 3 *Triumphusque meritus ab adnuentibus decretus*] Antiq. lectio *ab lubentibus decretus*. Gelen. Vet. ed. *ab annuentibus decretus*. Pal. 1. vero *a luentibus decretus*. Alter *ab volentibus decretus*. Gebh. *Triumphusque meritis* Lov. 5. et edd. vett. pro quo recte edd. Mediol. 1505. et Ascens. 1513. omnesque recentiores, consentientibus aliis omnibus scriptis, *meritus* dederunt. Deinde *abnuentibus* Lov. 1. et Mead. 1. *nullis abnuentibus* Lov. 3. *ănuentibus* Lov. 2. *ab annuentibus* Lov. 5. *ab anuentibus* Harl. *cunctis annuentibus* Gaertn. *ab volentibus* Mead. 2. *ab luentibus* Voss. et Lov. 4. unde Gelenii emendatio confirmatur. Ex cujus interpretatione reliquæ lectiones natæ sunt. Dum illæ voces omittebantur in Lov. 6. Paullo ante *ad res gestas et disserendas* Mead. 1. *ad res disserendas* Lov. 6. *ad res gestas disserendas* Lov. 5. Vide ad XLI. 6. § 5. Hic *edisserendas* servandum esse, reliquorum codd. consensus docet.

§ 4 *Triduum triumphavit: die primo arma, tela*] Accuratius Plutarchus in Quinct. p. 377. Ἑλληνικὰ μράνη, καὶ πέλται Μακεδονικαὶ καὶ σάρισσαι. *Sigon.* Prima vox deerat in Harl. quæ ob similitudinem initii vocabuli sequentis excidit.

Plura Philippo ademta, quam quæ ex civitatibus ceperat] Me auctore scribe *quam ex civitatibus ceperat*, inducto τῷ *quæ*, quod Livii numquam fuit. *J. F. Gron.* Si hic inducendum est *quæ*, non video cur relictum sit cum multis aliis locis, tum c. 49. 'Satius visum esse, tyrannum debilitatum relinqui, quam intermori vehementioribus, quam quæ pati posset, remediis civitatem sinere.' *Duk.* Illud *quæ* omnes codd. constanter servant. Vide Dukerum ad Livii XXXII. 13. § 7. et XXXVII. 1. § 2.

Secundo die aurum argentumque] Vet. lib. *secundo aurum*: recte: præcessit enim paullo ante *die primo*. Sigon. Pariter Lov. 2. et Harl. Si plures firmarent, vocem *die* expungi facile permitterem: *aurum argentum*, sine copula, Gaertn. Mox *factum, infectum, et signatum* Voss. Male. Vide ad II. 31. § 1.

§ 5 *Infecti argenti fuit decem et octo millia pondo, et ducenta septuaginta facti*] Plut. p. 377. Ἀργυρίου δὲ τετρακισμυρίας τρισχιλίας διακοσίας ἑβδομή-

Digitized by Google

scorra. Sigonius. Fuit XVIII. millia pondo Lov. 1. et 3. Tum *et ducentum et septuaginta* Voss. et Lov. 1. *et ducenta et septuaginta* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *et ducentum septuaginta* Lov. 5. et multæ ex edd. vett. *et ducentum heris et feri* Hearnii L. 1. Crevierius numerum argenti facti menda laborare existimat: nam *ducenta septuaginta* parvum pondus esse, nimium fortasse, si addas *millia*.

Cælata pleraque, quædam eximiæ artis] Pal. 1. *cælata præclaraque*. Gebh. *Cælataque pleraque* Harl. Deinde *quæ exuviæ artis* Mead. 2. Mox vox *multa* exsulat a Lov. 2.

Ad hoc clypea argentea decem] Pal. 2. *ad hoc clupe argenteæ decem*. Vet. ed. *ad hæc clepei argenti decem*. Gebh. *Adhuc* Gaertn. et Lov. 3. *ad hæc* Lov. 5. *ad hoc* reliqui. Vide ad XXI. 52. § 10. Tum *cupæ argenteæ* Voss. Lov. 3. et Harl. *cuppæ argenteæ* Lov. 1. 2. 6. et Hearnii L. 1. *clupæ argenteæ* Lov. 4. et Mead. 2. *clipei argentei* Lovel. 5. et edd. antiqq. cujus loco Aldus ex cod. Mog. dedit *clypea argentea*. Vide ad I. 43. § 2.

§ 6 *Tetradrachmum vocant: trium fere denariorum in singulis argenti est pondus*] Budæus de Asse l. II. p. 258. ubi hæc loca docte tractat, suspicatur legendum potius *quatuor denariorum*, quam *trium*. Glar. Sic [*trium fere denariorum*] jam legit Priscianus in libello de Ponderibus p. 1349. et hinc collegit, denarium illo tempore fuisse quatuor et viginti siliquarum: hoc est, drachmæ et trientis pondere: quod minime convenit isti rationi, quam paucis ante versibus iniit. 'Vide,' inquit, 'quod quatuor drachmæ sint septuaginta duæ siliquæ: diximus autem sæpius, quod tres scrupuli, quorum singuli sex siliquas habeant, drachmam faciunt: tres autem denarii item habebant septuaginta duas siliquas.' Sed Livius, nisi secum et cum omnibus antiquis pugnare voluit, scripsit *IIII. fere denarium*. J. F. Gron. *Quatuor* legendum esse, pluribus docet Gronov. Pec. Vet. III. 3. et 4. et probant Græv. ad Cic. Epist. Fam. XII. 13. et Perizon. Animadv. Hist. c. 10. p. 431. Aliter sensit Hotom. de Re Numm. p. 154. quem refellit Gronov. Pec. Vet. II. 6. aliter P. Manut. ad Cic. d. l. aliter Aldus Quæsit. per epist. II. 7. Vulgatum retinuisse videtur Salmas. de Modo Usur. p. 248. *Duk. Tetrachiam* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. et Mead. ambo: *tetrarrhiam* Gaertn. *terrachiam* Lov. 3. *tertrachina* Lov. 1. *tetrachia* Harl. *tetrarchiam* Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. pro quo Mediolanenses 1505. substituerunt *tetradrachmam*; quam lectionem Ascens. an. 1513. recepit, multique alii servarunt, licet interim Budæus de Asse II. p. 254. *tetradrachma* legendum monuerit. Gruter. demum in postrema ed. *tetradrachmum* dedit. Sed Budæi *tetradrachma* revocavi, quia numero multitudinis *Atticorum*, sc. nummorum, præcedit. Deinde *ferme* Lov. 2. quam vocem cur addiderit, vide Gronov. de Pec. Vet. III. 4. p. 142.

§ 7 *Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim*] Nota hoc genus sermonis, 'Auri pondo fuit tria millia,' ut paullo ante, 'Infecti argenti fuit XVIII. millia pondo.' Glar. Plutarch. p. 377. χρυσίου συγκεχωνευμένου λιτρὰς τρισχιλίας ἑπτακοσίας δέκα τρεῖς. *Sigon. Septingentum decem quatuor* Voss. Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *septingenta decem et quatuor* ed. Parm. *septingentium decem quatuor* Lov. 1. *septingenti decem quatuor* Lov. 3. *decem quatuor* etiam Lov. 6. et Hearnii L. 1. ac N. Vide ad XXIX. 37. § 6. *septingentum* vero omnes edd. reliquæ usque ad Mediol. a. 1505. quæ *septingenta* prima dedit. Mox *clypeum unum auri totum* Lov. 3. et Hearnii L. 1.

Philippei nummi aurei decem quatuor millia, quingenti quatuordecim] *Quatuordecim*, auctore Plutarcho in Fla-

Digitized by Google

minio, Livius scripsit. *Sabell.* Plutarchus ibid. Φιλιππείους δὲ χρυσοῦς μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίους δεκατέσσαρας. *Sigon. Philippi nummi aurei* Lov. 4. Harleian. Mead. 2. et Gaertn. *Philippi nummi auri* Lov. 1. et 3. *Philippi tum nummi aurei* Voss. *Philippici nummi aurei* Lov. 6. Tum *decem quatuor millia* Voss. Lov. 1. 5. 6. Hearnii N. et edd. principes. Vide ad verba proxime præcedd. Hinc *quinque centum quatuordecim* Lov. 3. Vide ad XXXIII. 4. § 5. Voces *quingenti quatuordecim* desunt in Hearnii N. at omnes huic notæ præscriptæ cum septem præcedentibus in Lov. 2. ob vocis *quatuordecim* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 8 *Coronæ aureæ, dona civitatum, translatæ centum quatuordecim*] *Dona civitatium* se in Pall. reperisse, monuit Gebh. ad c. 48. § 3. et ita est in ed. Mediol. 1480. Tum *turbare* Lov. 1. *turbatæ* Voss. in contextu, altero margini adscripto. Præterea *centum et quatuordecim* Lov. 3.

§ 9 *Philippi filius fuit, et Armenes, Nabidis tyranni filius, Lacedæmonius*] Plutarchus *Onabim*, et non *Nabim*, vocat hunc ipsum Lacedæmoniorum tyrannum. *Sabell.* Ita et in plurimis Livii Mss. passim vocatur. Sed recte nunc, et apud Livium, et apud Plut. et apud alios omnes *Nabis* emendatum legitur. Ceterum vox *filius* priori loco deest in Lov. 3. quasi id semel legi sufficiat, ibique ex sequenti commode repeti possit. Τὸ *fuit* exsulat a Lov. 4. Harleian. Mead. utroque, et Gaertn. Voces *et Armenes, Nabidis tyranni filius* a Lov. 1. *Lacedæmonius* a Lov. 6. Sed *Nabidis tyranni Lacedæmonii filius* legit Lov. 3.

§ 10 *Milites secuti currum frequentes, ut omni ex provincia exercitu deportato*] Verba hæc paullo aliter ordinant Pall. uterque *secuti currum milites frequentes in exercitu omni ex provincia reportato*. Gebh. *Secuti currum milites* omnes nostri calamo et typis exarati usque ad Froben. 1535. Tum *in exercitu omni ex provincia reportato* Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2. nec aliter Voss. nisi quod *deportato* habeat. *Exercitu omni ex provincia reportato* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *exercitu omni ex provincia deportato* Lovel. 5. et eædem edd. Paullo ante *Quintius urbem est invectus* Lov. 4. et edd. iterum eædem. Nihil muto. Vide ad XXXVI. 39. § 5.

§ 11 *Ducenti quinquageni æris in pedites divisi*] Ita primum vidi in ultima Gruteri ed. quod recentiores servarunt usque ad Crevier. qui recte ex prioribus excusis et cod. Victor. *duceni quinquageni* reposuit. Neque aliter omnes nostri. Vide ad XXXII. 28. § 11.

Præbuerunt speciem triumpho capitibus rasis secuti] Vide num *specimen* legendum: nihil tamen mutarim. *Glar.* Non est audiendus Glareanus, qui *specimen* legit. *Speciem* enim vertit Plutarchus p. 377. cum ait παρεῖχεν ὄψιν. *Sigon.* Glareani *specimen* in nullo cod. vel ed. obvium fuit. Omnes enim constanter *speciem*. Supra IX. 40. 'Cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere.' XXXII. 36. 'Amynandrum, Athamanum regem, ut speciem legationi adjiceret, misit.' XXXVII. 40. 'Ingentes ipsi erant: addebant speciem frontalia et cristæ.' Tum *secuti rasis capitibus*, alio ordine, Lov. 5. et typis exarati ante Aldum. Sequentes quatuor voces desunt in Gaertn. earum duæ priores in Lov. 1.

CAP. LIII. § 1 *Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero*] Pall. ambo *Exitu anni hujus*. Gebh. Non an. IↃLX. quo L. Cornelius et C. Minucius consules fuerunt, ut scribit Sigonius de Ant. Jur. Ital. II. 5. sed exitu a. IↃLIX. Africano II. et Sempronio consulibus, in quorum consulatu gesta sunt omnia quæ hoc et seq. cap. narrantur. Deductæ sunt hæ coloniæ a. IↃLX. L. Cornelio et Q. Minucio consulibus;

Digitized by Google

XXXV. 9. non anno inseqeenti, ut ibidem Sigonius. *Duk. Exitu anni hujus* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harleian. Mead. uterque, et excusi ante Aldum. Tum Q. *Helius* Harl. et Hearnii L. 1.

Tribunus plebis tulit ad plebem, plebesque scivit, ut Latinæ duæ coloniæ] Antiq. lectio habet *tr. pl. ex SC. tulit.* Gelen. Pal. 1. *tribunus plebis Cñ. tulit ad plebem:* alter *tribunus tulit ad plebem.* Mox Pal. alter *plebesque scivit, uti duæ Latinæ coloniæ:* quo alludit et Pal. 1. uterque etiam *deducerentur* habet. *Gebh. Tribunus plebis tulit ad plebem* Lov. 2. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. 1535. quæ Gelenii emendationem expressit: *tribunus plebis inquit ad plebem* Harl. *tribunus plebis cum tulit ad plebem* Lov. 1. *tribunus plebis contulit ad plebem* Lov. 3. et Mead. ambo: *tribunus plebis Gñ. tulit ad plebem* Voss. *tribunus plebis Cñ. tulit ad plebem* Lov. 4. *tribunus plebis Cn. Domitius tulit ad plebem* Gaertn. Tum *plebsque scivit* Vossian. Lov. 1. 3. Gaertn. et Harl. *plebs quoque scivit* Lovel. 6. Insuper *uti Latinæ duæ coloniæ* Voss. *uti duæ Latinæ coloniæ* Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. uterque: *ut duæ Latinæ coloniæ* Gaertn. *duæ Latinæ coloniæ* Lov. 1. *uti duæ coloniæ Latinæ* Lov. 6. Deinde *una Bruttios, altera Turinum agrum* idem Lov. 6. Perperam denique *deducerentur* edd. Frob. 1535. omnesque recentiores usque ad Gronovianas.

§ 2 *His deducendis triumviri creati*] *His deducendis tercio triumviri* Lov. 1. 6. et Voss. in quorum ultimo mox desunt voces *in Bruttios;* at sola prepositio in Lov. 1. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. ante Mogunt.

M. Furius Crassipes] Pal. 1. *Grasippes:* alter *Grassipensius.* Gebhard. Voces *M. Furius* desunt in Lov. 1. et 6. Tum *Grassipes* legit Hearnii N. *Grissipes* Lov. 1. *Grispes* Lov. 6. *Gasipes* Voss. Lov. 3. in contextu, et Hearnii L. 1. *Crassipeius* Lovel. 2. *Crassipesius* Lov. 3. pro varia lectione. *Grassipesius* Harleian. Mead. 1. et Gaertn. *Grassipensius* Lovel. 4. et Mead. 2.

In Thurinum agrum A. Manlius, P. Ælius, L. Apustius] Hos triumviros in eadem colonia deducenda sequenti anno XXXV. 9. vocat Cn. Manlium Vulsonem, P. Ælium Tuberonem, L. Apustium Fullonem. Cum autem P. Ælius sit is, ut ait, cujus lege deducebatur colonia, profecto *Q. Ælius* legendum est: is enim tribunus plebis legem tulit. *Sigon.* Pall. *Æmilius.* Gebh. Præpositio *in* non comparet in Lovel. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tum *P. Manlius* Lov. 2. et Harleian. *A. P. Manlius* Mead. 1. *A. Publius Manilius* Gaertn. *A. Malius* Lov. 1. *A. Mallius* Voss. *A. Manilius* Hearnii L. 1. *A. Manlius* Lov. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Hearnii N. et, recentioribus exceptis, edd. omnes. Sigonius *Cn. Manlius* reposuit, sed nemo eum audivit, nisi Gronov. et hinc reliqui. Et ita eum adpellandum esse, censuit etiam Pighius in Ann. ad a. IDLVIII. p. 264. Solent autem passim 'Manlius,' 'Mallius,' et 'Manilius' in Mss. confundi. Vide ad II. 43. § 11. c. 54. § 1. III. 33. § 3. c. 51. § 11. IV. 23. § 2. c. 29. § 6. c. 42. § 2. c. 44. § 1. c. 61. § 1. v. 8. § 1. c. 16. § 1. c. 47. § 4. VI. 5. § 6. c. 11. § 2. c. 32. § 2. c. 39. § 1. et sæpissime alibi. Deinde *P. Emilius* Vossian. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Frobeniana 1535. priores. Ea autem dedit *P. Ælius.* Vide ad IX. 7. § 13. Ejus loco Sigonius *Q. Ælius* reposuit, et quidem eamdem ob caussam, ob quam *Cn. Manlius,* pro *A. Manlius,* mutavit; quare rationem differentiæ non video, cur Gronov. qui prius recepit, non etiam alterum itidem admiserit. Crevier, existimat vel hic *Q. Ælius,* vel in initio hujus cap. *P. Ælius* legendum esse. Hinc *L. Epustius* Voss. et Lov. 1. ac 6.

In Capitolio habuit] Pall. nec non

Digitized by Google

vet. ed. *in Capitolium*. Gebh. Pariter Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 8 *Una Junonis Matutæ in foro olitorio*] Hæc ædes a Cn. Cornelio Cethego anno quarto hujus belli vota fuit 'Sospitæ' Junoni, non *Matutæ*. Vide ipsum hunc authorem XXXII. 30. non multis foliis a fine, ubi cum Insubribus confligitur. Sane Junonem 'Matutam' dici, nusquam, quod sciam, legi. *Cn.* etiam hic *Cornelius* legendum, non *C.* ex eodem libro, quod miror non emendatum in novis codd. *Glar.* Duæ causæ sunt cur legendum sit *Junonis Sospitæ*. Una, quod nusquam alibi 'Juno Matuta' dicta est, sed 'Mater Matuta,' quæ Græce Ἀναδύομένη est: altera, quod quadriennio ante C. Cornelius 'Junoni Sospitæ,' non 'Matutæ,' vovisse ædem traditur. Verba sunt Livii XXXII. 30. 'Consul principio pugnæ ædem vovit Sospitæ Junoni, si eo die hostes fusi fugatique essent.' Idem etiam probe Glareano videtur. *Sigon.* Nardinus Rom. Vet. VII. 4. improbat emendationem Sigonii, ob has causas, quod nimis magna variantia lectionis inter *Matutæ* et *Sospitæ* sit, quam ut librarius facile tantopere labi potuerit; et quod P. Victor in Regione XI. Urbis, in qua forum olitorium fuit, templum 'Junonis Matutæ,' et Sex. Rufus in eadem ædem 'Matutæ' memorent. Ipsi verosimile videtur, et 'Matutæ,' et 'Sospitæ Junonis' templum in foro olitorio fuisse; sed utrum horum a Cornelio bello Gallico votum fuerit, difficile explicatu esse dicit. Boherellus apud Grævium in Præfat. Antiq. Rom. tom. IV. hic *Matutæ* retinendum, et hic quoque XXXII. 30. non *Sospitæ*, legendum esse contendit; quum quia nullum aliud 'Junonis Sospitæ' templum, quam in monte Palatino, fuerit; tum propter easdem P. Victoris et Sex. Rufi auctoritates, quibus Nardinus emendationem Sigonii impugnat. Hæc omnia difficilia explicatu sunt. Utroque loco idem nomen scribendum esse, res ipsa clamat. Sed utrum hic *Sospitæ*, an XXXII. 30. *Matutæ* legendum sit, non facile decerni potest. Argumentum ex P. Victore et Sex. Rufo, quo adversus Sigonium pugnant Nardinus et Boherellus, non tam firmum est, ut labefactari aliqua ratione non possit. Nam primum, quod hi ædem *Matutæ*, non Junonis *Sospitæ*, in foro olitorio recensent, ex eo non necessario sequitur, nullam in eo ædem *Junonis Sospitæ* fuisse; nisi quis ostendat, nullas Romæ ædes sacras et templa fuisse, quæ ab iis non sint memorata. Sed, hoc non posse ostendi, certum est. Deinde, etsi eo tempore, quo illi regiones Urbis describebant, tantum ædes *Matutæ*, nulla Junonis *Sospitæ*, in foro olitorio fuisset, tamen ob id negari non posset, olim in eo etiam ædem Junonis *Sospitæ* esse potuisse. Templi Junonis *Sospitæ*, quondam in monte Palatino facti, ne vestigia quidem ætate Ovidii superfuisse, ex illius Fast. II. 55. et seqq. adnotat Boherellus. Idem cur tot sæculis, quot inter a. IDLIX. et P. Victoris ac Sex. Rufi ætatem fuerant, non potuisse accidere ædi Junonis *Sospitæ* credamus, nulla ratio est. Nam ne veteres quidem Romanos, etsi posteris suis religiosiores, semper maximam curam ædium sacrarum reficiendarum habuisse, ex Ovidii l. d. et Cornelii Nep. Attic. c. 20. patet. Nec respondet Boherellus Sigonio, ideo hic improbanti *Matutæ*, quod cognomen *Matutæ* nusquam alibi Junoni additum legatur: quod argumentum tam validum visum fuit Nardino, ut, quamquam sciebat in P. Victore legi *ædem Junonis Matutæ*, hic tamen *Junonis*, pro *Junonis*, legendum suspicaretur. Cum Glareano et Sigonio faciunt Gyraldus in Hist. Deorum Syntagm. 3. Pighius in Annal. ad a. IDLIX. et Neapolis ad Ovid. l. d. quorum sententiam Gronovio veram fu-

Digitized by Google

sedè visam ex eo colligo, quod sine ulla mentione veteris scripturæ in textum recepit *Sospitæ*. Nec improbabile est, quum Romæ jam una atque altera ædes 'Matutæ' esset, vide Liv. lib. v. capp. 19. 23. XXIV. 47. XXXIII. 27. nulla, quod quidem a veteribus proditum sit, Junonis 'Sospitæ,' præter eam, quam Ovid. memorat, quæ tamen jam tum collapsa esse potuit, Cornelium potius vovisse ædem Junonis *Sospitæ*, quam *Matutæ*; ut Juno 'Sospita,' cujus ædes Lanuvii celeberrima erat, Liv. VIII. 14. XXIII. 31. XXIV. 10. XXXI. 12. Rofius quoque colectetur. Niniam discrepantiam scripturæ inter *Matutæ* et *Sospitæ* sine dubio etiam viderunt, sed nullam illius rationem habendam esse censuerunt, alii viri docti. *Duk. Junonis Matutæ* constanter etiam omnes nostri, nisi quod *Junonis Maturæ* sit in Lov. 1. et 3. Nardino, *Inonis Matutæ* scribendum conjicienti, forte præivit Pighius in Annal. ad a. IDCIII. p. 442. ubi eodem modo 'ædes Inonis Matutæ' apud P. Victorem emendandum opinatur. Præterea *hostilio* Lov. 6. *holitolio* Voss. *holitobio* Lov. 4. et Mead. 1. *olitolio* Lov. 1. *olinitobio* Lov. 2. *oliterio* Gaertn. Tum *vocata locataque* Voss. Insuper *a Gaio Cornelio* Lov. 2. Sed *a C. Cornelio* legendum est, invito quamvis Glareano. Vide ad XXXII. 27. § 5.

Altera Fauni] Nempe in insula. Vide XXXIII. 42. *Duk.*

§ 4 *Faciendam locarunt*] Continent Pall. *locaverunt*. Vetus ed. *locarunt*. Gebh. *Locarant* Aldus ex cod. Meg. recepit. Antea edebatur *locarunt*, quod superest in Lov. 1. et 5. *locaverunt* in Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Mead. utroque: *locaverant* in Lov. 6. et Gaertn. Mox *erat*, pro *eam*, Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *Ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicavit*] *Primigeneæ* male Harl. 'Fortunæ Primigeniæ' passim Livius meminit, ut XXIX. 36, ubi ædem votam refert, et XLIII. 13. Etiam Cic. de Leg. II. 11. De ejus æde vide Donat. de Urbe Rom. III. 15. et Nardin. Rom. Vet. IV. 7. ubi male bello Punico primo, pro secundo, votam tradit. Tum *incolæ*, pro *in colle*, aberrantes scribæ Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Hinc *dedicavitque* Voss. et Lov. 1. *dedicavit quã* Lov. 6. Sed illud *que* ac *quã* natum est ex proximo Marcii prænomine Q. Insuper *Marcius Hala duumvir* Harl. *Marcius Ahala duumvir* Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. ante Frob. a. 1531. *Marcius Achala duumvir* Vossian. et Gaertn. *Marcius Abala duumvir* Lov. 3. *Marcius Achaladinus vir* Lov. 2. *Marcius Achaladinũ vir* Mead. 1.

Duumvir ad id ipsum creatus] De hoc et aliis Livii locis, in quibus duumvirorum ædibus sacris dedicandis mentio est, agit Gronov. ad XXIII. 30. sed ita, ut dubitari possit, an existimaverit, non obstare appellationem *duumviri*, quo minus, quum Livius ædem aliquam sacram ab uno duumviro dedicatam fuisse scribit, tantum unus illius rei causa creatus fuerit. Mihi hoc munus semper duobus injunctum fuisse videtur. Nam ratio docet, unum hominem, cui soli certæ rei curatio mandata est, non posse vocari *duumvirum*, etsi, quum duo creati sunt, uterque recte *duumvir* dicitur. Nec quisquam dubitare potest, hoc nomen iis, qui ædes sacras dedicabant, primum ab eo, quod duo erant, impositum fuisse. Livius XXIII. 21. 'Duumviri creati M. et C. Atilii ædem Concordiæ, quam L. Manlius prætor voverat, dedicaverunt.' Quod autem interdum tantum unus memoratur, id eo fieri potuit, quod huic vel sorte evenerat, vel a populo nominatim ob causam datum fuerat id, quod præcipuum in dedicatione erat, puta, ut postem tenens precationem, aliaque maxime solennia ædibus sacris dedicandis perageret. Ita accipio,

Digitized by Google

quod II. 42. legitur: 'Filius ejus' (A. Postumii) 'duumvir ad id ipsum creatus dedicavit' (ædem Castoris à patre votam). Et XXXVI. 36. 'Juventatis ædem in circo maximo C. Licinius duumvir dedicavit.' Nec adversatur huic sententiæ, quod XXIII. 30. scriptum est: 'Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent ædis dedicandæ causa.' Nam ex cap. 31. liquet, non latum esse ad populum, ut Fabius solus duumvir crearetur ædi Veneris Eryciuæ dedicandæ; sed ut duo duumviri Fabius ædi Veneris Erycinæ, Otacilius ædi Mentis dedicandæ, essent. Ita enim etiam aliis locis Livius, quum duas ædes dedicatas narrat; duos duumviros, sed alium alii dedicandæ, memorat, ut hic Marcium ædi Fortunæ Primigeniæ, Servilium ædi Jovis, et XL. 34. L. Porcium ædi Veneris Erycinæ ad portam Collinam, M'. Acilium Glabrionem ædi Pietatis in foro olitorio. Quum autem unus aliquis, verbi gratia consul, censor, dictator, prætor, quod obvium est in Livio, vel quicumque alius, non addita appellatione duumviri, ædem sacram dedicasse dicitur, ut M. Plætorius, primi pili centurio, jussu populi ædem Mercurii, II. 27. T. Quintius duumvir sacris faciundis, id est duumvir Sibyllinus, ædem Martis, VI. 5. et M. Marcellus ædem Virtutis, XXIX. 2. ei non credo dedicationem sub nomine duumviri mandatam fuisse. *Duker.* *Ad id tempus creatus* Voss. et Lov. 3. *ad ipsum creatus* Lov. 5. et edd. ante Ascens. a. 1513.

§ 6 *P. Sempronius Sophus: locaverat idem censor*] Libro XXIX. sub finem c. 36. de P. Sempronio Tuditano consule, cum Hannibale confligente, ita ait Livius: 'Consul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vovit.' Insuper *Tuditanus* pro *Sophus* hic legendum, nisi duo huic viro cognomina fuerint, quemadmodum illi Sempronio, qui consul fuit a. CDL. quem Livius 'P. Sempronium Sophum' appellat IX. 45. Plinius autem XXXIII. 1. 'P. Sempronium Longum.' *Glar.* Hic P. Sempronius et in consulatu, et in censura *Tuditanus*, non *Sophus*, dicitur a Livio. Quare cognomen *Sophus* ex hoc loco delendum videtur; puto tamen non esse reponendum *Tuditanus*, ut censet Glareanus, sed *consul:* ut ita legatur; *voverat eam P. Sempronius consul, locaverat idem censor.* Sic enim XXIX. 36. ubi de P. Sempronio vovente ait, *consul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vovit.* Errandi causam dedit compendiosa scribendi ratio *COS. Sop.* Ita autem locutus est paulo ante: 'Vota locataque quadriennio ante a C. Cornelio consule Gallico bello, censor idem dedicavit.' *Sigon.* Notarum compendia videntur librariis errorem induxisse, qui *Cons.* in *Cens.* mutarunt, ut negligenter sæpe scribunt. Censor enim P. Sempronius quinque annis ante fuerat, quam consul est factus. Non igitur censor locare potuit, cum ædem hanc nondum vovisset. Quare legendum erit *locaverat idem consul*, nam in consulatu, teste Livio, primum voverat. Cur autem 'Sophi' cognomen hic Sempronio tribuat Livius, quem ipse prius, et Cicero, aliique 'Tuditanum' vocant, obscurum est. Utrumque sane cognomen Semproniæ gentis est. Et multos duplici cognomine insignes fuisse, ex Fastis palam est. Sic et Sempronius hic tam 'Sophus,' quam 'Tuditanus,' vocari potuit, prognatus forsan ab illo Sempronio Sopho, cui caput tuditi vel malleo simile novum 'Tuditani' cognomen alterum indidit, sicut ex Ateio Festus Pompeius annotavit. *Pighius* in Ann. ad a. IDXLIX. p. 216. Pal. alter *Sophusco*, quod est *Sophus consul.* Sed Sigonius exterminat τὸ *Sophus.* Gebh. *Sophusto* Voss. Lov.

Digitized by Google

1. 2. 3. 6. et Hearnii L. 1. *Sophusco* Lovel. 4. Harl. et Gaertn. *Sophisco* Mead. 2. *Sophus: colocaverat* Mead. 1. Vel legendum videtur *P. Sempronius Sophus Tuditanus: locaverat idem cos.* vel *P. Sempronius Sophus cos. locaverat idem censor.* Sed tum inter errores Livii referri debet, quod crediderit, Sempronium post consulatum demum censuram adeptum fuisse. Crevierius etiam existimat, Livium hic, ut sæpe alias tenuibus in rebus, dormitasse, et ideo Pighii conjecturam minus probabat, quia ex ipsa membrorum distinctione, *voverat Punico bello: locaverat idem*, videtur Livius duo distinguere tempora voluisse, unum votæ, alterum locatæ ædis.

§ 7 *Et in insula Jovis ædem C. Servilius*] *Et insula Jovis ædem* Lov. 2. et Harl. Sed præpositionem intercepit prima syllaba vocis seq. Vide hoc lib. ad c. 28. § 3. Ceterum ex annalium veterum discrepantia ortum censet Periz. in Animadv. Hist. c. 8. p. 355. quod Livius ædem, quam L. Furium Purpureonem prætorem in prælio contra Gallos Jovi vovisse dixit XXXI. 21. bis dedicatam memorarit, et quidem diversis annis, diversis urbis locis, et a diversis duumviris; hoc loco a. IDLIX. in Insula, scilicet Tiberina, a C. Servilio; XXXV. 41. a. IDLXII. in Capitolio a Q. Marcio Ralla. Nodum hunc diu antea vidit Glareanus ad XXXV. 41. § 8. et idem fere, quod postea Perizonio, ei in mentem venerat. Eumdem vidit etiam Sigonius, quem ut solveret, conjecit, Furium in prætura duas Jovi ædes vovisse, earum alteram hoc anno dedicatam esse, alteram simul cum tertia, quam in consulatu itidem Jovi voverat, triennio postea: et hinc ad XXXI. 21. § 11. pro *ædemque Deo Jovi vovit*, scribendum conjecit *ædesque duas Jovi vovit*. Vide quæ eo loco notavi.

Hæc eo anno acta] Libri omnes *Hæc eo anno Scipio ex provincia, &c.* Gebh. *Et eo anno Scipio* Harl. *Nec eo anno Scipio* Voss. Lov. 1. 6. et Mead. ambo. *Nec anno eo Scipio* Lov. 2. *Hæc eo anno Scipio* Lov. 3. 4. 5. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo emendarunt, ut nunc vulgo exstat. Et recte. Eadem certe formula obcurrit v. 14. et innumeris aliis locis.

CAP. LIV. § 1 *P. Scipio ex provincia Gallia ad consules subrogandos rediit*] Ms. *ad consules subrogandos venit*. Modius. Supra XXI. 15. 'Post pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam quum venisset.' XXII. 33. 'Alter eorum ad consules creandos Romam veniret.' XXIII. 24. 'Ad consules subrogandos veniret.' XXIV. 7. 'Romam comitiorum caussa veniens.' XXV. 41. 'Alter eorum ad subrogandos magistratus Romam veniret.' XXXI. 49. 'Quum ex provincia Romam comitiorum caussa venisset.' XXXIX. 6. 'Consularium comitiorum adpetebat tempus: quibus quia M. Æmilius obcurrere non potuit, C. Flaminius Romam venit.' c. 32. 'Comitiorum adpetebat tempus. Prior tamen Claudius, quam Sempronius, Romam venit.' Nullus quidem meorum codd. consentit Moguntino; 'redire' etiam in hac re a Livio usurpari non nego: integritas tamen ejusdem Mog. et fides fecit, ut eum secutus sim. Nam et prænomen Scipionis *P.* in nullo meorum exstitit, abest etiam ab edd. vett. at Moguntini demum id ex cod. suo adsciverunt: in quo nullus iis adversatus est. Insuper *ex provincia Gallica* Voss. Mox *Thermius* Lov. 2. *Therinus* Lov. 1. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. Ascensiana 1513. priores. Vide ad XXXIV. 45. § 2.

§ 2 *L. Porcius Licinius*] *Licinus* ex Capitolinis tabulis. *Sigon. Licinius* servant Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Reliqui ex uno eo duos faciunt prætores. Nam *L. Porcius*

Digitized by Google

M'. M. Licinius legit Lov. 1. *L. Porcius M. Licinus* Voss. *L. Porcius M. Licinius* Lov. 4. 5. Mead. 2. Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Aldum, lectionis a Sigonio recte rejectæ auctorem. Vide ad XXVI. 6. § 1. *L. Porcius M. filius* Mead. 2. inter versus.

§ 3 *Megalesia, ludos scenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt*] Lib. XXIX. c. 14. de suscepta Matre Deum ita ait Livius: 'Populus frequens dona Deæ in Palatio tulit, lectisterniumque et ludi fuere, Megalesia appellata.' Ergo hic non primi facti sunt hi ludi. Idem Livius XXXVI. 36. primos scenicos ludos fuisse factos scribit ex Valerio Antiate. Variatam igitur hoc historia est. Quod autem continuo subnectitur, 'Horum ædilium ludos Romanos primum senatus a populo secretus spectavit,' haud scio, quam verum sit. Nam I. 35. de Tarquinio Prisco atque ludis ab eo institutis ita ait Livius: 'Loca divisa Patribus equitibusque.' *Glar.* Eosdem ædiles in iisdem ludis faciendis edit etiam Pædianus in Cornelianam. *Sigon.* Lambinus ad Cic. de Arusp. Resp. c. 12. et ad Fam. II. 11. ubi libri scripti et editi habent *Megalensibus*, contendit, neque Græce, neque Latine dici posse 'Megalenses,' 'Megalensia' et 'Megalensibus;' ea barbara aut solœca esse; pro iis 'Megalesia' et 'Megalesiis' dici, et ita utroque loco Ciceronis, quamvis repugnantibus et invitis omnibus libris, scribi debere. Sane *Megalesia* dicunt Varro de Ling. Lat. V. 47. Cicero de Arusp. Resp. c. 12. Livius hoc loco, XXIX. 14. lib. XXXVI. capp. 1. et 36. Ovid. Fast. IV. 357. Juven. VI. 69. et Festus. Contra, quæ Lambinus improbat, defenduntur auctoritate Ciceronis ll. dd. Taciti Ann. III. 6. Gellii II. 24. et XVIII. 2. Martial. X. 41. Ascon. in primam Cornelianam Ciceronis, Didascaliarum quatuor comœdiarum Terentii, et Donati in fragm. de Comœd. et Trag. Muretus ad hoc fragmentum putat, primum *Megalensia*, deinde, detrita litera, *Megalesia* dictum fuisse, quod videtur probare Grævius ad Cic. de Arusp. Resp. Sed forsitan sine discrimine 'Megalesia' et 'Megalensia' dixerunt, ut 'Scaptesula' et 'Scaptensula,' et alia, de quibus vide annotat. ad Marcellini vitam Thucydidis p. 3. Quæ porro hic de Megalesiis tradit Livius, non adversantur illis quæ XXIX. 14. scripserat, Megalesia jam ante decennium facta fuisse. Nam hic non dicit, hos ædiles tum primos Megalesia fecisse, sed 'primos Megalesia ludos scenicos' fecisse, id est, addidisse iis ludos scenicos, sine quibus antea agebantur: quod Valerium Antiatem triennio post in dedicatione ædis Matris Magnæ Idææ factum prodidisse, refert Livius XXXVI. 36. Ita hæc componi posse puto, quæ prima fronte inter se videntur pugnare. Bulenq. de Ludis Circ. c. 8. citat tria hæc loca Livii, sed nihil decernit, atque etiam in eo labitur, quod scribit, Ascon. in Cornelianam eosdem, quos hic Livium, ædiles Megalensibus faciendis edere. Asconius enim ab his ædilibus ludos Romanos, de quibus etiam est apud Livium c. 44. factos scribit, nec de eorum Megalensibus quidquam dicit. Nec recte sententiam verborum Livii XXXVI. 36. de his ludis percepit Camerarius, in Diatriba de Comicis versibus scribens, Livium lib. VII. et Valerium Antiatem de origine ludorum scenicorum apud Romanos inter se dissentire. De Megalensibus denique notabilem errorem Goveani, qui 'Megalenses' et 'ludos Romanos' eosdem esse putavit, castigarunt Muretus l. d. et Vossius in Etymol. In eodem errore versatur Gyraldus in Histor. Poët. Dial. VI. p. 335. ed. Batavæ. *Duk.* Atilii prænomen *C.* exsulat ab omnibus codd. nostris,

Digitized by Google

Hearnii L. 1. et edd. antiquis. Ejus prænomen omiserunt etiam Val. Max. II. 4. 3. et Ascon. ad Cic. Cornelianam. Primus Froben. a. 1535. eum vocavit *C. Atilium:* utrum tamen ex cod. an ex conjectura, incertum est. Verum, undeunde ita ediderit, id ipsi prænomen fuisse non existimo. Infra quidem memoratur 'C. Atilius Serranus' prætor creatus XXXIX. 23. sed ab eo, qui hic memoratur, ideo diversum puto, quia verisimile non videtur, eum post ædilitatem curulem per novem annos jacuisse, antequam præturam obtineret; idque illo tempore, quo ædiles vel anno proximo, vel uno alterove interjecto, prætores creari solebant. Credo igitur hoc loco potius legendum esse *A. Atilius*, et prænomen *A.* interceptum esse a litera initiali vocis seq. Vide ad XL. 34. § 1. Ita autem indicabitur 'A. Atilius Serranus,' qui anno uno interjecto prætor designatur l. XXXV. c. 10. Et quidem hæc conjectura inde firmatur, quod L. Scribonius Libo, ejus in ædilitate curuli collega, eodem anno præturam obtinuisse ibidem dicatur. Deinde *Atilius* Voss. Lov. 2. 5. 6. Gaertn. et edd. usque ad Gron. qui a. 1665. recte *Atilius* dedit. Vide ad XXXV. 10. § 11. Insuper *Serranus* Mead. 1. *Seranus* Lov. 2. 6. Gaertn. et edd. usque ad Vascos. qui *Serranus* edidit. De quo cognomine, quod in nummis familiarum hac nota SAR. indicatur, et in Fastis Capit. ad a. IDLXXXIII. SERRANVS scribitur, ejusque origine et orthographia, vide Periz. in Anim. Hist. c. 1. Hinc *T. Scribonius* Ascon. l. laud. invitis Livio et Valer. Max. eorumque Mss. alibi etiam gens Scribonia 'Titi' prænomine usa non reperitur. Omnino igitur apud Ascon. emendandum *L. Scribonius*. Tandem *fuerunt* Harl. Vide ad lib. XL. c. 50. § 5.

§ 4 *Senatus a populo secretus spectavit*] *A populo segregatus* Lov. 6. a m. pr. Nihil mutandum. Supra c. 44. 'Ut loca senatoria secernerent a populo.' Mox *tribuitque sermones* Harl. Vox autem *novitas* male exsulat a Lov. 1.

Tributum censentibus amplissimo ordini] Libri omnes *existimantibus*. Gebhard. *Extimantibus* Lovel. 1. 2. 3. et 6. *existimationibus* Gaertn. *existimantibus* reliqui mei, Hearnii L. 1. et edd. primæ. Frobenius deinde an. 1535. *censentibus* ex cod. Mog. recepit.

§ 5 *Demtum ex dignitate populi, quidquid majestati Patrum adjectum esset*] Simili modo Curtius VI. 1. 'Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse ne tacitus quidem indignabatur, suæ demptum gloriæ existimans, quidquid cessisset alienæ.' Eadem figura orationis l. XXXV. cap. 17. 'Eumenes, quantumcumque virium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno ducebat.' *Gebh. Decerptum ex dignitate* Lov. 6. quod est ex glossa: *demtum dignitate* Harl. Male. Infra XXXVII. 7. 'Ex summa pecuniæ demerent.' Alibi construxit cum præpositione *de*. Vide ad VII. 41. § 8.

Et concordiæ et libertati æque minuendæ esse] Vet. lib. *libertatis*. Ita autem legendum esse, alio loco, ubi de ejusmodi dicendi genere docui, ostendi. *Sigon.* Libri omnes *libertatis æque minuendæ*. Gebhard. Sigonius e vetere suo *libertatis;* id quod non modo nostri confirmant scripti, sed et quidquid est editorum ante Gryph. et Curionem. *J. F. Gron. Libertatis* omnes etiam codd. nostri. Ex editoribus autem id primus mutavit Frob. a. 1535. et postea ante Gryphium et Curionem edd. Basil. 1539. ac Vasc. Recte autem viri docti *libertatis* revocarunt. Supra v. 3. 'Concordiam ordinum dissolvendæ maxime tribunitiæ potestatis rentur esse:' ubi alia vide. XXXVIII. 50. 'Nihil tam æquandæ libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dice-

Digitized by Google

re caussam.' l. XL. c. 29. 'Quum animadvertisset, pleraque dissolvendarum religionum esse.' Præterea 'libertatis æquæ' multæ ex edd. principibus. Supra IV. 4. 'Utrum vobis dominatio, an omnibus æqua libertas parta est?' ubi vide. Vulgatum tamen, quod in prima deinde Mog. ed. obviam fuit, damnatum nolo. Paullo ante *discernuntur* cod. Mogunt.

§ 6 *Ad quingentesimum octavum annum*] Insignem hic considera mendam, lector. Ab initio hujus decados XXXI. 5. numeratur annus ab urbe condita quingentesimus quadragesimus, hic quingentesimus octavus, cum octo interea effluxerint anni. Quare non fit mihi dubium, ut illud *quadragesimus* supra pro *quinquagesimo* irrepserat, ita hic omissum *quinquagesimus*. Quare locus ita legendus: *Ad quingentesimum quinquagesimum octavum annum, &c.* ut quatuor anni desint ab urbe condita. Nec dubium est ulli, sub Romulo fuisse etiam spectacula. *Glar. Quinquagesimum sextum* legendum esse, alio loco doceo, in Chronologia. In veteri libro est *DVIII.* Menda ex notis est nata, cum debeat scribi *DLVI. L.* enim in *V.* versum est, et *V.* in duo *II.* ut alias. *Sigonius. Ad quingentesimum octavum annum* dederunt etiam omnes MSS. nostri, et Hearnii L. 1. ac N. sed vox *quinquagesimum* excidit ob similitudinem præcedentis. At omnia hæc vocabula cum quatuor sequentibus desunt in Lovel. 1. ubi exciderunt neglegentia scribæ ob repetitionem vocis *esse*. Vide ad IX. 11. § 11. Idem numerus annorum, quem Glareanus hic reponit, exstat apud Valer. Max. II. 4. 3. ubi Glareanus eodem modo Livium emendandum docuit. Ceterum adversus Sigonium disputat Robortell. in Conven. Supput. Livianæ cap. 4. qui emendare videtur *DLIX.* nisi in Face Crit. Gruteri, qua Robortelli editione utor, erratum sit.

In promiscuo spectatum esse] Pal. 1. et vetus ed. *in promiscuum spectatum esse*. Alter *promiscue spectatum esse*. Gebh. In his verbis exhibendis varie errarunt codd. nostri. Sed verissima est lectio vulgata, quam Aldus ex Mogunt. recepit. Vide ad XXXIX. 13. § 10. Mox *factum sit, cur immiscerī* cod. Mogunt. Male. *factum, cur misceri* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *factum, cur miseri* Harl.

§ 7 *Novam et superbam libidinem*] *Novam superbamque libidinem* Lovel. 2. *novam superbam libidinemque* Harl. Mead. 1. et Gaertn. *novam superbam libidinem* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. priscæ. Ascens. demum a. 1513. *novam et superbam* edidit. Paullo ante *consessorem nollet*, pro *fastidiret*, Gaertn. Mox in fine cap. *stari malumus* Voss.

CAP. LV. § 1 *Feriarum quoque ob id indictarum*] *Ad id indictarum* Harl. Superius *fuerunt* deest in Lovel. 3. Præterea *non rei ipsius tantum*, alio ordine, Harl.

§ 2 *Nam neque senatus haberi, neque respublica administrari poterat*] *Jam enim senatus haberi, nec respublica* Lov. 3. Tum *poterant* Lov. 2. et Gaertn. Mox *expediendoque* Vossian. *expiando* Lov. 1.

§ 5 *Cornelius Galliam, Minucius Ligures sortiti sunt*] Ms. plane alia et syntaxi et dicendi forma, *Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt*. Et loquitur sane non semel et hoc, et illo modo Livius: quare non multum interesse sane arbitror, utrum hic recipias, utrum ne recipias. *Modius. Mogunt. Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt*. Recte sentit Modius, parum interesse, utrum recipias: sed falsa ratione, quod nempe utroque modo alibi Livius. Vera ratio est, quia utrumque suppositicium et correctorum. Moguntinum stare nequit propter 'urbanam,' 'peregrinam,' 'Siciliam,' &c. tum propter nomina prætorum, quæ omnia simul erant

Digitized by Google

mutanda. 'Sortiti sunt' est interpretis, quia verbum idem proxime præcessit. Fuit igitur Livii, *provincias deinde consules prius, tum prætores sortiti, Corn. Gall., Min. Ligures: C. Scrib. urbanam.* Statimque *C. Flam. Hisp. citeriorem, M. Fulv. ult.* ut cap. 43. hujus libri, et XXXIII. 26. et sæpe alibi. Vossianus, *Cornelio Gallia, Minucio Ligures sortiti: cæterum Scribonius.* Quod si Moguntinum placeat, sic omnia formanda: *Provincias deinde, cons. prius, tum præt. sortitis, Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt: C. Scribonio urbana, M. Valerio peregrina, L. Cornelio Sicilia, L. Porcio Sardinia, C. Flaminio Hispania citerior, M. Fulvio ulterior.* J. F. Gron. Excerpta mea Vossiani *Cornelio Gallium, Minucio Ligures sortiti:* quæ eadem lectio prostat etiam in Lov. 1. et Hearnii L. 1. ac N. Priorem Gronovii conjecturam non admodum spernno. Vide tamen num ex cod. Mog. et ex vulgato simul legendum sit, *Provincias deinde consules prius, tum prætores sortiti. Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt. Sortiti sunt C. Scribonius, &c.* Tò *sortiti sunt* eo displicere non debet, quod *sortiti* præcesserit. Vide ad I. 3. § 9. Præterea in adsignatione provinciarum recensenda Livius interdum eodem modo orationem intercidit et variavit. Ut XXXII. 28. 'Urbana Sergio, peregrina jurisdictio Minucio obtigit. Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem est sortitus.' XXXVII. 50. 'Ætolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio sorte evenit. Prætores deinde sortiti sunt, Sp. Postumius Albinus urbanam,' &c. XXXVIII. 35. 'Messallæ Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Prætores inde sortiti sunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina jurisdictio evenit. Q. Marcius Siciliam, C. Stertinius Sardiniam, L. Manlius Hispaniam citeriorem, C. Atinius ulteriorem est sortitus.' Præterea recte Gronov. vocem *Hispaniam* posteriori loco delet. Vide Sigon. ad XXXVII. 50. § 8. et Gronov. ad XXXIX. 8. § 2. et ad cap. 38. § 3.

CAP. LVI. § 1 *Literæ M. Cincii (præfectus is Pisis erat) adlatæ*] Tollunt provocabulum *is* libri omnes, *præfectus Pisis erat.* Scripsi quoque auctoritate omnium codicum *Nihil eo anno belli exspectantibus.* Gebh. Libri veteres abolent pronomen a Mog. additum, retento *literæ M. Cincii (præfectus Pisis erat) allatæ.* Recte. Diximus in principio operis hujus. Lib. XXVII. c. 33. 'Dictator Manlius magistrum equitum Cn. Servilium (tum ædilis curulis erat) dixit.' Sic nostri meliores et Rhenani liber. Vulgo, *qui tum ædilis.* Lib. XXXI. c. 10. 'L. Furius Purpureo tum provinciæ præerat, cætero ex senatusconsulto exercitu,' &c. Andreas sane immisit *qui*, et retinent eum secuti, sed non est in scriptis. Lib. XXXVII. c. 17. 'Erant Issenses exules cum Romanis: frequentes Rhodios orare institerunt, ne urbem, et vicinam sibi, et cognatam, innoxiam perisse liceret.' Sic omnes Mss. ut et Andreas eum vetustissimis. Aldina *ibi frequentes.* Posteriores magis scilicet nasuti, *ii frequentes.* Eodem lib. c. 40. 'Et totidem Trallos et tria millia cetratorum (Pisidæ erant, et Pamphylii, et Lycii) tum Cyrtæorum.' Ita scribendum. Vulgo *Pisidæ hi erant.* Sed libri veteres pronomen ignorant. *J. F. Gron. M. Cinci* Voss. Lovel. 4. Harl. et Hearnii N. *M. Cinci* Lov. 2. et 6. *M. Quinti* Hearnii L. 1. Tum pronomen *is* in nullo meorum adparet, ut nec in Oxoniensi L. 1. et N. sed *qui præfectus Pisis erat* legit Lov. 3. Novi equidem, sæpe solitos fuisse scribas allosque voculis *is, qui, hic,* similibusque particulis dissolutiorem, ut putabant, Livii orationem melius connectere. Vide J. F. Gronov. ad I. 1. § 11. VII. 5. § 4. et XL. 55. § 1.

Digitized by Google

et Jac. Gronov. ad XXXIV. 8. § 4. XXXVI. 16. § 3. et c. 30. § 3. At simul novi, Livium in simili parenthesi pronomen *is* vel interposuisse, vel omisisse. Vide ad XL. 57. § 3. Auctoritas igitur integerrimi cod. Mog. cujus ope tot vulnera Livio inflicta coaluerunt, effecit, ut lectionem ejus revocarim. Aliud exemplum vide ad XXXV. 51. § 2. Et potuit τὸ *is* in reliquis intercidisse ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Paullo ante *Nihil eo anno belli* omnes Mss. quibus utor, et edd. Frobeniana 1535. vetustiores. Mox autem § seq. *Ligurum X. millia* Hearnii L. 1.

§ 3 *Cui Ligures provincia evenerat, ex auctoritate Patrum*] Continent Pall. *cui Ligures provincia venerat. ex auctoritate senatus.* Gebh. *Ligurum provincia* Lov. 1. et 3. Male. Vide ad v. 12. § 6. Deinde *provincia venerat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Sed vide ad eumdem locum. Hinc *ex auctoritate senatus* omnes codd. nostri, et edd. principes, pro quo Frob. 1535. *Patrum* ex fide cod. Mog. substituit. In præcedentibus *Ita Minucius* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7.

In rostra ascendit, et edixit] Pal. 1. *in rostre scenditete dixit.* Legendum *in rostra escendit, et edixit:* quod confirmat quoque Pall. alter, *ad rostra descendit, et edixit.* Gelhard. Thuan. *in rostre ascendit.* Haud dubie inversum pro *in rostra escendit.* Jac. Gron. De verbo 'escendere' vide ad II. 28. § 6. Particula *et* deest in Lov. 2. Voss. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *et dixit* habent Lov. 1. et 3. An legendum *adscendens*, vel *escendens edixit?*

§ 4 *Conscriptæ essent, post diem decimum Arretii adessent*] *Constrictæ* Lov. 2. *scriptæ* Lovel. 3. Tum *post dies decem* Voss. Hinc *Aretium*, vel *Arecium* Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§ 5 *Sociis et Latini nominis magistratibus legatisque eorum*] Ita Moguntini ex cod. suo ediderant, quum priores vulgassent *sociis et Latino nomini*, quod Crevierius ex Victor. suo revocavit, quum vulgatum ferri non possit, nisi, ut pridem conjiciebat, scribatur *sociorum et Latini nominis magistratibus.* Posterior hæc lectio superest in Harl. at *sociis et Latino nomini* in reliquis meis decem, quos sequor. Posses etiam, vocula *et* trajecta, *sociis Latini nominis et magistratibus legatisque;* vel, eadem expuncta, *sociis Latini nominis magistratibus legatisque.*

Qui milites dare debebant] Sigonius de Ant. Jur. Ital. I. 21. scribit, se his verbis duci ad opinandum, non omnes Italicos debuisse dare Romanis milites. Si vera est, quod puto, sententia Lipsii de Milit. Rom. I. 7. non omni anno omnibus sociis milites imperatos, sed in orbem itum fuisse, maxime si pauciores legiones scribendæ essent, locus de iis accipi potest, qui superioribus aliquot annis militem non præbuerant, ut anno priore, quo tantum octo Romanæ legiones fuerunt c. 43. Nam non verisimile est, socios sine ulla intermissione continua stipendia facere coactos fuisse. Livius sæpe veteres exercitus dimissos dicit, quo nomine non dubium est, etiam socios comprehendi. Et socii, quos paullo post ab Africano et Sempronio dimissos scribit, hoc anno militaturi non fuissent, nisi tumultus, quem memorat, intervenisset. *Duk.*

§ 6 *Ex iis quindecim millia peditum*] Andreas et scripti præpositionem ignorant. Mediolani adjectam video, sed ab iis qui vim verbi 'describere' non capiebant. Id adhibet Livius ut Cicero Verr. v. 25. 'Civitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere.' Ad Quintum Fratrem I. 1. § 11. 'Vectigal quod iis æqualiter Sulla descripserat.' Cæsar Civ. III. 42. 'Locis certis horrea constituit,

Digitized by Google

vecturasque frumenti finitimis civitatibus descripsit.' Justinus XVI. 3. 'Cum Athenienses Græcim et Asim tributum in tutelam classis descripsissent.' Ubi vides, illi præpositioni locum nullum esse. Est enim idem quod imperare, et quidem non modo in universum, sed singulis pro ratione et copia cujusque. Si in scriptis esset τὸ *Ex*, faceremus *Et iis*. J. F. Gron. Præpositionem *Ex* ignorant etiam Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. φ. et Mead. 2. ut in paucissimis tantum superfuerit. Eamdem itaque delevi, quam nec Crevier. in Victor. invenit, et similiter expunxit. Q. Cic. de Petit. Cons. c. 5. 'Fac, ut plane iis omnibus descriptum ac dispositum suum cuique munus sit:' et cap. ult. 'Si hominibus studiosis gratiosisque nostri suum cuique munus describimus.' Supra Liv. XXX. 26. 'Magnam vim frumenti ex Hispania missam ædiles curules quaternis æris vicatim populo descripserunt.' Præterea *XX. millia peditum* Lov. 6. *X. millia peditum* Lov. 2. vox *millia* decat in Lov. 1. et Hearnii N.

Pro numero cujusque juniorum] Consulem potuisse scire numerum eorum ex tabulis censoriis, putat Lipsius de Milit. Rom. I. 7. nam, eas Romæ quoque fuisse, probabile esse ex Liv. l. XXIX. capp. 15. et 37. Sed hoc non satis manifestum est ex his locis, in quibus Livius non omnium sociorum, sed duodecim coloniarum, quæ bello Punico militem stipendiumque ex formula dare recusaverant, censum Romam delatum scribit. *Duk.*

§ 8 *Terna millia Romanorum peditum et centeni equites*] *Trina millia* Lov. 6. et Hearnii L. 1. Vide ad XXIII. 49. § 6. *Tria millia* Lov. 3. Sed vide ad XXXII. 28. § 11. *Peditum, centeni equites*, omissa copulativa, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *peditum et quingentos equites* Harl.

§ 9 *Tribunos plebeios adissent*] Vet. lib. *tribunos plebis*. Sigon. Pall. 1. *plebei*: alter *plebis*. Gebhard. Thuan. *tribunos plebei*. Jac. Gron. *Plebei* in hoc loco citat Lipsius de Mil. Rom. I. 4. *Plebis* Gron. de Pec. Vet. III. 3. pag. 273. *Duk. Tribunos adissent*, media voce omissa, Harl. *tribunos adiissent* Gaertn. *tribunos plebei* Crevierii Victorin. *tribunos plebis* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quod recepi. Alibi similiter lapsi sunt librarii. Vide ad II. 32. § 2. et cap. 58. § 9. Mox *causas agnoscerent* Lov. 2. errore scribæ. Vide alia exempla ad V. 36. § 7. Adde ad VI. 7. § 5. XXIII. 35. § 6. XXXIV. 61. § 3. et Davis. ad Cic. de N. D. I. 1. Tum *aut merita stipendia* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Hinc *aut morbus caussa adesset* Lov. 6. *aut morbi caussæ essent* Lov. 2. et Harl. *aut aliquis morbus caussæ esset* Lov. 3.

§ 10 *Decem millia in agrum Placentinum venisse, et eum usque ad ipsa coloniæ mœnia*] Vet. lib. *XV. millia*. Sigon. Ms. *Ligurum decem millia, &c.* qua numerorum variatione ut nihil frequentius, ita, quid sequaris in tanta obscuritate rerum, tanta etiam scriptorum inter se dissensione, nihil incertius. *Modius.* Uterque cod. cum prisca ed. exhibet *Ligurum decem millia in agrum Placentinum venisse, et usque ad ipsa coloniæ mœnia*. Gebh. *Ligurum millia decies* Hearnii L. 1. *Ligurum decem millia*, vel *X. millia*, Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Proximæ *quindecim millia* usque ad Frob. qui anno 1535. ex cod. Mog. revocavit *X. millia*. Sigonius deinde *XV. millia*. Ego et plures, et integriores codd. sequi malui. Tum *et ipse ad ipsa* Mead. 1. *et usque ad ipsa* reliqui omnes usque ad Aldum, qui *et eum usque ad ipsa* ex Mog. cod. dedit. Mox *et Padi pascum cædibus* Mead. 1. *et Padi ripas cædibus* Harl. et Gaertn. Reliqui recte *cum cædibus* tuentur. Vide ad XXV. 23. § 7.

Digitized by Google

Boiorum quoque gentem ad rebellionem spectare] Pal. alter, et prisca ed. *Boiorum quoque gentes*. Gebh. Similiter Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. Harl. et edd. Aldina priores, quæ ex Msto Mog. *gentem* adscivit. Vide ad XXXIX. 23. § 12.

§ 11 *Ob eas res tumultum esse. Decrevit senatus tribunos plebei, &c.*] Pulcherrimum sensum inepta verborum interpunctio depravavit. Sic autem interpungendum censeo: *ob eas res tumultum esse decrevit senatus:* tum infer *tribunos plebis, &c.* loquitur de tumultu Gallico, de quo sic Cicero in Philipp. VIII. 1. 'Potest esse bellum sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest: quid enim aliud est tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus; tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus; præterea nullum tumultum nominabant: gravius autem esse tumultum, quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent.' Et Philipp. VI. 1. 'Tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dixi oportere.' Sic hoc loco senatus decrevit, ut tumultus esset, quia Boii ad rebellionem spectabant. Demum ex vet. lib. pro *tribunos plebei, plebis*. Sigon. *Ob eam rem* Lov. 6. et Mead. 2. Tum *plebi* Lov. 1. *plebis* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *pleb'* ambigue Lov. 3. 6. et Gaertn.

Quo minus ad edictum conveniretur] A Mog. est. Nostri scripti cum primis editis *convenirent*. Quod rejicere nondum possum, qui tam facile in hoc intelligam 'scripti milites,' quam in illo 'a scriptis militibus.' Immo agnosco in hoc aliquid magis Romanum. *J. F. Gron. Convenire* Voss. et Lov. 1. ac 3. *convenirent* reliqui mei. Certissimum est, Livium absolute verbo plurali uti solitum, non præcedente nomine, ad quod refertur. Ita 'adjiciunt' II. 7. § 2. 'vocant' c. 12. § 9. 'exspectabant' III. 37. § 5. 'vertunt' IV. 9. § 3. 'remiserunt' V. 25. § 11. 'ferrent' VII. 1. § 10. 'terunt' VIII. 11. § 3. 'agerent' IX. 1. § 11. 'inclinarent' XXII. 58. § 7. 'nunciassent' XXIII. 17. § 7. 'adfingunt' XXIV. 3. § 7. 'eludant' XXVI. 22. § 14. 'præceperant' XXXI. 49. § 8. 'nunciabant' XXXII. 9. § 3. 'haberent' XXXIV. 9. § 12. 'destinabant' XXXV. 20. § 1. et alia plura. Vide Perizon. ad Val. Max. II. 2. 1. et Burm. ad Grat. Cyn. 9. et 25. His non obstantibus, reverentia integerrimo cod. Mogunt. debita efficit, ne temere aut sine justa causa ab ejus lectione discedendum existimem.

§ 12 *Ad quam diem L. Cornelius consul edixisset*] Pal. 1. *ut, ad quam diem L. Cornelius consul edidisset, et in quem locum edidisset*. Reliqui quoque, *ut ad quam diem*. Gebh. *Ut ad quem diem* Lov. 3. *ut ad quam diem* reliqui mei, et edd. antiqq. Prima Mog. τὸ *ut* omisit, quum id editores ejus in codd. suis se invenisse testati fuerint. Moguntinam omnes secuti sunt usque ad Gronov. qui voculam ejectam iterum recepit. Sed editoribus Moguntinis fraudi fuisse videtur, quod non cogitarint, Livium sæpius hanc particulam eadem periodo repetiisse. Vide ad XXII. 11. § 4. Similiter hic etiam erravit scriba Vossiani, qui eamdem superius omisit, scribens *Adjecerunt etiam socii*, pro *ut socii*. Contra omnes nostri utroque loco *edixisset* tuentur: *edidisset* igitur ex errore librarii apud Gebh. ortum. Ita variat ejus Pal. etiam II. 52. § 5. Vide insuper viros doctos ad Val. Max. III. 2. ext. 9. Pari modo passim commutantur 'editus' et 'edictus.' Vide ad XXI. 62. § 7.

§ 13 *Et ut L. Cornelius consul, in provinciam proficiscens*] Vet. lib. *et uti L. Cornelius consul*. Sig. Lectionem illam recepi. Eamdem enim non tantum

Digitized by Google

præferunt omnes codd. nostri, sed et edd. primæ. Froben. demum 1531. *et ut L. Cornelius* dedit. Tum *proficiscens* exsulat a Voss.

In oppidis agrisque, &c. si quos ei videretur, milites scriberet] Idem fecit L. Cornelius Merula prætor, ad quærendam opprimendamque conjurationem servorum a senatu missus, XXXII. 26. ubi nulla senatusconsulti mentio est. Nec tamen sine eo videtur fieri potuisse. *Duk.*

Si quos ei videretur, milites scriberet] Pro *si quos ei videretur*, legendum *quos ei videretur*. Sic XLIII. 15. 'Decrevere Patres, ut, &c. prætores ex his, quas scripsissent, legionibus, quas videretur, consuli darent.' Cic. de Off. I. 32. 'Nos, qui imitamur, quos cuique visum est.' Rursus Liv. XXXI. 3. 'Ut, quem videretur ei, mitteret.' Et c. 8. 'Ut, quem videretur ex iis, legatum mitteret.' Et XLIV. 18. 'Ut is in Macedoniam, quos L. Æmilio videretur, legaret.' *Heumannus.* Vide ad VI. 26. § 2. Dukerus etiam ita legendum conjecit. Sed et vulgatum defendi posse agnoscit.

Dimittendique ei, quos eorum, quandoque vellet] *Dimittendique eos* Harl. Tò *ei* non adparet in Lov. 6. Tum *quos eorum quemque vellet* Lov. 3. *quos eorum quandocumque vellet* Lov. 6. quod est ex glossa interpretis, qui *quandoque* pro *quandocumque* poni putabat: de quo vide ad I. 30. § 4. Verum nunc *quandoque* accipiendum pro 'et quando.' Jus ei dimittendi esset, quos eorum, et quando vellet: quomodo *itaque* pro 'et ita,' aliaque similia sæpe obcurrunt. Vide ad III. 30. § 7.

CAP. LVII. § 1 *Delectu habito, profecti sunt in provincias*] *Delectum habuere* Lovel. 6. *dilectu habito* Voss. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Dilecto habito* Mead. 1. Ita II. 27. § 10. III. 65. § 6. Sed vide ad I. 15. § 7. Tum *profecti in provincias sunt* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *ipse statuisset senatus, audirent* Lov. 6. *ipse statuisset, audiret senatus* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Vox *senatus* deest in Lov. 1. At omnem illam periodum ita exhibet Voss. *postulavit a senatu, ut de his, quæ cum decem legatis ipse statuisset, audiret.*

§ 2 *Qui ex universa Græcia, et magna parte Asiæ*] *Ex magna parte Asiæ* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Sed vide ad XXVI. 45. § 1. Mox *audisset* Harl. *audirent* Lov. 6.

§ 3 *A C. Scribonio prætore urbano*] *A consule Scribonio* manifesta aberratione Voss. et Lov. 1. Vide ad XXII. 14. § 13. *A Cneo, a Gneo*, vel *a Gn. Scribonio* Gaertn. Lov. 2. 4. et Mead. 1. *ab C. Scribonio* Lov. 3. Tum *prætore urbis* edd. antiqq. pro quo Aldus ex cod. Mog. *prætore urbano*. Vide ad XXV. 1. § 11. Mox *benigne responsum est omnibus* Gaertn.

§ 4 *Quorum pars in Asia, aut Lysimachiæ apud regem fuerant*] Libri omnes *pars aut in Asia, aut Lysimachiæ*. Gebh. Ita etiam Lov. sex, Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Frobenianam 1535. *aut in Asia, aut in Lysimachia* Harl. Deinde *fuerat* idem Harl. male. Vide ad V. 38. § 5.

§ 5 *T. Quinctio mandatum*] Prænomen exsulat ab codd. nostris, Hearnii L. 1. et edd. omnibus usque ad Gronov. qui demum a. 1665. addidit, verisimiliter ex cod. Mog. in quo id sese invenisse Moguntini in excerptis docuerunt. Mox *ex dignitate populi Romani* Lov. 6. *ex dignitate sua populi Romani* in eodem cod. inter versus adscribitur.

§ 6 *Menippus et Hegesianax principes regiæ legationis erant*] Appianus meminit hujus legationis in Syriaco pag. 89. additque Lysiam his verbis: καὶ πρέσβεις εἰς Ῥώμην ἔπεμπε Λυσίαν τε καὶ Ἡγησιάνακτα καὶ Μένιππον. *Sigon. Hegesiam viginti* Lov. 1. *Hegesinax* Voss. *Hegesianas* Mead. ambo. *Hegesinas* Lov. 3. *Hegesias* Harl. *Egesiamas* Lovel. 4. *Egesianas* Lov. 6. et

Digitized by Google

Hearnii L. 1. *Egestinus* Lov. 2. Mox *regiæ* deest in Harl.

Ignorare se, dixit, quidnam perplexi oratio sua haberet] *Ignorasse se* Lov. 3. Hinc *sua oratio* Lov. 6. Mox *venisset* Lov. sex, Mead. ambo, Hearnii L. 1. et editi ante Aldum.

§ 7 *Quibus integre paciscerentur*] Vet. Hb. *inter se paciscerentur*, non *integre*: optime. Sic paulo post, 'Amiciti-am sociali fœdere inter se jungendam.' *Sigon. Integre* servant omnes nostri codd. et Hearnii L. 1. in quo tamen non est commodus sensus. Mox *plus possent* male Voss. Lov. 1. 4. Mead. 1. et Gaertn.

Quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit] Pall. et antiq. ed. *quæ ex iis habere victor*. Probo tamen *victos*. Gebh. *Quæ non ex iis* Voss. Hinc *haberet victor* Harl. *habere victor* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. Frobeniana 1535. antiquiores. Deinde *quibus multari omnes eos velit* Lov. 6. *qui militare eos velit* Lov. 1.

§ 8 *Eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi*] Pall. *eas aut ex eo simul a juris*. Vet. ed. *eas aut ex æquo simul, aut ex juris antiqui*. Gebh. *Aut ex consilio et juris antiqui* Lov. 6. *aut ex eo simul a juris antiqui* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. ambo: sed *aut ex æquo* est in Mead. 1. margine: *aut ex æquo simul juris antiqui* Lov. 2. Harl. et Hearnii L. 1. *aut ex æquo simul ab juris antiqui* Lov. 3. *aut æquo simul juris antiqui* Gaertn. *aut ex æquo simul, aut ex juris antiqui* Lov. 5. et edd. vett. *aut ex æquo simul, aut ex juris antiqui formula* ed. Mog. aliæque usque ad Froben. qui a. 1535. lectionem, quæ nunc vulgo exstat, ex optimo cod. Mog. adscivit. Vide ad XXVI. 24. § 6. Tum *aut partis utriusque* omnes mei codd. cum Hearnii L. 1. et edd. antiqq. omissa præpositione, quam eodem tempore Frobenius ex cod. Mog. interposuit. Denique *comperaverit*, pro *componi*, Voss. *comparavit* Lov. 1. Paullo ante *si quorum* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn.

§ 9 *Hostes nunquam fuerint, ad amicitiam, &c. inter se jungendam coëunt*] *Numquam hostes fuerunt* Voss. *nunquam hostes fuerint* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Deinde voces *inter se jungendam coëunt*. *Eos neque dicere* desunt in Harl. sed *integre jungendam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. quomodo perperam ante Sigonium edebatur supra § 7. *Integrum jungendam* Gaertn. Voces *inter se* deerant in Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui recte *inter se jungendam* ex Mog. cod. recepit. Tum *crevit*, pro *coëunt*, male Voss. *eunt* Lov. 1. *coëcit* Lov. 6. Mox *nec dicere, nec accipere* Lov. 2. et Gaertn. *neque dicere, nec accipere* Mead. uterque. Vide ad IX. 9. § 14. *Neque accipere, neque dicere* Lov. 5. et edd. antiquæ. Aldus deinde ex cod. Mog. probavit, quod nunc obtinet.

§ 10 *Mirari se, quod Romani æquum censeant, ei leges dicere*] Non est hoc Livii, sed *quid*, vel *qui Romani*. Sic juvimus jam Nostrum II. 54. *J. F. Gron.* Recte Crevier. vulgatum adversus Gronov. tuetur. Nostri etiam constanter *quod* tuentur. Vide ad II. 54. § 8. et XXXVIII. 10. § 1. *Æquum* perperam omittunt Lov. 1. 6. et Voss. Tum *leges ei dicere* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *Antiochus non esset* Lov. 2. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 11 *Fœdus ita sanciendum esse*] *Faciendum esse* Lov. 6. quod ex interpretis glossa in contextum irrepsit.

CAP. LVIII. § 1 *Quoniam vobis distincte agere libet*] Pal. alter, *Quoniam verbis distincte agere libet*. Gebh.

§ 2 *Quod ad urbes Asiæ attinet*] *Attineat* Lov. 1. *attinuerit* Lov. 3. Mox *et ut ipse*, transpositis vocabulis, Lov. 2. et Hearnii L. 1.

§ 3 *Et in Europam transcendat, ut et Romanis jus sit*] *Cum et in Europam transcendat* Voss. et Gaertn. *in Europam transcendat*, omissa copulativa,

Digitized by Google

Lov. 2. Hinc *ut Romanis jus sit* Lov. 1. et 6. *ut et Romanus jussit* Mead. 2. Mox *civitatium amicitias* ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Deinde *habeat* Mead. 1. *habebat* Gaertn. *habent* Lov. 6.

§ 4 *Id auditu etiam, dicere, indignum esse, Hegesianax*] *Ad auditum etiam* Lov. 1. *id auditu et* Lov. 3. Tum *dixit*, pro *dicere*, Voss. Hinc *dignum esse* Lov. 2. In ultima autem voce *Hegesianax* similes fere varietates hic obferunt codd. Mss. ac vidimus cap. præc. § 6.

Urbibus arceri Antiochum; quæ, &c.] Quamvis sciverit, Sallust. in Jugurth. c. 41. dixisse, 'earum rerum quæ prima mortales ducunt,' insignem tamen hanc anomaliam discordantium generum, *urbibus, quæ parta*, a Livio profectam esse, vix sibi persuadet Crevierius, eumque forsitan dedisse conjicit *urbibus et locis arceri Antiochum, quæ*. Alio modo in sequentibus eamdem anomaliam tollere conatur Gronov. Utriusque tamen conjecturæ nimium a vulgato recedunt, quam ut alterutram earum probare, et pro vera lectione recipere audeam. Accedit Livium aliis in locis a simili anomalia non abstinuisse. Supra XXXI. 7. 'Nec Tarentini modo, &c. sed Lucanus, et Bruttius, et Samnis, a nobis defecerunt. Hæc vos quietare, aut mansura in fide creditis?' XXXII. 29. 'Delectu rebusque aliis, divinis humanisque, quæ per ipsos agenda erant, perfectis.' XXXV. 26. 'Si in re navali offendisset, eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus.' Alia vide ad II. 5. § 4. IV. 54. § 4. et V. 22. § 16.

§ 5 *Seleucus proavus ejus*] Abutitur vocabulo *proavus* pro 'abavo.' Nam Antiochus Magnus Seleuci Callinici, hic Antiochi Divi, hic Antiochi Soteris, hic Seleuci Nicatoris. *J. F. Gron.* Series generis recte constituta est ex Polybio IV. 48. et V. 40. Rupertus tamen ad Synopsin Besoldi c. 10. Antiochum M. Seleuci Nicatoris adnepotem facit, Seleuci Callinici nepotem, Seleuci alterius filium, auctore, ut ait, Polybio II. 71. Non ignorabat locum Appiani in Syriac. p. 130. sed ejus hominis auctoritatem apud se non tantam esse, quantam Polybii, dicit. Poterat tamen, si non viderat, quæ Polyb. IV. 48. et V. 40. scribit, ex Chronico Eusebii, quam laudat, num. MDCCLXX. et MDCCXC. scire, Callinico filium Seleucum Ceraunum, Cerauno Antiochum M. fratrem successisse. Verum maluit sequi Casaubonum, certum quidem plerumque ducem, sed tamen in loco Polybii II. 71. vertendo a via aberrantem, quum Græca Polybii μεταλλάξε δὲ καὶ Σέλευκος, ὁ Σελεύκου τοῦ Καλλινίκου, τοῦ καὶ Πώγωνος ἐπικληθέντος, Latine interpretatus est, *obiit et Seleucus, Seleuco patre genitus, avo Callinico; qui etiam Pogon cognomine est dictus.* Quem errorem viri summi animadvertit et emendavit ad Polyb. Jac. Gronovius. Sed ut in hoc fallitur Rupertus, ita recte scribit, Seleucum Nicatorem a Livio καταχρηστικῶς vocari 'proavum' Antiochi M. et plura hujus generis videri jubet ad Cic. Epist. Fam. III. 2. et Freinsh. ad Curtii VI. 2. § 26. quibus adde Sigonium ad Livii IV. 48. *Duk.* Crevier. prolior est in sententiam Appiani l. d. qui statuit, Antiochum Sotera et Antiochum Theon fuisse fratres, filios Seleuci Nicatoris, adeoque Seleucum illum Antiochi Magni proavum, ut a Livio vocatur, revera fuisse. Communem autem sententiam, quam plerique veteres et recentiores sequuntur, Antiochum nempe Theon fuisse filium Antiochi Soteris, inde ortam fuisse suspicatur, quod fuerit ejus privignus ob Stratonicen, quæ prius Seleuco Nicatori nupta, quum hunc Theon apud eum peperisset, postea, concedente Seleuco, Antiocho Soteri nupsit.

Per summum decus parta liquerit]

Digitized by Google

Quid opus fuit *liquerit* subdere pro *reliquerit*? An non Maro Georg. IV. 127. 'cui pauca relicti Jugera ruris erant?' An non Martialis Ep. X. 47. 'Res non parta labore, sed relicta?' *J. F. Gron.* Frobenius est, qui a. 1535. *liquerit* substituit, invitis libris meis. De usu hoc verbi 'relinquere' vide Briss. de Verbor. Sign. voce 'Relinquere,' et Jac. Gronov. ad Livii XXVII. 19. § 9. Tum *per summum decus secutus parata* Lov. 1. et 6. *parata* pro *parta* frequenti scribarum errore similiter Voss. quomodo etiam § seq. lapsi sunt Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad V. 6. § 1.

Eadem ab Thracibus possessa partim] Hoc admissum ex Moguntino. Prius aberat *eadem*. Sed rotundius nostri scripti, *pari cum laude partim ab Thracibus possessa armis receperit*. Suspicor autem gravius hunc locum laborare. Nam τὸ *quæ*, ut nunc est, non potest respicere nisi superiora, et in illis aut 'urbes,' aut 'Thraciam et Chersonesum:' utrumvis satis durum. Videtur autem ab Livio fuisse, *quæ Sel. proavus ejus, Lys. rege bello victo et in acie cæso, per sum. decus parta reliquerit; pari cum laude partim ab Thr. possessa armis recepisse Antiochum, partim deserta, sicut ipsam Lys., et rev. cult. frequentasse, et, quæ strata ruinis atque incendiis erant, ing. imp. ædificasse.* J. F. Gronov. De ordine vocum in scriptis Gronovii non nihil dubito, quia ex undecim nostris nullus illis concinit. Decem quidem legunt *pari cum laude ab Thracibus partim possessa armis receperit*, solus tantum Lov. 5. cum edd. prioribus *ab Thracibus possessa partim*. Hearnius tamen suos L. 1. et N. Gronovianis consentire monuit. Quid de reliqua Gronovii emendatione censeam, dixi ad § præc. Mox *frequentarit* Lov. 6.

§ 6 *Quid igitur simile esse*] Ultima vox exulat a Voss. Mox *quæ quum quam sua fuerit* Lov. 5. et edd. vett. pro quo Mog. recte ex cod. suo *eorum fuerit*, consentientibus reliquis meis. Insuper § seq. *amicitiam expetere Romanorum* omnes scripti mei, et edd. vett. Sed Froben. postea 1535. in eum ordinem, qui nunc vulgo exstat, voces digessit.

§ 8 *Sic ut aut sola, aut prima certe, pensari decet principi*] Subobscura est sententia, intelligitur tamen: et Græco dicendi modo utitur, *decet principi*. Terentius Adelphis III. 5. 45. 'ut vobis decet,' ὑμῖν πρέπει. *Glar. Sicut*, una voce, Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Non opus autem est, ut cum Glareano proxime jungamus *decet principi*. Livium enim alibi ita locutum esse, nondum observavi; quem contra 'ut decet certæ spei plenos' dixisse, memini VI. 12. sed construendum est 'decet pensari principi,' pro a principe. Vide ad VI. 11. § 4.

§ 9 *Liberas velle omnes, &c. Græciæ urbes*] Longobardicus codex *liberare velle omnes*. Modius. Longob. sive Moguntino codici nullus meorum consentit. Mox *an servas, vectigales facere* Lov. 1. et 6.

§ 10 *Si sibi Antiochus pulchrum esse censet*] Prima vocula deest in Lov. 1. 6. et Voss. quam hausit seq. vocis syllaba initialis. Alia exempla vide ad I. 46. § 7. VII. 13. § 4. XXI. 43. § 6. XXXIV. 49. § 1. et XLIV. 39. § 5. Τὸ *esse* non adparet etiam in Voss. Mox *usurpaverit* Lov. 2. 3. 6. Harleian. et Gaertn.

§ 12 *Ita ab Antiocho Græcas Asiæ urbes liberare*] Vetusta lectio paulo elegantior, *ab Antiocho Asiæ urbes, quæ Graii nominis sint, liberare*. Gelenius. Vet. lib. *ita et ab Antiocho*. Sigonius. Pall. et vet. ed. *ita ab Antiocho Græcas Asiæ urbes liberare*. Gebh. *Ita et ab Antiocho* omnes nostri, exceptis Lov. 5. et 6. qui τὸ *et* ignorant. Deinde *Græcas Asiæ urbes liberare* plerique meorum codd. *Græcas et Asiæ urbes liberare* Lovel. 3. Mead. 1. et Harl.

Digitized by Google

Voces *quæ Graii nominis sint* in L. 1. deesse, monuit Hearnius. Mox § seq. *neque enim Æolidem*, omissa præpositione, Lov. 1. 3. et Voss.

CAP. LIX. § 2 *Conditionibus, quæ modo diserte a Quinctio datæ sunt*] Scribe *latæ:* ita enim loquebantur. Lib. XXVII. c. 30. 'Enimvero indignum ratus Philippus, victos victori sibi ultro conditiones ferre.' XXXVII. 1. de Ætolis: 'Duæ conditiones ei latæ sunt: vel senatui liberum,' &c. XXXIX. 43. 'In extrema oratione Catonis conditio Quinctio fertur, ut, si id factum negaret, sponsione defenderet sese.' Cœlius ad Ciceronem ad Famil. VIII. 16. 'Eandem rationem fore Cæsaris in dimittendis adversariis et conditionibus ferendis.' Cæsar Gall. IV. 11. 'Ea conditione, quæ a Cæsare ferretur, se usuros ostendebant.' *J. F. Gronov.* Cum Crevierio Gronovii conjecturam probo. Supra II. 13. 'Pacis conditiones ultro ferret Romanis.' XXI. 12. 'Conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur.' Curtius IV. 11. 'Ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos, cognatorum principes, misit.' Et paullo post, 'Conditiones pacis, quas fertis, si accepero.' Vide ad VII. 40. § 14. Solent autem 'dare' et 'ferre,' 'datus' et 'latus' in Mss. confundi. Vide ad I. 4. § 7. Adde ad Epit. Liv. lib. VII. et l. VII. c. 24. § 8. Etiam Burm. ad Ovid. Am. III. 9. 50. § seq. *supersidete* Voss. Vocula autem *vero* deest in Lov. 1.

§ 4 *Legationes universas Græciæ Asiæque quum in senatum introduxisset*] *Universas legationes* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Tum *in senatum quum introduxisset* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum. Mox *qualique Antiochus* cod. Mog. Hinc *postulata et regis et sua* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *Renunciarent civitatibus suis*] Insolentem hanc esse ellipsin, pro *decreverunt, censuerunt*, vel *responderunt Patres, ut renunciarent*, docuit Duker. ad Flori I. 1. § 15. Mox *qua virtute, qua fide* Harl.

Eadem ab Antiocho, nisi decedat Europa, vindicaturum] Ms. *nisi decedat ab Europa.* Et sane non tam servantes in his canonum grammaticorum fuerunt optimæ quisque notæ scriptor, quam vulgus literatorum putat. *Medius. Eam ab Antiocho* Harl. *ea ab Antiocho* Lov. 5. et priscæ edd. Pro quo Aldus *eadem ab Antiocho* ex Mog. cod. substituit. Tum *ut decedat Europa* Lov. 5. et edd. Camp. ac Rom. 1472. *nisi discedat Europa* edd. prioribus ætate proximæ, pro quo Moguntini demum *decedat* substituerunt.

§ 7 *Aut pacis causa consensurum*] Buslid. et Voss. *concessurum.* J. F. Gron. Excerpta cod. Voss. quæ penes me sunt, docent, a m. pr. *conscensurum*, a m. sec. *consensurum* datum fuisse: *consecuturum* est in Gaertn. *consurum* in Lov. 1. a m. pr. *concesurum* a m. sec. *concessurum* magis probat Crevier. quam vulgatum. 'Consensus' et 'concessus' sæpe a scribis commutari, vidimus ad IX. 7. § 7.

§ 8 *Eosdem, qui Lysimachiæ apud eum fuerant*] Quod inter hos Sulpicium et Ælium numerat, non satis liquidum est. P. Sulpicius inter decem legatos, ex quorum consilio Quintius Philippo pacem dedit, fuerat, XXXII. 24. Post pronunciatam Græciæ libertatem in Isthmiis ex decem legatis P. Villius et L. Terentius ad Antiochum profecti sunt, l. XXXIII. c. 35. et Polyb. Legat. 9. iidemque deinde cum P. Lentulo et L. Cornelio Lysimachiæ cum Antiocho in colloquium venerunt, XXXIII. 39. et Polyb. XVII. 31. In his quum nulla Sulpicii et Ælii mentio sit, valde suspectum est, quod ii hic Lysimachiæ apud regem fuisse dicuntur. Si verba *eosdem, qui Lysimachiæ apud eum fuerant*, non adscripta sunt ab aliquo, qui legatos Romanos Lysimachiæ cum Antiocho collocutos fuisse

Digitized by Google

memmerat, sed locum Livii XXXIII. 39. non inspexerat, non video quid dici possit, quo minus hoc quoque inter exempla negligentiæ Livianæ referatur. Nam si verum est, Sulpicium et Ælium quoque Lysimachiæ apud Antiochum fuisse, non potest absolvi negligentiæ, qui l. XXXIII. c. 39. nullam eorum mentionem fecerit. Hic unus scrupulus est: alter in eo, quod P. Ælium una cum Sulpicio ac Villio ad regem missum dicit. Nam l. XXXV. capp. 13. 14. 15. tantum Sulpicium et Villium memorat; nec plures missos fuisse, ex his verbis c. 15. 'Jam convaluerat Sulpicius: itaque ambo Ephesum venerunt,' apertum est. De hoc quoque, quod dicam, non habeo, nisi me suspicari, delenda esse hæc nomina *P. Ælium*; quæ in uno Ms. desiderari, testatur Hearnius. Causa illorum intrudendorum esse potuit, quod, quum in quibusdam libris pro *P. Villium* perperam scriptum esset *P. Ælium*, deinde, collatis inter se pluribus exemplaribus, ex uno legato duo facti fuerunt. *Duk.* Est Hearnii L. 1. qui voces *P. Ælium* omittit, solummodo *P. Sulpicium et P. Julium*, inserta copulativa, legens. *P. Julium*, pro *P. Villium*, præferunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. et Hearnii N. *P. Vilium* Lovel. 6. et Mead. 1.

CAP. LX. § 1 *Vixdum ii profecti erant*] *Vixdum profecti hi erant* Lov. 6. *Vixdum profecti erant ii* Lov. 1. et 3. Sed pronomen omittit Voss. quod, alibi sæpe ex liberalitate scribarum additum, neque hic admodum necessarium videtur.

Ne simul et Punicum bellum excitaretur] Pal. 1. nam in altero hæc tota sententia desideratur, *Punicum excitaretur bellum*. Gebh. Similiter omnes nostri, et typis descripti ante ed. Frob. 1535. Præterea *ne simul Punicum bellum* Lov. 3.

§ 2 *Super tali re particeps sermonis esse poterat*] Tria priora vocabula perperam exulant a Voss. Deinde *esse sermonis poterat* omnes codd. nostri, et edd. modo memoratæ. Paullo ante *patria pulsus pervenerat* Lov. 3. Tum *nulla alia re* Lov. 2.

§ 3 *In Italia bellum gereretur. Italiam et commeatus et militem præbiturum*] Ita primus Frob. a. 1535. edidit, concinentibus plerisque meorum. Voss. et Lov. 5. cum prioribus excusis *Italiam et milites et commeatus præbituram*. Sed non spernendum videtur, quod in Lov. 2. et Harl. inveni, *in Italia bellum gereretur, et commeatus et militem præbitura*.

§ 5 *Sibi centum tectas naves, sedecim millia peditum*] Rursus membranæ *Sibi centum tectas naves, et decem millia peditum*, quæ est omnino vera lectio. Abbreviator Trogi XXXI. 3. de eadem hac re: 'Sed Hannibal, cui nota Romana virtus erat, negabat, opprimi Romanos, nisi in Italia, posse: ad hoc sibi centum naves et decem millia peditum, et mille equites poscebat.' *Medius.* Pal. 1. habet *et decem millia peditum*. Gebh. Vocem *tectas*, quæ in multis veteribus edd. deest, et Aldus ex cod. Mog. interposuit, agnoscunt omnes codd. nostri, nisi quod librarius Voss. *rectas* dederit a m. sec. qualem errorem commissum vidimus ad X. 34. § 8. alius obcurrit XXXV. 48. § 3. et *lectas* sit in Lov. 5. Vide ad V. 21. § 10. Similiter legunt edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Deinde *sedecim*, vel *sexdecim millia* omnes nostri, pro quo Gronov. 1666. ex cod. Mog. dedit *decem millia*, cum addita copula debuisset *et decem millia*. Nihilominus Gronovii lectionem recentiores servarunt. Sed *et* interposui. App. in Syriac. p. 90. Μυρίοις ἀνδράσι δύναμαι καταβαλεῖν αὐτῆς τὰ ἐπίκαιρα. Mox *magno opere confidere* Lov. 1. 2. et Mead. 1. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

§ 6 *Se aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis*] Pall. *excitaturum*

Digitized by Google

Romanis bellum. Gebh. Pariter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

Regem cum ceteris omnibus transire in Europam debere] Prisca ed. *ducere in Europam.* In Pall. verbum defit. In altero tamen est, *Regem cum cæteris omnibus in Europa debere et in aliqua parte Græciæ copias continere.* Gebh. Ed. est Campani, ex qua *ducere in Europam* profert Gebhard. et ita exhibet Lov. 5. In reliquis scriptis nostris deest *transire:* neque ea vox adparet in edd. antiqq. Primi Moguntini substituerunt *in Europam transire debere;* sed simul monuerunt, se *transire in Europam debere* in cod. suo invenisse, quod Aldus expressit.

Neque trajicientem, sed, quod in speciem] Pro *sed* alii emendarunt *et:* quasi dicere velit, regem neque trajicientem, et tamen paratum trajicere. Per *sed* idem intelligi poterat. *Glar.* Illud *sed*, pro quo pugnat Glareanus, in duabus tantum edd. Ascensii a. 1513. et 1516. inveni; in prioribus et posterioribus omnibus, quas vidi, *et quod in speciem.* Neque aliud est in codd. omnibus, nisi quod *et quidem in speciem* habeat Voss. *equidem in speciem* Lov. 6. *quidem in speciem* Lov. 2. *et quid in speciem* Lov. 1. *quid in speciem* Lov. 3.

Cap. LXI. § 2 *Aristonem quemdam Tyrium natum Ephesi*] Vetusta lectio legit *naetus Ephesi.* Gelen. Mercatorem fuisse ait Appianus in Syriaco p. 90. Ἀριστῶνα δ' ἔμπορον Τύριον ἐπὶ προφάσει τῆς ἐμπορίας ἔπεμψε πρὸς τοὺς φίλους. *Sigon.* Unum ex comitibus Hannibalis fuisse, tradit Justin. XXXI. 3. Ceterum omnes nostri *natum Ephesi*, nisi quod *nantum Ephesi* sit in Lov. 4. quasi vellet *nanctum Ephesi;* de quo vide ad XXIV. 31. § 19.

Expertusque solertiam levioribus ministeriis] Pal. post. nec non antiqua ed. *natum Ephesi, expertumque solertia in levioribus.* Gebh. *Expertumque solertiæ in lev. minist.* Harl. *expertumque solertia in lev. min.* Lov. 2. 4. et Mead. ambo: *expertumque solertia in lev. ministeriis* Gaertn. *expertumque solertia lev. ministeriis* Lov. 4. et 6. *expertumque solertiam lev. ministeriis* Voss. Lov. 1. 5. et edd. principes: pro quo *expertus solertiam* Mediol. a. 1505. et Ascens. a. 1513. *expertusque solertiam* Froben. a. 1536. substituerunt. Mox *rex adiuverat* Gaertn. Tum *cum mandato mittit* Voss.

§ 3 *Edit nomina eorum, quibus conventis opus esset*] Ms. *edita nomina eorum, quibus conventis opus esset.* Medius. Nostri codd. nihil mutant, nisi quod *convocatis* sit in Lov. 6. *conventus* in Mead. 1. et Gaertn.

Instruit etiam secretis notis] Casaub. ad Æneam Tact. c. 31. 'secretus notas' hic esse dicit συνθήματα καὶ γράμματα, nec excludit ab his notis epistolas. Ernstius ad Valer. Probum de Notis Rom. cap. 1. putat, a Livio indicari occultam rationem scribendi per notas, quum, mutato ac transposito situ elementorum, secunda vel quarta litera pro prima ac perinde sequentes ponebantur; qua Julium Cæsarem et Augustum usos fuisse scribit Suet. Cæs. c. 56. et Aug. c. 68. Sed hæc satis refelluntur auctoritate Livii et Appiani, quorum hic in Syriac. p. 90. tradit, Annibalem non tutum existimasse, quidquam literarum Carthaginem mittere, sed Aristoni mandata ad amicos dedisse: Livius autem diserte negat, Aristoni literas ab Annibale datas fuisse, eumque hac firmissima defensione in senatu Carthaginiensi usum dicit, quod 'nihil literarum' ad quemquam attulisset. Mihi, quod Aristonem 'secretis notis' ab Annibale instructum dicit Livius, hanc sententiam habere videtur, Aristonem ab Annibale accepisse quædam, secretis colloquiis inter ipsum, quum adhuc Carthagine esset, et ejusdem factionis homines de republica et bello adversus Romanos tractata; quæ iis ab Aristone re-

Digitized by Google

lata nota et certissima argumenta essent, quibus ea, quæ Aristo dicturus erat, mandata Annibalis esse agnoscerent, eo quod illa nemini, præter Annibalem, nota esse sciebant. Hoc sensu 'nota' sæpe dicitur pro signo, indicio, et argumento, quod fidem facit: ut 'nota amoris,' 'benevolentiæ,' 'humanitatis' apud Ciceronem et alios. *Duk.*

Agnoscerent sua mandata esse] *Cognoscerent* Lov. 6. et edd. priscæ, pro quo Aldus ex cod. Mog. recepit *agnoscerent*, consentientibus omnibus reliquis meis, excepto Harl. qui *agnosceretur* præfert. Sæpe librarii 'agnoscere' et 'cognoscere' commutarunt. Vide hoc lib. c. 56. § 9. *Cognoverunt* mox sequitur.

§ 4 *Karthagine obversantem non prius amici, &c. cognoverunt*] *Observantem* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. qui error in scriptis frequens est. Vide ad VI. 17. § 4. *Karthaginem non prius* voce omissa Voss. *Karthaginem* etiam Lovel. 3. 4. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Tum *convenerunt*, pro *cognoverunt*, Lov. 1. 6. et Voss. Mox § 5. *in circulis cum uniusque* Lov. 1. *in circulo comiciisque* Harl. Supra XXXII. 20. 'In conviviis et circulis vix manibus temperabatis:' et XLIV. 22. 'In omnibus circulis atque etiam in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.'

§ 6 *Novas moliri res, sollicitandoque animos hominum turbare*] *Novas res moliri, et solicitando animos hominum* Pall. *Gebh.* Prima vox exsulat a Voss. Tum *et sollicitando animos hominum turbare* Voss. Lov. 1. 2. 3. Harl. et Mead. ambo: *sollicitando animos* sine copula Lov. 4. *et sollicitandos animos annuum turbare statum civitatis* corruptissime Gaertn.

§ 7 *Ab Hannibale et ab Antiocho rege venisse*] Pal. alter *ab Annibale et rege Antiocho.* Gebh. Similiter omnes nostri, et edd. priscæ. Aldus primus *ab Antiocho rege* dedit.

Et in occulto conloqui] Nescio cur hoc addefe voluerit Livius, quum idem sit, quod præcedens. An verebatur, ne quis parum intelligeret, quid esset 'secreta colloquia serere?' Mihi non videtur. Nec valde gratum est, tam paucis interjectis 'colloquia' et 'colloqui' conjungi. Quia tamen nihil adnotari video, neque quidquam tentandum putavi. *Duk.* Voculam initialem primi Mog. ex cod. suo addiderunt, quam nullus nostrorum codicum agnoscit: *cum eo secreta colloquia in occulto colloqui* Lov. 6.

§ 8 *Conclamavere omnes, vocari Aristonem debere*] Ms. *Conclamare omnes, vocari Aristonem debere:* quod malim, ut præsenti rei convenientius. *Medius. Conclamare* recte Gronov. 1665. recepit, licet alterum supersit in Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. et Hearnii L. 1. Mox *ad quid venisset* Gaertn. Tum *et, nisi exprimeret*, pro *expromeret*, Lov. 1. 2. et 6. Ita variant codd. etiam XXII. 21. § 15. Infra XXXVI. 34. § 8. XXXIX. 12. § 4. et alibi.

§ 9 *Etiam extra famam noxæ, conservandam*] Prima vocula exsulat ab Harl. Vide ad II. 6. § 1. *Etiam famam*, omissa media dictione, legunt Lov. 3. et 5. Male. Vide ad III. 6. § 8. Præterea *famam noxiæ observandam* Harl. *famam noxæ servandam* Voss. *noxæ famam servandam* Gaertn.

§ 10 *Vocatus Ariston purgare sese*] Membranæ *Vocatus Aristo.* Utrum recipias, parum interest. *Medius.* Ad sensum nihil interesse consentio. Censeo tamen, Livii potius manum, quam librariorum aliorumve somnia exprimenda esse. Quamvis igitur omnes nostri constanter hic et inferius *Ariston* præferant, puto tamen recte Gronov. *Aristo* edidisse ex cod. Mog. qui omnium mihi instar est. Ita 'Aristo Chius' apud Cic. de Senect. c. 1. et alibi, apud quem etiam alii eodem nomine memorantur. Græci hoc nomen efferunt 'Αρίστων. Casum autem rec-

Digitized by Google

tum nominum, quæ Græcis in *ων* terminantur, Latini vel per *on*, vel per *o* extulerunt. Ita *Alco* in scriptis esse, ubi vulgo editur *Alcon*, vidimus ad l. XXI. c. 12. § 4. *Arco* vel *Archo* est l. XLI. c. 24. § 1. *Neo*, pro *Neon*, scribendum conjeci ad l. XLIV. c. 43. § 6. *Strymo* editur l. XLV. c. 29. Ita *Serapio*, pro *Serapion*, cum Sigonio legendum puto infra Epit. Liv. l. LV. ubi alia vide. Adde Victor. ad Cic. ad Att. XIII. 47. Vossium Gramm. III. 35. Gronov. ad Sen. Agam. 514. Tenull. ad Front. l. III. c. 11. § 1. et Burm. ad Quinct. Inst. I. 4. p. 47. Mox *literarum nihil* non modo Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. sed etiam cod. Mog. quorum fidem secutus sum.

§ 12 *Orta deinde altercatio est, aliis pro speculatore comprehendi*] *Orta inde* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Tum *alteratio* edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. *altricatio* Gaertn. Vide ad IV. 6. § 1. Hinc *aliis speculatorem comprehendi* Lovel. 3. Male. Vide ad III. 17. § 7.

§ 13 *In quæ frequenter commeent*] *Quæ frequenter commeant* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *in quæ frequenter commeant* ed. Ven. 1498. et pleræque reliquæ usque ad Froben. qui a. 1535. *commeent* substituit. Quum igitur præpositio in nullo sit cod. nec in primis edd. an legendum est *pro frequenter*? quod postea mihi in Lov. 6. obviam fuit.

§ 14 *Ariston, Punico ingenio*] Iterum Ms. *Aristo*. Modius. Vide ad § 10. Mox *tabellas inscriptas* Lov. 3. *Supra sedem quotidianam magistratus*] Lege *supra sedem quot. magistratuum prima vespera suspendit*. Gebh. Mala cura Cælii Secundi Curionis: nam Andreas et omnes usque ad postremum Frobenium cum scriptis *magistratuum*. Recte: et paullo post 'Suffetes' appellando plures ostendit fuisse. 'Magistratum' pro collegio, vel numero hominum, consilium publicum constituentium, dicere, nostri seculi est. Veteribus 'magistratus' aut officium est, aut homo unus, non multi: quot autem homines cum potestate sunt, tot sunt 'magistratus.' Sic apud Justinum II. 10. 'Omnia in tabellis ligneis magistratui perscribit;' et 'jusso magistratui Spartanorum tradere:' ubi in Bongarsii variis videbis in quibusdam libris esse *magistratibus*. Haud dubie verius: ephoros enim significat. *J. F. Gron. Magistratuum* etiam Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. De usu illo vocis 'magistratus,' quem Gronov. inlustrat, vide etiam Græv. ad Justin. II. 10. Quum autem ex præmissa Gronovii adnotatione pateat, quæ fuerit ejus sententia circa usum vocis *magistratus* apud optimos scriptores, eique consentiat Græv. lectoris judicio permittimus, quid sentiendum sit, vel de bona fide, vel de diligentia hominis, qui in minori ed. Ter. ad Prol. Eun. vers. 22. notans, veteres promiscue et de singulis viris, qui præsunt reip. et de integro eorum collegio 'magistratus' singulari numero dixisse, testes dictorum advocare sustinuit Gronov. ad hunc loc. et Græv. loc. laud. qui plane contrarium docuerunt. Laudat insuper Bynkersh. Obs. I. 18. verum is ibi de hoc usu ejus vocis ne verbum quidem fecit. Ceterum non Curio est, qui primus locum corrupit, sed ante eum jam ita datum vidi in edd. Frob. an. 1535. Basil. 1539. Vascos. et Gryph. Præterea *super sedem* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. Vide ad XXIII. 36. § 6.

Ipse deinde tertia vigilia navem conscendit] Scripsimus *de tertia*, consentientibus vetustis codd. *Gelen.* Vet. lib. *ipse deinde tertia vigilia*. Sigon. Palat. alter, et antiq. ed. *ipse deinde tertia vigilia*. Gebh. *Deinde* etiam

Digitized by Google

omnes nostri Mss. Forte per notas scriptum fuerat *de III. vigilia*, unde postea *deiii* factum est. Vide ad IV. 9. § 13. Locutio ' de tertia vigilia ' inlustratur ad IX. 44. § 10. Vox *ipse* deest in Lov. 3. Addita voce *etiam navem conscendit* Gaertn.

§ 15 *Quum Suffetes ad jus dicendum consedissent*] *Sufetes*, ut supra. *Sigon.* Habet Pal. posterior *quum Sufetes ad jus dicendum conscendissent*. Gebhard. *Suffetes* Lovel. 5. et Gaertn. *Suffeces* Lovel. 1. *Suffoces* Lovel. 6. *Suffectes* Lov. 3. et Hearnii L. 1. De vera orthographia hujus vocis vide ad XXX. 7. § 5. Tum *ad jus dandum* Gaertn. Hinc *consedisset* Gaertn. idem : *conscedissent* Harl. *conscendissent* Mead. 2. *consendissent* Lov. 4. Nihil mutandum. Vide ad XXVI. 48. § 9.

Scriptum erat, Aristonem privatim ad neminem, publice ad seniores] Minus verosimile est, quod Justin. XXXI. 4. scribit, eum in senatu interrogatum, ad quem missus esset, ita respondisse. *Dub. Privata ad neminem, publica ad seniores* Lov. 1. Mox *ita senatum vocant* Harl.

§ 16 *Rem ad consules et senatum deferrent*] Pal. alter, et antiq. ed. *ad cons. et sen. referrent*. Gebh. *Referrent* etiam omnes nostri Mss. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. recte *deferrent* emendavit. Vide ad XXI. 6. § 5. Præterea *ad consules et ad senatum* non tantum Gaertn. sed etiam cod. Mog. quod recipiendum existimavi, quia Livius easdem præpositiones hoc modo repetere amat. Vide ad VI. 28. § 6. Mox *simul de injuriis*, omisso pronomine, Voss.

CAP. LXII. § 1 *Postequam et infames Carthaginienses, et inter se ipsos discordes principes propter colloquia Aristonis sensit, senatum propter indicia ipsius Aristonis populo suspectum*] Germana scriptura sic habet: *post. et infames Carth., et inter se ipsos discordes sensit, principibus propter colloquia Ar. senatui, senatu propter indicium ejusdem Ar. populo suspecto*. Gelen. Vet. lib. *indicium*. Sigon. Bene hic in parte Gelenius: partem ita melius constituere puto scriptos: *principes propter colloquia Ar. senatui, senatum propter indicium ejusdem Ar. populo suspectum*. J. F. Gron. Lectio, quam initio notæ Gelenii adscripta est, primum obcurrit in ed. Mog. Priores pro *sensit* habent *senatui*. At insuper *postquam vidit et infames* ed. Camp. Ex scriptis Campano adhæret Lovel. 5. *postquam cognovit et infames* legit Harl. Reliqui fere stant a lectione priorum editionum, nisi quod *principibus* pro *principes* sit in Voss. Lov. 4. et Mead. utroque. Sed Mead. illi alteram lectionem margini adscriptam præferunt. Si constaret, Gelenium vestigia Mog. cod. secutum esse, eam lectionem rejiciendi causam non viderem. Nunc, quum addere omiserit, qua auctoritate permotus ita scribendum putet, Gronovii emendationem probo. Basileenses 1554. perperam *iudicium ejusdem Aristonis* ediderant. Hinc necesse fuit Sigonio monere, se *indicium* in vet. lib. inveniisse.

§ 2 *Agrum maritimum eorum et depopulatus est*] Tò *et* deest in Lov. 1. 3. 5. et edd. Frobeniana 1535. prioribus. Mox pronomen *sibi* non adparet in Lov. 4. et Harl.

§ 3 *Emporia vocant eam regionem*] Hujus regionis cum simili descriptione etiam mentio est XXIX. 25. ubi Scipio in Africam trajicere parat. Plerique libri fœminino genere hoc loco *Emporium* habebant: sed ' Emporiæ, arum,' Hispaniæ est oppidum, ut hoc lib. ab initio cap. 8. Verum neque Scipio ad Syrtim parvam trajecit, neque Massylorum, aut omnino Numidiæ dominium ad Syrtim parvam erat, ut puto. At hercules magna est locorum in Africa confusio apud Romanos scriptores: quod in Sallustium olim, et supra priore decade in hunc authorem, satis superque conquesti sumus. Glar.

Digitized by Google

Horum Emporiorum meminit non solum Livius XXIX. 25. sed etiam Polyb. I. 82. ἅμα δὲ τούτοις καὶ τὰς παρακειμένας ἀγορὰς ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς σκηνουμένων Ἐμπορίων, ἀφ' οἷς εἶχον τὰς μεγίστας ἐλπίδας. Et III. 28. μήτε τοὺς κατὰ τὴν μικρὰν Σύρτιν τόπους, ἃ καλοῦσιν Ἐμπόρια διὰ ἀρετὴν τῆς χώρας. *Sigonius. Emporiam* perperam omnes codd. nostri, et edd. ante Frob. 1531. Mox *una civitas ejus Leptis est*, et vectigal *Karthaginiensium* Harl.

§ 4 *Hunc tum regionem et totam infestam Masinissa, et ex quadam parte*] Totum hunc § pluribus vocibus emissis ita exhibet Lov. 6. *Hanc tum reg. Mass. ex quadam parte dubiæ possessionis sui regni Karthag. esse effecerat.* Vossian. *Hanc tamen regionem* legit. Vide ad XXII. 17. § 5. *Hanc eam regionem totam infestam* Lovel. 1. Hinc *Masinissa ex quadam parte* Voss. et Lov. 2. Tum *sui regni Karthaginiensium esset* Lov. 2. *sui regni an Karthaginiensium esse* Gaertn.

§ 5 *Ad purganda crimina et questum de se Romam eos ituros comperit*] *Ad pugnanda crimina* Mend. 1. Pari errore ' pugnare sese ' cap. præc. § 10. præfert Voss. Deinde pronomen *eos*, quod deest in Lov. 5. et edd. priscis, Aldus vero ex cod. Mog. adscivit, in reliquis nostris Mss. superest. Hinc *compatiit* Mend. 1. *comperat* Vossian. An voluit *compererat*? Mox *legatos et ipse mittit* Lov. 1. *mittit*, pro *misit*, etiam Voss. Lov. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et præsertim cod. Mog. quorum fide ita edidi.

§ 6 *Curam injecere Patribus*] *Ingerere* Lov. 2. in contextu, et Mead. 1. *ingessere* Gaertn. Sed vide ad v. 28. § 11. Mox *rebellandum* Gaertn. Vide ad XL. 38. § 5.

§ 7 *Ea suspicio crimen urgebat*] *Augebat* Lov. 5. et edd. priscæ, quomodo etiam sibi legendum videri, monuit Heumannus. Sane ' urgere ' et ' augere ' etiam alibi commutantur. Vide Nic. Heins. ad Claud. de Laud. Stil. I. 2. Sed nec vulgatum, pro quo stant reliqui, displicet. Mox *et Romam mitti* Gaertn. *et Romam permitti* Mead. 1. *et mitti Romam* Harl.

§ 8 *Jure finium causam tutabantur*] *Tutebantur* Gaertn. *tuebantur* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. priscæ, pro quo Frob. ex cod. Mog. *tutabantur* reposuit, consentientibus reliquis nostris. Vide ad XXVIII. 20. § 1. Mox § seq. pro *finisset*, est *fuisset* in Mead. 1. et Gaertn. *fecisset* in Harl.

§ 10 *Aphirem profugum*] Ms. *Athirem profugum*. Modius. *Ἀφθῆρον* vocat Polybius Legat. 118. quo loco eum omnem agrum a Romanis adjudicatum esse Masinissæ scribit, et 500 talenta fructuum nomine pendere Carthaginienses coactos. Appianus in Libyco p. 26. *H. Valesius*. F. Ursino non sine causæ suspectum est in Polyb. *Ἀφθῆρος*. Non venerat ei in mentem locus Livii. Addit Polybius Masinissæ a Carthaginiensibus negatum fuisse iter per agrum illum. *Duk. Aphircum* Lov. 3. *Amphireum* Hearnii L. 1. *Aphyrem* Lov. 1. et edd. ante Frobenianam 1535. Ceterum, non *Athirem*, ut Modius testatur, sed *Anthirem*, in cod. suo esse, Moguntini monuerunt. Mox *precario ad se iter* Lov. 1. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *precario ad se ire* Voss. et Harl. *precario iter* Lov. 3. Hinc *per eum agrum* Lov. 1. Male. Vide ad XXVIII. 8. § 3.

Tamquam haud dubie Karthaginiensium juris] Malim *haud dubii*. J. F. Gron. Supra hoc cap. ' Hanc regionem, &c. dubiæ possessionis, sui regni an Karthaginiensium esset, effecerat.' Vide h. lib. ad c. 43. § 5. Sed scripti nihil mutant. Mox § seq. *in Africam esse* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes.

§ 12 *Quidquid Byrsam sedem suam excesserint*] *Quidquid Bursam* Voss. et cod. Mog. Male. Græcis enim pas-

Digitized by Google

sim Βόρσα vocatur. Paullo ante *potuerunt* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. Hinc *ad urbem conveniendam* Lov. 1. *ad urbem muniendam* Gaertn.

§ 13 *Neque enim de quo agatur*] Thuan. *neque eum, de quo.* Id omnino restituendum videtur. *Jac. Gronov.* Similiter legunt Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Crevierii Victor. cujus fide id recte in contextum recepit. Τῷ *enim* hic locus esse nequit. Solent passim hæ voculæ commutari. Vide ad XXVII. 17. § 11. Neque a probanda hac lectione me deterruit, quod mox bis *eos* sequatur. Nam et idem pronomen etiam alibi Livius sæpius repetiit. Vide ad IV. 37. § 3. Quin et hic rationem grammaticæ postulare, ut *se possedisse*, pro *eos*, legatur, Crevierius monuit. Præterea *de quo agitur* cod. Mog. Tum *ex quo ceperunt* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn.

§ 15 *In re præsenti disceptarent*] *In præsenti* Lov. 1. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Male. XL. 17. 'Inter populum Kartbaginiensem et regem Masinissam in re præsenti disceptatores de agro fuerunt.' c. 39. 'Primo ab amicis, qui in re præsenti fuerunt, libri lecti.' Similiter 'in re præsenti cognoscere' XLII. 23. § 2. ubi quædam vide. Locutionem etiam multis inlustrat Brisson. de Verb. Sign. in voce 'Præsentem in rem venire.'

§ 16 *Inspectaque re, suspensa omnia, neutro inclinatis sententiis, reliquere*] *Inspectataque re* perperam Mead. 2. quales errores Mstorum sæpissime notavimus. Vide ad X. 37. § 2. Solemnis est locutio 'inspicere rem.' Supra XXVII. 21. 'Eo missus Marcellus consul designatus, qui rem inspiceret.' Justin. II. 15. 'Denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem.' 'Inspicere rem sociorum,' 'regna sociorum,' et similia sæpe obcurrunt. Deinde *neutro inclinanti sequentibus relinquere* Harl. *neutro inclinati sequentibus reliquere* Lov. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Neque aliter Lov. 1. nisi quod *relinquere* præferat: *neutro inclinatis sequentes reliquere* Lov. 3. *neutro inclinati reliquere* Voss. Paullo ante voces *et C. Cornelius Cethegus* omittuntur in Hearnii L. 1.

§ 17 *Integro certamine eos relinqui*] Si codd. faverent, mallem *certamini.* XXVI. 2. 'Quod consultationi reliquerant.' Ovid. Met. II. 186. 'Quam' (navem rector) 'Diis votisque reliquit.' *Duk. Integro certamini* est in Lov. 3. et id voluisse etiam videtur scriba Gaertn. qui tamen per errorem dedit *integro carmini.* Mox § seq. *finire in nutu disceptationem* Harl. *finire in promtu disceptationem* Lov. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn.

Digitized by Google

LIBER XXXV.

Cap. I. § 1 *Principio anni, quo hæc gesta sunt*] *Quo gesta hæc sunt* Lov. 3. *quo gesta sunt hæc* reliqui codd. et edd. vetustæ. Moguntini tandem ex membranis suis voces in eum ordinem digesserunt, quo nunc eduntur. Mox *post profectionem M. Catonis rebellaverant* olim vulgo editum fuit. Moguntini deinde testati sunt, se in cod. suo invenisse *post profectionem M. Catonis permultæ rebellaverunt.* Hinc secutus Aldus *permultæ* admisit, sed *rebellaverant* servavit. Omnes codd. nostri, et Hearnii L. 1. priscarum edd. lectionem defendunt, nisi quod Lov. 2. *rebellaverunt* legat.

§ 2 *Ut vix dimidium militum, quam quod acceperat, successori tradiderit*] De conjectura τὸ *quod* tollebam, quum vidi non agnoscere illud Vossianum. Sic præcedenti lib. c. 52. XXVIII. 43. *J. F. Gron.* Tollit etiam alibi, partim ex auctoritate librorum scriptorum, qui sine dubio sequendi sunt, partim quod videtur putasse, hoc genus loquendi ab lingua Latina abhorrere: de quo vide ad XXXII. 13. et XXXIV. 52. 'Dimidium quam quod' vulgo etiam legitur XLV. 18. 'Dimidium tributi, quam quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere.' Sed ibi recte induci credo *quam.* Duk. Τὸ *quod* deest etiam in Harl. contra præcedens *quam* in Lov. 1. Verum ita scribendum foret *dimidium militum, quos acceperat.* Vide ad XLV. 18. § 7. Præterea *acceperit* cod. Mog. Tum *traderet* Voss. et Lov. 1. Paullo ante *adeo pleraque,* omissa præcedenti vocula *et,* Voss. Lov. 1. et 6.

§ 3 *P. Cornelius Cn. F. Scipio*] Is, qui vir optimus a senatu judicatus fuerat. *Sigon. P. Cornelius c. f. Scipio* Lov. 1. *T. Scipio* Voss. *P. Cornelius Scipio* Lov. 3. Harl. et Hearnii L. 1. *P. Cornelius cum L. Scipione* Lov. 2. in contextu, et Lov. 6. *P. Cornelius Cn. Furius Scipio* Lov. 2. in margine. *P. Cornelius Scipio Cn. F.* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535.

§ 4 *Prætor hæc gesserat Scipio*] Ista non agnoscit ed. Moguntina. *Modius.* Immo ed. illa non agnoscit tantum tria priora vocabula, quartum *Scipio* jungit sequentibus. Similiter autem præferunt omnes edd. priores; sed ex scriptis tantum Lov. 5. et Hearnii L. 1. Quod nunc exstat, Aldus ex cod. Mog. recepit, cui nullus meorum consentit. Nam *prægesserant Scipio idem* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. 2. *prægesserat Scipio idem* Mead. 1. *pregesserat idem Scipio* Harl. *precesserat Scipio idem* Lovel. 2. in marg. et Lov. 6. *presserat Scipio idem* Gaertn. Veram igitur hujus loci lectionem debemus Msto iterum Moguntino.

§ 5 *Idem proprætor Lusitanos*] Vet. lib. *Idem pro prætore Lusitanos,* quod est prorogato ultra præturam prætorio imperio. *Sigon.* Idem ergo dicendum est de L. Valerio, Cn. Domitio, P. Cornelio, et M. Bæbio, quorum illos XXXIV. 46. XXXVI. 36. XXXVII. 2. 'proconsules,' hunc XXXVI. 8. 'proprætorem' vocat, et de aliis, quos alibi, prætermissa mentione prorogati imperii, 'proconsulum' et 'proprætorum' nominibus appellat. In eadem sententia etiam

Digitized by Google

Pighium fuisse, quum aliunde, tum ex iis quæ ad a. IↃLXII. de P. Cornelio et M. Bæbio scribit, constat: idque haud dubie verum est. Etenim provinciæ et exercitus sine imperio haberi non poterant; imperium autem cum magistratu finiebatur. Unde consequens est, omnibus, quorum annus magistratus exierat, ut pro consulibus vel pro prætoribus rem gerere possent, prorogationem imperii necessariam fuisse. Neque enim sine illa in provinciis res gerere, quod multos fecisse legimus, potuissent. Sed, quum Livius sæpe tradat, imperia quibusdam in provinciis, quibus præerant, vel ut aliis præessent, in annum prorogata fuisse, quæri potest, quid de his dicendum sit, qui anno priore in provinciis cum imperio fuerant, et exacto anno magistratus successores, qui provincias illas sortiti fuerant, sed plerumque multis rebus impediebantur, ne statim, sortitione facta, in eas proficisci possent, nondum acceperant. Livius quidem satis raram imperii his, quoad successores in provincias venissent, prorogati mentionem facit: sed tamen ex iis quæ XL. 36. de P. Cornelio et M. Bæbio, lib. XLI. capp. 14. et 21. de Ti. Sempronio et L. Cornelio, et XLII. 1. de M. Atilio prætoribus scribit, satis intelligitur, his quoque, post relationem ad senatum de provinciis, et post sortitionem provinciarum, imperia prorogata fuisse. Nec admodum vero dissimile est, id eadem lege, qua novis magistratibus imperium annuum in provinciis dabatur, factum esse. *Dukerus.* *Eodem prætore* Lov. 1. *Idem prætor* Lov. 6. *Idem præceptor* Gaertn. Mox *pervastante ulteriore provincia* Lov. 1. *ulteriore provincia* etiam Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *interiore provincia* Harl. Præterea *usque ad octavum* Lov. 3.

§ 6 *Adversus fusos longo itinere concurrerat*] Ita Aldus edidit ex cod. Mog. cum quo faciunt omnes edd. principes, et Mss. mei, nisi quod *circum currerat* sit in Gaertn. *cucurrerat* in Lov. 1. *occurrerat*, primum vidi in ed. Mediol. a. 1480. tum in Tarvis. utraque, et hinc in reliquis usque ad Aldum.

§ 7 *Nocturno itineri tres diurnæ horæ accesserant*] *Nocturno itinere* male Voss. Lov. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Mox *ne ulla quiete data* Lov. 2. et 3. *nec vel quiete data* Lov. 4. et Mead. 2.

§ 8 *Si vi fudisset cecidissetque hostes, prætor vocat*] Vet. lib. *si fudisset cecidissetque hostes, prætor vocit:* prætorem autem videtur vocare eum, qui cum prætorio erat imperio, alioquin *pro prætore* legendum est. *Sigon.* Vocem *vi* non agnoscunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et ed. Rom. princeps: *si fudisset cecidissentque hostes* in Oxon. L. 1. se invenisse, testatur Hearnius. Eamdem voculam *vi* etiam in Victor. deesse, Crevierius docet, ac probat. Contra Gronov. *vi fudisset* adversus Sigon. tuetur in pr. ed. nott. ad lib. XXXIV. cap. 46. Id tamen curis secundis omittens, tacitus damnasse videtur. Deinde *prætor* omnes nostri codd. ut et edd. usque ad Moguntinos, qui *proprætor* dederunt, incertum an ex cod. suo. In excerptis tamen ejus lectionis non meminerunt. Vide ad XXXVI. 36. § 1.

§ 9 *Acrius intulere Romani*] Ita Frob. 1531. ex cod. Mog. nec aliter omnes nostri, solo excepto Lov. 5. qui cum edd. prioribus exhibet *Romani acrius intulerunt.* Mox *terga dedit, quum institissent*, omissa vocula *et*, Voss. Deinde *ad duodecim hostium*, omissa voce *millia*, Hearnii N.

§ 10 *Capti quingenti quadraginta, omnes ferme equites: et signa militaria capta centum triginta quatuor*] Rursus cuneus Moguntiæ Livius, *capti ducenti quinquaginta, omnes ferme equites: et signa militaria capta centum quinqua-*

Digitized by Google

gënta quatuor. Ita, inquam, hic iterum evariat typis expressus Moguntiæ Livius, sed manu exaratus sine ulla litura facit pro scriptura, quam in contextu expressimus. *Modius.* Lectio, quam Modius ex ed. Mog. profert, non ei propria est, sed itidem exstat in omnibus prioribus excusis: neque aliter legunt, quosquos consului, manu exarati. Priora verba *capti ducenti quinquaginta, omnes ferme equites* Hearnius etiam invenit in Oxon. L. 1. at *capti CC. fermę L. omnes equites* in Oxon. N. Quod nunc vulgo editur, Aldus ex cod. Mog. adscivit, in quo tamen etiam *fere*, pro *ferme*, legitur; quod itidem admisi. Vide ad XXXVII. 38. § 5.

De exercitu Romano septuaginta et tres amissi] *Et de ex. Rom.* Lov. 3. *et ex. Rom.* Lov. 1. 4. et ed. Mediol. 1480. *et ex exerc. Rom.* ed. Ven. 1498. *ex exerc. Rom.* Lovel. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et reliquæ edd. usque ad Mog. quæ *de exercitu Romano* substituit: qui tamen eam procurarunt, nihil de cod. sui lectione monuerunt. Vide ad c. 29. § 8. *De exercitu Romanorum septuaginta tres amissi* Lov. 6.

§ 11 *Pugnatum inde haud procul Ilipa urbe est*] Illud *inde*, nisi loci sit, omnino tollendum est. Ptolemæus II. 4. 'Ilipam' unam, 'Ilipulas' duas, magnam alteram facit, montem præterea 'Ilipam:' omnis hæc in Bætica. Plin. III. 1. 'Ilipam' magnam et 'Ilipulam' minorem vocat, haud scio diminutione exiguitatem denotante. 'Ilipæ' etiam meminit Strabo lib. III. ad finem, de magna, ut opinor, loquens. *Glar.* Vox *inde* supervacanea est, et a veteribus, quos legi, libris abest. *Sigon.* Abest eadem vox non modo ab omnibus scriptis nostris, sed etiam ab edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Tum *haud prope* Voss. Vide ad c. 15. § 5. Præterea *Ilipa urbe*, sine τῇ *est*, Gaertn. *Ilippa urbe est* Hearnii L. 1. *Hippa urbe est* Lov. 6. *Ilippa urbe est* Voss. *Hylippa urbe*, omisso τῇ *est*, Harl. *Ilipam urbem* Mead. 1.

Eo victorem opulentum præda exercitum] Sic apud me primus Ascensius, mox Aldus, et cæteri. Scripti vero omnes nostri, et Andreas, Med. Tarv. Venetus, Becc. *opulentum prædæ*. Ut apud Tacitum Hist. II. 6. 'Asia et cæteræ provinciæ nec virorum inopes, et pecuniæ opulentæ.' Sic Noster IX. 36. 'Cæsis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus, opulentus rerum omnium, in castra rediit.' Justinus II. 14. castra Xerxis ait 'referta regalis opulentiæ.' *J. F. Gronov. Victorem et opulentum* Voss. *opulentum præda*, quod et mihi demum in ed. Ascens. 1513. obvium fuit, ut et copula *et* in Voss. addita, defendi possent ex illis exemplis quæ contuli ad IV. 34. § 4. Verum partim omnes codd. mei, et priscæ edd. *prædæ* verius esse, partim omnes reliqui et scripti et excusi librarium Vossiani aberrasse docent. Suos etiam omnes in lectionem *prædæ* consentire, testatur Gebh. ad IX. 36. § 13. Vide etiam Jac. Gronov. ad XXII. 3. § 3. et Cortium ad Sall. Jug. cap. 84. Mox *omnis* deest in Lov. 1.

§ 12 *Potestasque dominis suas res cognoscendi facta*] *Domino suas res recognoscendi* Lov. 3. Supra v. 16. 'Biduum ad recognoscendas res datum dominis.' Sed exempla ibi laudata, 'cognoscere' et 'noscere' Livio hoc sensu frequenter usurpari, docent. Quare etiam vulgatum, quod est in reliquis omnibus, præfero. Tum *facta est* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque typis descripti. Primus Frob. 1535. τὸ *est* expunxit: si ex cod. Mog. ex quo tamen editores Moguntini nihil notarunt, non adversor: sin, revocandum puto, licet id modo præcesserit, et mox iterum sequatur. Ita II. 32. 'In Sacrum montem secessisse (trans Anienem amnem est) tria ab urbe

Digitized by Google

millia passuum. Ea frequentior fama est, quam cujus Piso auctor est, in Aventinum secessionem factam esse.' III. 5. 'Ut Romam reditum et justitium remissum est, cœlum visum est ardere.' c. 31. 'Laboratum est. De Aventino publicando lata lex est.' XXXVI. 12. 'Media visa est Clyti sententia, eoque accepta est.' XLIII. 18. 'Obpugnare est adortus, et corona eam capere conatus est:' ubi iterum Gronov. alterum *est*, ut supervacuum, tollendum existimavit. Similiter *esset* XXIII. 31. 'Ut cives Romani essent: item uti municipes Cumani essent:' ubi nihil mutandum docui: *erat* hoc lib. c. 18. § 2. et XLIV. 24. § 7. Pari modo repetitur *sunt*; vide ad XXXVII. 42. § 2. et *esse*; vide ad XL. 35. § 6.

Quod inde revectum est, militi divisum] *Effectum est* legi debet, non *revectum*. Gelenius. *Effectum est* Gelenius, pro *revectum*, quod erat in Aldina, et Froben. et Saveterii. Naud. *repertum*. Sed verum est, quod habent Barberin. Pet. Voss. cum Romana, Mediolanensi, cæterisque prioribus, *quod inde refectum est*. Hoc enim verbum idem est hac in re, quod redigere. Cicero in Paradoxis num. VI. § 1. 'Igitur proposito numquam eris dives, antequam tibi ex his possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones, et magna equitum ac peditum auxilia possis.' In Verr. III. 50. 'Primo dominus ignarus incommodi sui gaudeat, villicoque delectetur, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit.' Varro de Re Rust. I. 2. 'Nemo enim sanus debet velle impensam ac sumtum facere in culturam, si videt, non posse refici: nec si potest reficere fructus, si videt eos fore, ut pestilentia dispereant.' Celsus in l. 88. de V. S. 'Tantum quisque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis ejus refici potest.' *J. F. Gron.* Moguntini fuerunt, qui operarum errore perperam dederunt *revectum*, pro quo optime Gronov. priscam lectionem *refectum* revocavit: quod non tantum omnes, quos Hearne consuluit, sed et nostri confirmant, uno excepto Lov. 2. qui *refertum* legit. Illa autem vocabula in Mss. confunduntur. Vide ad lib. XXXVII. c. 33. § 2. 'Reficere' autem eo sensu Gronovius Livio restituit I. 53. 'Quum divendita præda quadraginta talenta argenti auriique refecisset:' ubi vide. Recte etiam Aldus ex cod. Mog. *militi*, pro *militibus*, concinentibus omnibus meis, uno excepto Lov. 5. qui *militibus* servat.

CAP. II. § 2 *Per ipsum amicosque ejus magnis sermonibus celebrabantur*] *Per eum* Mead. 1. Tum *magis sermonibus celebrabantur* Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. solito errore scribarum. Vide ad X. 40. § 14. 'Magni sermones' sunt rei augendæ comparati. Supra XXXIV. 5. 'Verba magna, quæ rei augendæ causa conquirantur, et hæc et alia esse scio.'

§ 3 *Plenas pavoris ac fugæ*] *Pavoris ac fuga* Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. Ita editur V. 11. 'Plenum vulnerum ac pavore incidentem portis exercitum viderint.' Sed vide quæ ibi notantur. Non censeo igitur hanc lectionem probandam. Mox *sibi unam ex urbanis legionibus* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *sibi unam ex legionibus* Lov. 1. *sibi unam ex legionibus urbanis* Lov. 6.

§ 4 *Tria millia et quingentos pedites, et equites trecentos. Ea se legione*] Longobardico charactere scriptæ membranæ totiens jam laudatæ conduplicant ista millia, legendumque suadent, *sex millia et quingentos pedites*: an etiam persuadent? *Modius.* Hic locus mihi duabus de causis suspectus est: primum, quod legionem vocat numerum militum minorem, quam in legione erat; deinde, quod, si sibi ad terna millia Romanorum peditum et centum equites, quod ei supple-

Digitized by Google

mentum decretum fuerat XXXIV. 56. tantum quingentos pedites, et ducentos equites addi postulabat, non erat hoc tam improbum postulatum, quam Patribus visum fuisse significat Livius. Sed credo numeros vitiatos fuisse: nam in libris Hearnii admodum variant. *Duk.* Idem et mihi verisimile fit. Quæ enim vulgo exstat lectio, in nullo cod. nullaque ed. ante Parisinam a. 1573. obvia fuit. Edd. principes legunt *tria millia et ducentos*, consentientibus codd. meis, et Hearnii L. 1. At secunda caussa, quam dedit Duker. cur vulgatum suspectum sit, hanc lectionem adhuc magis premit. Aldus deinde Moguntini cod. scripturam adoptavit; hinc Curio priorem revocavit, at Basileenses quinquennio postea Moguntinam. Ex utraque deinde Paris. 1573. dederunt *tria millia et quingentos*. Hearnius in Oxon. N. se *VI. millia et CC.* invenisse refert. Moguntini itaque scripturam restitui. Forte olim per notas numerales scriptum fuerat *VI. M. et* V^{centos}. Facile autem *VI. M.* et *III. M.* commutari possunt. Exemplum habuimus ad X. 1. § 1. Facile etiam V^{centos} et II^{centos}. Alia ejusdem erroris exempla vide ad XXXVII. 40. § 8. et c. 50. § 3. Si autem posterior numerus scriptus fuit hoc modo V^{o} facilius adhuc confundi potuerunt V^{c} et II^{c}. eodem modo ut *V.* et *II.* de quo vide ad XXXVII. 22. § 4. Si quis tamen *et ducentos pedites* maluerit, non adversabor. Agnosco equidem, circa hæc tempora ordinarium fuisse, ut legio fere constaret ex quinque millibus peditum, trecentis equitibus; at simul memini, majorem interdum in eam numerum contributum esse; certe Scipionem in Africam trajecturum ita legiones supplesse, 'ut singulæ sena millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites,' XXIX. 24. Similiter igitur Flaminius nunc petit, ut legio, qua rem gesturus esset, haberet sex millia et quingentos, vel ducentos pedites, equites trecentos. Ceterum copulam *et* secundo loco omittunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N.

§ 6 *Ad rumores a privatis temere*] Ita Moguntini ex cod. suo vulgarunt. Antea edebatur *Ad rumores privatos*, quod superest in omnibus meis. Mox etiam *confectos*, pro *conflctos*, Lov. 5. et ed. Camp. Vide ad XL. 12. § 7.

Nisi quod aut prætores ex provinciis scriberent, aut legati renunciarent] Moguntina ed. *nisi quod aut ex prov. scriberetur, aut legati renunciarent.* Nimirum vocem *prætores* singulari litera *P.* aut certe initialibus duabus *Pr.* scriptam fuisse, quam geminationem principii sequentis *provinciis* rati boni librarii et illud *prætores* omiserunt, et reliqua pro captu suo interpolarunt: nimis utrumque audacter, ne dicam temere. *Modius.* Immo ed. Mog. *nisi quod ex provinciis scriberetur.* Neque illa tantum ita exhibet, verum etiam, una cum Lov. 5. etiam omnes priores, nisi quod in una vel altera sit *scriberet.* Reliqui codd. legunt *nisi quod ex provinciis scriberent.* Quod nunc vulgo exstat, Aldus ex membranis Mog. adscivit.

§ 7 *Placere, tumultuarios milites extra Italiam scribi a prætore. Mens ea senatus fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur*] Hic iterum locus indicio est, quantum cod. Mog. ceteris Mss. præstiterit; sine quo locus hic etiam nunc mancus ac mutilus foret. Ejus enim lectionem Aldus recepit, nisi quod pro *eligerentur*, ut erat in Mog. ex vulgato retinuerit *legerentur.* Et recte. Vide ad XXIX. 22. § 12. Antea, reliquis omissis, tantum edebatur *placere, ut tumultuarii milites extra Italiam legerentur:* quod etiam præferunt Lov. 5. et Harleian. Nec multum abeunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. nisi quod τὸ *ut* omittant: *placere tumultuarios milites extra Italiam lege-*

Digitized by Google

rentur in Lov. 2. inveni. Repetitio *τῶν tumultuarios milites, tumultuarii milites* effecit, ut tot numero voces perperam a librariis omitterentur. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 8 *Et in Siciliam navigasse delectus causa C. Flaminium scribit*] *Etiam in Siciliam navigasse, &c. scripsit* Mog. codex. Præterea *dilectus causa*, et § seq. *dilectibus* Voss. Lovel. 1. 4. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Mox vocem *milites* negligunt Lov. 1. et 6.

Tertium in Hispania adlegisse] Legi debet *tertium in Hispania adjecisse*, non *allegisse*. Gelen. Ita Gelenius emendat ex cod. Mog. *elegisse* est in Harl. *allegasse* in Hearnii L. 1. *alegisse* in Lov. 2. *adlegisse* in reliquis meis. Commutantur hæc verba etiam IV. 17. § 10. et XXXIV. 9. § 8. Similiter varia alia eorumdem verborum composita. Vide ad XXVIII. 86. § 7. Supra hoc cap. 'Ad quam quum militem ab se ipso scriptum ex senatusconsulto adjecisset.'

CAP. III. § 1 *Pisas jam quadraginta millibus hominum, adfluente quotidie multitudine, &c. circumsedebant*] *Quadringentis millibus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Tum *circumsedebat* Lov. 1. 4. et Mead. 2. Non displicet, quod Jac. Gronovio ad Livii VII. 35. § 6. in mentem venit, legendum esse *Pisas jam quadraginta millia hominum, &c. circumsedebant*. Ut error inde natus sit, quod vocem *millia* per notam *M.* vel ↀ, aliave scriptam non eo, quo debuerant, casu librarii extulerint. Vide ad XXV. 9. § 16. Præterea *quotidie*, quod Moguntini ex cod. suo adjecerunt, non modo exsulat a prioribus excusis, verum etiam ab omnibus scriptis nostris, et Hearnii L. 1. Paullo ante *Ligurum* deest in Harl.

§ 2 *Die, quem edixerat ad conveniendum militibus*] Ms. *die, quam dixerat ad conveniendum mil.* Utrumque ferri potest. Nam et Terentius ait Andr. 1. 1. 75. 'Hic nuptiis dictus est dies.' Hoc tamen loco male scripturam, quam expressimus. *Modius.* Non membranæ modo Magontiacenses, sed et nostrarum potiores, editique omnes ante Aldum *quem dixerat*. Modius ait utrumque ferri posse propter Terentii 'nuptiis dictum diem:' hoc tamen se loco malle alterum. Sed non in nuptiis tantum sic loquuntur. Cæsar Gall. v. 55. 'Nuntios mittit ad finitimas civitates, equitesque undique convocat: iis certum diem conveniendi dicit.' Noster I. XLV. c. 12. 'Jam primum cum legionibus diem dixit, non auspicato templum intravit: vitio diem dictam esse augures decreverunt.' Et mox, 'Quod vitio dies exercitui ad conveniendum dicta erat.' *J. F. Gronovius. Dixerat* propter auctoritatem potiorum Mss. et edd. præferri potest: alioqui *edixerat* facile defendi posset. XXIII. 31. 'Ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius consul Cales ad conveniendum diem ederet.' Sic ibid. cap. 32. et XXVIII. 5. *Duk. Edicere* in hac re Livio usitatum esse, patere potest ex illis quæ notantur ad XXXI. 49. § 12. Id tamen eum hoc loco non adhibuisse, ostendunt fere omnes Mss. Certe *dixerat*, præter Moguntinum, exhibent Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. et N. Neque aliter Pal. ut testatur Gebh. ad XXII. 12. § 1. Eodem autem verbo hoc sensu Livium uti solitum fuisse, constare poterit ex J. F. Gronov. ad XXXIII. 13. § 1. et Jac. Gronov. ad XXXVI. 8. § 2. Ceterum in Mog. cod. non est *quam dixerat*, ut Modius testatur, sed *quæ dixerat*, quod tamen docet, verisimiliter legendum esse *quam dixerat*. Non nego quidem, Livium voci *dies* hoc sensu interdum adjectivum genere masculino addidisse; at longe numero superant exempla, in quibus adjectiva genere sequiori ei juncta obcurrunt. Supra XXIII. 31. 'Exer-

Digitized by Google

citum, cui ad conveniendum Calen edicta dies erat.' XXXIII. 14. 'Omnibus ad diem edictam paratis.' XLII. 48. 'Exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum.' Eodem modo Livium dixisse 'dies præstituta,' 'stata,' 'statuta,' 'constituta,' vidimus ad III. 22. § 4. 'Dies indicta' est X. 27. Ita in judiciis 'dies dicta' III. 66. V. 11. XXIX. 32. 'dies prodicta' II. 61. III. 58. VI. 20. lib. XXXVIII. capp. 51. et 52. et passim alibi.

Inde quadrato agmine ad Pisas duxit; et, quum hostes non plus passuum tribus millibus ab oppido] Primæ edd. exhibent, *inde quadrato agmine cum ad Pisas duxisset, dum hostes non plus passuum tribus m. a. o.* Aldus deinde ex cod. Mog. substituit *inde quadrato agmine ad Pisas duxit, et quum hostes mille passuum ab oppido.* Tandem Gronov. reliqua parte ejus lectionis servata, pro duabus his vocibus *mille passuum*, ex priscis edd. substituit *non plus passuum tribus millibus*, nulla alibi, quod quidem sciam, factæ mutationis ratione reddita: quam eo magis adscriptam oportuerat, quia, licet omnes mei codd. in prima parte horum verborum priscis edd. adsentiantur, et habeant *cum ad Pisas duxisset, dum hostes*, Hearnii autem L. 1. non aliter inde dissentiat, quam quod, mutato dictionum ordine, *ad Pisas cum duxisset, dum hostes* legat, nullus tamen, nisi solus Lov. 3. in posteriore parte veterum excusorum scripturam probat, sed contra omnes reliqui haud obscuris indiciis Moguntinam veriorem esse indicant. Nam *non plus passum ab oppido* legunt Voss. Gaertn. Mead. 1. et Lov. 1. 2. 3. 4. 6. quorum ultimus a m. sec. *non plus passuum passorum* præfert: *non plus passuum ab oppido* Hearnii L. 1. *non plus passuum mille ab oppido* Harl. et Mead. 2. ut in prioribus numeri millenarii nota *M.* exciderit propter ultimam literam vocis *passuum*, vel, ut errore operarum scribitur, *passum*. Per omnia igitur Moguntini lectionem revocavi. Est autem proba ac Liviana locutio 'mille passuum.' Vide ad V. 26. § 5. XXI. 61. § 1. XXXVII. 1. § 5. Præterea *Idem quadrato agmine* Harl. sollemni scribarum lapsu. Vide ad I. 19. § 7. Mox voces *adventu suo* omittit Harl. Sed *adventu suo et ingressus* legit Mead. 1.

§ 3 *Trans fluvium ferme mille passus ab hoste*] *Mille ferme passus* Lovel. 3. Et ita forte invenerunt scribæ Lovel. 1. et 4. sed qui τὸ *mille* omiserunt, interceptum, ut videtur, a præced. vocis *fluvium* litera finali. Vide ad § præc. *Ferme mille passibus* Gaertn. *ferme passus mille* Lov. 6. et Mead. 2. *quingentos fere passus* Moguntinus cod. quod Aldus recepit, et post eum reliqui editores usque ad Gronov. qui priorum edd. scripturam restituit. Quum tamen in verbis præcedentibus Mog. Msti lectionem probarim, eam neque hic deserere potui. Paullo ante voces *et ipse* desunt in Lov. 1. et 6. τὸ *et* in Lov. 4.

Agrum sociorum tutabatur] Rursus 'socios' vocat cap. 6. Unde Noris. Cenot. Pis. Dissert. t. 1. Pisas urbem fœderatam fuisse colligit. *Duk.*

§ 4 *Necdum nota satis inter se, ut vix fidere alii aliis possent*] *Vix* redundat. *Gelen.* Vide Gronov. Obs. III. 10. *Duker.* Gelenium recte vocalem *vix* expunxisse puto. Neque ullus est meorum codd. qui per omnia edd. priscis adsentitur hoc loco, nisi Lov. 5. Ex reliquis intelligi potest, unde lectio illa nata sit, et quibus gradibus tandem irrepserit. *Infidere alii* est in Lovel. 1. *ut fidere alii* in Lovel. 4. Utrumque *in* et *ut* ex librariorum errore pro *ut* esse, nemo negabit: *in* et *ut* in Mss. confundi, vidimus ad XXI. 38. § 14. *ut* et *ut* ad IV. 51. § 6. Ejus loco *vix fidere alii* datum est in Lovel. 2. et 3. At utramque lectionem jungens Lovel. 5. *ut vix fidere alii* dedit, quod secuti sunt primi editores: nec-

Digitized by Google

dum ita *satis noti erant, ut possent.* Crevierius lectionem a Gelenio rejectam probat. Paullo ante *novo milite, ex multis generibus,* omissa copula, Lov. 6. Vox *hominum* deest in Gaertn.

§ 5 *Ad prædandum emittebant*] Ita Froben. 1531. ex cod. Mog. edidit; quum antea vulgaretur *mittebant,* quod superest in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. Paullo ante *de summa rerum cernere,* pro *decernere,* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Sed vide ad XXXVII. 13. § 5.

§ 6 *Præsidium, per quod in castella eorum vicosque ageretur*] *Per quos* Voss. Lovel. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quod dictum esse potest, quemadmodum 'auxilia irati,' de quo actum est ad XXIX. 12. § 4. Paullo ante *præda eque* duabus vocibus Voss. Lov. 3. 6. Harl. et Gaertn.

CAP. IV. § 1 *Quum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset*] Gronov. Obs. IV. 26. pag. 418. Sic XXI. 49. 'Quum ad Trebiam terrestre constitisset bellum:' quod ibidem c. 48. dicit Pœnos 'ad Trebiam sedisse.' *Duker.*

Per extremos Ligurum fines] Hanc lectionem Moguntini ex cod. suo adoptarunt. Antea edebatur *præter extremos,* quod in omnibus meis Mss. superest. Sæpe *fiter,* sive *præter,* et *per* in codd. antiqq. commutantur. Vide ad XXVIII. 42. § 3. Mox *qua cum Liguribus,* pro *quam,* Harl. Vide ad VI. 35. § 9. Mox § seq. *detrahebant* Voss. *detractabant* Lovel. 1. 3. 4. Harl. et Mead. 2. Vide ad XXXIV. 15. § 9.

§ 3 *Omnia ferro ignique satis evastata erant*] *Ferro ignique omnia* Harl. *omnia ferro igneque* Lov. 4. Sed vide ad I. 41. § 3. et IV. 9. § 11. Deinde *evastata* Froben. primus an. 1531. ex cod. Mog. adsumsit, quum antea circumferretur *vastata.* Licet autem id omnes nostri, et Hearnii L. 1. probent, alterum tamen malo. 'Evastare' autem verbum est Livio admodum frequens, ut sæpius notavimus. Vide ad XXXVII. 19. § 6.

Ut inter pacatos, ducebat] Ms. voce addita, *ut inter pacatos agros, ducebat.* Non placet. Cæterum et statim, ubi est 'egressum e finibus suis hostem,' τὸ *e* non agnoscit Moguntina ed. *Modius.* Neque mihi *inter pacatos agros* placet, sed vocem *agros* in Mog. cod. inrepsisse credo ex glossa interpretis; qui, observans interdum apud Livium *in pacato* obcurrere, pro *in pacato agro,* ut alibi plene locutus est, eamdem vocem etiam hic subintelligendam putavit, quum potius supplendum videatur *ut inter pacatos populos.* Ita 'gens diu pacata mansit' Livio ex conjectura reddidit Gron. ad XXIII. 27. Ita 'pacati' dicuntur, qui non gerunt bellum, qui sunt in pace, III. 19. 'Magis bellantes, quam pacati, propitios habemus Deos.' Mox 'egressum finibus' omnes codd. nostri, et non tantum Mog. ed. sed et omnes aliæ usque ad Froben. qui an. 1531. *e finibus,* præeunte cod. Mog. emendavit: quod verum videtur. Solet enim Livius præpositionem in regimine hujus verbi repetere. Vide ad II. 48. § 10. et X. 35. § 17. Paullo post *prægressi* Lov. 1. Sed 'præ' et 'præter,' præsertim in compositis, passim confunduntur. Vide ad lib. XXXVI. c. 42. § 1. Hinc *saltum, qua transeundum erat* male Voss. *qua est* qua parte. Vide ad I. 38. § 6.

§ 5 *Ne nox terrorem in tumultuario prælio augeret*] *Et ne nox terrorem in tumultuario* Lov. 6. *ne et nox terrorem in tumultuario* Voss. *ne nox terrorem et tumultuario* Harl. Mox *lucem moveret* perperam Mead. 1. et Gaertn. pro *luce,* in fine ejus vocis repetita litera initiali sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. Deinde *tū turmam equitum* Lovel. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. At, sæpe *tū* et *tñ* ob ductuum adfinitatem in Mss. commutari, vidimus ad XXII. 17. § 5.

§ 6 *Et triarios vallum circumjicere*]

Digitized by Google

Forte *eo.* J. F. Gron. *Triarlis* Harl. Male. Vide ad XXVII. 24. § 3. Tum *circuire*, vel *circumire* perperam Lov. 2. 3. 6. Neque necesse videtur, ut τὸ *et* cum Gronov. mutemus in *eo*. Nam vel sine eo intelligitur, mentem consulis fuisse, ut triarii sarcinas in medium conjectas vallo cingerent; licet Doujatius satis inperite dubitet, utrum consul voluerit, ut triarii vallos abjicerent; an, ut castra vallo cingerent. Supra XXV. 36. 'Agitare dux cœpit, si quo modo posset vallum circumjicere.'

§ 7 *Apertas esse insidias, et recto ac justo prælio*] Τὸ *esse* excludit Harl. Tum *ac recto et justo* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. omnesque edd. ante Frob. 1535. Mox *ut vera vinceret virtus* Lovel. 1. *ubi vera vinceret virtus* reliqui scripti, et eædem edd. Deinde *viderent* cod. Mogunt.

CAP. V. § 1 *Hora secunda ferme concursum est*] *Hora ferme secunda* Harl. Verbum *est*, quod Aldus ex cod. Mog. addidit, exsulat non tantum ab edd. antiquioribus, sed etiam a Voss. Lov. sex, Harl. et Hearnii L. 1. *Sinistra sociorum equitum ala*] At ego assero, 'equites' ibi nullos fuisse, et temere per inscitiam insertos. Scripserat Livius *sinistra sociorum ala*, et pedestrem intellexerat illam partem. Sciolus quisquam, qui alas non nisi in equitibus norat, eos injunxit. Male: ni ita sit, (notam narrationem vide,) numquam mihi apud te stet fides. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 7. Emendationem Lipsii probarunt Schel. c. 12. ad Polyb. et Crevierius ad h. loc. Vocem itaque *equitum*, quum neque in Voss. exstet, fidenter expunxi.

M. Marcellus et T. Sempronius, prioris anni consul] Ti. *Sempronius*, ut supra. *Sigon.* Vide ad XXXIV. 42. § 3. Tum *prioris anni consules* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. Sed Aldus recte substituit *consul*. Non enim Marcellus priori anno, sed triennio ante, consulatum gessit. Error inde ortus videtur, quod olim per compendium *cons.* scriptum fuerit. Vide ad X. 10. § 2.

§ 2 *Ne certaminis studio prius concurrerent*] Hearnius ex ed. Aler. adnotat *procurrerent*. Non deterius est vulgato. Livius X. 36. 'Ad suos tuendos ab Romanis procursum est.' Et ibid. 'Impigre magis et plures procurrerant Samnites.' Priscianus X. p. 901. ex Livii l. XX. 'Et si ferocius procurrissent.' *Duk. Percurrerent* Voss. *precurrerent* Lov. 6. a m. pr. *procurreret* Harl. *procurrent* Mead. 1. *procurrerent* Mead. 2. Gaertn. Lov. 1. 2. 4. 6. a m. sec. et omnes, quibus usus sum, edd. usque ad Paris. 1573. ubi primo vulgatum obcurrit. Recte itaque Oudend. ad Lucani VII. 385. ex Vossiani lectione *procurrerent* scribendum conjecit, quod tot codicum fide recepi. De verbo 'procurrere,' sæpius in hac re apud Livium obvio, vide ad Silii VII. 566. et ad XXV. 39. § 6. Locus Livii, quem Prisc. perperam ex lib. XX. laudat, exstat XXV. 11.

§ 3 *Inde, quum signum dedisset, impetum ex aperto facerent*] Lego *facere*. Intelligendum enim de proximo *jussit*. J. F. Gron. *Facerent* constanter in omnibus nostris, quum scriptis, tum editis, superest: quare nihil mutarem. Vide ad XXVI. 22. § 7. et mecum sentit etiam Dukerus. Præterea *unde quum signum* Lov. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Moguntinos, qui *inde* ex cod. suo receperunt. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Tum *ut impetum*, adscita priori vocula, Hearnii L. 1. Hinc *ex adverso* Mead. 2. Paullo ante *P. et Q. Mutios* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. usque ad Mediol. a. 1505. quæ *Minucios* dedit; id autem Ascens. 1513. et hinc reliqui admiserunt. Vide ad XXIII. 24. § 4.

Digitized by Google

§ 4 *Nuncius venit a Ti. Sempronio*] *Ab Ti.* vel *ab T.* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *impetus allorum* Gaertn. Tum *cæsos et permultos* Lov. 1.

§ 5 *Si videretur, submitteret, priusquam ignominia acciperetur*] *Transmitteret* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui ex Mog. probavit *submitteret*, subscribentibus reliquis codd. nostris. Tum *ignominiam acciperet* Lov. 3. *ignominiam* etiam Harl. Paullo ante *remisse*, pro *remisisse*, Mead. 1. Pari errore *emisset*, pro *emisisset*, erat in scriptis v. 15. § 11. *emisti*, pro *emisisti*, XXI. 41. § 6.

§ 6 *Secunda legio missa est*] Ita Frob. 1585. edidit; priores vero cum omnibus codd. meis præferunt *secunda missa est legio*. Mox *Tunc redintegrata est pugna* Voss. Vide ad II. 12. § 15. *Tum redintegra est pugna* Mead. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad XXVIII. 15. § 10.

Quum, &c. legio successit: sinistra ala] *Successisset, et sinistra ala* omnes nostri, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. antiqq. *Tè et* prima omisit ed. Paris. 1573. ultima deinde Gruteri, pro *successisset*, subposuit *successit*. Priscam lectionem revocavi, mutata etiam distinctione: *Tum red. est pugna. Quum et recens miles, et frequens ord. legio successisset, et sinistra ala* (id est, etiam sinistra ala) *ex prælio subducta est*. Præterea *deducta*, pro *subducta*, male Mead. 2. *aciem* autem ignorant Harl. Unde videri posset legendum *dextra in primum subiit*; de quo vide Gronov. ad X. 14. § 17. Sed uni codici fidem habere periculosum puto.

§ 7 *Densis tamen ordinibus*] *Densi* tantum non omnes codd. nostri cum edd. antiqq. pro quo Froben. 1531. *densis* recte ex cod. Mog. recepit. Ita 'densi globi' apud Sil. IV. 520. 'ordines densati' XXX. 34. 'densare ordines' XXXIII. 8. Eo sensu obponuntur 'rari ordines.' Vide ad II. 47. § 4.

§ 8 *Ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem*] Quatuor priora verba perperam desunt in Harl. ultimum eorumdem in Lovel. 6. *ad perturbandos animos eorum* legit Mog. Male, ut constat ex seqq. Deinde *C. Licinium* Hearnii L. 1. *C. Lucium* ejusdem N. *C. Lilium* Lov. 1. Mox *alaris* Voss. et Lov. 1. ac 4. *alaribus* Lov. 6. Mead. 2. Gaertn. a m. pr. et edd. antiqq. *alariis* Moguntini ex cod. suo receperunt. Vide ad X. 40. § 8. Insuper *milites in subsidiis esse* Lov. 6. Vide ad VIII. 7. § 9. *Equites inde subsidiis esse* Lov. 3. Vide ad X. 20. § 6. *Equites in subsidium esse* Voss.

§ 9 *Primo confudit et turbavit, deinde dissipavit aciem*] *Dissipavit etiam aciem* Lov. 2. et Harl. *Tè dissipavit* exsulat a Voss.

§ 10 *Hastilibus cædentes terga trepidantium, et redire in ordines cogentes*] *Et hastilibus c. t. trep., et, ut redirent in ordines, cogentes* Voss. *hastilibus c. t. trep., ut redirent in ordines cogentes* Lovel. 3. et 6. Mox *interequitantes alares*, vel *alaris*, Lov. 1. 6. et Voss. Vide modo ad § 8. *Interequitantes salaris* Lov. 4. et Mead. 2. in initio posterioris vocis repetita ultima prioris litera. Vide ad XXXVII. 29. § 8.

§ 11 *Consul obtestabatur milites*] Hæc est Moguntini codicis lectio, (antea edebatur *orabat*,) cujus tamen bonitas non intelligitur, nisi levi conjectura adjuvetur: *Consul obtestatus milites, ut pauli. adn., vict. in manibus esse: cum pert. et trep. viderent, instarent: si rest. ordines sissent, int. rarum eos prælio et dubio dim.: inferre vex. jussit signa*. Scripsimus etiam *sissent* pro *sivissent*; nam in scriptis reperimus *scissent*. Sic alibi III. 18. 'Si edoceri se sissent.' *J. F. Gron.* Moguntini lectionem primus admisit Aldus; eaque egregia etiam mihi videtur, præsertim si *obtestatus* cum Gron. legas, ut ita sermo cohæreat *obtesta-*

Digitized by Google

tus milites, inferre vexillarios jussit signa. Nisi forte, servata Mog. lectione, et distinctione vulgata, periodum finire malis voce *dimicaturos*, deinde legere, *ut inferre vexillarios jussit signa, omnes connisi, &c.* Præterea *ut parum niterentur* Lov. 5. et primæ edd. *ut paullum niterentur* reliqui codd. nostri: *ut paullulum adniterentur* iterum Aldus ex cod. Mog. De voce *paullulum* cum *paullum* commutata vide ad XXXVI. 9. § 8. Ipsa hæc lectio etiam obcurrit XXI. 8. 'Pœno, cepisse jam se urbem, si paullulum adnitatur, credente.' Deinde *victoriam in manu esse* Harl. Hinc *et dum turbatos* Lov. 2. et Harl. *dum turbatos* reliqui mei cum antiquis edd. *dum perturbatos* ex Mog. cod. Frobenius 1531. substituit, quod obtinuit usque ad Gronov. qui pr. ed. nott. *turbatos* vindicavit, et restituit: neque tamen postea, quum iteratis curis *cum perturbatos* verius judicasset, illud *perturbatos* revocavit: *dum* cur ferre non potuerit, vide ad I. 40. § 7. Sed *perturbatos* ob fidem Msti Mog. recepi. Modo hoc cap. 'Ad perturbandos ordines eorum C. Livium Salinatorem equos inmittere jubet.' Vide ad III. 70. § 9. Deinde Gronov. pr. notarum ed. testatur, scriptos præferre *si restituti ordines fuissent*, quod non modo ipse in seqq. earum edd. tacitus omisit, sed mihi etiam in nullo meorum obcurrit. Primæ edd. *si restitui ordines sivissent:* nec aliter plerique codd. *scivissent* Gaertn. quod errore operarum præferunt editiones Parm. Mediol. 1480. Tarv. utraque, et aliæ usque ad Ascens. *scissent* Voss. et Lov. 3. Sed recte Gronov. *sissent;* quod firmat Lov. 4. Et id voluisse videtur librarius Lov. 1. in quo tamen legitur *issent*, prima litera *s* elisa ab ultima vocis præced. *ordines:* de eo errore vide ad XXX. 3. § 7. ut et Victor. Crevierii, qui *silssent*. De hac autem contractione *sissent*, pro *sivissent*, vide ad III. 18. § 6. Tandem *et dubio* deest in Voss.

§ 12 *Connixi tandem averterunt hostem*] *Commissi* Lovel. 1. Ita 'committerentur' et 'conniterentur' commutantur IX. 31. § 12. 'mitteretur' et 'niteretur' XXXV. 10. § 10. 'submisus' et 'submissus' IV. 42. § 5. *Conissi* Lov. 4. *connissi* Mead. 1. *connisi* Voss. Vide ad II. 50. § 9. Deinde *adverterunt hostem* Voss. Vide ad VI. 23. § 8. *Averterunt hostes* Lov. 3. Vide ad V. 50. § 2. 'Avertere,' ut VII. 8. 'Primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo jam haud dubie avertunt.' Mox vocula *tum* deest in Harl. ejus loco *cum* male legunt Voss. et Lov. 1.

§ 13 *Equites ducenti viginti unus*] Ms. *equites septingenti viginti unus.* Et raro sane in his conveniunt libri cusi cum scriptis, ex notarum, ut opinor, quibus designari numeri aliter atque aliter solent, varia scribendi ratione. *Modius. Ducentos viginti unum* Lov. 1. *ducenti viginti unum* Lov. 4. et Harl. *ducenti viginti unus* Lov. 2. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *CCXXI.* Voss. Lov. 3. et Hearnii L. 1. ac N. *CC. et XXI.* Lov. 5. et vett. edd. pro quo Frob. 1531. *ducenti viginti unus.* Gronov. demum an. 1665. cod. Mog. lectionem recepit. Forte librarii reliquorum codd. per notas scriptum invenerant *IↃCCXXI.* et quingenarii numeri notam, ut incognitam, omiserunt. Vide ad XXXVII. 40. § 11. Paullo ante *vivi capti MXII.* Lov. 3. *vivi capti mille duodecim* Lov. 6. *et vivi capti MXII.* Hearnii L. 1. *vivi capti mille ducenti viginti* Gaertn.

Carpenta sexaginta tria] Editus Mogontiæ Livius *carpenta centum et duo.* Modius. Immo *centum duo.* Neque ille tantum ita præfert, sed etiam omnes codd. nostri, omnesque typis descripti usque ad Frob. qui anno 1531. ex cod. Mog. *carpenta LXIII.* recepit: *carpenta CCII.* legit Hearnii N.

Digitized by Google

§ 14 *Supra quinque millia militum, ipsorum aut sociorum, sunt amissa*] *Quinque millia ipsorum* Voss. Deinde *amissi sunt* Harl. Mox *centuriones XX.* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Tum *præfecti sociorum quatuor* Lov. 3. Sed vide ad XXI. 17. § 2. *Præfecti socii quatuor* Lovel. 4. *præfecti quatuor* Mead. 2.

Et M. Martius tribunus] Reposuimus, secuti archetypa, *et M. Genutius, et M. Martius, tribuni.* Gelen. Ms. *et M. Genutius eques, et M. Martius tribunus militum.* Modius. Et hoc *et M. Genucius et M. Marcius tribunus* Moguntino debetur. Vulgo aberat *M. Genucius.* Modius affert *et M. Genucius eques.* Sed non est credibile, unum modo equitem desideratum, ubi quinque millia militum occubuere. Nos invenimus in scriptis *quatuor et M. Marci tribuni militum.* Lege, *præfecti socium quatuor, et Marci Genucius et Marcius tribuni militum secundæ legionis.* Gelenius quoque e Moguntino advocat *tribuni.* J. F. Gron. Cum vetustissimis edd. *quatuor, et M. Marcius tribunus* legunt Lov. 5. et Harl. *quatuor, et M. Marcus tribunus* Lov. 2. 4. et ambo Mead. *quatuor, et M. Marci tribuni* Voss. Lov. 1. et Hearnii N. *quatuor, et M. tri* Gaertn. *quatuor, et tres mortui tribuni* Lov. 6. et Hearnii L. 1. *quatuor, et tres Marcelli tribuni* Lov. 3. Agnosco, ubi duo eodem prænomine adpellati junguntur, Livium id eo modo sæpe enunciasse, quemadmodum hic legendum conjicit Gronov. Vide ad IV. 48. § 1. et X. 1. § 7. Verisimilior tamen videtur Gelenii emendatio. Repetitionem enim prænominis 'Marci' caussam fuisse puto errandi plerisque librariis; quum ceteroqui non videam, cur *Genucius* ex omnibus codd. præterquam ex solo Mog. exciderit. Neque semper Livius ea formula, quam Gronovius ipsi restitutam voluit, locutus est. Supra VI. 38. 'Sp Servilius, L. Papirius, L. Veturius:' ubi etiam potuisset *Lucii Papirius, Veturius.* In mentem etiam veniebat, ex τῷ *eques* codicis Mog. faciendum *et Qu. et*, adeoque legendum *et M. Genucius et Q. et M. Marcii tribuni militum.* Sed videant alii.

CAP. VI. § 1 *Eodem fere tempore duorum consulum literæ adlatæ sunt*] Vox *fere* deest in Lov. 3. τὸ *consulum* in Voss. Deinde Moguntini edentes *literæ allatæ*, omissa voce *sunt*, eam in Msto suo exstare in ejus excerptis monuerunt. Eamdem etiam servant omnes nostri codd. omnesque, præter Moguntinum, edd. Mox *ad Mutinam de prælio cum Boiis facto* Lov. 5. Gaertn. et primæ edd. *de prælio cum Boiis ad Mutinam facto* Harl.

§ 2 *Ut abscedi inde, sine pernicie sociorum et damno reipublicæ, non possit*] *Sine pernicie* Frob. 1531. ex cod. Mog. recepit. Nec aliter est in Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *absque pernicie* præferunt priores typis inpressi, faventibus Voss. et Lov. 5. *ut absced'e sine pernicie suorum et damno reipublicæ inde non possit* Gaertn. *suorum* etiam Lov. 6. Præterea non *posse* Harl. *non posset* Voss. Lov. sex. Mead. uterque, et edd. ante Aldum.

§ 4 *Se quidem facturum, quodcumque senatus censuisset*] Iterum Ms. *se id quidem facturum.* Modius. *Quod senatus censuisset* Gaertn.

Viderent, si magis e republica esset] Idem Ms. *ne magis e republica esset:* quorum utrumvis convenit: nam et τῷ *si* sæpe utuntur boni auctores pro 'an non:' et posterior locutio recta quoque est: nec semel ita Livius loquitur. Sit igitur lectoris arbitrium, utrum recipiatur. *Modius.*' Sub specie modestæ dubitationis dicit, quid sibi videatur, quo nihil frequentius est. Cic. Phil. II. 12. 'Vide, ne illa caussa fuerit appellandi mei:' et Fam. IV. 9. 'Vide, ne superbi sit adspernari ejusdem liberalitatem.'

Digitized by Google

Vide Duaren. Disp. Anniv. II. 2. *Duk. Ne magis e republica sit* Gronov. in contextum recepit: id autem contra Mss. aliasque edd. esse, Hearnius adfirmat; et verum esse etiam Crevierio persuasit; quum tamen ex cod. Mog. excerptis et Modii notis constet, hanc integerrimi ejus Msti lectionem esse. Ceterum *viderent, si magis* non tantum Crevierii Victor. et Hearnii Oxonn. sed et omnes mei, nisi quod *sed magis* præferat Mead. 1. *Tum ex republica* Voss. sed præpositionem ignorat Lov. 1. Mox *ab se*, pro *a se*, Aldus recepit fide cod. Mog. Consentiunt plures meorum; sed iterum præpositionem neglegit Lov. 1. Deinde *eo statu relinqui*, pro *in eo statu*, Lov. 3. et 6.

§ 6 *Et nunciarent, senatum, ni is ad magistratus subrogandos Romam veniret, potius, quam Q. Minucius a bello integro avocaretur*] Longe aliter, non tamen, ut ego arbitror, etiam melius, Longobardicus codex habet hoc modo: *et nunciarent, senatum velle, ut is ad magistratus subrogandos Romam veniret potius, quam Q. Minucium a bello integro avocarent.* Modius. Mihi etiam vulgata lectio ei, quam obfert cod. Mog. præferenda videtur. Interim tamen Lov. 3. *senatum velle, ut is ad magistratus:* in reliquis facit cum vulgatis edd. Præterea *potius quam ea Q. Minucius* Voss. et Lov. 1. An voluerunt *potius, quam ut Q. Minucius?* Sed vocula *ut* commode intelligi potest.

§ 7 *Missi legati renunciarunt, L. Cornelium*] *Annunciaverunt* Voss. *nunciaverunt* edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ; pro quo Aldus ex Mog. cod. revocavit *renunciaverunt*, concinentibus Lov. 2. 5. et Gaertn. Postea Frob. 1535. substituit *renunciarunt*, quod est in reliquis nostris. Vide ad Epit. Liv. l. XLVII. Deinde Cornelii prænomen *L.* quod deest in omnibus codd. quibus utor, et Hearnii L. 1. N. et in edd. prioribus, Aldus itidem ex Mog. Msto restituit, ut et vocem *Romam*, quæ pariter exsulabat ab iisdem edd. et Lov. 5. ac Gaertn.

§ 8 *De literis L. Cornelii, quas scripserat*] *Qui scripserat* Lov. 2. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Verum ita interpolarunt, qui credebant, ' secundum prœlium ' hic poni pro prœlio felice, prospero, quum tamen ' scripserat secundum prœlium ' est, scripserat post prœlium: de quo vide ad VIII. 10. § 9. et ad XXIV. 10. § 11. Mox *secundum prœlium tum factum* Lov. 1. Deinde *disceptatio in senatum fuit* Voss. *disceptatio fuit in senatu* Lov. 6. Præterea *plerumque*, pro *plerisque*, Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Tandem vox *legatus* non adparet in Lov. 2. et Harl.

§ 9 *Fortunæ populi Romani et militum virtuti gratiam habendam*] *Fortunæ pop. Rom. et militum gratiam hab.* Lov. 6. Male. Vide Gron. ad VI. 30. § 6.

Hostium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerat, non deletum] Vet. lib. pro *non deletum* habent *elapsum.* Similiter enim *Hostes e manibus emissos.* Sigon. *Fuerat, non deletum,* a Sigonio rejectum, Frob. 1531. ex cod. Mog. receperat. Omnes priores, adstipulantibus nostris et Hearnii codd. dederant *fuerit, elapsum.* Horum *elapsum* Sigonius jam in contextum admisit; sed alterum *fuerit* demum Gronov. ei reddidit.

§ 10 *Legionariis et tardius datum signum esset, et persequi fugientes non licuisset*] Hæc etiam lectio cod. Mog. debetur, ex quo eam Aldus adscivit. Antea edebatur *legionariis tardius datum signum esset, ut persequi:* neque aliter tum Hearnii L. 1. tum nostri, nisi quod *et persequi* sit in Mead. 1. *ut prosequi* in Lov. 1. Vide ad Epit. Liv. l. XCIX. Paullo ante *Milites eo complures perisse* Lov. 6. sed prima *roũ cõplures* syllaba ob præced. vocules *eo* similitudinem repetita est: *periisse* Gaertn. Vide ad XXIX. 33. § 13.

Digitized by Google

. CAP. VII. § 1 *Ad frequentiores consultatio delata est*] Scribe *dilata*. J. F. Gron. Metellus c. 8. dicit, eo dilatum esse consultationem, ut præsentibus auctoribus earum literarum disceptaretur. *Dukerus*. Unus meorum Gaertn. *delata* tuetur, reliqui omnes cum Oxonn. Hearnii, et Victor. Crevierii *dilata*, ut Gronovius conjicit, probant.

§ 2 *Quod civitas fœnore laborabat: et, quum multis fœnebribus legibus*] Ms. *quod civitas fœnore laborabat, et quod, cum multis, &c.* quod non displicet. *Modius*. Auctoritati optimi Mog. dedi, ut lectionem reciperem, licet nulli meorum consentiant. Vide ad XXIII. 4. § 8. Lucan. VIII. 79. 'A me quod fasces, et quod pia turba senatus, Tantaque discessit regum manus.' Deinde *fœneribus legibus* Harl. *fœneratoriis legibus* Lovel. 3. Gaertn. et Mead. 1. in margine. Male. Festus voce 'Fenus:' 'Fenus appellatur naturalis terræ fetus; ob quam causam et nummorum fetus fenus est vocatum, et de ea re leges fenebres.' Ita 'res fœnebris' VII. 21.

Via fraudis inita erat] De coërcendis frandibus in cedendis nominibus agit Cujac. Obs. X. 3. *Duk.*

Ita liberos fœnore obruebant debitores] Legitur in antiquis codd. *libero fœnore*, non *liberos*. Gelenius. *A tali vero fœnore obruebantur* Gaertn. *Itali vero fœnore obruebantur* Lovel. 4. et Mead. uterque: *in tali vero fœnore obruebantur* Vossian. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Hearnii L. 1. et edd. vett. Moguntini deinde monuerunt, se in cod. suo invenisse *ita liberos fœnore obruebant*, quod Froben. 1531. in contextum admisit. Sed quadriennio post, iterum consulto Msto Mog. Gelenius deprehendit, *libero*, non *liberos*, in eo exaratum esse, quod probavit; et recte. 'Fœnus liberum' est, quod obnoxium non erat legibus fœnebribus, de quo nihil cautum erat illis legibus. Mox *non tenentur* Voss. Vide ad XL. 14. § 2.

§ 3 *Cujus cernendi quum ratio quæreretur*] Pro *cernendi* quidam *coërcendi* emendarunt, haud scio, quam bene. *Glar.* Vet. lib. *cernendi*, pro *coërcendi*, quod placet. Sic enim VI. 27. 'Quia nolunt conspici summam æris alieni.' Item, 'Deinde inspecto ære alieno, initaque ratione minuendi ejus.' Sic hoc loco, quærunt rationem cernendi fœnoris, propterea que profiteri cogunt eos, qui pecunias crediderint. Itaque ait, 'postquam detecta est magnitudo æris alieni per hanc fraudem contracti.' *Sigonius*. Quantum paullo ante profuit, tantum hic nocuit Livio Moguntinus cum suo *coërcendi*: nam *cernendi* non Sigonii modo codex, sed omnes ante istum editi: quod recte probat Sigonius non auditus, ubi debebat audiri. Cicero pro Balbo cap. 5. 'Hoc igitur caussam dicente, cum ipsius tabulæ circumferrentur inspiciendi nominis caussa.' Valer. Max. II. 10. 1. 'Cum caussam repetundarum diceret, tabulæque ejus ab accusatore expostulatæ ad nomen inspiciendum circa judices ferrentur:' ita legendum ex Ms. *J. F. Gron. Cernendi* etiam omnes nostri: *cernendi cujus* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Verum non ideo præcipue socii jussi sunt profiteri pecunias, quas civibus Romanis ex Feralibus proximis credidissent, ut earum magnitudo nosceretur; sed ut ratio iniretur liberandi cives fœnore, quo a creditoribus obruebantur. Cum Crevierio itaque lectionem Mogunt. probavi, eamque in contextum recepi.

Diem fluiri placuit Fœneratia, quæ proxime fuissent] *Feralia* legitur in antiquis codd. non *Fœneralia*. Gelen. Illud magis lectori perpendendum, 'diem Fœneralia' appositive intelligendum, ut 'Bacchanalia,' 'Saturnalia,' atque alia ejusmodi; nam ego nihil definio. Quidam *Feralia* legunt. *Glar.* Ante legebatur *Fœneralia*. Gelenius *Feratia* immutavit. Mihi pla-

Digitized by Google

cet magis prior lectio. Proxima enim *Fœneralia* vocat diem, quo proxime de fœnore constringendo actum erat. Jusserunt ergo, ut omnes socii profiterentur pecunias, quas credidissent Romanis ab illo die, quo cautum erat, ne civis civem fœnore opprimere posset. Cui legi fraus facta fuerat nomina in socios transcribendo. *Sigon.* Ms. *diem inire placuit*. Modius. Prave idem codex, quicquid ostentet Modius *diem inire placuit*. Cicero in Verr. III. 7. 'Exiguam diem præfiniri operi, quæ cæteros ab negotio excluderet.' Noster l. XXXI. c. 48. 'Potuisse enim, si non cum prætoris, sed consulis exercitu rem geri voluerit, ita finire senatusconsultum, ne per prætorem, sed per consulem gereretur.' XXXII. 7. 'Colonosque eo trecentos (is enim numerus ab senatu finitus erat) adscripserunt.' XL. 44. 'De pecunia finitur, ne major causa ludorum consumeretur, quam,' &c. XLII. 47. 'Indicere prius, quam gerere, solitos bella, denuntiare etiam; interdum locum finire, in quo dimicaturi essent:' sic restituendum apud Cæsarem ex laudatis illis membranis Andinis de B. Gall. VII. 81. 'Nostri, ut superioribus diebus suus cuique erat locus definitus, ad munitiones accedant.' Vulgo ex interpretatione *attributus*. Et gaudet ille quoque hoc usu verbi: de Gall. VII. 83. 'Occulte inter se constituunt: adeundi tempus definiunt.' De Civili I. 11. 'Neque ante quem diem iturus sit, definire.' Auctor de Bello Hispan. c. 30. 'Quod quum de Cæsare esset animadversum, ne quid temere culpa sua segnius admitteretur, eum locum definire cœpit.' Illud quoque notabile apud Varronem de Re Rust. III. 14. 'Cochleæ aqua finiendæ, ne fugitivarius sit parandus.' Fabius declam. 280. 'Quotiens finitur dies exspectandus.' Prave item *fœneralia:* cujus historiam nosse operæ pretium est. Andreas et omnes *feralia*, usque ad Moguntinos: hi ex suo illo codice susceperunt alterum, traxeruntque in partes Aldum, Juntam, Frobenium. Intercessit Gelenius, et jussit redire *feralia*, cui paruerunt Gryphius et Curio. Ægre id passus Sigonius, sibi placere ait priorem lectionem. Non denunciat tamen codici suo, credo, quia, ut nostri omnes, habuit *feralia*. Interim secuti illum proximi editores, ubi minime debebant. Quæ enim bella illa *fœneralia?* ita vocat diem, inquit, quo proxime de fœnore constringendo actum est. Primum ratio istius appellationis nulla est, neque unquam venire in mentem hujusmodi titulo dies potuit antiquis; nisi Fœnori et locus inter Deos fuit, ejusque numinis dies festus *Fœneralia*. Deinde quæstio ex eo die, quo ultimum de fœnore coërcendo actum esset, fuisset infinita, neque explicari potuisset unquam. Omnes scripti *diem finiri placuit feralia, quæ proxime fuissent:* ut etiam bene monuit Gelenius: isque dies notus ex fastis et Februarii mensis diebus festis. Cicero ad Attic. VIII. 14. 'Eodem enim die video Cæsarem a Corfinio post meridiem profectum esse, (id est, feralibus) quo Cannio mane Pompeium:' hoc est, ante diem octavum Kal. Martias, ut ipse explicat prima libri sequentis epistola. Perinde est igitur, ac si dixisset Livius *diem finiri placuit ante diem octavum Kal. Martias, qui proxime fuisset*. Vel, *ante diem undecimum Kal. Martias*, ut Ovidius aliique computant, de qua diversitate Bosius. *J. F. Gronovius.* Salmasium quoque de vulgata scriptura *Fœneralia* dubitasse, ex ejus Epistola 90. apparet. *Dukerus.* Recte *finiri* adversus codicis Moguntini *iniri* defendit Gronov. idque in omnibus meis superest; nisi quod *finire* præferat Guelfo. Supra III. 13. 'Quot' vades 'darentur, permissum tribunis est: decem finierunt.' X. 13. 'Quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent.'

Digitized by Google

XXXIX. 17. 'Diem certam se finituros: ad quam nisi citatus respondisset, absens damnaretur.' l. XLV. c. 15. 'Non, ubi censeatur, finire; sed censu excludere.' Val. Max. IV. 7. ext. 1. 'Adpropinquante deinde definita die, nec illo redeunte:' ubi alii *finita die*. Vide quæ ibi notavit Torren. De usu hoc illius verbi vide Regium ad Quinctil. Inst. II. 14. pag. 177. Burm. ibid. ad c. 1. p. 128. et ad Vell. Pat. I. 10. § 2. Solent autem 'finire' et 'inire' in Mss. confundi. Vide ad XLIV. 34. § 9. Deinde *fœnebria* Lov. 5. et ed. Camp. *fœneralia* Lov. 3. inter versus. Sed recte *Feralia* reliqui codd. quod tuetur Gronov. Is tamen in historia, quam vocat, hujus vocis erravit, existimans primam Mogunt. editionem *fœneralia* ex cod. suo invexisse, quum priores haberent *Feralia*. Certe Hearnius ex ed. Aler. sive, ut Gronov. vocat, Andreana, laudat *fœneralia*. Sub oculis habeo quatuordecim alias edd. Moguntina antiquiores, quæ omnes, unica Campani, quam modo memoravi, excepta, itidem *fœneralia* legunt. Verisimiliter etiam *Feralia* ex cod. Moguntino Gelenius, qui eum consuluit, Livio reddidit; ut nihil aliud peccarint Moguntini, quam quod, priores editores secuti, codici suo veriorem lectionem obferenti obedire neglexerint: non ipsi in eo novarint. Præterea *proxime fuissent* Frob. a. 1531. ex Meto Mog. iterum recepit, concinentibus codd. nostris, præter Lov. 1. 5. 6. et Gaertn. qui *proxima* servant, ut olim vulgo edebatur.

Jus crediteri diceretur] Ex eodem Mog. est tolerabile *diceretur*, ubi habebatur *redderetur*. Lib. II. cap. 27. 'Quam asperrime poterat, jus de creditis pecuniis dicere.' III. 47. 'Quod jus sibi pridie per ambitionem dictum non esset.' Etsi alterum æque frequens. *J. F. Gron.* Lib. XLII. c. 22. 'Ne diceret jus, qui privatus futurus erat.' Similiter 'juris Romæ dicundi provincia' sæpe apud Livium memoratur. Altera etiam locutio 'jus reddere' Livio usitata est. Exempla vide III. 38. VII. 1. X. 22. et passim. Eam inlustrat Ciofan. ad Nas. Met. XIII. 25. Et hoc quidem omnes nostri, illud unus Mog. cod. tuentur. Paullo ante *ex eo die* Voss. Deinde *pecuniæ editæ* Mead. 1. utrumque male, et invitis reliquis.

§ 4 *Inde, postquam professionibus detecta est magnitudo*] *Deinde* Frob. a. 1531. ex Mog. dedit; quod reliquæ edd. usque ad Gronov. servarunt: is autem priscam lectionem revocavit: quam etiam præfero. *Inde* enim pro 'deinde' ponitur. Vide ad XLII. 55. § 6. Ex ejus igitur interpretatione est *Deinde*. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Hinc *professionis decepta est magnitudo* Mead. 1. *professionis detecta* Gaertn. Vide ad XXI. 60. § 7. *Decreta est magnitudo* Lovel. 3. et Harl. *detecta magnitudo* Lov. 6. Mox voces *tribunus plebis* desunt in Lovel. 2. Harl. et Mead. 1. Earum loco *Titus Romulius* legunt Lov. 1. 6. a m. pr. Voss. et Hearnii N. Vide ad XXXI. 6. § 4.

§ 5 *Pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis, esset*] Illud *cum* nesciunt membranæ. *Modius.* Nesciunt eamdem prælocutionem Lov. 3. 5. et Gaertn. Sed librariorum errore omissam puto. Deinde *creditæ pecuniæ* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vox *pecuniæ* deest in Lov. 1. 5. et edd. Rom. 1472. Camp. et Parm. Paullo ante *plebsque* Lov. 2. 3. 6. Voss. et Harleian. *plebisque* Gaertn. Mox § seq. *quantum auxerant fama* Mead. 1. quod probari posset, si plures codd. consentirent.

§ 7 *C. Flaminius in citeriori Hispania oppidum Iluciam in Oretanis cepit*] Ptolemæus *Hilicium* scribit. Plinius III. 3. *Ilici*. Ex quo apparet, cum a litera scribi non oportere. *Sabell.* Antonius Sabellicus etiam hunc notat locum *Iluciam* apud Ptolem. *Hilicium* dici: quod equidem nescio, cum a-

Digitized by Google

pud eum *Ilicis* non in Oretanis, sed in Contestanis, non ita longe citra Carthaginem Novam, urbs ponatur. Plinius 'Ilicos' coloniam vocat plurativo numero: ut in Ptolemæo corruptum videri queat *Ilicis* nomen additione *s*, pro *Ilici*. Fieri autem potest, ut 'Ilici' in Contestatis, 'Illucia' vero in Oretanis fuerint diversa nomina. Illud magis mirandum, quo pacto Oretani, vicini Bæticæ, sint in citeriore Hispania. Atque divisio harum duarum provinciarum variis temporibus diversa fuit, ut ipse etiam fatetur Plinius. Suspicor etiam Livio hæc in Hispania nomina non omnino nota fuisse, ut sæpe ante conquesti sumus. *Glar. Inluciam* vel *in Luciam* Voss. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Inlitiam* Lov. 2. *Illuciam* Lov. 6. *Juliciam* Harl. *Biatiam* legendum conjicit Doujatius. Dein *Moretanis*, pro *in Oretanis*, Mead. 1. *Meritanis* Gaertn. *Morientanis* Voss. *in Orientanis* Lov. 1. *more canis* Lov. 3. Præterea *Crassus Flaminius* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn. Neque aliter Lov. 2. in margine: quomodo etiam variant III. 50. § 15. hoc lib. cap. seq. § 8. Tum *citeriore Hispania* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

In hiberna milites deduxit] Omnes ante Aldum *hibernacula*. Lib. v. c. 2. 'Hibernacula etiam, res nova militi Romano, ædificari cœpta.' XXX. 3. 'Hibernacula Carthaginiensium lignea ferme tota erant.' *J. F. Gronov. Hiberna* codd. nisi quod *hibernia* sit in Lov. 1. *hibernalia* in Lov. 4. et Mead. 1. *hibernala* in Hearnii N. *hibernacula* in Lov. 5. Supra XXII. 32. 'Hibernaculis mature communitis.' XXIV. 39. 'Ipse hibernacula quinque millia passuum ab Hexapylo communiit.' XL. 35. 'Loca pacata me ad hibernacula electurum.' XLII. 9. 'Legionibus extemplo Pisas in hibernacula missis.' XLV. 28. 'Ut nudare tegulis muros urbis ad tegenda hibernacula sua pateretur.' Nepos in Agesil. c. 3. 'Quum tempus esset visum copias extrahere ex hibernaculis:' in Eumen. c. 8. 'Duæ erant viæ, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adversariorum hibernacula posset perveniri.' Non itaque semper 'hibernacula' sunt tentoria pellibus contexta, sed interdum etiam hiberna. Quare vulgatum servandum videtur apud Sallust. in Jug. c. 103. 'Exercitu in hibernaculis composito;' ubi Cortius ex duobus tantum codd. et tribus edd. *in hibernis* edidit. Hoc loco *in hiberna* ante Aldum editum vidi Venet. 1498. Mox *prælia aliquot* Aldus ex cod. Mog. recepit, consentientibus nostris, nisi quod solus Lov. 5. prioribus edd. adhærens legat *aliqua*. Vide ad XXX. 19. § 5.

§ 8 *Majores res gestæ a M. Fulvio*] *Majores gestæ res* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. An qui ordinem mutarunt, ferre non potuerunt concursum syllabarum *majores res*. Sed vide ad XXVI. 46. § 6. Mox *oppidum* deest in Lov. 3. Tum *cum Vacyeis Vectonibusque in Celtiberis* Voss. *cum Vaceis Bertonibusque in Celtiberis* Lov. 1. Hinc *subdit, fugavit* Voss. An voluit *fudit, fugavit*, sine copula? Vide ad XXXVIII. 53. § 2. Præterea *Hilernum* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Hearnii N. *Hylernum* Gaertn. *Hybernum* Hearnii L. 1. *Hibernum* Lov. 1. et 3. Tò *vivum* exsulat a Lov. 1. et 6.

CAP. VIII. § 1 *Dum hæc in Hispania agerentur*] Ms. *Quum hæc in Hispania gerebantur*. Et 'gerere' sane, quam 'agere,' huic loco magis convenit: cujus de verbi vi multa alii; quos, qui volet, consulat. *Modius*. Profert lectionem membranarum Modius, *Quum hæc in Hispania gerebantur*: et 'gerere' huic loco magis convenire, quam 'agere,' contendit. Hoc quidem parum interest, hic certe: at non parum, utram ex particulis præferas:

Digitized by Google

nam sive 'Quum hæc agerentur,' sive 'quum hæc gerebantur,' Latina sunt; 'dum hæc agerentur,' sic positum et in ea vicinitate, συλουίζω. Petronius c. 125. 'Dum hæc magno tempore Crotone aguntur.' Noster XXII. 2. 'Dum consul placandis Romæ Diis trahendoque delectu dat operam.' Et passim. Mutavimus ergo particulam: et, quamvis hoc vix adnotatione dignum possit censeri, tamen identidem observo, complures hodie, etiam qui Latine admodum scribere videri volunt, turpi errore hæc non distinguere. *J. F. Gron.* Codici Mog. *Quum* pro *Dum* exhibenti, concinunt Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Crevierii Victor. omnesque edd. usque ad Froben. a. 1531. Particulam ergo, quam mutare neglexit Gronov. nunc demum mutari curavi. Utro modo legas, parum interesse, judicat Crevierius; se itaque moræ non esse cuiquam, quo minus *quum* in locum τοῦ *dum* admittat: illud tamen Gronovio adsentiri non posse, vulgatam lectionem συλουίζειν: utroque enim modo Latinam orationem esse: ipsum Gronov. ita judicasse, qui legebat cap. 36. § 7. 'libertatem, dum restitui videretur, interceptam.' Verum illa conjectura alia cogitanti, et oblito eorum quæ hic scripsit, Gronovio excidit. Vide quæ notantur ad I. 40. § 7. Præterea *gererentur* Lov. 2. et Harl. Sæpius hæc verba in Mss. commutantur, ut vidimus ad XXII. 28. § 1. Adde viros doctos ad Suet. Cæs. c. 45. Aug. c. 37. Gronov. ad Sen. Herc. Fur. 362. Obs. IV. 14. N. Heins. ad Nason. Her. VIII. 42. et Burm. ad Suet. Vespas. c. 24. Promiscue hæc verba ab antiquis usurpata fuisse, docet Gronov. ad Liv. XXXIX. 54. § 10. Quum itaque sensui perinde sit, utrum *agerentur*, an *gerebantur* legamus, Mog. libri lectionem, ob codicis auctoritatem, admisi.

Relicto ad exercitum M. Claudio legato] Ita Moguntini ex membranis suis vulgarunt, quum in prioribus edd. Claudii prænomen omitteretur. Id etiam exsulat ab omnibus scriptis meis, ut et ab Hearnii L. 1. et N. Verum id interceptum est ab litera finali vocis proximæ. Vide ad XXXIX. 5. § 11.

§ 2 *De rebus a se gestis disseruisset, quoque in statu provincia esset*] Barberin. et Pet. membranæ *ab se*, et *quoque statu provincia esset*. Adsertum plus quam semel Nostro superius. Lib. XXXIV. c. 22. 'Repeti in libertatem, et eodem statu, quo cæteræ urbes Peloponnesi et Græciæ esse.' *J. F. Gron.* *Ab se gestis* etiam plures meorum, et Hearnii Oxonn. Deinde *quoque statu provincia esset*, locutionem esse Livio familiarem, constare potest ex illis quæ notantur ad III. 68. § 3. Ita tamen hic nullus eorum codd. quos consului, præfert. *Quæque in provincia essent* legit Lovel. 1. *quoque in statu in provincia essent* Voss. *quo in statu provincia esset* Lovel. 3. Reliqui omnes vulgatum tuentur; quorum fide id quoque servandum puto, quum Livius in hac locutione præpositionem etiam addere sæpe consuerit. Supra XXVI. 5. 'Quum in hoc statu ad Capuam res essent.' XXVII. 5. 'Ut sciret, quo in statu res Africæ essent:' quomodo ibi optimos codd. præferre, ex illis, quæ ibi notantur, patet. XXIX. 8. 'In meliore statu sub iratis Romanis futuros.' XXXII. 6. 'Quum in hoc statu res esset.' XXXIII. 42. 'In hoc statu regum res erat.' XXXVII. 53. 'Ne, qui adversus vos arma tulerint, in meliore statu sint:' ita optimus ibi ostentat Mogunt. XXXVIII. 5. 'In hoc statu res ad Ambraciam quum essent.' c. 8. 'Quum in hoc statu res ad Ambraciam essent.' Pari modo 'respublica in eodem statu permansisset' XXII. 9. 'in quo statu rerum accepisset eos' XXXIV. 51. Similiter 'in eo loco esse' eodem sensu Livium

Digitized by Google

dixisse, vidimus ad VII. 35. § 7. Mox vocem *conscriptis* nescit Harl. Locutionem 'queri cum aliquo' inlustrat Nic. Heins. ad Vell. Pat. II. 180. § 3.

§ 3 *Tanto bello una secunda pugna tam feliciter perfecto*] *Jam feliciter perfecto* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. frequenti scribarum aberratione. Vide ad XXI. 11. § 12. *Tam feliciter* est valde, admodum feliciter, felicissime. Vide ad lib. XXXIII. c. 45. § 4.

Postulavit deinde, ut supplicationem simul triumphumque decernerent] Voculam *ut*, quam Aldus ex Mog. cod. recepit, ac priores excusi omittunt, non adparet etiam in ullo nostro, ut nec in Hearnii L. 1. Eam quidem post 'postulare' ac similis potestatis verba omitti, vidimus ad XXXII. 35. § 5. hic tamen integerrimum cod. sequor. Tum *supplicationem simulque triumphum decernerent* Harl. Sed vide ad XXVI. 43. § 6.

§ 4 *Et consulis L. Cornelii ad senatum, et M. Marcelli*] Voculam *et* priori loco ac Cornelii prænomen *L.* ignorat Harl. prænomen etiam Lov. 2. Tum *et* posteriori loco ut et mox *esse* Gaertn. Præterea *repugnantes* legunt Voss. Lov. 6. et Lov. 2. a m. sec. Dein § seq. *eorum dilatam esse*, pro *eoque*, Mead. 1. Hinc *sese* deest in Lov. 2. et Harl. quod pronomen forte interceptum est ab ultimis literis præcedentis *expectasse*. Tandem *adversus se conscriptum* Lov. 2.

§ 5 *Duceret eum secum Romam*] Ex Mogunt. receptum. Scripti nostri et editi priores *deduceret eum secum Romam*. Nempe e provincia. In quibus usurpare solent 'decedere,' 'deducere,' 'deferre,' 'deportare.' Plinius VII. 30. 'Cato unum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione deportavit.' Vide Observ. I. 12. *J. F. Gron. Duceret* ex cod. Mog. primus recepit Froben. a. 1531. Omnes tamen nostri cum Hearnii L. 1. et N. servant *deduceret*; quod in hac re frequens esse, vidimus ad VI. 26. § 8.

§ 6 *Verius esset, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato*] Nota *Sempr. imp. habenti tradi exercitum, quam legato*. Ergo legati imperium non habebant. Atqui Scipionis legatus consularis erat cap. 5. æque ac Claudius Marcellus. Sed responderi potest, Sempronio, qui priore anno consul fuerat, prorogatum esse imperium. Itaque et proconsul et legatus Cornelii Merula erat. Ita censeo c. 23. 'Ut cum imperio esset, qui eam classem duceret.' XXXVI. 1. 'L. Quintium superioris anni consulem legari ad id bellum placuit:' et c. 17. 'Consulares legatos.' *H. Vales.* Vossianus *verius esset, Sempronio Tito imp.* Lege, *quam etiam verius esset, Sempronio Tiberio imperium habenti exercitum tradi.* Ut amat Noster interdum prænomen secundum ponere. *J. F. Gron.* Gruchius Refut. c. 5. ad poster. Sigonii Disput. scribit, Sempronium imperium habuisse, quia proconsul erat. Hoc ambiguum est, ac duobus modis accipi potest; primum, quia Sempronius priore anno consul fuerat, Marcellus autem triennio ante: deinde, quia Sempronio ex consulatu prorogatum fuerat imperium, Marcello nec datum, nec prorogatum. Si prius voluit, ex eo sequeretur, omnes, qui superiore anno consules fuerant, sequente proconsules fuisse, et imperium habuisse; quod falsum est. Nam nemo eb id, quod priore anno consul fuerat, sequente proconsul erat, et imperium habebat, nisi a populo prorogato ex consulatu imperio pro consule esse, et rem gerere jussus fuisset. Si posterius, idem sensit, quod Valesius: cujus sententiam etsi veram esse puto, tamen non magis intelligo, quomodo, qui ipse imperium habebat, consuli imperium

Digitized by Google

habenti, cui utique parere debebat, legatus esse potuerit, quam quomodo Pleminius, si imperium extraordinarium a populo acceperat, quod putabat Pighius, (vide ad XXIX. 8.) legatus Scipionis fuerit. Itaque hoc aliis expediendum relinquo. Loca Livii a Valesio huc collata, nihil ad rem pertinent: nam in iis nec, qui classi cum imperio præerat, alteri legatus fuisse, nec consulares legati imperium habuisse dicuntur. *Duk. Quum et verius esset* Lov. 1. *quumque verius esset* Mead. 1. *quum etiam verisimilius esset* Lov. 2. Male: *verius* est 'æquius;' de quo vide ad XXIII. 11. § 12. et ad II. 48. § 2. Deinde *Sempronio Tito* Lov. 1. et 6. pro quo Gronov. *Sempronio Tiberio.* De eo vide ad III. 1. § 1.

§ 7 *Videri esse amotum de industria, qui ea, quæ scripsisset, præsens diceret*] *Videri esse admonitum* Lovel. 1. Ita passim 'monere' et 'movere' commutari, videbimus ad c. 35. § 5. *Videre esse admonitum* Lov. 2. 4. *videre se admonitum* Voss. Lov. 3. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *videre se admotum* Harl. *videre esse amotum* Lov. 5. et primæ edd. Vulgatum demum obcurrit in ed. Froben. 1535. Tum *qui ea, quæ scripsisset* reliqui quidem codd. cum priscis excusis servant, at *qui eque scripsisset* Lovel. 1. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *ne ea, quæ scripsisset* cod. Mog. quod Froben. 1535. recepit, et reliqui editores servarunt, usque ad Gronov. qui non tantum veterem lectionem *qui ea, quæ scripsisset* revocavit, sed in pr. ed. nott. insuper monuit ita legendum esse; pluribusque exemplis docuit, relativum eleganter pro hac aut simili particula poni: quæ omnia in curis secundis omisit, quia eadem totidem verbis retulerat ad Senec. de Benef. II. 24. Quum vero utrumque *qui ea* et *ne ea* commodum sensum reddant, codici Mog. adhæsi.

Præsens diceret, aut argueret coram; et, si quid veni adferret, argui posset] Ita Frob. 1531. ex cod. Mog. edidit, quum antea vulgatum fuisset *diceret argueretque coram.* Neutra lectio ullius cod. fide nititur, nisi quod solus Lov. 5. veterum edd. scripturam, ut passim solet, præferat. *Diceret argueret coram* est in Voss. *diceret arguere coram* in reliquis omnibus. Crevierius scribendum conjicit, *præsens diceret, et aut argueret coram, aut, si quid veni adferret, argui posset:* ut illud *et* ante *aut argueret* interceptum sit ab ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXV. 41. § 7. alterum *aut si quid* nonnihil firmat lectio Gaertn. *at si quid* præferentis; ubi similiter prima litera *τοῦ aut* excidisse potest ob finem præced. *corũ*, sive *coram.* Præterea *nari* pro *veni*, transpositis literis, est in Lov. 5. et ed. Camp. Vide ad V. 49. § 7. *Varii* in Lov. 6. Vide ad XXII. 7. § 4. Sed *venum* hic est falsum. Vide ad V. 1. § 6. Mox *ad aliquid*, pro *ad liquidum*, Lov. 1. 2. 6. et Voss. Curtius IX. 11. 'Numquam ad liquidum fama perducitur.' Tum § seq. *quæ postulasset consul* Harl. *quæ postulavit consul* Lov. 5. et ed. Camp. An legendum *quæ postularit consul?*

§ 9 *Triumphantique sibi in urbem invehi liceret*] Ms. *triumphantique sibi urbem invehi liceret.* Utrumque recte. *Modius. In urbem invehi* tuentur Lov. 5. et Harlei. Eadem autem locutione sæpius Noster utitur. Vide ad lib. XXXVI. cap. 39. § 5. At *urbem invehi*, omissa præpositione, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. in quibus præpositio *ĩ* vel *in* intercepta fuisse credi posset a litera finali vocis præced. Alia hujus erroris exempla vide ad IV. 2. § 10. c. 48. § 4. IX. 40. § 3. c. 45. § 3. X. 41. § 13. XXI. 25. § 9. XXX. 43. § 5. XXXVI. 6. § 3. XXXVII. 13. § 9. c. 41. § 8. ubi quædam vide, aliisque locis. Quum tamen in eam lectionem consentiat etiam integerrimus Mog. potius est, ut credamus, præpositionem *ĩ*, vel *in* ex

Digitized by Google

proximæ vocis ultima litera repetitam esse. Vide ad v. 37. § 7. IX. 46. § 6. et X. 23. § 6. Eo vero id præfero, quod et illa locutio 'invehere urbem' Livio fuerit familiaris. Ita IV. 29. 'Ipse, triumphans invectus urbem, dictatura se abdicavit:' ubi quædam vide. IX. 40. 'Consul, præstantiore etiam, quam dictator, victoria triumphans, urbem est invectus.' XXX. 45. 'Triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus.' Ita et 'invehi sinum,' 'portum.' XLIV. 1. 'Corinthium sinum invectus:' et c. 7. 'Ab invectis jam portum audit.' Hanc igitur lectionem recepi. Paullo ante *supplicationes decernerent* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *supplicationes decernerentur* reliqui codices mei, et edd. ante Aldum; qui id, quod nunc exstat, fide cod. Mog. recepit.

M. et C. Titinii tribuni plebis] *M. Crassus et Minutius Titius* Lov. 2. *M. Crassus et T. Minutius* Harl. et Gaertn. *M. Crassus et Minutius Titus* Mead. 1. *M. et Crassus Minutius Titus* Lov. 3. *M. et Crassus Titinicius plebis* Voss. *M. et Crassus Titinii tus p̄* Lov. 1. *M. et Crassus Titini* Lov. 4. *M. et Crassus Ticinii* Lov. 5. 6. et edd. primæ. Ejus loco *M. et Crassus Licinii* Ascens. 1513. substituit. *M. et C. Licinii* Aldus. *M. et C. Titinii* Frob. 1535. ex cod. Mog. Pighius in Annal. ad a. IDLX. p. 273. dubitat utrum *Titinii*, an *Licinii* legendum sit. At codicis Mog. lectionem probo, cui consentire videtur Mead. 2. Plurium autem aliorum vestigia eodem ducunt. Vide ad III. 54. § 13.

CAP. IX. § 1 *Sex. Ælius Pætus et C. Cornelius Cethegus*] *Cn. Cornelius* legendum, non *C.* Quamquam et anno septimo hujus belli, ubi censores creantur, id quoque neglectum. Cæterum fuit consul anno quarto hujus belli. *Glar. C. Cornelius* ex censura Capitolina. *Sigon.* Copula inter censorum nomina deest in Harl. posterioris autem censoris prænomen omittitur in Lov. 3. Id autem recte *Caius* esse Sigonius monuit, quomodo etiam vocatur in plerisque codd. et edd. principibus. Quin etiam si ille est, qui anno quarto hujus belli consul exstitit, non *Cnæi*, sed *Caii*, prænomen habuit: nam et ita consulem dictum esse, vidimus ad XXXII. 17. § 5.

§ 2 *Censa sunt civium capita CXLIII. septingenta quatuor*] Nulli non liquere potest, *millia* particulam deesse; quæ post *CXLIII.* reponatur, necessum est. *Sabellicus.* Membranæ *septuaginta quatuor*. Modius. Numeri suspecti sunt Pighio ad a. IDLIX. p. 268. qui suspicatur legendum *ducenta quadraginta tria millia septingenta quatuor*; eo quod ante decennium, Livio Salinatore et Claudio Nerone censoribus, multo majorem numerum, nempe CCXIV. millia referat Livius XXIX. 37. nec causa esse possit, cur is decem annis in tantum inminutus fuerit, quum successu temporis simul cum imperio crescere soleat. Hoc quidem rationem habet; sed dubitatio oriri potest, an ibi potius corrupti sint numeri, quam hoc loco. Nam quum quinque annis ante censuram Livii et Neronis a. IDXLV. tantum centum triginta octo millia, centum et octo civium capita censa fuerint XXVII. 36. non valde verisimile est, durante adhuc bello Punico, civium numerum quinque annis prope ad octoginta millia auctum fuisse. Verum nihil vitii in numero, qui XXIX. 37. est, esse credo; quia Livius in illa censura quasi extraordinarium memorat, quod censores per provincias dimiserunt, ut, civium Romanorum quantus in exercitibus ubique esset numerus, referretur, et ob eam causam lustrum serius conditum fuisse scribit: quod superiore censu non videtur factum. Dubitationem Pighii confirmat, quod sequente lustro, T. Quintio et M. Marcello cen-

Digitized by Google

soribus, censa sunt civium capita ducenta quinquaginta octo millia, trecenta octo, XXXVIII. 36. Si Livius XXXII. 7. numerum civium, qui ante quinquennium, P. Africano et P. Ælio censoribus, censi fuerant, retulisset, certius aliquid de hac re statui posset. *Duk.* Vide eumdem Duker. ad XXIX. 37. § 5. *Censuit civium capita* Voss. quod referendum inter ejus generis errores, de quibus dixi ad XXIII. 29. § 16. Vox *millia* deest in Lov. 1. 5. et Hearnii N. Tum *septingenti quatuor* Harl. *septingenta quadraginta quatuor* Lov. 6. a m. sec. Mox *fuerant* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: sed ea vox exsulat a Gaertn.

§ 3 *Circa portam Flumentanam*] *Carentanam* Hearnii L. 1. *Camentanam* Lov. 3. *Carmentariam* Lov. 6. in contextu. *Frumentariam* Voss. quomodo etiam in edd. nonnullis Varr. de Re Rust. III. 2. peccari, observat Nardin. Rom. Vet. I. 9. circa fin. et *Flumentanam* legendum monet, non *Flumentariam*, ut nuper Schoettg. ad d. l. Varron. existimabat. In hoc nomine variatur etiam c. 21. De porta Flumentana vide Donat. de Urb. Rom. I. 19. et Nardin. d. l. Mox *Cœlii montana* Mead. 2. De porta Cœlimontana ac variis ejus adpellationibus vide Donat. et Nardin. l. laud. Deinde *et murus circa* Lov. 3. *murus circa* reliqui scripti nostri, et edd. ante Aldum, qui *murusque* ex cod. Mog. dedit. Tum *locis multis* Lov. 1. 3. et 6.

§ 4 *Et Ariciæ, Lanuvii, et in Aventino lapidibus pluit*] Ita demum editum vidi Parisiis a. 1573. quum priores *et Lanuvii*, vel *et Lanuvio* vulgassent. Copulam etiam eodem loco agnoscunt si non omnes, certe longe plurimi codd. meorum, et Hearnii N. quare eamdem revocavi. Tum *et Aventino* sine præpositione Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. *et Aventini* Harl. Præterea *pluvit* Mead. 1. Vide ad I. 31. § 1. Mox *et Capua nunciatum* Voss. *e Capua nunciatum* Lov. 2. Præterea *collectas cum cura igni crematas esse* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frobenium, qui a. 1531. *et igni crematas* ex cod. Mog. substituit.

§ 5 *Urbs lustrata*] Idem XXI. 61. et XLV. 16. prodigiorum causa factum narrat. Hæc de amburbio intelligenda esse, docet Salmas. ad Vopisci Aurel. c. 19. nam urbem amburbio, sive amburbiali sacrificio, lustratam fuisse, arva et agros amburbali. Polybius quoque hæc distinguit IV. 21. *Μαντευτὴς καὶ καθαρμὸν ἐποιήσαντο· περιήγαγον τῆς τε πόλεως κύκλῳ καὶ τῆς χώρας πάσης. Duk.*

§ 6 *Ædiculam Victoriæ Virginis*] 'Ædem Victoriæ cum ædicula Victoriæ' in regione octava Urbis pœnunt Sex. Rufus et P. Victor: sed ille nihil aliud, quam 'Ædiculam Victoriæ,' hic 'Ædiculam Victoriæ Virginis dedicatam a M. Porcio Catone' vocat. Ursinus in Familiis Romanis habet denarios gentis Porciæ, in quibus est effigies Victoriæ cum inscriptione 'Victrix,' atque inde suspicatur in Livio et P. Victore pro *Virginis* scribendum esse *Victricis*. Mihi ideo nihil contra libros scriptos novandum videtur. Si cognomen 'Virginis' nusquam apud alios scriptores Victoriæ additum legitur, idem fortassis de cognomine 'Victricis' dici potest, cujus nullam auctoritatem attulit Ursinus: nam ex nummis id liquido probari non potest. *Duk.*

§ 7 *Coloniam Latinam in agrum Ferentinum triumviri deduxerunt Cn. Manlius Vulso, L. Apustius Fullo, P. Ælius Tubero, cujus lege deducebantur tria millia peditum fere*] Et hic *Cn.* vocatur, non *C. Manlius*. Fit autem consul postea XXXVII. 47. et in Gallos Asiaticos expeditionem suscepit. In libris multis bene habebat hoc prænomen, at quidam temere muta-

Digitized by Google

runt *Cn.* in *C.* Quidam *A. Manlius Volso* legunt. *Glar.* Vet. lib. habent, pro *deducebantur, deducebatur.* Quæ lectio me admonuit, locum hunc ita mendose legi, ut sententiæ Livianæ sanitas non exstaret. Exstabit autem certe, si non solum *deducebatur*, sed, pro *fere, iere* legerimus, ita: *Ælius Tubero, cujus lege deducebatur* (id est colonia). *Tria millia peditum iere, CCC. equites.* Sic paulo post in aliis coloniæ deductione c. 40. 'Tria millia et septingenti pedites ierunt: trecenti equites.' Quod autem scriptum est *in agrum Ferentinum*, legendum est *in agrum Thurinum.* Primum, quia veteres libri habent *Trentinum*; tum autem, quia superiore anno (XXXIV. 53.) dixit, 'Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero tribunus plebis ex senatusconsulto tulit ad plebem, plebesque scivit, ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in agrum Thurinum deduceretur: his deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium esset in Bruttios Q. Nævius, M. Minucius Rufus, M. Furius Crassipes; in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Ælius, L. Apustius.' Porro autem legendum est *Q. Ælius Tubero*, quia ait 'cujus lege deducebatur:' at Q. Tubero legem tulit, non P. *Sigon.* Laborat in hoc agro Ferentino Cluverius Ital. Ant. III. 6. Valde probabiliter Sigonius *Thurinum.* Sed præterea τὸ *agrum* patrem habet Badium Ascensium. Andreas, Mediolanenses, Tarvisini, Veneti bis, Becharius cum scriptis *castrum Ferentinum.* Numquid igitur scripsit Livius *in castrum Thurinum?* atque is est, qui Suetonio 'pagus Thurinus' in Octavio c. 2. Sic 'castrum Truentinum' Pompeio in Epistola ad consules (immo ad L. Domitium procos. sive II. post XII.) lib. VIII. ad Atticum. *J. F. Gron. Castrum* habent etiam alii Mss. apud Hearnium. Itaque id non mutandum est, etsi Livius de ea re plerumque dicit 'in agrum.' XXXIV. 53. bis de eadem hac colonia 'in Thurinum agrum.' ib. c. 45. 'Sipontum in agrum, qui Arpinorum fuerat.' XXXVII. 47. 'In agrum, qui Boiorum fuisset.' Adde lib. X. capp. 3. et 21. lib. XXXIX. capp. 45. 55. XL. 29. *Duk.* Vocem *Latinam* perperam deesse in Harl. docet consensus aliorum codd. in ea servanda, et locus Livii XXXIV. 53. a Sigonio laudatus. Tum *in castrum Ferentinum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Hearnii Oxonn. nisi quod in uno vel altero meorum sit *Ferrentinum.* Manlio *Titi* prænomen tribuunt Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Caii* Voss. Lov. 1. 3. omnesque edd. usque ad Frob. qui a. 1535. *Aidi* prænomen subposuit, consentiente Hearnii N. Sed recte Vascos. ex emendatione Glareani *Cnæus* substituit. Tum *Mallius* Voss. Lov. 3. Mead. 1. et Hearnii L. 1. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Hinc *Volso* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. cum edd. antiqq. *Voluso* Lov. 6. *Volsco* Lov. 2. *Vulso* Sigonius dedit. Vide ad XXII. 35. § 1. Deinde Apustii prænomen omittitur in Voss. Insuper *P. Ælius* omnes nostri, aut certe eorum longe plurimi. Sed vide ad XXXIV. 53. § 2. Præterea *deducebantur tria millia peditum fere* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. et Mead. 2. *deducebatur tria millia peditum fere* Lov. 2. et Harl. neque aliter Lov. 1. nisi quod *ferme* legat. Denique *trecentos equites* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 1. errore inde orto, quod numerus esset notis scriptus. Vide ad XL. 18. § 5.

§ 8 *Dari potuere quadragena jugera in pedites*] Si Apustio authore tertia agri pars ademta est, ut paullo post Livius ait, legendum *tricena jugera in pedites*, non *quadragena.* Sequitur enim, 'vicena jugera pedites, quadragena equites acceperunt.' Id facile patet, qui numerorum rationem tenet: mirorque neminem ad talia

Digitized by Google

vigilare, in quibus res ipsa clamat. *Glar. Quadraginta*, vel *XL. jugera* Voss. Lov. 1. 5. 6. et Harl. *quadragena jugera* reliqui mei, et Hearnii L. 1. ac N. Mox *colonos scribere* Harl. Vide ad IV. 11. § 7.

CAP. X. § 2 *P. Cornelius Cn. filius Scipio, qui ex Hispania provincia nuper decesserat*] *P. Cornelius T. Scipio* Voss. *ell. c. Scipio* Lov. 1. *P. Cornelius cum Cn. Scipione* Harl. *P. Cornelius cum T. Quintio* Lov. 3. *P. Cornelius cum F. Scipio* Lov. 4. *P. Cornelius cum F. Scipione* Mead. 1. *P. Cornelius cum Fulvio Scipione* Lov. 2. in contextu. *C. Scipio* in margine, quod etiam præfert Lov. 6. a m. pr. *P. Cornelius Scipio* a m. sec. Deinde *excesserat* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *recesserat* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Voss. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. antiquis usque ad Aldum, qui recte *decesserat* ex cod. Mog. recepit. Id autem sollemne in hac re verbum esse, innumera Livii loca probare possunt, quæ cumulare operæ non est. Alibi sæpe 'decedere' et 'recedere' confunduntur. Exempla vide ad IX. 4. § 4. c. 41. § 14. Epit. Liv. l. XXIII. et sæpius: verba autem cum *de* et *re* composita confundi, vidimus ad IX. 10. § 6. Mox *magnis rebus ibi gestis* Lov. 3. et Hearnii L. 1. qui ultimus cod. supra etiam perperam omittit verbum *petebant*. Præterea *M. Manlius Volso* Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Vide ad VII. 12. § 1. *Volso* etiam Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *Volsco* Lov. 2. Vide modo ad cap. præc. § 7.

§ 3 *C. Lælius, Cn. Domitius, C. Livius Salinator, M'. Acilius*] *Cornelius Lælius* Hearnii L. 1. Vide ad V. 52. § 3. *Cn. Lælius* Voss. et Lov. 6. *Gneus Lælius* Lov. 2. Tum *C. Domitius* Lov. 1. *et C. Domitius* Harl. Sed vide ad X. 9. § 12. Hinc *Cn. Livius* Voss. et Lov. 6. Vide ad XLV. 22. § 11. Tandem *M. Acilius* Lov. 3. 4. 5. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XXVII. 25. § 2. *M. Attilius* Voss. Lov. 1. 2. 6. Harl. et Hearnii L. 1. Vide ad c. 24. § 5.

§ 4 *Nam et in unum locum tenebant patricii ambo*] Antiquior lectio *in unum locum petebant ambo patricii*. Gelen. *Tenebant* in una tantum ed. Froben. 1531. inveni, sine dubio operarum lapsu. Reliquæ omnes servant *petebant*; neque aliter Mss. nisi quod *pendebant* sit in Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tum *patricii ambo* tuentur omnes nostri, unus forte Lov. 2. unde nihil notatur, excepto. Paullo ante *oculi Quinti Cornelium conjecti* Lov. 1. *oculi in P. Cornelium conjecti* Lov. 3. *oculi in Q. Cornelium conjecti* Lov. 4. et Gaertn. *oculi in Quintium Cornelium conjecti* Voss. Lov. 6. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. ac N. *oculi in Quintium et Cornelium conjecti* Lov. 5. 6. a m. sec. Harl. et edd. antiqq. usque ad Frobenium, qui a. 1531. ex cod. Mog. recepit *Quintium Corneliumque*. Id autem etiam in Lov. 2. fuisse videtur.

§ 5 *Major gloria Scipionis: et, quo major, eo propior invidiæ*] Vet. lib. *invidiam*. Sigon. Ms. *Major gloria in P. Scipione*. Modius. Videtur scribendum *Major gloria in P. Scipione, et quo major, eo propior invidiam*. Prius ex Mogunt. admittimus. Infra c. 22. 'Postremo in quibus aut fortuna aliqua aut dignitas erat, ad mille quingentos ad consules transfugerunt.' Lucanus I. 143. 'Sed non in Cæsare tantum Nomen erat nec fama ducis.' Posterius Sigoniani et Pet. codicum est: ut alii tamen alludant. Nam Barb. Naud. Voss. *invidia*. J. F. Gron. Non tantum cum Gronov. ex Mog. probavi, sed etiam recepi *Major gloria in P. Scipione*. Neque me retinuit, quod mox sequitur, *Quinctii recentior*: nam ipsa illa diversitas constructionis, *major gloria in P. Scipione, Quinctii recentior*, non *in Quinctio*, vel *in T. Quinctio*, stilo Liviano convenit. Vide ad XXXVIII.

Digitized by Google

89. § 10. Verum insuper, malo quoque *Major gloria, in P. Scipione, sed, quo major.* Solent autem *et* atque *sed*, vel, ut scribi solet, *set* in Mss. confundi. Vide ad XL. 58. § 1. Deinde *propior invidia* Voss. Lov. 2. 3. 6. Mead. 2. Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. *propior in invidiam* Gaertn. *propior invidiam* Lov. 4. Harl. Mead. 1. et Hearnii N. quomodo etiam locum laudavit Muret. ad XXI. 1. § 2. Horum igitur fide id etiam in contextum recepi. Vide ad II. 41. § 11. Paullo ante *certamen accendebat fratres candidatorum* Voss. Verum ita etiam legendum foret *duos clarissimos*, vel certe *duo clarissimos*. Reliqui recte vulgatum servant. Ita 'certamine accenso' I. 57. 'accendere discordiam,' 'invidiam,' 'audaciam.' Vide ad II. 29. § 8.

§ 7 *Nihil nec petierat a populo*] *Nihil petierat*, omissa media voce, Lov. 1. et Mead. 2. Male. Vide ad IV. 58. § 5.

§ 8 *Pro fratre germano, non patruele*] *Non patrueli* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Reliqui vulgatum defendunt. Supra XXIX. 30. 'Optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare:' ubi duo tantum codd. similiter *patrueli* præferunt; reliqui, et inter eos optimi, *patruele*. Vide viros doctos ad Fragm. Nepot. ex Vir. Inl. l. XVI. et Voss. Gramm. IV. 11. Tum *agebat*, pro *ajebat*, Voss. et Lov. 1. Vide ad VIII. 33. § 23.

Pro legato et participe administrandi belli] Vet. lib. *administrati*. Recte: nam dixit 'L. Quintius, qui classi in Græcia præfuerat.' *Sigon.* Ms. *pro legato et participe administrati belli.* Modius. *Pro collega* omnes mei, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Postea Aldus *pro legato* ex fide cod. Mog. recepit: Curio deinde, hinc ed. Lugd. 1553. Paris. 1573. et reliquæ *pro collega* revocarunt; unde necesse habuit Modius monere *pro legato* legi in Mog. membranis; quod tamen et ipse et Grut. atque Heinsius spreverunt, et demum Gronov. 1665. restituit. Præterea *administrare belli* Gaertn. *administranti belli* Lov. 1. *administrandi belli* Voss. Lovel. 6. et Hearnii L. 1. *administrati belli* reliqui mei, et edd. vett. usque ad Frob. qui a. 1535. *administrandi* dedit; Sigonius deinde priscam lectionem reduxit, Crevierius illam Frobenii, quam elegantiorem judicat, et a Victor. suo firmari testatur. Ego Sigonio adhæreo.

§ 9 *Quem Africanus frater ducebat*] Vet. lib. *quem Afr. fraterque ducebant*. Significat autem Cn. Scipionem a P. et L. Scipionibus, Africano et eo qui post Asiaticus dictus est, esse deductum. *Sigon.* Ab Sigonio, cum prius esset *Africanus frater:* nempe patruelis. Sic Cicero ad Attic. I. 5. 'Lucii fratris nostri morte.' Lucium, qui postea dictus Asiaticus, suffecit in Cornelia gente intelligi. *J. F. Gron. Afr. fraterque ducebant*, ut ex vet. lib. edidit Sigonius, unus ex meis Gaertn. *Afr. fraterque ducebat* Lovel. 6. et Mead. 1. *Afr. fraterque dicebat* Harl. *Afr. fratrem ducebat* Lov. 2. *Afr. frater decebat* Mead. 2. *Afr. frater ducebat*, ut ante Sigon. edebatur, Voss. et Lov. 1. 3. 4. ac 5. Loco istius lectionis, quam Sigonius ex cod. vet. in contextum recepit, Paris. 1573. datum est *Afr. fraterque ducebat:* in ultima Gruteri *Afr. fraterque deducebat:* a Gronov. 1665. *Afr. frater deducebat:* quod reliqui, etiam recentissimi, editores servarunt; quum tamen in nullo cod. hæc lectio obcurrat. Adsentior Gronov. tuenti *Africanus frater* sine copula. Nam L. Scipio, postea Asiaticus dictus, levior hoc tempore erat, quam ut commendatio ejus nondum consulis multum candidato consulatus apud populum prodesset. 'Frater' autem simpliciter est frater patruelis. Ita Hermione patrui Agamemnonis filium Orestem 'fratrem' vocat apud Ovid. Her.

Digitized by Google

VIII. 1. et 28. Ita fratres fuerunt Ægyptus et Danaus, et tamen prioris filius Lynceus ac posterioris filia Hypermnestra 'frater' et 'soror' vocantur eidem Her. XIV. 123. et 130. Neque tantum apud poëtas eo sensu hæ voces usurpantur, sed etiam apud alios. Ita apud Justin. XVII. 1. 'Post ejus mortem frater Æacides regno successit:' ubi vid. viros doctos. Adde Gronov. Obs. II. 6. et Perizon. Adimadv. Hist. c. 3. p. 106. Deinde 'deducere' in hac re usitatum verbum esse, non diffiteor; quum tamen in nullo *deducebat* invenerim, sed longe plurimi *ducebat* obferant, id etiam admittendum existimavi. Paullo ante *Is obtinuit* Lov. 2, 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Ven. 1498. Mediol. 1505. quædam Ascensianæ in margine, Mogunt. et reliquæ usque ad Gronov. qui in pr. ed. nott. *His* revocandum monuit. Vide ad XXXVIII. 16. § 6.

Quem tantum præjudicium senatus] De Africano et gente Cornelia proprie dicit *deducebat:* de præjudicio senatus satis improprie hac sententia, ni fallor, quod id non minus prodesse debuerat candidato, quam commendatio et suffragatio eorum a quibus deducebatur. *Duk.* An *præjudicium senatus* hic candidatum *deducit*, vel *ducit*, quemadmodum 'fortuna' prætoriis comitiis Cn. Scipionem et scribam Cicereium 'in campum deduxisse' dicitur apud Val. Max. IV. 5. 3.? Crevierius putabat, ad omnia hujus periodi membra unum adponi verbum, quod tamen uni eorum non conveniebat; cujus loco aliud erat intelligendum: de quo vide ad XL. 42. § 12. Mox *matrem ad eam* Mead. 1. Vox *Idæam* neglexit Lovel. 1. Hinc *Pessimunte* Lov. 3. 5. et Gaertn. *Pessimunt?* Lov. 1. *Pesimonte* Hearnii L. 1. *Pessimonte* Lov. 2. 6. et Harl. Denique *acceperat* Voss.

§ 10 *Cn. Domitius Ænobarbus*] *Ahenobarbus*, ut supra. *Sigon.* Vide ad XXXIV. 42. § 4. Mox *mitteretur*, pro *niteretur*, Lov. 3. et Harl. Vide supra h. l. ad c. 5. § 4.

§ 11 *Postero die prætores creati L. Scribonius Libo*] *Prætores facti: creatus* Hearnii L. 1. *prætores facti creatique* Gaertn. *prætores facti: creati* Voss. Lovel. sex, Mead. ambo, Harl. et edd. vett. *Tò facti* Moguntinenses, codicis sui auctoritatem secuti, ex contextu ejecerunt. Deinde *Livio* Lov. 1. 2. 4. 6. et Voss. *Libio* Lov. 5. et edd. antiqq. *Limo* Harl. et Mead. 1. *Fulo* Lov. 3. *Fullo* Hearnii L. 1. *L.* Gaertn.

M. Fulvius Centimalus] *Centumalus*, ut supra. *Sigon.* Vide ad XXIV. 43. § 6. *Inde*, pro prænomine *M.* Lov. 1. et 6. Vide ad IV. 52. § 4.

A. Attilius Serranus] *Atilius Serranus*, ut supra. *Sigon.* De gentili *Atilius* vide ad V. 13. § 3. et ad Epit. Liv. l. XVII. de cognomine *Serrenus* ad XXXIV. 54. § 3. Id *Ferritinus* scribitur in Lov. 1. *Feritinus* in Lov. 6. Prænomen exulat ab eodem Lov. 6.

M. Bebius Pamphilus] *Babius Tamphilus*, ut supra. *Sigonius.* Vide ad XXXI. 49. § 12. Plerique codd. *Tamphilus* hic præferunt.

L. Valerius Tappus] In quibusdam codd. omissum nomen erat Valerii hujus: sed non recte. Cæterum hic *Tappus* cognominatur, alibi *Tappo*, ut XXXVII. 47. deinde, maxime inter triumviros, qui Bononiam coloniam deduxerunt. Et C. Valerius XXXVIII. 36. tribunus plebis *Tappo* dicitur. Sed de hac variatione satis. *Glarean.* Tria hæc vocabula desunt in edd. antiq. propter similitudinem præcedentis vocis *Tamphilus* per oporarum neglegentiam omissa, vel quod in exemplari, unde primæ edd. publicatæ sunt, ob eamdem causam a scriba librario erant neglecta. Nam, et nonnullos codd. eodem errore infectos esse, constitit mihi ex Lov. 3. et 5. unde itidem exulant. Postea primi Moguntini hæc addiderunt ex

Digitized by Google

cod. suo, cui consentiunt reliqui Mss. in ultima tamen voce varie corrupti. Nam *L. Valerius Tamphilus* est in Lov. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *L. Valerius Taphilus* in Mead. 1. *L. Valerius Camphypolus* in Lov. 1. *L. Valerius Camphipolus* in Lov. 6. *L. Valerius Tamphipolus* in Hearnii L. 1. *L. Valerius Tamphilopus* in Vossian. Et *Tappus* quidem probat Sigonius ad Livii XXXVII. 47. § 1. et ad XXXVIII. 36. § 7. Mihi tamen verius videtur *Tappo;* quod et in contextum admisi. Caussam dicam ad priorem Livii locum. Mox *Sara* Lov. 2. 4. 6. *Sariti* Lov. 1. Vide ad c. 20. § 7.

M. Æmilii Lepidi et L. Æmilii Paulli] Voss. *M. Lepidi Æmilii et P. Æmilii Paulli.* Suspicor fuisse *M. Lepidi et L. Paulli Æmiliorum.* Sic certe solet Livius. *J. F. Gronov.* Vossiano consentiunt Lov. 1. et 6. Reliqui nihil mutant, nisi quod *P. Æmilii Paulli* perperam sit in Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. utroque, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. prò quo Frob. 1535. *L. Æmilii* ex cod. Mog. recepit. Ceterum Gronovii conjecturam probare nequeo. Nam fateor quidem Livium hoc loquendi compendio uti, ut 'Spurii Mæcilius et Metilius,' 'P. et Cn. Corneliis Cossis,' 'Quinti Fabii Labeo et Pictor,' 'Marci Livius Denter et Æmilius:' quæ exempla vide ad IV. 58. § 1. VI. 22. § 1. et X. 1. § 7. eum tamen id fecisse, ubi, prænomine et cognomine diversis, ut hoc loco, tantum nomen gentile ambobus idem sit, ita ut id, quo commode enunciatio hoc modo formetur, extra sedem ordinariam in ultimum locum rejiciatur, nondum observavi. Alio modo certe Livius loquitur, hos ipsos Æmilios memorans, c. 24. 'Postero die prætores creati L. Æmilius Paullus, M. Æmilius Lepidus, M. Junius Brutus.'

§ 12 *Multos pecuarios damnarunt: ex ea pecunia clipea inaurata*] *Pecuniarios* Vossian. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. Rom. 1472. Camp. et Parm. Male. Vide ad X. 23. § 13. Hinc *damnaverant* Lov. 2. *damnaverunt* Lovel. 3. 6. Harl. et Gaertn. Tum *et ex ea pecunia* edd. antiqq. usque ad Frob. qui an. 1535. copulam, ab omnibus Mss. meis ignoratam, ejecit. Tandem *clupea inaurata* Voss. Harl. et Mead. 2. Mox præpositio *in* non adparet in Lov. 2.

Porticum unam] De hac et de Emporio ad Tiberim vide Donat. Urb. Rom. III. 13. et Nardin. Rom. Vet. VII. 9. De 'porta Fontinali' et 'Martis ara' illum I. 21. hunc I. 9. *Duk.*

Alteram a porta Fontinali ad Martis aram, qua in campos iter esset] *In campum* scribendum est: nam de campo Martio intelligi debet. *Gelenius. In campos* demum inveni in ed. Ascens. a. 1513. priores præferunt *in campis.* Sed recte *in campum* substituit Gelenius, adstipulantibus omnibus, quos vidi, scriptis. Eamdem lectionem adstruit etiam Donat. de Urb. Rom. I. 21. et per 'campum' intelligendum campum Martium, in quo ara Martis XL. 45. memoratur, docet. Eum autem per excellentiam 'campum' vocari, vidimus ad III. 27. § 3. Adde Abram. ad Cic. Orat. de Provinc. Consul. c. 9. Ita XL. 52. ædem Larium Permarinum, quam L. Æmilius Regillus vovit, 'in campo' dedicatam dicit; quam 'in campo Martio' fuisse testatur Macrob. Saturn. I. 10. Præterea *ad portam Fontinalem ad Martis aram* omnes omnino mei, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Quæ nunc exstat lectio, primum adparuit in ed. Frob. 1531. Eam autem probat non tantum verbum *perduxerunt*, sed et locus XLI. 27. 'Porticum ab æde Saturni in Capitolium ad senaculum.' Ceterum *produxerunt* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. Ea verba commotari, videbimus ad XXXVIII. 50. § 1.

CAP. XI. § 2 *Non ita multo post per saltum angustum quum duceretur agmen.*

Digitized by Google

Romanum] *Non ita multum post per saltum inangustum quum duceretur agmen Romanorum* Voss. et Lov. 3. Neque aliter differunt Lov. 1. et 6. quam quod prior legat *inaugustum*, posterior *non ita multo post*. Sed *non ita multum post* etiam Lovel. 5. et edd. antiqq. Vide ad XXXVI. 14. § 5.

§ 3 *Redire instituit consul: et a tergo fauces saltus occupatæ a parte hostium erant*] Scribe, *qua quum ex. non pateret, converso agm. redire instituit consul: sed et a tergo fauces saltus occ. a parte hostium erant.* J. F. Gron. Si ita cum Gronovio emendamus, quemadmodum etiam emendandum videtur, vocula *sed* intercepta erit a sequenti *et*; id autem facillime fieri posse fatendum est, si scriptum forte fuisse cogitemus *cos. set et*. In pr. vero ed. nott. τὸ *sed* pro *et* substituit, et legit *sed a tergo*; et in contrarium peccatum monuit apud Nason. Art. Am. III. 757. ubi ejus tempore *sed desine*, pro *et desine*, edebatur. Et passim scribas confudisse has voces, docui ad XXI. 26. § 6. et XL. 58. § 1. Porro *instituit consul* Lov. 1. et 3. Vide ad XXVIII. 46. § 11. et XXX. 12. § 18. Tum *ab tergo fauce saltus occupata ea parte hostium erat* Lovel. 1. *ab tergo* etiam Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. et ambo Mead. Vox *saltus* deest in Harl. Hinc *occupata ea parte hostium* Voss. *occupatæ ea parte hostium* Lov. 3. *occupatæ aperte hostium* Lov. 4. et Mead. 1. Mox *oculis adversabatur* Voss. et Gaertn. *oculis versabatur* Lovel. 1. Frontin. in eadem historia I. 5. § 16. 'Quum jam omnibus obversaretur Caudinæ cladis exemplum:' ubi etiam codd. male *adversaretur*.

§ 6 *Conlaudatum eum consul spe præmiorum onerat. Numidæ*] *Laudatum eum* omnes Mss. mei, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. *Collaudatum* Aldus ex cod. Mog. restituit. Vide ad VII. 41. § 3. Tum *per præmiorum honorum ad Numidæ* Voss. *per præmiorum honorem at Numidæ* Lov. 1. *per præmiorum onerum at Numidæ* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *per præmiorum onera a Numidæ* Lovel. 2. *præmiis onerat: a Numidæ* Harl. *spe præmiorum onerat: et Numidæ* Lovel. 5. Hearnii L. 1. et edd. vett. *spe præmiorum onerat: a Numidæ* Lovel. 2. 6. et ed. Aldina. Voculam *at* primus Frob. 1535. omisit, quam tamen partim aperte requirunt Mss. partim eorum vestigia eo ducunt. An itaque ex ed. Frobenii excidisse censenda est operarum error ob literas ultimas vocis præced.? Vide ad XXXIV. 32. § 13. De verbo 'onerare' hoc sensu vide ad IV. 13. § 13. et Gebhard. ad XXIV. 13. § 4. Paullo ante § præc. *quem obsederant* Lov. 2. et Gaertn. *quem obsiderant* Harl.

Obequitare stationibus hostium] Τὸ *hostium* abest ab ed. Moguntina: sed non bene. *Modius*. Id abest etiam non tantum ab omnibus ed. Moguntina prioribus, sed et a Mss. Aldus primus fide cod. Mogunt. recepit. Paullo ante *nemine lacessente* Lov. 6.

§ 7 *Nihil primo contemtius*] Lege *primo aspectu cont.* Gelenius. Vide Lipsium de Milit. Rom, III. 8. *Duk.* Vox *adspectu* in sola deerat Frob. ed. 1531. quam agnoscunt omnes priores cum omnibus scriptis; nisi quod tria vel quatuor hæc vocabula desint in Lovel. 6. *contentius* male legit Harl. Vide ad XXV. 38. § 20.

Equi hominesque paulluli] *Parvuli* Lov. 1. et Harl. ex scribarum glossis ortum. Supra VIII. 11. 'Pro paullula via magnam mercedem Romanis esse solvendam:' ubi pariter variant *codd.* Ita PAVLLVLVS Postumiorum Albinorum agnomen Pighius in Ann. ad a. IↃLXII. p. 282. profert ex nummo quem edidit Goltzius in Fast. p. 130. Mox *discinctus et inermis et eques* Vossian. Lovel. 2. 4. et Mead. ambo. Præterea *portant* Voss. ut *eques* collective dicatur. Vide ad VIII. 38. § 5.

§ 8 *Contemtum de industria augentes*,

Digitized by Google

labi ex equis] *Agentes* Voss. Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXVII. 9. § 11. Tum *labi equis* Lovel. 6. ut Frontin. I. 5. § 16. 'Numidæ ad angendum sui contemtum labi equis.'

§ 9 *Primo intenti paratique*] *Proximo intenti* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad v. 47. § 5. Tum *cedentesque* Lov. 1. Vide ad XXI. 40. § 2. Præterea *spectabat* Lov. 1. 3. et 6.

§ 10 *Numidæ adequitare, dein refugere*] *Adequitare, se refrigere* Voss. *de equitatu se refugere* Lov. 1. *adequitare, redire, refugere* Lov. 6. *adequitare et refugere* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. principes. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. restituit.

Propius saltum paullatim evehi] Quomodo dicit *propius saltum*, quum ipsi in saltu essent, quem consul cum exercitu Romano ingressus erat? Puto *saltum* esse fauces saltus ab Liguribus insessas. Sic l. XXXVI. c. 15. 'saltum Thermopylarum' videtur dicere pro faucibus sive angustiis aditus: 'Intra saltum Thermopylarum sese recepit:' quem locum 'portas' vocat cap. 16. 'Intra portas loci ejus castris positis, munitionibus insuper saltum impediebat.' *Duk. Paullatim evecti* Lov. 6.

Velut quos inpotentes regendi equos invitos efferrent] Lege *imp. regendi equi invitos*, non *equos invitos:* nominativus enim melius quadrat. *Gelen.* Fortassis *auferrent*. Id enim videtur esse, quod Francis *emporter*. Sic Ovidius Met. I. 306. 'Crura nec ablato prosunt velocia cervo:' de quo valde aliena Gebhardus Crep. II. 7. quasi 'ablatus' sit velox et pernici cursu ac volubilibus pedibus ex oculis abreptus: ut taceam insanum illud sine exemplo 'ablatam prædam,' pro cervinam. Nam in his non tam velocitas, quam vis extrema, significatur. Si hoc, quod ille vult, esset 'ablatus,' crura ei sua profuissent. Horat. Sat. I. 5. 83. 'Somnus tamen aufert Intentum Veneri.' Ovid. Remed. Am. 343. 'Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur Omnia: pars minima est ipsa puella sui.' Cicero Famil. II. 7. 'Ne te auferant aliorum consilia.' Livius h. lib. c. 21. 'In agris passim inundatis pecua ablata, villarum strages facta est.' Curtius VIII. 13. § 16. 'Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt, aut vorticibus impliciti.' 'Ablatus' non suæ potestatis. Hinc et pro mentis parum compote in Epist. Hypsipyles vs. 131. 'o demens, Colchisque ablate veneno.' *J. F. Gron. Impotentes gerendi* transpositis literis Voss. in contextu, Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. ac Rom. 1472. Vide ad XXVII. 40. § 2. *Equos* omnes mei, nisi quod *equi* fuisse videatur in Lov. 6. unde nihil adfertur. Deinde vulgatum *efferrent* defendi posset ex illis quæ notabimus ad l. XXXVII. c. 16. § 4. Quum tamen in Lov. 1. invenerim *afferrent*, eo non parum firmatur Gronovii *auferrent*. Ita XXX. 18. 'In ablatum paventibus procul equis' [equitem] 'melius ex intervallo Numidæ jaculabantur:' hoc lib. c. 40. 'Abstulerunt me velut de spatio Græciæ res inmixtæ Romanis.' XLIV. 44. 'Dum effuse sequitur hostes, in partem aliam turba ablatus erat.' Ovid. Her. XII. 36. 'Abstulerant oculi lumina nostra tui.' Quinctil. Inst. VIII. 3. 'Plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnumquam admiratione auferuntur.' Silius VI. 256. 'ablato ni Regulus arte regendi Instantem elusisset equo:' qui locus præsertim Gelenii emendationem *equus* adstruit, quum ibi simpliciter *regendi*, pro regendi equum, similiter Silius dixerit, ut hoc loco Livius, Gelenii lectione admissa. De verbo 'auferre' hoc sensu vide ad d. loc. ut et Burm. ad Ovid. Her. VI. 131. Similiter fluctus et tempestates dicuntur 'auferre' navigantes. Vide Bentl. ad Ter. Phorm. IV. 4. 8.

Per medias stationes hostium erupere]

Digitized by Google

Ms. *inter medias stationes hostium erupere*. Modius. Probo, quod Mogunt. *inter medias stationes*. Sic XXV. 15. 'Cum aliquot navibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit.' XXXI. 36. 'Tandem inter medias stationes elapsi quidam trepidi.' XXXII. 4. 'Qui Archidamo duce inter custodias Macedonum mœnia ingressi.' XLIV. 3. 'Quos paucos inter media præsidia hostium præmiserat.' Et ita scribendum l. XXIV. c. 41. quamvis dissimulantibus scriptis, 'Inter bina castra cum magna cæde hostium urbem est ingressus:' ubi male *intra* legitur. Vicissim l. XXV. c. 31. scribendum, 'Qui per seditionem pulsi ab domo intra præsidia Romana fuerant:' non *inter*. Et l. XXXVIII. c. 11. 'Quum intra præsidia Romana Ætoli essent.' Eodemque lib. c. 48. 'Qui intra ejus præsidia fuissent.' Utrobique vulgo *inter*. Cujusmodi et alia jam attigimus. Cæterum hinc differentia utriusque *inter præsidia* et *intra præsidia*, quam editores hactenus non deprehenderunt, colligi facile potest. *J. F. Gron.* Vulgata lectio e Cæsare, Curtio, et aliis locis Livii satis defendi potest. XXI. 60. 'Prius P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum.' Adde ad XXIV. 7. Sed 'inter' vix a scriba proficisci potuit. Dubitari tamen potest, an liber scriptus, qui hoc habet, in sequenti voce 'medias,' itidem ut alii, corruptus sit. Nam quum in Frontino (qui Strateg. I. 5. § 16. hunc locum ita descripsit, ut pleraque verba Livii retinuerit) legatur 'per intermissas hostium stationes,' non improbabilis est conjectura Oudendorpii, ita hic quoque olim scriptum fuisse. 'Intermissæ' erant 'stationes,' quod, qui primo intenti paratique in iis steterant, deinde inermes sedentesque pars maxima, paucis stationes servantibus, spectabant: qua re Numidis via per intermissas stationes erumpendi patefacta est. Livius quoque multum hac voce utitur. VII. 36. 'Vadentem per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt.' XXIII. 17. 'Per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi.' XXIV. 35. 'Noctu per intermissa custodiis loca profectus.' XXXIV. 27. 'Ut per intermissa, ut tunc erant, mœnia urbem intrarint.' *Duker.* Si codd. auctoritas accederet, eamdem conjecturam proberem: nunc Moguntini Msti lectionem recepi. Supra III. 26. 'Inter stationes hostium emissi.' V. 46. 'Ne quis hostium evadere inter stationes posset.' XXVIII. 8. 'Inter medias hostium classes Chalcidem pervenit.' XLV. 41. 'Inter præsidia ejus saltum ad Petram evasi.' Vide Gronov. ad I. 10. § 7. V. 27. § 2. XXV. 24. § 15. Solent autem et alibi *per* et *inter* in Mss. confundi. Vide ad XXIV. 7. § 6. XXVIII. 23. § 6. XXXIX. 1. § 2. et viros doctos ad Suet. Cæs. c. 4. Tum *stationes erupere hostium* Lovel. 2. 3. 6. et Voss. *stationes hostium erumpere* Gaertn. Vox *hostium* deest in Lov. 1. quam Frontin. servat.

§ 11 *In agrum latiorem evocti*] *Evectis* Lov. 4. *enecti* Mead. 1. literis u et n ob similitudinem in scriptura Longobardica confusis. Vide ad XXXIX. 15. § 11. Post hæc verba duo admodum versus *omnia propinqua, &c. ferro flammaque* desunt in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. principibus; quæ culpa librariorum ob vocis *omnia* repetitionem exciderunt. Vide ad IX. 11. § 11. Solus verba illa Livii nobis servavit cod. Mogunt. ex quo ceteris primus addidit Aldus. Mox *devastat* Lov. 3. et Hearnii L. 1. Sed 'pervastare' apud Livium obvium. Vide ad XXI. 7. § 4. Deinde § seq. *in vicis auditur* Voss. et Lov. 3.

§ 13 *Itaque, &c. pro se quisque currere ad sua tuenda*] *Ita* Lov. 1. et 6. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *pro se quisque currebat* Lov. 6. a m. sec. Sed

Digitized by Google

vide ad 1. 50. § 5. Hinc *tutanda* Lov. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. omnes usque ad Paris. 1573. in qua demum *tuenda* obcurrit. Alterum igitur revocavi. Vide ad XXVIII. 29. § 1. Mox *tenderet* Lov. 6. *tenderat* Voss. et Lov. 1. Male. Supra XXXIV. 29. 'Nec multum abfuit, quin, qua intenderant, penetrarent.' Ter. Andr. II. 2. 6. 'Sed ubi quæram? quo nunc primum intendam?' 'Intendere iter' alibi dixit. Vide ad X. 43. § 13.

CAP. XII. § 1 *Tum inimici infestique erant Romanis*] Scripti omnes consensu *tum inimice infesti erant Romanis*. Literæ consulum C. Fabricii, Q. Æmilii ad Pyrrhum regem apud Gellium III. 8. 'Nos pro tuis injuriis continue animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus.' Etsi alterum Cicero in Verrem III. 18. 'Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse?' Et Noster alibi (XXVIII. 29.) 'inimicius infestiusque.' Satis tamen placet scripta lectio. *J. F. Gron.* 'Inimicus' et 'infestus' sæpe quidem conjunguntur. Vide Gronov. ad XXVIII. 29. 'inimicus' et 'hostis' Liv. XXXIX. 28. Sed nulla ratio est cur hic deserenda sit lectio Mediceum. *Duk. Tum inimice infesti erant* Voss. Lov. 2. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *tum nunc inimice infesti erant* Lov. 3. *tantum inimici infesti erant* Lov. 1. *tam tunc inimici infestique erant* Lov. 6. et Crevierii Victor. *tam inimici infestique erant* Harl. quo modo et in cod. Mog. fuisse videtur, ex quo nihil notarunt, quibus eum excutere contigit. Cortius ad Sall. Catil. c. 19. § 1. vel cum Mss. legit *inimice infesti*, vel emendat *tam inimici infesti erant*, quia Sallust. ibidem dixit, 'Quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognoverat.' Paullo ante *eo anno bellatum fuerat* Harl. *eo anno erat bellatum* Lov. 6.

§ 2 *Ii post deportato ex Græcia exercitu*] *Is deportato ex Græcia exercitu* Lov. 1. *e Græcia* Gaertn. Mox *venturum* exsulat ab Harl.

§ 3 *Agitandum aliquid misendumque ruti*] Τὸ *aliquid*, quod deest in solo Lov. 5. omiserant etiam edd. vett. Verum recte id Aldus ex Mog. cod. addidit, et probant reliqui Mss. Insuper *cogitandum aliquid* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. quod natum est ex glossa nasuti, qui, 'agitare' sæpe pro cogitare poni noscens, id ita etiam hic capiendum putavit: vide ad XXV. 36. § 4. quum tamen 'agitare' hic potius sit turbare, res novas moliri. Vide Cortium ad Sall. Catil. c. 38. § 3. quod indicare poterat τὸ 'miscere,' eodem sensu usurpari solitum. Vide eumdem ad Sall. Jug. c. 41. § 10.

§ 4 *Thoas prætor eorum, conquestus injurias*] *Prætor Ethelorum* Gaertn. *eorum prætor* Lov. 5. et edd. ante Frob. 1535. Tum *questus injurias* Vossian. Male. Supra XXIX. 9. 'Quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit.' XXXI. 31. 'Quum ad conquerendas Philippi injurias venissem.' XXXIX. 3. 'Id Cenomani conquesti Romæ.' Mox *civitatium* ed. Mediol. a. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11. Deinde *inhonoratissimi* Lov. 3. Vide ad V. 48. § 3. Similiter 'temperatior' et 'temperantior' varie scribebatur XXVI. 22. § 14. Nihil mutandum. XXXVII. 54. 'Regem amicum inhonoratum dimitteretis.' Ovid. Met. I. XIII. vs. 41. 'Nos inhonorati et donis patruelibus orbi.'

§ 6 *Democritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicæarchus*] *Democritus* hic et mox § seq. Lov. 3. 5. 6. Gaertn. et primus edd. pro quo Frob. a. 1535. *Democritus* dedit, consentientibus reliquis scriptis. Vide ad XXXI. 32. § 1. Tum *ad Nabin navigat, Dicæarchus ad Philippum, Nicander* Mead. 2. *ad Nabin navigat, Nicander*, (vel *Nicanter, Nicader, Nicameder,*) *ad Phi-*

Digitized by Google

lippum, Dicæarchus reliqui scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Vulgatum Aldus ex cod. Mog. reposuit.

§ 8 *Numquam habiturum recuperandi sua occasionem*] In Vossiano non invenio τὸ *recuperandi*. Et videntur interposuisse ex eo quod infra, 'Occasionem recuperandi ea quæ bello amisissent.' Vellem plures codd. super hoc loco consulere mihi liceret! Nam si in hoc consentirent, scriberem, *numquam habiturum suam occasionem, si eam, quæ tum esset, prætermisisset*. Et enim Nostri IV. 58. 'Tantum abfuit, ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur.' Et Justin. XXXVIII. 5. 'Utrum sua occasione, an illorum.' *J. F. Gronovius*. Locutionem, quam Gronovius Livio reddere conatus est, Livio dignam esse confiteor. Supra l. XXII. c. 39. 'Neque occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des.' XLII. 55. 'Si acie instructa et loco suo et tempore obstitisset rex.' Vide ad XXIII. 41. § 11. et Klockium ad II. 30. § 4. Quum tamen decem codd. quos præter Voss. adhibui, nihil mutent, neque Hearnius, Gronovii conjecturam recensens, aliam lectionem ex Mss. suis proferat, nihil etiam mutari præstabit. Mox *quæ tunc esset* Lov. 1. 5. et edd. antiqq. Sed *tum* reposuit Frob. 1531. ex cod. Mog. cui reliqui mei adsentiuntur. Vide ad II. 12. § 15.

Nullum exercitum Romanum in Græcia esse: nec propter Gythium] Barberin. et Pet. *Romanorum*. Inducor, ut in proximo membro τὸ *Romanos* ex interpretatione adjectum, scribendumque existimem, *Nullum ex. Romanorum in Græcia esse, nec propter Gyth. aut mar. alios Lac. dignam causam ex., cur legiones in Gr. rursum transmittant*. Profecto alterum sordet. Sed et τὸ *propter* haud inelegante exesset. *J. F. Gron.* Infra c. 17. 'Paucas et vix dictu dignas belli caussas tanto regi eas civitates esse.' *Duker*. *Et nullum exercitum* Voss. Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. omnesque edd. usque ad Frob. quæ an. 1535. copulam omisit; utrum vero de industria, an operarum errore ob ultimas literas vocis præcedentis, ignoro. Tum *exercitum Romanum* constanter omnes nostri. Si vero adtendimus ad ea quæ notavi ad I. 3. § 9. caussam nullam esse puto, cur hic *Romanum* et proximo membro *Romanos* tam prope posita Gronovio sordere debuerint. Ita mox § seq. 'Ut, quum in Græciam Antiochus trajecisset, conscientia violatæ per sociorum injurias Romanæ amicitiæ conjungeret se cum Antiocho.' Ne quid tamen dissimulem, *Romanos*, quod Gronov. deletum volebat, exsulat etiam a Gaertn. Eidem Gron. vocem *propter* delenti adsentitur Crevier. et se τὸ *ob*, similiter perperam additum, tollendum judicasse ex XXIV. 8. § 5. monet. Præterea *Cytellum* Voss. *Cythellum* Lov. 1. *Cythelum* Lov. 4. *Cithelum* Lov. 6. *Cytheum* Hearnii N. *Cythium* Mead. 2. *Chitum* Lov. 3. *Achalum* Hearnii L. 1. *Gytheum* Gaertn. *Gyttheum* Lov. 5. et edd. antiqq. Mox *in Græciam rursum* Frob. dedit an. 1535. *in Græciam rursus* habent priores typis descripti cum Lov. 5. *rursum in Græciam* Harl. et Gaertn. *rursus in Græciam* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo. Tandem *transmittantur* Voss. et Lov. 1. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

§ 9 *Violatæ per sociorum injurias Romæ amicitias jungerent cum Antiocho*] Etsi omnia, quæ vidimus, exemplaria sic habent, *Romanæ amicitias* tamen vera erat lectio. *Sabell.* Hoc [*consc. violatæ per soc. injurias Romanæ amicitiæ conjungeret se cum Ant.*] Aldo debemus. Nam Andreas Romæ, Mediolani, Tarvisii, et bis Venetiis dederunt *Romæ amicitias jungerent cum Antiocho*. Becharia, *violati per soc. inj. Romani jungerent se cum Antiocho*. Badius et Mog. *Romanæ amicitias*

Digitized by Google

jungeret se cum Antiocho. Sed, ut primi illi, Vossianus, nisi quod *jungeret.* Unde faciendum fuit, *Ut, cum in Græc. Ant. trajecisset, cons. violatæ per soc. injurias Romanæ amicitiam jungeret cum Ant.* Τὸ *amicitiæ* eleganter intellectum voluit auctor, ut in fine l. XXI. 'Conscientia spretorum.' Est et Livii 'jungere amicitiam.' Lib. XXVIII. c. 24. 'Cum quo nec fœdere, nec æquis legibus jungeretur amicitia:' sic enim legendum diximus ad XXXVI. 28. Lib. XXXIV. c. 57. 'Ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coëant.' Et mox c. 58. 'Genera jungendarum amicitiarum.' *J. F. Gron. Conscientia*, vel *conscientiæ violatæ per soc. inj. Romæ amicitias jungerent cum Antiocho* fere omnes codd. nostri, nisi quod *Romanorum*, pro *Romæ*, sit in Lov. 3. *ratione* a m. sec. in Lov. 6. *Romani amicitiam* in Hearnii L. 1. *jungeret* in utroque Mead. *conscientia violatæ per soc. inj. fidei Romanæ amicitias jungeret cum Antiocho* Harl. Probari posse conjecturam Gronov. non diffiteor. Nam 'jungere amicitiam,' ut ipse monuit, Livio familiaris est locutio. Exemplis, quæ laudavit, adde XXIII. 33. 'Ad amicitiam societatemque jungendam cum populo Romano.' Et, 'Fœdusque cum eo atque amicitiam junxit.' XXIV. 48. 'Cum Syphace Romanis juncta amicitia est.' XXX. 14. 'Ad jungendam mecum amicitiam venisse.' Vide etiam ad Epit. Liv. l. XLIV. Locutio etiam 'jungere amicitiam cum Antiocho conscientia violatæ Romanæ,' scil. amicitiæ; nomine, quod præcessit, repetito, licet alio casu, similiter Livio frequens est. Vide ad II. 30. § 4. Tandem conjectura illa non multum abit a quorumdam Matorum lectione. Nihilominus præferendam censeo lectionem Aldinam a Gronovio spretam, quia recepta est ex cod. Mog. eaque admissa, nulla opus est conjectura; ac tandem etiam alibi Livius ita loquitur. Ita XXXIII. 20. 'Se obviam ituros' [sc. Antiocho,] 'non ab odio ullo, sed ne conjungi cum Philippo paterentur.' Quæ hæc est invidia, ut codici optimo, a quo toties in locis desperatis Livio auxilio latum est, fidem in aliis abrogemus, et lectioni ejus paratæ incertas conjecturas præferamus?

§ 10 *Erat etiam major orationi materia*] *Orationis* Lovel. sex, Harleian. Gaertn. et edd. ante Frob. qui an. 1531. *orationi* ex Mog. cod. probavit. Eam autem lectionem firmat reliquorum testimonium. Supra XXVI. 35. 'Ut magis dux, quam materia, seditioni deesset.' Vide ad III. 46. § 2. Paullo ante τὸ *Et* non adparet in Lov. 2. et 3. Tum *Nicander hac dissimili* Lov. 1. *Nicander hac simili* Lov. 6.

Ex altiore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat] Τὸ *detractus* exsultat a Mead. 2. unde suspicio oriri posset, legendum esse *quam tyrannus, ruerat.* Sed nihil muto. Infra lib. XXXVII. c. 45. 'Regum majestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi.' Mox *quo plures demtæ res* Lov. 6.

§ 11 *Ad hoc vetusta*] *Ad hæc* Voss. Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. vett. Froben. demum *Ad hoc* a. 1535. substituit; quod etiam in reliquis superest. Vide ad XXI. 52. § 10. Mox *referebantur*, nempe fama et orbis victoriis peragratus, Lov. 2. 3. Harl. et Mead. 1. Deinde *Et tum vel incepto* Harl. ut librarius duas priores τοῦ *tutum* literas repetere neglexerit. Vide ad X. 37. § 2. Contrario errore *tutum* pro *tum* datum est in Mss. XL. 21. § 8. Insuper *inceptu* in margine Livii conjecit Ant. Perizon. Sed vide ad Præf. § 10.

§ 12 *Nam neque, ut ante se moveat*] *Namque ut ante* Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. contra manifestum Livii sensum. *Neque ut ante*, omissa prima voce *Nam*, Lov. 1.

Digitized by Google

5. et edd. principes. Eam Aldus ex Mog. cod. addidit. Mox *transiret* Gaertn.

§ 13 *Adjuncto Antiocho, sociis Ætolis*] Addidimus particulam *ei*, sic: *ei adjuncto Antiocho, &c.* Gelen. *Ei* abest a Lov. 2. 5. et Harl. quorum ultimus legit insuper *sociisque*. Sed *et adjuncto* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Paullo ante *sustinuit* Lov. 6.

Qui tum graviores hostes, quam Romani, fuerint] *Qui cum gr. hostes tum Romanis fuerint* Lov. 5. et ed. Camp. *qui tum gr. h. cum Romanis fuerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *quam Romani fuerunt* Harl. *cum Romanis fuerint* reliqui typis inpressi usque ad Moguntinos, vulgatæ lectionis auctores, pro qua ex cod. suo laudant *quam Romani fuerunt*. Mox *tandem* omittit Voss. Male. Vide ad III. 9. § 9. Tum *possent* non melius Lov. 3.

§ 14 *Quam quot superessent*] *Quos superessent* Harleian. *quod superessent* Mead. 1. Gaertn. et edd. Tarvis. ambæ. An, media voce omissa, legendum *quam superessent?* Vide Gronov. ad cap. 1. § 2. Sed potius vulgatum servo. Mox § seq. *dicere* nescit Lov. 3.

§ 16 *Quantas peditum equitumque copias præbituri*] *Equitum peditumque* Voss. Lovel. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. et edd. antiqq. Aldus ordinem mutavit, cod. Mog. secutus. Vide ad XXXIV. 26. § 2. Tum *copias præbituri* Lov. 3. 5. et Voss. Mox § seq. *utebatur* Harl. *ubutebantur* Voss. Lovel. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et pleræque edd. principes. Hinc *bellandum* Lov. 2. Vide ad XL. 38. § 5.

§ 18 *Reges tamen aut non moti*] *Et reges* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Froben. 1535. quæ prima τὸ *Et* expunxit. Deinde *tum*, pro *tamen*, Gaertn. Vide ad l. XXII. c. 17. § 5. Paullo ante *bellum incitabant* Gaertn. *concitant bellum* Lov. 1.

CAP. XIII. § 1 *Nobis extemplo circa omnes vicos maritimos dimisit*] *Nobim extemplo* Mead. 1. *Tyrannus Nobis extemplo* Voss. Lov. 1. 3. et Hearnii L. 1. Tum *maritimos vicos dimisit* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *maritimos vicos misit* Voss. Lov. 5. et edd. antiqq. Primus Froben. a. 1531. vulgatum restituit ad fidem cod. Mog. Mox *in Romana societate* Lov. 2. et Harl. *in societatem Romanam* Lov. 6. Dein *cecidit* Lovel. 6. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 2 *Omnium maritimorum Laconum tuendorum*] *Maritimorum latronum* Lovel. 1. *maritimorum locorum* Voss. Lov. 5. 6. et edd. principes. Aldus ex cod. Mog. vulgavit *maritimorum Laconum*, quod est in reliquis Mss. Supra cap. præc. 'Gythium aut maritimos alios Laconas' memoravit. Tum *a T. Quinctio* Voss. Lov. sex, Gaertn. et edd. antiqq. *ab T. Quinctio* primo datum vidi Basil. 1539.

Et ad tyrannum legatos miserunt] Prima vocula exsulat a Lov. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. utroque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Froben. a. 1536. prioribus. Deinde vocem *miserunt* hic supervacuam et odiose inculcatam esse, quum in fine totius periodi reperiatur, existimat Crevierius. Eamdem tamen tuentur omnes codd. Deinde *fœderis Romani*, expuncta media voce, omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Eam primi Moguntini ex cod. suo interposuerunt.

§ 3 *Ne pacem, quam tantopere petisset, turbaret: et auxilia*] *Ne, quam pacem* Gaertn. Tum *tanto tempore* Harl. *tanto opere* Lovel. 1. 2. et 4. Vide ad XXVII. 50. § 11. Hinc *petiisset* Lov. 1. et Gaertn. Vide ad XXXVII. 45. § 2. *Petissent* Harl. *turbaret: auxilia* Lov. 3. media vocula a literis ultimis vocis præced. intercepta. Vide ad cap. 41. § 7. Mox *ab tyranno* Lov. 1. 3. 4. et 6. Deinde *nunciarent ea* Lov.

Digitized by Google

1. 6. et Voss. *nunciaret eam* Lovel. 3. *eam nunciaret* Lov. 4.

§ 4 *Antiochus rex ea hieme Rhaphiæ in Phœnice*] 'Rhaphia' urbs post Rhinocolura sita est, prima civitatum Syriæ, quæ Ægyptum aspiciunt, ait Polybius v. 80. Cæterum omnes Palæstinæ urbem faciunt; solus, quod sciam, Livius Phœniciæ. Sed vel error est in codice Livii, vel duæ ejusdem nominis sunt civitates, vel Livio ipsi hæc non admodum cognita fuere. Ad eam urbem Ptolemæus quartus, qui et Philopater, cum hoc Antiocho ante aliquot annos feliciter pugnaverat. Hic vero Ptolemæus quintus est Epiphanes, si non fallunt Chronica Eusebii: in cujus tamen codice Antiochus dicitur vicisse Ptolemæum Philopatera, sed errore forsan librariorum. *Glar.* Stephanus Ῥαφία πόλις Συρίας. *Sigon.* In omnibus, quos Livio Glareanus opponit, non est Strabo, qui sic l. XVI. p. 756. Ἐπεὶ οὖν τὴν ἰδίως λεγομένην Κοίλην Συρίαν ἐπεληλύθαμεν, ἐπὶ τὴν Φοινίκην μέτειμεν. Et inde ponit post Berytum, Sidona, Tyron, Ptolemaida, Joppen, Gadarin, Azoton, Ascalona, Jamniam, Gazam, Raphiam, Rhinocolura, &c. Tandem p. 760. Τοιαύτη μὲν ἡ Φοινίκη. *J. F. Gronov. Raphaim* Hearnii L. 1. *Raphea* Lov. 2. *Raphey* Lov. 1. *Raphei* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii N. et edd. antiqq. Quum autem primo in margine ed. Ven. 1495. aliarumque monitum esset, videndum ne *Raphaneæ* sit legendum potius, aut *Raphiæ*, quamquam hæc in Palæstina, tandem posteriorem lectionem Moguntini receperunt. Plura de hac urbe vide apud Noris. in Epoch. Syro-Mac. diss. v. c. 4. § 2. p. 518. et Relandi Palæst. l. III. p. 967.

§ 5 *Ad Pisidas, qui circa Sicam incolunt*] *Selgam*, non *Sicam*. Gelenius. Ita *Sicam* omnes habent codd. nostri. Verum ex Plinii v. 27. legendum *qui circa Sidam incolunt*: cujus et Ptolemæus meminit, et alii, atque adeo ipse postea hic author XXXVII. 23. in pugna navali Eudemi ac Hannibalis. Quidam *Selgam* resposuerunt, quod mihi non probatur. *Glar.* Stephanus, Σέλγη, πόλις Πισίδιας. *Sigonius.* Sic *Selgam* Gelenius: et est quidem 'Selga' haud dubie Pisidarum. Sed veteres libri *Sicam* vel *Sitam*: ut videatur assentiendum Glareano, corrigenti *Sidam*. Quod et Rubenio placet. Strabo de Pisidis XII. 569. Τὸ μὲν οὖν πλέον αὐτῶν μέρος τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου κατέχει· τινὲς δὲ καὶ ὑπὲρ Σίδης καὶ Ἀσπένδου Παμφυλικῶν πολεων. Et fuerunt hi olim socii Achæi, teste Polybio v. 73. Ἐτεννεῖς μὲν οἱ τῆς Πισιδικῆς τὴν ὑπὲρ Σίδης ὀρεινὴν κατοικοῦντες, ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας ἔπεμψαν. Puta Garsyeri præfecto Achæi. *J. F. Gronov. Sycham, Sicam, Siocam, Sicas* codd. nostri. *Selgam* Gelenii nimis a vulgato et codd. vestigiis recedit. Nec *Sidam* Glareani et Gronovii placet, siquidem illa potius Pamphyliæ, quam Pisidiæ, urbs maritima fuerit. Vide Sigonium ad lib. XXXVIII. c. 15. § 1. Præfero itaque *Sindam* cum Jac. Gronov. dissert. Epist. in Livii Loca Quæd. Geogr. Epist. v. p. 38. quod mediterraneum est Pisidiæ oppidum. Dicitur autem hic Antiochus *cum omnibus terrestribus copiis ad Pisidas, qui circa Sidam* vel *Sindam, incolunt, obpugnandos profectus esse.* Paulo ante *Inde in principio veris* Lov. 3. Sed vide ad II. 30. § 14. *Inde primo veris* Mead. 2. Tum *ab tergo moveretur* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque.

§ 6 *P. Sulpicius, P. Julius*] Priore libro cap. 59. tres Publii mittebantur ad Antiochum, Sulpitius, Julius, Ælius: hoc autem loco Ælius omnibus codd. deest. Nec hoc incuria authoris factum videtur, cum de Sulpitio tam diligenter commemoret h. lib. capp. 14. 16. ut Pergami æger substiterit, postea vero Ephesum cum Julio rursus venerit: Ælii ne memi-

Digitized by Google

nit quidem. Credo autem Livium diversos secutum authores, quod per Claudii testimonium cap. seq. roboratur. Sed lectoris esto judicium, nam res est non admodum magni momenti. Pro 'Julio' quidam ubique 'Villium' legunt, ut antea ad XXXI. 49. admonuimus. *Glar.* Plerique meorum *Iulius*, vel *Vilius*. Sed recte substitutum est *Villius*. Vide ad XL. 49. § 1. Inter duorum autem legatorum nomina copulam *et* inserunt Lov. 1. 2. 5. Harl. Mead. uterque, et edd. usque ad ultimam Gronteri, quæ prima expunxit. Loco igitur restitui. Mox *missi fuerant* Harl.

Pergamum (ibi regia Eumenis fuit) descenderunt] *Pergamum ascenderunt* scripsimus. Nam ad mediterranea 'ascenditur,' non 'descenditur.' *Gelenius. Descenderunt* habent omnes, quotquot vidimus, codd. Sed quomodo *descenderunt*, a mari secundum flumen Caicum ascendentes? Res geographis nota, utcunque alii judicaverint. Ed. Frobenii nuper hæc recte emendavit. *Glar.* Mog. Voss. Thuan. *descenderunt*, pro *escenderunt*, quomodo legendum. Ita rursus c. 43. 'Ilium a mari descendit' Thuan. habet pro vulgato *ascendit*; nec dubitare fas est, id mutatum ex *escendit*. Et XXXVI. 30. item Ms. Thuan. 'Ipse Œtam descendit,' ex eodem priscæ lectionis vestigio formatum. *Jac. Gron.* Pro *ibi* in aliis est *ubi*: quæ varietas suspicionem præbet, ab aliquo utrumque adsutum esse, qui ignorabat, 'regias' etiam dici urbes, in quibus sedes regum sunt. Flor. II. 9. 'Ambraciam, regiam Epiri, machinis quatit.' Vide Salmas. ad Solin. p. 337. Sed nihil affirmo. Nam Livius XXXVIII. 9. 'Quibus ornatior Ambracia, (quia regia ibi Pyrrhi fuit) quam ceteræ regionis ejus urbes erant.' *Duk. Ubi* Lov. 1. 5. Hearnii L. 1. et edd. principes: cujus loco *ibi* ex cod. Mog. Aldus, substituit, consentientibus reliquis meis. Dukeri conjecturam probare posset locus Liv. XLIV. 46. 'Situm urbis undique adspiciens, quam non sine caussa delectam esse regiam advertit.' Sed neque ego illam certam affirmo. Solent hæ voculæ a scribis commutari. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *descenderunt* Voss. Lovel. sex, Harleian. Mead. 2. et Hearnii L. 1. Sed *excenderunt* Gaertn. *exscenderunt* Mead. 1. unde egregie confirmatur Jac. Gronovii conjectura *escenderunt*, quæ et patri ejus antea placuit ad XXXIV. 28. § 2. De hoc verbo vide ad II. 28. § 6.

§ 8 *Facile deinde se ab eo, &c. tueri posset*] Pronomen *se* deest in Lov. 5. et ed. Camp. Tum *possit* Harleian. Mead. 1. et Gaertn. Mox § *seq. sanctius esse Romanis sociis* corrupte Lov. 1. 3. 6. et Voss. Vide ad XXXIV. 33. § 7. Tum *annuentem non melius* Voss. et Lov. 1. Vide ad XXXVI. 34. § 6.

CAP. XIV. § 1 *Villius, quum Pisidiæ, &c. Ephesum profectus*] Hoc de P. Scipione ait Appianus in Syriac. 90. Ῥωμαῖοι δὲ πρέσβεις ἕτεροί τε καὶ ὁ Σκιπίων ἐπὶ τὸν βασιλέα εἶδον οἰχόμενον εἰς Πισίδας, ἐν Ἐφέσῳ περιέμενον. *Sigon.* Vox *profectus* deest in Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. mox *etiam ibi* in Lov. 2. et Harl. An igitur legendum *Ephesi dum paucos moratur dies?* Paullo ante *subsistit* Voss.

§ 2 *Dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat*] Τὸ *ut* exsulat a Lov. 3. Tum *qui ibi tum forte* Lov. 2. et Harl. Mox *spe congrederetur* Voss. et Lov. 1. Male: θαμὰ dixit App. Al. in Syriac. p. 91.

§ 3 *Et metum demeret periculi ei quidquam ab Romanis esse*] *Et demeret*, media voce omissa, Lovel. 6. Tum *periculi quidquam ei* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *animum ejus tentaret* Lov. 2. 3. et 6. Vide ad II. 44. § 3.

§ 4 *Aliud quidem actum nihil est: secutum tamen sua sponte est*] Poste-

Digitized by Google

rius *est* tuto deleas licet. *J. F. Gron. Aliud quod tactum* Voss. et Lovel. 1. *aliudque tactum* Lov. 6. *aliud quid tactum* Lov. 3. *aliud quid actum* Lov. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *aliud nihil actum* Lov. 5. et edd. antiqq. usque ad Frob. qui primus a. 1535. vulgatum proposuit. Deinde pro posteriori *est* exstat *tum* in Lov. 6. et Crevierii Victor. At priori loco omittitur in Lov. 1. Sæpe hoc verbum a Livio bis terve repeti, vidimus h. lib. ad c. 1. § 12. Ubi tamen codd. fide digni alterutro loco omittunt, eorum fidem seqnentibus non adversabor. Verum quum ex integerrimo cod. Mog. nihil ab iis, qui eum excusserunt, notatum videam, utrum delendum sit, incertus hæreo. Idem pronunciandum de alio loco XXXVI. 12. § 3. Si quis nihilominus verbi hujus repetitionem ferre nequeat, utro id loco deleatur, perinde esse puto. Quum tamen expresse in uno cod. desit priori, ibi potius expungendum censeo. Mox *consilio esset petitum* Voss. sed *esset* deest in Harl. Tum *ut vilior ab ea regi* Lovel. 5. 6. et ed. Camp. *ut utilior ab ea* Voss. sollemni scribarum aberratione, qui passim voces 'vilitas' et 'utilitas' commutarunt. Vide Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. v. 7. p. 382. ad Suet. Cæs. c. 50. et Cort. ad Plin. Ep. IV. 6. Deinde *Hannibal, suspectior ad omnia esset*, omissa conjunctione, Voss. Lov. 1. et Gaertn. *Hannibal, suspectiorque ad omnia esset* Lovel. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Froben. 1535. *Hannibal, suspectiorque ad omnia foret* Lovel. 6. Sæpe 'foret' et 'fieret' commutari, vidimus ad XXIII. 10. § 8.

§ 5 *Græcos Acilianos libros*] *Accilianos* Lov. 1. et 6. *Attilianos* Voss. Lov. 2. Harl. et Gaertn. *Atilianos* Lov. 3. et Mead. 1. Vide ad XXV. 39. § 12. Mox *in ea legione* Voss. Vide ad VII. 30. § 14. Mox *Ephesi* deest in Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§ 6 *Respondisset, Alexandrum*] Vet. lib. *respondisse:* ita paullo post *dixisse*. Sic Appianus Syriac. p. 91. τοῦ Ἀντιόχου ἐρομένου, τίς δοκεῖ ὁ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι, τὸν Ἀννίβαν εἰπεῖν, ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος. *Sigon. Respondisse* non tantum omnes codd. sed et edd. ante Frob. 1531. Paullo ante *Et sermonem unum etiam refert* Voss. Lov. 1. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Sermonem unum etiam refert* Lov. 3. *Et sermonem unum refert* Lov. 4. et Mead. 2. Hinc *quærenti Africano*, omisso pronomine *quo*, Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *quo quærente Africano* Lov. 5. et ed. Camp. *quem quærenti Africano* Lov. 4. et Mead. 2. *conquærenti Africano* Voss. *cum quærenti Africano* Lov. 3. *cum quæreret Africanus* Lov. 1. et 6.

§ 7 *Quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset*] Ms. *quod oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset*. Modius. *Quodque ultimas oras supra spem humanam peragrasset* Lov. 2. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. neque aliter Lov. 1. nisi quod male *spem Romanam* præferat: *quod ultimas oras supra spem humanam peragrasset* Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Aldum, qui ultimam partem ex cod. Mog. recte formavit *quas visere supra spem humanam esset, peragrasset;* in priori dedit *quodque ultimas oras*, forte ut ita per omnia conveniret lectio, quæ est in Epit. hujus libri, quum Mog. cod. præferat tantum *quod oras*. Sane illud *ultimas*, licet ita etiam sit in Epitome, hic ex glossa interpretis additum videtur, ut exponeret, quænam essent oræ, quas visere supra spem humanam esset. Præterea in principio horum verborum conjunctionem necessariam puto: incertum vero est, utrum *et quod*, an *quodque*, ut editur, legendum sit. Si prius, τὸ *et* elisum erit, ab ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Si posterius, præcedens *p* ob similitudinem absorpsit sequens *q*. Ce-

Digitized by Google

terum Crevier. existimans parce nimis laudatum Alexandrum, si ultimas oras peragrasse tantummodo, non et subegisse dicatur, legendum putat *victoriis peragrasset*, ut c. 12. 'Peragratusque orbis terrarum victoriis ejus gentis.' Verum partim nullum in codd. est vestigium vocis, quæ excidisset, partim similiter de eodem Alexandro M. Livius XLV. 9. 'Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragravit.'

§ 9 *Ut Italicæ gentes regis externi, &c. imperium esse mallent*] *Italiæ gentes* Harl. et Gaertn. Tum *regis eterni* Lov. 1. et 4. sed uterque *externi* a m. sec. *regis exteri* Lov. 6. in margine. Eodem modo etiam commutantur 'superi' et 'superni,' 'inferi' et 'inferni.' Vide ad XXXI. 30. § 4. Tum *imperium esset, mallent* Mead. 1. *imperium mallent* Lov. 2. et Harl. Paullo ante *præsidia deposuisse* Voss. et Gaertn. quæ ambo vocabula desunt in Lovel. 1. Præterea *eum habuisse* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. *eam* dedit, concinentibus reliquis meis.

§ 10 *Tum risum obortum Scipioni, et subjecisse*] Sic Appian. in Syriac. p. 91. 'Ως αὐτὸν ὁ Σκιπίων εἶδεν ἀνομολογούμενα τὴν σεμνολογίαν ἔφη γελάσας. *Sigon.* Apud Hearnium video, Sigonium edidisse, *Tum risu oborto Scipionem subjecisse.* Hoc quidem usitatius dicitur, nec tamen recepta scriptura movenda est. Livius casum pronominis, præcedente alio casu, et intercedente copula, vel sine ea, sæpe supplendum relinquit. XXX. 42. 'Duplicitèr ab eo fœdus violatum, et quod sociis populi Romani injurias fecerit, bello et armis lacessierit.' Et, 'Populo Romano usitata ex victoria gaudia esse, et plus pæne parcendo victis, quam vincendo, imperium auxisse.' *Duk. Tum risu oborto Scipionem subjecisse*, quod in omnibus Sigonii edd. vidi, in solo tantum Lov. 2. inveni. Proxime accedunt Harl. et Gaertn. non aliter discedentes, quam quod perperam *aborto* præferunt. *Tum risum obortum Scipionem subjecisse* Lov. 4. et Mead. ambo. *Tum risum obortum Scipioni*, omissa voce *subjecisse*, Lov. 3. *Tum risum obortum Scipioni subjecisse* Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. vulgavit, quod nunc vulgo exstat, et in Voss. etiam fuisse videtur, quia inde nihil notatum video. Recte Duker. scripturam hanc probavit. Similis exstat locus XXVIII. 43. 'Illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africæ, et res egregias primo anno gessisse, et invictum ad ultimum permansisse:' ubi quum prima parte periodi præcessit *imperatori*, secunda et tertia supplendum est *eum* alio casu. Ea non adtendens δ νῦν Gronov. genus loquendi nimis abruptum, et a Livio non profectum credidit, invitisque optimis Mss. partim ex levioris fidei codd. partim ex ingenio, aliter legendum censuit. Sed vide quæ et ibi notavi. Paullo ante *Exsequenti deinde, quem tertium diceret* Lovel. 5. et edd. principes. Aldus postea fide codicis Mog. dedit *duceret.* Vide ad XXXVIII. 43. § 1. Frobenius deinde a. 1535. *deinde* expunxit. In utroque adsentientes habent codd. nostros. Tandem *se ipsum* Lov. 5. et ed. Camp.

§ 11 *Quidnam tu diceres, si me vicisses? Tum me vero*] *Quidnam tum diceres* Lov. 2. et Harl. *Quidnam dicerres* Lov. 3. *Quidnam tu diceres, si tu me vicisses* Gaertn. Hinc *Tum vero me* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et uterque Mead. Mox *et ante Alexandrum, et Pyrrhum* Vossian. Deinde *et ante alios* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *et ante alios omnes* Lov. 1. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Tandem *esse* exulat a Voss.

§ 12 *Responsum, et adsentationis genus*] A Frobenio jam sic omnes dedisse comperio. Sed scripti et An-

Digitized by Google

dreas editique omnes prius *responsum et improvisum adsentationis genus*. Quod excludendi nulla ratio videtur. *J. F. Gron.* Omnes etiam nostri et Hearnii L. 1. ac N. *improvisum* retinent: neque id a cod. suo abesse Moguntini notarunt. Est autem ed. Frob. 1531. quæ prima vocem omisit: quam tanto minus audio, quoniam ei Gelenium ope cod. Meg. adjutum præfuisse non constat. Mox *quod egregie imperator* Gaertn. *quod egregie se imperatorem* Lov. 6. *quod egregie imperatorum* Mead. 1. *quod egre se imperatorem* Voss. et Mead. 2. *quod egre se imperatorum* Lov. 3. 4. Lov. 1. a m. pr. et Mead. 2. inter versus: *quod e grege imperatorum* Lov. 2. et Harl.

CAP. XV. § 1 *Eo et Antiochus, audito Romanorum legatorum*] *Eoque Antiochus* Lov. 2. Tum *legatorum Romanorum* Mead. 2.

§ 2 *Apameæ congressis*] *Apameæ et congressis* Lov. 3. *Apameam et congressis* Lov. 1. *Apameam congressis* Voss. Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Mox *deremit* Lov. 1. *dirimit* Mead. 1. *dirimit* Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et ed. Camp.

§ 3 *Id enim jam specimen sui dederat, ut, si vita longior*] *Deminem specimen suis dederat* Voss. *denim specimen suum dederat* Mead. 2. *denim jam specimen suum dederat* Lov. 4. *dum nimiam spem suis dederat* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *dominii spem suis dederat* Lov. 1. *eximiamque spem suis dederat* Lov. 6. Vulgatum, quod in Lovel. 5. edd. omnibus, et forte cod. Mog. superest, verum puto. Supra VII. 40. 'Iis eram natus, id specimen mei dederam, ea ætate consulatum adeptus eram.' Tum *uti si vita* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Mox *regis in eodem indolem* Lov. 6.

§ 4 *Talium ministeriis facinorum acceptos*] *Ministerio* omnes nostri, Hearnii L. 1. et primæ edd. usque ad Frob. qui a. 1531. *ministeriis*, quod Moguntini in membranis suis repererant, substituit. Paullo ante *omnibus fuerat* Gaertn. *omnibus fuit* Lov. 6. additis notis, posteriorem vocem delendam esse; nempe quia mox iterum sequebatur.

§ 5 *Quod, quum Seleuco*] In Thuanæo non reperitur τὸ *quum*. Sed et postea *habuisse*, non *habuisset*: et videtur elegantius, 'causam adjiciebant, quod Seleuco filio Lysimachiam dedisset; Antiocho quam similem daret sedem, non habuisse.' *Jac. Gron. Quod Seleuco*, excluso τῷ *quum*, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Eamdem lectionem, quam Gronov. in Thuan. invenit, sibi quoque in L. 1. obviam fuisse, Hearnius testatur. Si plures codd. id vellent, non adversarer. Innumeris enim locis Livius ita variat in constructione, 'adjiciebant, quod dedisset, non habuisse.' Vide ad XXXIX. 14. § 9. Verum quum omnes mei *habuisset* constanter servent, vel ea lectio probanda est *adjiciebant quod dedisset, non habuisset*; vel etiam vulgata, quæ superest in Lov. 5. edd. omnibus, et, ut conjicio, in cod. Mog. unde nihil notatur: ut præcedens *quod* proximum *quum* interceperit, quale exemplum habuimus V. 50. § 7.

Ut procul ab se honore eum quoque ablegaret] Scribo *per honorem*. Gelen. Perspicue legendum est *per honorem*. Sigon. *Per honorem* Gelenii et Sigonii conjectura. Vetus lectio *ab se honore eum quoque*. Quod defendimus Observ. IV. 16. p. 272. *J. F. Gron.* Pessime *prope a se honoremque eum obligaret* Gaertn. Seu 'procul' et 'prope' etiam alibi commutantur. Vide ad VI. 28. § 5. XXXV. 1. § 11. et alibi. *Honore quoque eum quod ablegaret* Lov. 6. *honori* a m. sec. *honorem eum quoque quem ablegaret* Lov. 2. *honorem eum, quem allegaret* Lov. 3. *honorem eum quoque ablegaret* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. uterque. Ita et per errorem editum est Basil. 1554. unde Sigonio.

Digitized by Google

ansa data est iterandi lectionem Gelenii, quam edd. exemplo Frobenianæ 1535. receperant. Ego hic cum Gronov. facio. Videtur enim Gelenius incidisse in cod. qui similiter depravatus *honorem eum* exhibebat, et inde conjecisse *per honorem eum*. Certe se cod. secutum non monet.

§ 6 *Ne alieno tempore incommodus obversaretur*] *In alieno tempore* Voss. et Lov. 1. Tum *incommodius* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. *incommodum* Lov. 6. Hinc *adversaretur* Gaertn. *observaretur* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Vide ad VI. 17. § 4. Mox *precessit* Voss. et Lov. 1.

§ 7 *Cum Minione quodam*] Ms. *cum Mimnione q.* et mox *Mimnio*, atque iterum *Mimnione*, constanter. *Modius. Munione* ubique scribunt Voss. et Lov. 6. *Mimone* itidem Hearnii L. 1. *Amnione* hic et infra aliquoties Lov. 1. Idem nomen obcurrit XXXVII. 41. § 1. Sed et ibi admodum variant codd. Mox *princeps arricorum ejus* vitiose Voss. Paullo ante *redit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Mox § seq. *viresque extimans* Lov. 1. 3. et Gaertn. *viresque existimans* Lov. 2. 5. Harl. et edd. ante Aldum. Vide ad XXXIV. 2. § 5.

§ 9 *Seu jam experto*] *Se viam experto*, perperam vocibus, quæ olim continua serie scriptæ erant, divisis, Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. Mox *quæ pro ea essent* Mead. 1. et Gaertn. de quo errore vide ad XXXVIII. 58. § 11.

Accerserentur legati] Ms. *arcesserentur legati*. Modius. Ita et quidam meorum. Vide ad XXIV. 2. § 4.

CAP. XVI. § 1 *Et, absente eo, res agi cœpta est*] *Eo absente agi res* Lov. 2. *et absente eo agi res* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. et uterque Mead. Paullo ante *Ephesum venerant* Lov. 5. 6. et Harl.

§ 2 *Aliud Antiocho juris statuistis*] Immo *statuitis*. Jac. Gron. *Statuistis* omnes nostri: *alio jure Antiocho statuistis* Harl. In præcedentibus *Ubi præparata oratione* Lov. 3. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Præparata ibi oratione* Harl. Hinc *civitatium* ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 3 *Qui enim magis Smyrnæi Lampsacenique Græci sunt*] *Quid enim* Voss. Lov. 3. 5. et edd. antiqq. pro quo Frob. 1535. *Qui enim* vulgavit ex cod. Mog. concinentibus reliquis mcis. Tum *Exmirne* Lov. 1. *Zimirne* Lov. 4. et Mead. 1. *Zmirne* Voss. Hinc *Lapsaceque* Lov. 4. *Lapsacenique* Lov. 1. 2. 3. et 6. *Lampsaceni* Lov. 5. quemadmodum fere utraque hæc nomina in iisdem codd. § 5. scribuntur. Insuper *Creti sunt* Voss. et Lov. 1. Mox *Neapolitani, Rhegini* sine media conjunctione Harl. Præterea voces *e quibus stipendium* non adparent in Lov. 2. Tandem *exegistis* Voss. et Lov. 1. 2. 3. ac 6. *exigistis* Lov. 1. a m. sec. et Harl.

§ 4 *Cur Syracusas atque in alias Siciliæ Græcas urbes*] *Cur Syracusanis* Lov. 2. *Cur in Syracusas* Lov. 6. Tum *atque alias Græcas urbes* Lov. 3. Mox *cum imperio, virgis et securibus* Voss. *cum imperio, et securibus, et virgis* primæ edd. Sed ordinem, qui hodie obtinet, dedit vocabulis Frob. a. 1535. præeunte cod. Mog. Nec aliter Mss. nostri. Tum *iis leges* Lov. 5. et ed. Camp.

§ 5 *Eamdem de Smyrna et Lampsaco civitatibusque, quæ Ioniæ aut Æolidis sunt, caussam*] *Eadem, &c. caussa* Harl. Tum copula inter voces *Smyrna* et *Lampsaco* deficit in Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. utroque, et Gaertn. Hinc *civitatibus quæque Ioniæ* Harl.

§ 6 *Et stipendiarias ac vectigales factas Antiochus repetit*] Lege *vectigales factas in antiquum jus repetit*. Gelen. Prior conjunctio copulativa exsulat ab omnibus nostris, et edd. antiquioribus; quam Aldus ex cod. Mog. adscivit. Deinde *Antiochus repetit* omnes codd. et edd. ante Gelenium. Sed 'in antiquum jus repetit,' ut 'in

Digitized by Google

antiqui formulam juris restituere' XXXII. 38. et 'res ex formula juris antiqui componere' XXXIV. 57.

Ad hæc ei responderi velim, si ex æquo disceptatur, et non belli caussa quæritur] *Eo responderi* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2. *ego responderi* Lov. 2. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tum *disceptaturi, non belli caussa quæritur* Lov. 1. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Rom. a. 1472. Mediol. a. 1480. Parm. Tarv. utraque, et alim. Neque aliter Hearnii L. 1. nisi quod insuper vocem *quæritur* omiserit. *Disceptaturis non belli caussa quæritur* edd. Camp. et in marg. quædam Ascensii: *disceptaturi et non belli caussa quæritur* Lov. 4. *disceptatur, non belli caussa quæritur* Voss. Lov. 3. 5. 6. Harl. cum nonnullis edd. antiqq. *disceptatur, non caussa belli quæritur* Lov. 2. Vulgatum primum inveni in ed. Asc. a. 1513. quod deinde Mogruntini ex cod. suo probarunt. Mox § seq. *quæ dissererentur*, pro *dicerentur*, Lov. 2.

§ 8 *Quid enim simile habet civitatum earum, quas comparasti, caussa*] *Simile habuit* Lov. 3. Tum *civitatium earum* ed. Mediol. 1480. Vide ad § 18. Mox post vocem *juris* distinguendum esse, observat Jac. Gronov. ad XXXIV. 9. § 5. Hinc *et numquam intermisso* Gaertn. Tandem *exegimus* Lov. 1. 5. et edd. antiqq. cujus loco Frob. 1531. ex cod. Mog. substituit *exigimus*, consentientibus reliquis meis.

§ 9 *Non per alium quemquam fœdus mutaverint*] Fortassis *mutaverunt*: nam *ut* hic est pro 'quemadmodum,' cui respondet *sic*. Duk. Hanc conjecturam firmat Gaertn. Tum *per alium quemque* Lov. 3. et 6.

§ 10 *Sic et Asiæ civitates, ut semel venerunt*] *Sic Asiæ civitates* omnes scripti, et editi usque ad Gronov. qui utrum τὸ *et* ex Mss. adsumserit, non monet. Hinc *ut semel verterentur* Voss. *ut semel venerint inde in aliorum Antiochi* Lov. 3. *venerint* etiam Harl. et Mead. 1. Præterea *avorum Antiochi* Lov. 1. Mox *in perpetuam potestatem* Voss. et Lov. 6. Inde *vestri* deest in Harl. Tandem *mansisse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 11 *Adserendi eos in servitutem facit*] Ita ultima Gruteri ed., omnesque recentiores. Priores cum codd. quoscumque vidi, ut et Hearnii L. 1. *faciet*; quod revocavi. Paullo ante *serviere* Gaertn. *servivere* Lovel. 2. et Mead. 1. *servierint* Lov. 3.

§ 12 *Quid abest, quin actum nobis nihil sit, quod a Philippo*] *Nihil est* cod. Mog. Sed sequens *repetant* requirit *sit: quod abest, cum actum nobis nihil sit, quid a Philippo* Voss. et Lovel. 1. *cum actum nobis nihil sit* Lov. 3. *cur actum nihil nobis sit* Lov. 6.

§ 13 *Caussam civitatum ago*] *Civitatium* cod. Mog. et ed. Mediol. 1480. Vide ad § 8. cap. seq. § 1. et ad lib. XXXIII. c. 20. § 11.

CAP. XVII. § 1 *Vocari deinde civitatum legationes*] *Civitatium* iterum ed. Mediol. 1480. ut modo vidimus. Mox *præparatas et instructas* Gaertn. Hinc *quantumque virium* Mead. 2. Tum *ab Antiocho decessisset* Lov. 6. Tandem *dicebat* Lov. 1. et Gaertn. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

§ 2 *Nunc postulationes inserit, æqua iniquis miscentes e disceptatione altercationem fecerunt*] Ms. *et æqua iniquis miscent*. Modius. Meritis codicis Mog. dedi, ut ejus lectionem, quamvis dissentientibus reliquis, receperim. *Quisque* hic tamquam collectivum consideratur, cui in priori membro verbum singulare, in posteriori plurale additur. Vide ad XXX. 42. § 16. Ejusdem unius auctoritate etiam recepi *expostulationes*, quas similiter cum querelis junxit XLII. 42. 'Si talibus de caussis, quæ vix querela et expostulatione dignæ sunt, arma capitis.' Deinde *e disceptatione alterationem fec.* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Ita variant etiam codd. IV. 6. § 1. et VIII. 33. § 10. *Disceptatione*

Digitized by Google

altercationem fec. omissa præpositione, Lov. 4. Harl. et Mead. 2. *disceptationem altercationem fec.* Voss. Lov. 3. et Gaertn. *discrepationem altercationem fecerunt* Lov. 1. Vide ad XXI. 31. § 7. *Disceptationem altercationemque fec.* Lov. 6. *disceptationem altercatione fec.* Lov. 2. Sed vulgatum verum est. Mox *nec remissa ulla re, neque impetrata, neque facta qua venerant* Lov. 1. *nec remissa ulla re, nec impetrata* Lov. 6. *nec remissa ulla re* etiam Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad IX. 9. § 14.

§ 3 *Consilium de bello Romano*] Modius edebat *concilium*, quem secuti sunt Gruter. et Elzeviriana D. Heinsii. Gronov. deinde a. 1665. restituit *consilium*; itaque legendum docuit ad XLIV. 2. § 5. Neque aliter codd. nisi quod *concilium* sit in Lov. 1. et 4. *de bello Romano consilium* in Lov. 3. Mox *alius alio velocius* Lov. 5. et ed. Camp.

Eo spe gratiæ major erat] Lege *spes*, non *spe*. Gelen. Ms. *eo spe gratiæ major erat*. Modius. Immo, in cod. suo se *eo spe gratiæ major erit* invenisse, Moguntini notarunt; ex quo etiam *spe* receperunt: quum recte ederetur *eo spes gratiæ major erat*, ut Gelenius restituit, consentientibus omnibus nostris. Librarius Mog. cod. hic manes suos passus est.

§ 4 *Alius superbiam postulatorum increpare*] Vocem *alius* non esse Livii existimat Crevier. inmissam ab iis, qui non viderunt, ita cohærere orationem, *Ibi alius alio ferocius superbiam postulatorum increpare*, media autem omnia parenthesi includenda esse. Omnes codd. constanter eam vocem tuentur. An igitur a Livio addita est ex more, quo propter hyperbaton sive alia interposita vel vocem præcedentem vel aliud quid ejus loco perspicuitatis causa repetit? Vide ad II. 12. § 2. Mox vocula *sic* deest in omnibus nostris, et edd. antiqq. quam Moguntini ex cod. suo interposuerunt.

§ 5 *Nabidi tamen dominationem in patriam suam, et patriam Lacedæmonem*] Τὸ *tamen* abjiciunt Voss. et Lov. 3. ac 6. ejus loco *tũ* præfert Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. Tum *dominationem in patria sua* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. Denique *et Lacedæmonem* Harl. quum tamen iterata hac voce *patriam* eleganter augeat, quod modo dixerat, Nabidi remissam esse dominationem in patriam suam; sed quæ non erat ignobilis urbs, verum clarissima et simul validissima Lacedæmon.

§ 6 *Antiocho si Smyrna et Lampsacus, &c.*] Ordinem puto: Romanis indignum videri, si Antiocho Smyrna et Lampsacus imperata faciant. Considerandum tamen sitne locus corruptus. *Glar.* Vocula *si* deest ab Lov. 2. et Harl. Sed excidisse videtur ob similitudinem primarum literarum sequentis. *Faciant imperata Antiocho*, pro ab Antiocho. Vide ad XXXVIII. 43. § 3.

§ 7 *Sed initium semper per jus injusta impetrandi fieri*] Lege cum Rubenio *sed initium semper a parvis injusta imperandi fieri*. J. F. Gron. Conjecturam Rubenii in contextum recepi, quia partim plerorumque codd. vestigia eo ducunt, alii id aperte postulant: *quis impetrandi* est in Lov. 2. *per uis injusta imperandi* in Lov. 5. *parvis injusta impetrandi* Voss. Mead. ambo, Gaertn. et Doujatii Naud. a m. pr. *apius injusta imperandi* Lov. 3. *parvis injusta imperandi* Lov. 4. Harl. Hearnii N. Doujatii Reg. et Crevierii Victor. *a parvis injusta impetrandi* Doujatii Naud. a m. sec. *a parvis injusta imperandi* Lov. 6. et Hearnii L. 1. Editor Delphinicus lectionem cod. Naud. a m. pr. tolerari posse putat, quam ita exponit, *initium injusta* et magna *impetrandi semper fieri* petitis atque impetratis *rebus parvis:* quod eo minus placet, quoniam *impetrandi* ne in edd. quidem invenerim ante Paris. 1573. quum priores omnes *imperandi* potius legant. Solent autem *imperare* et im-

Digitized by Google

petrare in Mss. confundi. Ita § præc. *impetrata faciant*, pro *imperata*, est in Voss. et Lov. 1. Pluribus exemplis, quæ contuli ad IX. 30. § 10. adde XXVII. 30. § 6. XXXIII. 13. § 4.

Aquam terramque ab Lacedæmoniis petierunt] *Petierunt a Lacedæmoniis* Gaertn. *ab Lacedæmoniis petierint* Voss. et Lov. 1. 3. 6. et cod. Mog. De aqua et terra a Persis petita, vide Brisson. de Regn. Pers. III. 330.

§ 8 *Romanis de duabus civitatibus agi*] Velim *per similem tentationem a Romanis de duabus civitatibus agi*. J. F. Gron. Codd. nostri nihil mutant. An igitur vulgato defendendo subficiunt, quæ notantur ad VI. 11. § 4.? Mox *sed alias civitates*, pro *et*, malebat Crevier.

§ 9 *Tamen omnem præsenti in statu spem cuique novandi res*] Sincera lectio *omni præsenti statu*. Gelen. *Omnem præsenti in statu spem* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. *præsenti in statu* etiam Hearnii L. 1. *omnem in præsenti statu spem* Voss. *omnem præsenti statu* Mead. uterque: *omnibus præsenti in statu* Lov. 2. Insuper *tum*, pro *tamen*, Harl. et Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *cujusque* omnes scripti, et edd. priores. Ascensius 1513. *cuique* dedit, altera lectione in marginem rejecta. Paullo ante *si liberas servitute* Harl.

CAP. XVIII. § 1 *Alexander Acarnan in concilio erat*] *Acarnas* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii N. et edd. Ascensiana 1513. priores. *Acharnax* Hearnii L. 1. *Atamas* Gaertn. *Athamas* Lov. 2. et Mead. 1. Deinde *in consilio* Lov. 1. *in consilio* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. et Gaertn. quod recepi. Intelliguntur enim consiliarii regis, quos *consilium*, non *concilium*, vocari docuit Gronov. ad XLIV. 2. § 5.

Philippo quondam amicus] Ms. *Philippi quondam amicus*. Modius. Lectionem cod. Mog. *Philippi* Aldus recepit, et proximæ plures edd. servarunt. Quum deinde Curio, ejusque exemplo plerique recentiores priscam *Philippo* revocassent, Gronovius iterum 1665. alteram restituit. Ex codd. nostris *Philippo* legunt Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. cum Hearnii L. 1. reliqui Mog. codici consentiunt. Quin utrumque admitti possit, nullus dubitat. Vide ad XXIX. 47. § 11. Pro altera stat. optimi cod. auctoritas, pro altera illud militat, quod haud facile scribæ *amicus Philippi* in *Philippo* mutaturi videantur. Eligat igitur lector utrum malit, ego judicium Gronovii secutus sum.

§ 2 *In eum gradum amicitiæ regis, &c. acceptus erat*] Postrema vox sine damno sententiæ aut elegantiæ abesse potuisset, ut *est* in principio cap. sequentis sublatum a Sigonio. *Duk.*

§ 3 *Is, tamquam non, utrum*] *Itaque non utrum*. Harl. Tum *ubi aut qua ratione* Lov. 6. Hinc voces *bellum gereretur* omittit Harl. quasi ex præcedenti *bellandum esset* supplendum foret. Non tamen delerem. Hinc *animorum*, pro *animo*, Lov. 3. Mead. 1. et Gaertn. Deinde *in aliqua Græciæ parte*, omissa copula, Voss. et Lov. 1. *et in aliqua parte Græciæ* Lov. 2. 3. et 6.

§ 5 *In duobus velut cornibus Græciæ*] Incertius hoc est loco, ubi nam distinguendum, et quæ sint illa 'cornua,' tum quomodo Ætoli in umbilico Græciæ. Strabo VIII. 361. simile quiddam habet de Peloponneso, a Demetrio Phalereo bove dicta, cujus cornua esse Ithomen Messeniorum et Acrocorinthum Corinthiorum montes: sed ut hunc locum juvent, non plane video. *Glar. In duobus velut cornibus in Græcia* Lov. 3.

§ 6 *Ubi primum bellicum cani audisset*] *Bellicam audisset* Lov. 2. *belli caussas audisset* Harl. *belli cām*, id est belli causam, *audisset* Lov. 6. *belli*

Digitized by Google

eam audisset Lov. 1. *bella audisset* Lov. 2. *bellum audisset* Voss. Lov. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Paullo ante *ad Macedoniam Philippum* Gaertn. In sequentibus *Nosse se spiritus ejus animum* Lov. 3. *Nosse se spiritum ejus* Lov. 1. *Nosse se spem ejus* Lov. 4. et Mead. 2.

Scire, ferarum modo, quæ claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere] Primæ edd. *scire ferum ferarum modo*, et mox *iras in pectore volvere*. Neque aliter codd. nostri; nisi quod in prima parte *scire ferrum ferarum modo* sit in Gaertn. *scire ferarum ferum modo* in Lov. 6. *scire fetum ferarum modo* in Lov. 1. in posteriore vero *ingentis jam diu votis in pectore volvere* in Lov. 1. Postea Ascens. 1513. dedit *scire eum ferarum modo*. Haud diu post Mog. in cod. suo esse monuerunt *scire ferarum modo, quæ claustris aut vinculis tenentur, ingentes jam diu iras in pectore volvere:* quod Frob. 1535. recepit, nisi quod *teneantur* et ipse, et reliqui editores servarint.

§ 7 *Si compos nunc fiat, nullam moram rebellandi facturum*] *Si nunc compos fiat* Lov. 2. *compos si nunc fiat* Lov. 6. Hinc *bellandi* Voss. *debellandi* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et priscæ edd. pro quo Ascens. 1515. fecit *bellandi*, in margine vero *rebellandi;* quod posterius Moguntini receperunt. Utrumque et *bellandi* et *rebellandi* ferri potest. Solent autem 'bellare' et 'debellare' in libris confundi. Vide ad Epit. Liv. l. XXXVII. Quale exemplum habuimus VI. 30. § 8. Servavi igitur *rebellandi*. Supra XXXIII. 12. 'Si elapsus eo tempore fuisset, mox gravius eum rebellaturum.' XXXV. 12. 'De Philippo et Nabide libero mendacio abutebatur, paratum utrumque ad rebellandum esse.' XXXIX. 35. 'Philippus minime, quin rebellandum esset, dubius.' XLII. 52. 'Illum,' Philippum, 'omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum, inter adparatum belli fato obpressum.' Paullo ante *meminisse etiam, quoties*, omisso pronomine, Lov. 1.

§ 8 *In eo enim victoriam verti, si et loca opportuna, et socii præoccuparentur*] *Victoriam niti* Harl. Tum *si et* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *si et loca* in Mead. 1. sola vocula *et* in Lov. 5. et edd. antiqq. *si et loca opportuna* primus Aldus ope cod. Mog. emendavit. Vide ad II. 44. § 3. Paullo ante *esse* non adparet in Lov. 1.

Mittendum in Africam esse ad distringendos Romanos] *Extinguendos* Gaertn. *extingendos* Lov. 2. *extingendum* Lov. 3. *effringendos* Lov. 6. *infringendos* Harl. *astringendos* Voss. *extringendos* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *estringendos* Mead. 1. (qui in margine *instringendos* habet) et edd. Camp. et Rom. 1472. *restringendos* Lov. 5. et ed. Parm. *destringendos* edd. his proximus: *distringendos* edd. Mediol. 1505. Ascens. 1513. et 1516. Frob. 1531. et hinc reliquæ; quæ vera est scriptura. Infra XLIV. 35. 'Populatione maritima ora distringere copias regias.' Vide Cuper. Obs. IV. 5. Oudend. ad Front. Strat. I. 3. § 5. et quæ notavi ad Silii XVII. 164.

CAP. XIX. § 1 *Hannibal non adhibitus est in concilium, propter colloquia*] Ex veteribus libris verbum *est* tolli debet, ut omnia ad verbum *tulit* referantur. *Sigon.* Verbum *est* exstat in Voss. Lov. sex, et Gaertn. quod, quemadmodum omitti potest, ita etiam servari, modo majori distinctione interpungas post *rà honore habitus*. Etiam *habitus*, pro *adhibitus*, Voss. Deinde *in concilium* Lov. 1. *in consilium* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. principes; quod quum deinde et aliæ exhibuissent a Mogunt. usque ad Modium, qui iterum *in concilium* substituit, Gronov. tandem consiliarios regia Antiochi indicari, et hinc *in consilium* legendum

Digitized by Google

monuit ad XLIV. 2. § 5. Quod Crevier. et ego in contextum recepimus. Præterea *et propter conloquia* Gaertn. quod, si plures accederent, non displiceret. Vide ad II. 44. § 3. *Propter conloquium* Harleian. Male. Villium enim operam dedisse, 'ut cum Hannibale sæpe congrederetur,' et 'conloquia' numero plurium memoravit Livius c. 14. In verbis seqq. τὸ *et* non adparet in Voss. *primum* vero legit Gaertn.

§ 2 *Et purgare se tempore apto*] Forsan *capto:* quod et reddidimus Livio XXVI. 12. Lib. III. c. 9. 'Insidiatum enm et tempore capto adortum rempublicam:' ubi frustra Glareanus *captato*. Quare et incipio dubitare in illo IV. 36. 'Captatum deinde tempus ab tribunis militum:' et Flori III. 5. 'Repente, quasi captato tempore:' quin illi scripserunt *captum* et *capto*. J. F. Gron. Hic meus esse credo *capto*, quam *apto*. De ceteris, quæ non nituntur auctoritate Mstorum, quid mihi videatur, dixi ad Flori III. 5. § 5. Nec adhuc muto sententiam. Addo nihil esse, cur putemus minus recte dici 'captare tempus,' quam 'captare tempestates,' et 'opportunitates temporum.' Livius V. 6. 'Tamquam navale bellum gerant, captatis tempestatibus, et observato tempore anni.' XXXIII. 35. 'Temporum opportunitates captasse ad bellandum:' quod idem est ac *tempora:* nam 'tempus' est 'opportunitas temporis.' Etiam distinguendum puto, *et purgare se, tempore*. Duk. Lectio vulgata, quam Aldus ex cod. Mog. recepit, in nullo mihi cod. vel ed. antiqua obvia fuit. *Purgare sese ac petere* legit Lov. 1. *purgare sese ac tempore* Harl. *purgare sese at tempore* Mead. 1. et Lov. 3. *purgare sese aut tempore* Gaertn. *purgare sese a tempore* Voss. Lov. 2. 4. 5. Hearnii L. 1. N. et edd. vett. *purgare sese: at tempore apto* Mead. 2. *purgare sese tempore apto* ed. Mog. *capto tempore* probam ac Livio usitatam locutionem esse, vidimus ad III. 9. § 8. Et ita XXXIII. 28. 'Tempore ad eam rem capto circumventus occiditur.' Voces etiam 'aptus' et 'captus' in Mss. confundi, monui ad XXX. 11. § 4. Nondum tamen caussam video, quæ subigit, ut optimi cod. Mog. lectionem repudiemus, quum hæc etiam locutio proba sit. Ovid. Her. XVI. 299. 'Non habuit tempus, quo Cressia regna videret, Aptius. O mira calliditate virum!' In Rem. Amor. 132. 'Et data non apto tempore vina nocent.' Ex Pont. Epist. IV. 14. 2. 'Non aptum numeris nomen habere meis.' Et ita 'apta dies' Fast. IV. 819. 'aptum insidiis tempus' Tacit. Hist. II. 16. Nihil itaque a scriptura cod. Mog. recedo. Paullo ante *dein* Gaertn. Vide etiam ad § 6. et ad III. 3. § 6.

§ 4 *Hoc me in pace patria mea extulit*] Mog. Voss. Thuan. *expulit;* quod violentius est, et excitatiorem jurisjurandi memoriam in Annibale exprimit. XXXVIII. 50. 'Siquidem victa Carthago victum Annibalem in exsilium expulisset, Roma victrix victorem Africanum expellat.' *Jac. Gron. Expulit* non modo codd. quos Jac. Gronov. laudavit, verum præterea nostri omnes, Crevierii Victorin. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri; in quam illud *extulit* forte per operarum errorem inrepsit, nihilominus per recentiores fuit propagatum usque ad Crevier. qui priscam lectionem Livii contextui reddidit.

Hoc duce, si tu spem meam destitueris] Posset alicui κομψικώτερον videri *duce sacramento*. Non mutant tamen aut hæsitant nec scripti, nec editi veteres. Qui si adstipularentur, mallem *hoc ducente*. Curtius IV. 11. § 21. 'Ite, nunciate regi vestro, et quæ amisit, et quæ adhuc habet, præmia esse belli. Hoc regente utriusque terminos regni id quemque habiturum, quod proximæ lucis adsignatura fortuna est:'

Digitized by Google

ubi nonnulli scripti codices inepte, *Hoc regem esse, et utriusque*. J. F. Gron. Neque ulli meorum a lectione vulgata recedunt, nisi quod vox *duce* exsulet a Voss. Receptam scripturam Jensius Lect. Lucian. I. 8. haud male defendit, et variis exemplis illustrat, tum ex aliis scriptoribus, tum ex Livio, qui VIII. 1. 'populus dux,' et Cicer. qui de Orat. I. 45. 'auctor ingenium' dixerunt. Plura ibi vide, et infra ad XXXIX. 1. § 4. Jensio consentit etiam Dukerus.

Huc veniam, toto orbe terrarum quærens] Vetusta scriptura *inveniam toto*. Gelen. Ita et Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Eam autem lectionem Froben. 1535. recepit, quæ etiam obtinuit usque ad Gronov. is vero priorem restituit; quamvis tamen ad lib. I. 51. § 5. hunc locum adducens *inveniam* laudet.

§ 5 *Si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi, quam ex me, quærant*] *Quam* redundat. *Gelen.* Gelenio obsecutus Frob. *τὸ quam* ejecit in ed. 1535. ei vicissim adhæserunt reliqui editores usque ad Gronov. qui vocalam illam restituit. Crevierius *τὰ aliam quam* conjungit, et exponit 'aliam aliquam:' hic tamen id paullo durius esse agnoscit. Quum igitur desit in Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Crevierii Victor. præstare putavi, ut denuo exigatur. Præterea *si cui tuorum* et deinde *ex me quærat* tantum non omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Alterum Aldus ex cod. Mog. recepit. Insuper Mog. cod. *crescere lubet*, invitis scriptis meis. Sed 'libet' et 'lubet' tantum orthographia differre, ut 'maximus' et 'maxumus,' 'optimus' et 'optumus,' monuit Cortius ad Sallustii Catil. c. 7. § 4.

§ 6 *Odioque quod sim Romanis*] *Odi, odioque sum* legi debet. *Gelen.* Codd. variant. Priscam lectionem, recte a Gelenio damnatam, in solo inveni Lov. 5. *odio sum Romanis* habet Harl. *odio quod sum Romanis* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. *odiove sum Romanis* Voss. *odioque si Romanis* Lov. 4. *odioque sim Romanis* Lov. 2. Mead. uterque, et Gaertn. *odioque sum Romanis* Lov. 1. Patet originem erroris esse, quod primæ vox *Odi* a primis syllabis sequentis *odio* absorpta sit. Postea alii varie corruperunt.

Inter primos amicos Hannibalem habeto] Ms. *inter primos amicos hos Annibalem habeto*. Modius. Male. Primam literam *τοῦ hos* addo voci *Annibalem*; reliquæ ex ultimis vocis præced. perperam repetitæ videntur. Paullo ante *proin* Gaertn. qui idem etiam *dein* legebat § 2.

Si qua res te ad pacem compellet] Thuan. *in pacem*. Et sic XXXIX. 22. 'In id necessitate ipsa compulsi,' XXXVI. 39. 'In jus judiciumque cogantur.' Seneca Suasor. c. 6. 'Jam intelliges, Ciceronem in mortem cogi posse, in preces non posse.' *Jac. Gron. In pace compellet* Lov. 3. *in pacem compellat* Gaertn. *in pacem compellit* Harl. *in pacem compellet* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, Hearnii L. 1. Crevierii Victor. et edd. principes. Aldus vulgatum ex Mog. cod. adoptavit. Infra XLII. 52. 'Illum omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum.'

In id consilium, cum quo deliberes, quærito] Legi debet *alium, cum quo deliberes:* ubi vox *alium* intercíderat. *Gelen.* Emendatio Gelenii profluxit ex cod. Mog. ex quo laudant editores Moguntini *id in consilium alium, cum quo deliberares, quærito*. Vox *alium* non agnoscunt Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. quæ excidisse videtur ob similitudinem ultimæ partis vocis præcedentis. Amplius *id consilium cum quo deliberes, quærito* Harl.

§ 7 *Ex consilio ita discessum est*]

Digitized by Google

Consilio Lov. 1. *concilio* Lov. 2. et Gaertn. cum una et altera veterum edd. et ed. Modii, post quem id recentiores servarunt usque ad Gronov. qui *consilio* reposuit, itaque legendum docuit ad XLIV. 2. § 5. Et ita reliqui mei. Præterea *et consilio* Harl. Vide ad XXVI. 45. § 1. Paullo ante *Non movit solum* Lov. 3. Tum *sed etiam conciliavit* Lov. 2. Vox *Hannibali* deest in Mead. 2.

CAP. XX. § 1 *Romæ destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum*] *Romani destinabant* Lov. 3. qui error inde natus videtur, quod non decere putabat, ut verbo casus rectus deesset. Sed vide ad XXXIV. 56. § 11. *Romæ extimabant* Voss. Mox *nihil tum ad id bellum* Lov. 3. Vide ad XXIV. 20. § 15. Mox § seq. *τὸ est* deest in Lov. 3. Tum *computarent* Voss. Inde *uter comitiis ejus anni præsesset* Harl.

§ 3 *Si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones*] *Si quid eum extra Ital. opus duceret legiones* Lov. 1. *si quo esset extra Ital. opus, duceret legiones* Lov. 6. *si quo eum extra Ital. opus ducere legiones* Harleian. *si quo eum extra Ital. opus duceret legiones* Voss. Lov. 2. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. *si quo extra It. opus esset, duceret legiones* Lov. 5. et edd. principes. Aldus ex cod. Mog. eam dedit lectionem, quæ nunc vulgo exstat. Ex quo eodem etiam supplevit verba seqq. *Huic consuli permissum, ut duas legiones scriberet*, quæ ab omnibus scriptis meis, et edd. prioribus male exsulabant.

§ 4 *Et socium ac Latini nominis viginti millia, et equites nongentos*] Ms. *et socium Latini nominis*: quod aliud longe est. *Modius.* In scripto invenio, *Latini nominis millia viginti, et equites DCCC.* J. F. Gronov. Olim edebatur *et socium ac nominis Latini*; quod in solis superest Lovel. 5. et Mead. 1. Ejus loco cod. Mog. exhibuit *et socium Latini nominis*; reliqui mei *et socium nominis Latini.* Male itaque Aldus, quum ex cod. Mog. transponeret *Latini nominis*, servavit voculam *ac*; quam, quæ insuper in plerisque meorum deest, nunc denique expunxi. Vellem tamen, Modius docere voluisset, quid intersit inter 'socios Latini nominis' et 'socios ac Latinum nomen.' Adsentior enim Sigonio, id promiscue dici monenti de Ant. Jur. Ital. 1. 2. Tum *millia triginta* Harl. Mead. 1. Lovel. 2. et Gaertn. *millia viginti* Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Aldum, qui fide cod. Mog. voces transposuit. Hinc *equites octingentos*, vel *DCCC.*, omnes codd. mei, et Hearnii L. 1. ac N. Similiter *equites DCCC.* omnes editi usque ad Gruter. qui pro notis numeralibus pessime dedit *nongentos*, quod reliqui editores ad unum servarunt: cujus loco *octingentos* revocavi.

§ 5 *Ex eodem exercitu pedites quindecim millia, et equites quingenti*] Scribe *peditum*: nam id exposcit Latini sermonis ratio et mos Livii. In Vossiano ea vox deerat. *J. F. Gron.* Eodem modo emendat, quod infra est c. 23. 'Tumultuariorum militum ad duodecim millia pedites, et quadringentos equites scribere eum.' Et ita utrumque locum jam citaverat Pighius ad a. IↃLXI. Præfanda est mihi venia dicenti, sermonis Latini ejusque causarum peritissimum Gronovium nondum mihi plane persuadere potuisse, hæc rationi illius repugnare. Ipse Pecun. Vet. 1. 7. docet *millia* numquam dici sine genitivo, sive expresso, sive intellecto, et ostendit ei interdum addi ablativum *numero*, vel præpositionem *ad*. Quid ergo obstat, quo minus, quod hic legitur, ita expleri, et integrum fieri possit: *decreti sunt pedites* numero *quindecim millia*; vel, ad *quindecim millia* hominum, vel militum? et c. 23. *Scribere eum tumultuariorum militum, pedites* ad *duodecim millia* hominum numero, *et equites quadringentos?* qua ratione ipse

Digitized by Google

quædam eo, quem dixi, loco supplet. Si his locis ratio linguæ Latinæ non fert dici *pedites*, non intelligo, cur XXI. 55. ex illius emendatione legi debeat, 'duodeviginti millia Romani erant:' et XXVIII. 2. 'Erant autem in Celtibero exercitu quatuor millia scutati,' pro *Romanorum*, et *scutatorum*: aut quomodo ea non adhibitis iisdem supplementis explicari possint. Eadem ratio est in hoc III. 5. 'Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos.' Et in eo, quod Mss. Bongars. et Duisb. in Just. XXIV. 7. habent, 'Delphorum sociorumque non nisi quatuor millia milites erant:' ubi in aliis est *militum*. Sed forsan ipse erro, et vir summus hæc melius vidit, de quo doctiores judicare volo. *Duk.* Nullus codex Gronovio adsentitur. Perizon. vulgatum etiam tuetur ad Sanctii Minerv. IV. 8. p. 709. ex variis locis Livii docens, familiare ei esse, ut pro genitivo partitionis, ut dicitur, adhibeat illum ipsum casum, quo numerus rei numeratæ exprimitur: vel etiam genitivum subintelligi hoc modo, *pedites quindecim millia hominum*. Posset etiam locutio suppleri hoc modo, quod adtinet *ad pedites, quindecim millia*. At potius censeo, locum esse mendosum. Vulgatum enim, quod omnes libri typis descripti tuentur, in uno tantum inveni Lov. 5. Reliqui omnes mei cum Hearnii L. 1. et N. vocem *pedites* uno consensu omiserunt: neque dubito, quin et ab aliis codd. quibus ὁ πάνυ usus est, abfuerit. Eamdem igitur vocem ex contextu ejeci: præsertim quum Livius supra hoc cap. similiter locutus sit, 'Permissum, ut duas legiones scriberet novas, et socium Latini nominis viginti millia, et equites octingentos.'

§ 6 *Et centum quinquaginta equites, et sociis eodem quinque millia peditum*] Omnia hæc verba cum sequenti *imperarentur* neglegentia librarii desunt in Hearnii L. 1. Solam primam voculam *et* omittunt omnes scripti nostri, et edd. ante Aldum, qui eam adscivit fide cod. Mog. Tum *D. equites* Lov. 1. Deinde *ex sociis* Lov. 5. et ed. Camp. Vide ad XXVI. 45. § 1. Præterea *VI. peditum* Lov. 1. *quinque peditum millia* Lov. 5. et edd. usque ad Aldum, qui præeunte Mstο Mog. dedit *quinque millia peditum*: neque aliter reliqui codd. nostri, nisi quod *quinque millia pedites* sit in solo Lovel. 6. et vox *peditum* exsulet a Mead. 2. Insuper *imperarent* Voss. Vide ad X. 10. § 1. Paullo ante *additum supplementum* Lov. 2. Harleian. Mead. 1. et Gaertn. Sed præpositio in absorpta est ab ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. In sequentibus *ducenti equites* Lov. 2.

§ 7 *L. Quinctio Gallia. Prætores deinde*] Reposuimus ex fide archetyporum *Gallia et comitia habenda*. Gelen. Insanum bene Gelenius *L. Quinctio Gallia et comitia habenda. Prætores deinde provincias sortiti*. Nam de consularibus in insequentem annum sensit Livius, et respicit illo, quod ante dixerat: 'Consulibus ambobus Italia provincia decreta est: ita ut inter se compararent sortirenturve, uter comitiis ejus anni præesset: ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quo eum extra Italiam opus esset ducere legiones.' Nunc igitur significat, hanc posteriorem sortem Cn. Domitio excidisse, priorem L. Quintio. Sic supra hoc libro c. 6. 'Q. Minucii' (consulis litera allatæ sunt) 'a Pisis: comitia sua sortis esse.' Et mox eod. cap. 'ad comitia Romam rediret. Si id facere gravaretur, quod non suæ sortis id negotium esset.' XXXIX. 6. 'Jam consularium comitiorum appetebat tempus, quibus quia M. Æmilius, cujus sortis ea cura erat, occurrere non potuit.' Et iterum c. 32. 'Prior tamen Claudius, cui sors comitia habendi obtigerat, Romam venit.' *J. F. Gron. Gallia et comitia habita præ-*

Digitized by Google

Eorum: deinde Lov. 2. 4. Harl. et Mead. uterque. *Gallia et comitia prætorum habita: prætores deinde* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et priscæ edd. Voces *et comitia prætorum habita* primus omisit Aldus, quarum loco Frobenius, Gelenio obsecutus, a. 1535. *et comitia habenda* substituit.

§ 8 *L. Valerius Tappus*] *Cappo* Lov. 6. *Trappo* Harl. *Tapso* Hearnii N. *Tapo* Lov. 2. 3. *Tappo* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Quod verum est. Vide ad c. 10. § 11. Mox *Sara* Lov. 2. *Sera* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. *Seranus* Hearnii L. 1. Hinc Bæbii prænomen *M.* deest in Lov. 6. *Inde Bæbius* legit Voss. qui similiter *Inde Actilius Seranus* legit. *M. Attilius* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. *Seranus* etiam Lov. 2. 3. Gaertn. et Hearnii iidem. Vide ad XXXIV. 54. § 3.

§ 9 *Sed his duobus primum senatusconsulto, deinde plebis etiam scito permutatæ*] Pet. et Voss. *primum SC. deinde plebei jam permutatæ.* Scribe, *senatusconsulto, scito deinde plebei etiam permutatæ provinciæ sunt.* J. F. Gron. Prima vocula *Sed* exsulat a Voss. qui etiam *secum*, pro *senatusconsulto*, præfert. Vide ad XXII. 10. § 1. *Per senatusconsultum* Lovel. 6. Præterea *deinde plebiscito permutatæ* primæ edd. quod itidem præferunt Lov. 2. 5. et Harl. *deinde plebis jam permutatæ* Lov. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *deinde plebeis jam permutatæ* Hearnii L. 1. *deinde plebei jam scito permutatæ* ejusdem N. *Sed his duobus deinde primum plebei jam permutatæ* Lovel. 1. *deinde plebis etiam scito permutatæ* primus edidit Froben. a. 1531. in eo præeuntem cod. Mog. secutus. Vide ad l. XXXI. c. 50. § 10. Mox § seq. duobus prætoribus 'Atilio' et 'Bæbio' tribuitur 'Auli' prænomen in nonnullis Mss. in aliis vero 'Auli' priori, 'Marci' posteriori: quibus adsentiuntur primæ edd. Sed utraque prænomina omisit Frob. 1535.

§ 11 *Bæbio Tamphilo in Bruttios duæ legiones decretæ*] Duorum prætorum 'Bæbii Tamphili' hoc loco, et 'Atilii' mox § seq. nomina alterum alterius locum occuparunt in omnibus codd. nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquis; neque aliter fuisse in cod. Mog. excerpta ejus fidem facinnt. Ea primus in suum, quo nunc conspiciuntur, locum reposuit Aldus. Præterea *in Brutio* cod. Mog. *in Bruttiis* Lov. 3. 6. et Harl. *in Græciam* Ascensiana ed. 1513. et quædam aliæ. Mox *priori anno* Lov. 5. et ed. Camp.

Ut et sociis eodem millia peditum quindecim imperarentur] Lege *urbanæ fuissent: et ut sociis.* J. F. Gron. Eam emendationem recepi, quod ita videtur scribi in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Tum vocem *peditum* ignorant Lov. sex, Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et priscæ edd. quam Mog. ex cod. suo addiderunt: quomodo etiam in Voss. fuisse videtur. Mox § seq. *ex navibus veteres* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. ambo: *ex navibus veteribus* Gaertn. et Mead. 1. in margine.

§ 12 *Uti duo millia socium ac Latini nominis*] Scribo *ut ei duo millia.* Gelenius. Aliud etiam hic latet. Antiquissimæ edd. præferunt, *Et consuli imperatum, u. d. m. s. a. L. n. et mille Romanos daret pedites.* Ejus loco Aldus ex cod. Mog. adoptavit *Et consulibus imperatum*, tum *et mille pedites darent Romanos.* Hæc autem scriptura deinceps obtinuit usque ad ultimam Gruteri, quæ operarum errore pro *darent* dedit *daret.* Eumdem errorem emendare neglexerunt Dan. Heinsius in ed. Elzev. J. F. Gronovius, et Doujatius; qui quidem in ipso contextu *Ex consulibus* edidit, sed inter errata *Et consuli* emendavit, in eo Jac. Gronov. secutus; qui,

Digitized by Google

videns *Et consulibus τῷ daret*, quod jam errore inoleverat, non convenire, itidem *Et consuli* vulgari curavit. Sed rogo, utri consuli imperatum, et cur tantum uni? Hæc me permoverunt, ut cod. Mog. lectionem revocarem, quod et Hearnium fecisse video, quem nullus audire dignatus est, nisi qui editioni Londinensi præfuit. Ad id autem faciendum eo magis permotus sum, quod viderem, solum tantum Lov. 5. per omnia vulgato adsentiri; a quo reliqui mei divertunt, *darent* legentes. In eorum insuper nonnullis *cos*, vel *coss*, vel *cons*, per compendium scribebatur, quod non *consuli*, sed *consulibus*, reddendum esse τὸ *darent* evincit. In ultimis etiam verbis ordinem cod. Mog. servavi, licet invitis scriptis nostris et edd. vett.

§ 13 *Duo exercitus, navalis terrestrisque*] *Terrestres navalesque* Voss. et Lov. 3. Mox *dicebantur parati* Lov. 1.

§ 14 *Priusquam ii redissent*] *Et priusquam*, addita vocula, Voss. Lov. sex, Harl. Hearnii L. 1. et edd. usque ad ultimam Gruteri: quare voculam ab ea omissam Livio reddidi. Tum *rediissent* Lov. 1. et Gaertn. Vide ad VIII. 26. § 6. Mox *vetuerant* Harl. De locutione 'senatus vetuerant' dictum ad IV. 58. § 4. hic tamen librarii errore ita datum puto, ob reliquorum dissensum. Tum *Domitium secus consulem discedere ab urbe* Voss. *Domitium senatusconsultum discedere ab urbe* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Domitium consulem senatus discedere ab urbe* Harl. Τὸ *discedere* deest in Lov. 1. et Gaertn.

CAP. XXI. § 1 *Quibus, ut jus diceret, Roma provincia erat*] Scribo *Romæ, provincia*, non *Roma*. Gelenius. *Romæ*, præter Lov. 5. editis favente, omnes nostri. Præterea *ut jus diceretur* Harl. Tum *provincie erat* Voss. *provinciæ erant* Lov. 1. et 6. Mox *cui Bæbius* omnes mei, quod pendet ex illis quæ cap. præc. § 11. dicta sunt. Hinc *præfecturus erat* Voss. Lov. 5. et ed. Camp. *præfectus erat* Lov. 6. Dein *triremes parerentur* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

§ 3 *Amiterni terra pluisse*] Barberin. et editi ante Curionem *terram pluisse*, vel *pluvisse*. Quod restituendum arbitror, etsi alibi sæpe Livius 'lapidibus pluit,' et XXXIV. 45. 'Terra pluit.' Sic etiam III. 10. 'Inter alia prodigia et carnem pluisse:' uti quidem Pall. omnes, Campanique, et Aldina edd. quod perperam Andreas et Rhenanus mutarunt. Lib. X. c. 31. 'Nam et terram multifariam pluisse, et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos nunciatum est.' Lib. XXXVII. c. 3. 'Terram apud se pluisse Tusculani nunciabant.' Sic veteres. Lib. XL. cap. 19. 'In area Vulcani et Concordiæ sanguinem pluit.' *J. F. Gron. Terram pluisse*, vel *pluvisse*, etiam Lov. 2. 4. 5. 6. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et Victor. Crevierii. *terra pluisse* primus Frob. 1535. edidit, hinc Basil. an. 1539. Vascos. et Gryph. et ita demum Curio. De orthographia τοῦ 'pluvisse' vide ad I. 31. § 1. de locutione 'pluere terram' ad III. 10. § 6. Paullo ante *edidisse uno fœtu* Lov. 2. *uno partu edidisse* Lov. 3. *uno fœtu enixisse* Harl. Hinc *puerum unum natum unimanum* Lov. 1. 5. 6. et editi ante Aldum.

§ 4 *Formis portam murumque de cœlo tacta*] *Formis* Lov. 1. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXXVIII. 27. § 8. *In formis* Voss. Tum *de cœlo tactam* Lov. 2. 3. 5. 6. Harleian. Mead. 1. et Gaertn. Videri possent voluisse *tactum*, ut XXIX. 14. 'Anagniæ et portam et multis locis murum de cœlo tactum.' Sed vulgatum etiam probum est. Vide ad I. 31. § 7.

Et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii bovem locutum] *Terrebat consules, C. Domitii bovem* Lov. 1. *terrebat consulem M. Domitium, bovem* Voss. *terrebat Cn. Domitium consulem,*

Digitized by Google

bovem Harl. *terrebat consulem Cn.* vel *C. Domitium, bovem* Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. tantum non omnes. Verum cur hoc prodigium Cn. Domitium magis, quam conlegam ejus L. Quinctium, vel quemvis civium, terruit? Non male igitur Pighius in Annal. ad an. DLXI. pag. 276. emendavit, ut nunc editur; quod Gruteri postrema ed. et post eam omnes recentiores in contextum admiserunt. Præterea *bovem locutam* Lov. 2. 3. 5. et edd. princ. pro quo Aldus *locutum* reposuit ex cod. Mog. Ei autem consentiunt reliqui codd. nostri.

§ 5 *Servari aliquot aruspices jusserunt*] Scribo *servari alique aruspices jusserunt*, non *aliquot*. Gelen. *Servari aliqui aruspices* Voss. Lov. 2. 3. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Sed recte reliqui Mss. *alique*.

Tiberis, infestiore quam priore inpetu] Legerim *quam priore anno, impetu*. T. Faber. *Tiberis infestior* Mead. 1. et Gaertn. Tum *quam priori inpetu* Lov. 3. Gronovius in priori ed. nott. ad h. loc. et supra ad IV. 23. § 6. legendum conjiciebat *infestiore, quam prius, inpetu*: quod Dukerus Fabri conjecturæ præferendum judicabat.

Duos pontes, ædificia multa] *Duo* pro *duos* plane habet Barberinus. Ut et cap. sequenti idem cum Petav. vetustisque edd. nonnullis *proficisci ambo in provinciam placuit*: ubi perperam Sigonius *ambos*. Observatum veteribus grammaticis, promiscue sic hunc casum enuntiasse antiquos. Viri docti, qui in congerendis exemplis adeo fuerunt accurati, ut nescire se audeant profiteri, an multo plura inveniantur, a nobis hæc addere possunt. Lib. VI. cap. ult. 'Factum senatusconsultum, ut duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret:' sic clare membranæ Thuaneæ. Lib. VII. cap. 40. 'Eodem tenore duo insequentes consulatus gessi:' eædem cum duobus Pall. VIII. 3. 'Prætores tunc duo Latini habebant, L. Anninm Setinum et L. Numicium Circeiensem, ambo ex colonis Romanis:' iterum Pall. XXV. 6. 'Ambo mihi consules et universum senatum intueri videor:' ita optimus Put. et melior Pet. Lib. XXVI. cap. 7. 'Capuam extemplo omissuros aut ambo imperatores Romanos.' Eodem lib. c. 13. 'Omisso ipso Annibale ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt.' c. 26. 'Et consules bellicosos ambo viros acresque nimis et feroces creatos.' XXVII. 27. 'Postquam vulneratos ambo consules, Marcellum etiam transfixum.' XXVIII. 11. 'Et Albæ duo soles visos referebant.' XXIX. 11. 'Pleminium et ad duo et triginta homines cum eo damnaverunt.' Eodem lib. c. 30. 'Ambo præoptantes exsilio modicam domi fortunam ad sese perduxit.' XXX. 14. 'Quos quum pariter ambo et benigno vultu excepisset.' Eodem lib. c. 17. 'Et equos duo phaleratos, bina equestria arma cum loricis.' Sic omnibus his locis ἀμφότερον ille Puteaneus: plerisque etiam alii meliores. Lib. XXXVIII. c. 58. 'Ad extremum ambo pro populo Romano morte occubuisse:' sic Barberin. et Pet. Cæsar de Bello Gall. v. 37. 'Interfectos esse legatos duo, magnamque partem exercitus interisse.' VII. 33. 'Quum leges duo ex una familia, vivo utroque, non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent.' Sic utrobique insignes Andinæ membranæ. Frustra igitur in hoc apud Silium IV. 175. 'Cryxus Picentem Laurumque, nec eminus ambo, Sed gladio Laurum:' frustra, inquam, quum alia molitur, tum *ambos* scribendum edicit Barthius Advers. lib. VI. cap. 3. *J. F. Gron.* *Ambo* et *duo* casu quarto pluribus, quam quæ Gronov. laudavit, locis partim inveni in vulgatis edd. partim ex Mss. optimis restitui. Ita III. 62. 'Inter fidentes sibimet ambo

Digitized by Google

exercitus.' VII. 19. 'Eo nec patricios ambo consules, nec comitiorum curam plebs ad animum admittebat.' X. 37. 'Fabius, ambo consules in Samnio et ad Luceriam res gessisse, scribit.' XXVII. 22. 'Ex tribus eligerent duo, quos vellent.' c. 40. 'Duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam.' XXXIX. 21. 'Novi prætores ambo exercitus in hiberna deduxerunt.' XLV. 19. 'Ambo infirmos, distractis viribus, et omnibus injuriis obnoxios fore.' Exstant et alia loca, ubi in quibusdam Mss. eamdem lectionem inveni, sed propter optimorum dissensum recipere ausus non sum. Exempla vide I. 31. § 8. II. 40. § 13. V. 24. § 1. VI. 40. § 18. XXII. 34. § 10. XXV. 9. § 14. XXVII. 16. § 12. XXXVI. 37. § 2. XXXVIII. 42. § 9. XXXIX. 11. § 7. et cap. 39. § 4. Unus etiam exstat locus IX. 43. § 11. ubi Jac. Gron. tacite *duo* edidit, sed suadentibus scriptis meis *duos* revocavi. Contra *ambo* pro *ambos* ex Ms. reddidi olim Silio XVII. 427. 'Archemorum Rullus, Teucrum Norbanus, et ambo Mantua labenti genetrix dimiserat ævo:' ubi vide quæ notavi. Adde Gebh. ad Liv. VII. 40. § 9. Gronov. ad Livii VIII. 3. § 9. Græv. ad Cic. ad Att. VI. 1. p. 582. Burm. ad Quinct. Inst. Or. II. 17. p. 196. et Cortium ad Sall. Jug. cap. 21. § 4. An autem ita hic legendum sit, vehementer dubito. Certe omnes nostri constanter *duos*. Et Hearnii quidem L. 1. *duo* præfert, sed inter versus litera *s* adscripta est. Ex Mog. cod. nihil etiam notatur. Vir doctus, qui tanta cura exempla vocum *duo* et *ambo* casu quarto collegerat, ut nescire se profiteri ausus sit, an multo plura inveniantur, est Marius Corradus de L. Lat. IV. p. 155. ut monet G. J. Voss. Gramm. IV. 6. ubi ipse etiam Corradi exemplis plura nova addidit.

Maxime circa portam Flumentanam] Prima vox deest in Lov. 3. Tum *circa Flumentanam portam* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *circa Flumentaneam portam* Lov. 6. *circa Flumenariam portam* Mead. 2. Vide ad c. 9. § 3.

§ 6 *Sive imbribus, sive motu terræ leviore, quam ut alioqui sentiretur, labefactatum*] Olim edebatur *sive imbribus, seu motu terræ*, quod præferunt Lov. 1. 4. 5. et Hearnii L. 1. Vide ad X. 14. § 9. Id Frob. a. 1535. mutavit, *sive motu* substituens. Hujus mutationis Gelenium auctorem fuisse, eumque cod. Mog. secutum esse conjicio, quia in excerptis ejus Msti notatur, eum præferre *sive imbribus;* quod moneri nihil adtinebat, quum similiter habeant omnes editi. Videntur itaque viri docti indicare voluisse, se in eo cod. invenisse *sive motu terræ*, quod in reliquis meis etiam superest, nisi quod in quibusdam bis *sive*, pro *sive*, obcurrat. Tum *motu terræ leviore* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. et Mead. 2. Vide ad XXXVI. 31. § 8. Præterea *quam motu alioqui* Voss. et Lov. 1. 3. 6. *quam ut alioquin* Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Ascens. a. 1513. Tandem *labefactum tum* Harl. *labefacte tum* Lov. 2. *labefactum cum* Lov. 1. 3. 6. *labefactum* Gaertn. Vide ad X. 37. § 2. Mox *in vicum Inganum* Lovel. 1. *in vicum Lugarium* Lov. 5. *in vicum Vigapium* Lov. 6. De hoc vico vide ad XXIV. 47. § 15.

In agris passim inundatis pecua ablata] *In undas*, pro *inundatis*, Harleian. Tum *pecora* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes; cujus loco Frob. a. 1535. *pecua* substituit. Si constaret Gelenium ita ex Mog. cod. emendasse, non displiceret. Livium enim ea voce usum esse, vidimus ad XXVI. 34. § 5.

§ 7 *Priusquam L. Quinctius consul in provinciam perveniret*] *Proconsul* Voss. Lov. 1. 4. Mead. 2. Hearnii N. et edd. principes. Tum *in provincia* Voss. et Lov. 1. Mox *novem millia occidit* Lov. 1. *cecidit* Lov. 2. et Harl.

Digitized by Google

Vide ad XXXVI. 36. § 6. Deinde § seq. voces *magno certamine* desunt in Harl.

§ 9 *Minus inventum est, quod subinde spolia*] *Inventum eo quod subinde* Gaertn. *inventum est, eo quod subinde* Lov. 2. 3. Harl. Mead. pr. et edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, Vemetæ variæ, aliæque usque ad Frob. a. 1535. quæ τὸ *eo* delevit. Vide ad Epit. Liv. lib. XXXV.

§ 11 *Ibi præda Etrusca, quæ missa a populatoribus fuerat*] *Ubi præda* Lov. 2. 4. et Harl. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *missa popularibus* Voss. *missa populatoribus* Lovel. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Vide ad VI. 11. § 4. *Missa a popularibus* mendose in exemplaribus vulgatis quibusdam legi, testatur Pighius in Annal. ad a. IↃLXI. p. 279. Indicat autem edd. Modii, et primam Gruteri.

CAP. XXII. § 1 *Romam reverterunt*] *Revertuntur* Lov. 1. Vide ad VI. 29. § 7. Mox § seq. *satis quod maturum* Lov. 2.

§ 2 *Quem et Achæi legati adnunciabant*] *Quod et Achæi* Voss. *quem etiam Achæi* Gaertn. Tum *nunciabant* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri, quam perperam dantem *annunciabant* recentiores secuti sunt. Priscam igitur lectionem Livio reddidi. Si enim, ut tradunt grammatici, quorum excerpta post auctores L. Lat. edidit Gothofr. p. 1349. 'nunciare' est de longinquo, 'annunciare' de futuro; vel pag. 1358. 'obnunciare' est rem malam, 'annunciare' bonam nunciare, hic contra sermo est de præsenti, et de re haud bona. Mox vocem *obpugnare* omittit Harl. Præterea *missus in Græciam est* Lov. 2. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 3 *Consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias*] Vet. lib. *ambos*. Sigon. *Quod nihil in Antiocho* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *quod nihil ab Antiocho* Lov. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et edd. principes, usque dum *quando* Aldus ex cod. Mog. reciperet; ex cujus interpretatione τὸ *quod* natum est. Vide ad V. 27. § 4. et XXXIV. 33. § 3. *Quando* autem pro 'quod,' 'quia,' 'quoniam' Livio familiare est. Vide ad XL. 9. § 1. Deinde *ambos* Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. Postea Frob. dedit *ambo*, quod reliqui nostri tuentur. Neque aliter se in Barber. et Pet. invenisse, Gronov. testatus est ad cap. præc. § 5. Vide etiam Gebh. ad VII. 40. § 9. Tum *in provinciam* Lov. 2. 3. et Harl. Mox *quam primum fuit*, pro *qua proximum*, Voss. Voces 'primus' et 'proximus' sæpe commutari, vidimus ad V. 47. § 5. Deinde *pervenit* Lov. 3.

§ 4 *Pauci cum præfectis, deinde universus senatus, postremo in quibus aut fortuna*] *Pauci et præfectis* Voss. *pauci ex præfectis* Lov. 1. in quo etiam vox *universus* omittitur. Præterea *aut forma aliqua* Harl. Vide ad XLI. 20. § 1. Paullo ante *diversa late agrum* desunt in Gaertn.

Ad mille quingenti ad consules transfugerunt] *Aut mille aut consules* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 1. qui in margine ostentat *aut milites ad consules*; quod etiam in Gaertn. inveni: *aut nulla ad consules* Lov. 3. *ad mille ad consules* Lov. 2. 5. 6. Harl. Mead. 2. Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. donec Aldus ex cod. Mog. vulgatam lectionem receperit, quæ vera est. Nam eumdem numerum Livius etiam prodidit c. 40. ubi codd. nihil mutant. Ex eodem etiam loco insuper constat, numerum hic editum pertinere ad omnes, qui ex gente Boiorum ad Romanos transfugerant, non vero ad solos proxime memoratos, 'in quibus aut fortuna aliqua, aut dignitas erat.'

§ 5 *Oppidum Litabrum, munitum opulentumque*] Neque hoc, nec quæ sequuntur paulo post oppida facile reperias apud classicos scriptores. Fieri

Digitized by Google

antem potest, ut diruta fuerint, aut nomina vel mutata, vel corrupta. Hoc etiam obiter hic notandum, quæ Livius hic de consulum in Boios profectione narrat, eadem illa narraturum esse post aliquot paginas c. 40, paulloque diversius. Porro quæ de M. Fulvio Nobiliore, ulterioris Hispaniæ prætore, ante aliquot paginas hujus libri c. 7. narravit, hic prope eadem repetere, nempe de Toleto ac Vectonibus, perinde atque antea nihil ea de re dixisset. Sed non est mihi dubium, tanta rerum gestarum mole, ingentique scriptorum multitudine Livii memoriam obrutam: nec id mirandum, præsertim in homine sene. *Glar. Licabrum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii N. et cod. Mog. *Licabium* Hearnii L. 1. Ortelius in Thes. Geogr. hac voc. monuit, Moralem lib. II. Chron. fol. 56. b. et in Antiquit. fol. 95. legendum suspicari *Britablum*, qui locus est juxta Segoviam. Paullo ante *In utraque Hispania*, omissa conjunctione *Et*, Lov. 2. *Sed in utraque Hispania* Lov. 1. *Sic in utraque Hispania* Lov. 6. Tum voces *eo anno* desunt in Harl.

Nobilem regulum Corribilonem] *Regium Coribilonem* Voss. et Lov. 1. ac 4. *regium Corbilionem* Lov. 3. *regum Corribilonem* Harl. *regium Corribilonem* Lov. 5. et Mead. uterque: *regem Coribilonem* margo Mead. 1. *regem Coribilonem* Lov. 6. *regem Corunbilonem* Gaertn. *regulum Corbilionem* Hearnii L. 1. *regium*, vel *regum*, vel *regem* primæ edd. *regulum* primi dederunt Moguntini. *Corbulonem* est in margine Ascens. a. 1513.

§ 6 *M. Fulvius proconsul*] Mihi non dubium est, quin legendum sit *proprætor*. Hi prætores a. IDLX. sortiti fuerant Hispaniam, Flaminius citeriorem, Fulvius ulteriorem, XXXIV. 55, et anno sequente utrique prorogatum fuerat imperium c. 20. Sed nihil est unde pateat Fulvium, quum priore anno prætor provinciam obtinuisset, sequente imperium proconsulare accepisse. Nam quod Pighius ad a. IDLXI. probat *proconsul* hoc argumento, quod Plutarchus successorem Fulvii Paullum Æmilium *pro consule* Hispaniæ ulteriori præfuisse scribit, qui etiam Livio XXXVII. 46. 'proconsul' dicitur, leve est; nec ullam vim ad confirmandam scripturam vulgatam hujus loci habet. Neque enim ex eo sequitur, idem M. Fulvio datum fuisse, quem Livius XXXVI. 11. 'proprætorem' vocat. Nec c. 21. ubi ovantem ex Hispania urbem ingressum scribit, quidquam aliud de eo dicit, quam 'M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante prætor in ulteriorem Hispaniam erat profectus.' *Duk.* Vide ad XL. 39. § 1.

Oppida Hispanorum, Vescelium Helonemque] Mss. *Vescellum Helonemque*. Modius. *Oppida duo Hispanorum* Lovel. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. incertum, utrum dedita opera, an operarum errore, vocem *duo* omisit. Deinde *Vescelia* Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Mead. ambo, et Hearnii N. *Veseliam* Lovel. 3. et Hearnii L. 1. Tandem *Helonemque* Mead. 1. *Illonemque* Lov. 2. *Elonemque* Lov. 3. *Helonemque* Voss. Lov. 1. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. Victor. Crevierii, et Hearnii N. ac L. 1. Unde Jac. Gron. in Dissert. Epist. in Livii Loca Geogr. Ep. v. p. 38. minima mutatione *Belonemque* legendum censuit, adprobante ejus emendationem Jac. Periz. in margine Livii sui. 'Belonis' meminit Mela II. 6. 'Tum Mellaria, et Belo, et Besippo, usque ad Junonis promontorium oram freti occupat:' ubi vide Vossium, et Harduin. ad Plinii Hist. Nat. III. 1. Contra, situm locorum huic emendationi repugnare, existimat Crevier. Belonem enim, Bæticæ maritimæ urbem, nimium distare ab Oretania, inter Anam et Bætim sitis; in quas, his urbibus captis, progressus esse Ful-

Digitized by Google

vius dicitur. Vesceliam igitur Holonemque Ibero viciniores fuisse credit, quam Oretanos.

§ 7 *Noliba et Cusibi, ad Tagum amnem ire pergit*] *Nobilibus et Cusibi* Harl. *Nobilibus et cum sibi* Mead. 1. *Veliba et cū sibi* Hearnii L. 1. *Noliba et cum sibi* Lovel. 4. *Noliba et Cūsibi* Lov. 1. et Mead. 1. *Noliba et Consibi* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. *Nobilia* legit Ortelius in Thes. Geograph. ea voce, et addit Moralem in Antiq. legisse *Noliba*, se tamen ignorare, mendosene, an ex vetusti cod. fide. Sed *Nobilia* in nulla inveni ed., nisi in Sigonianis. Paullo ante *in Orientanos* Voss. et Lov. 1. *in Orentanos* Lov. 2. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn.

§ 8 *Parva urbs erat, sed loco munita*] Non displiceret *loco munito*, quod ex Aler. adnotat Hearnius, si Mss. adsentirentur. *Duk. Loco munita* primi ediderunt Moguntini: sed nihil ex cod. ad hæc verba notant. Omnes priores ediderunt *loco munito;* quod etiam superest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. et Gaertn. quod recepi. Vide ad v. 39. § 10. Voces *sed loco munita* desunt in Lov. 3. et Hearnii L. 1. *τὸ erat* in Lov. 1. Mox *Vetonum, Vettonum, Ventonum*, et *Vetonibus, Vettonibus*, ac *Ventonibus* quidam meorum. Tum *maximus exercitus* Lov. 3. Tandem *effusis*, pro *et fusis*, Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad XXXVIII. 49. § 4. *Exeffusis* Harl.

CAP. XXIII. § 1 *Minus ea bella, quæ gerebantur, curæ Patribus erant*] *Minus bella* Lov. 1. et 6. *bella, quæ rebantur* Harl. *quæ gerebant* Mead. 1. *ea bella, quæ gerebantur, minus curæ* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Mox *expectatio signi nondum cæpti* Lovel. 2. Gaertn. Harl. et Mead. pr. Vox autem *belli* deest in Lov. 1.

§ 2 *Nam etsi per legatos identidem omnia explorabantur, tamen rumores*] Ita primi Moguntinenses ex cod. suo vulgarunt, quum antea ederetur, *nam et per legatos identidem omnia exprome-bantur, quod rumores*, quomodo servant Lov. 5. 6. Mead, ambo, et Hearnii L. 1. Ab hac lectione alii parum differunt: nam *quam rumores* est in Voss. *et rumores* in Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. et margine Mead. 1. *tamen rumores* in Lovel. 4. Codicibus nostris consentire Barb. Pet. et Naud. in prima nott. ed. testatur Gronovius. Hinc, verbum *expromebantur*, quo Livius etiam XXVII. 51. et alibi usus est, injuste hic ei ereptum esse certissimum habens, in particulis magnum facinus admissum suspicatur, et auctorem scripsisse conjicit *nam qua per legatos identidem omnia expromebantur, qua rumores:* posteriori itaque loco corruptam particulam esse, priori ejusdem interpretationem receptam. Usum deinde particularum *qua, qua* inlustrat, de quibus etiam vide ad X. 38. § 1. de verbo autem 'expromere' ad XXXIX. 12. § 4. Si vulgatum displiceret, potius cum nonnullis codd. legerem *nam et per legatos, &c. et rumores.* Sed omnino Mog. lectio genuina est, et recte Gronov. in repetitis curis conjecturam omisit: *explorare* autem quin recte de legatis dicatur, nemo dubitare potest. Præterea cura, brevi bellum cum Antiocho gerendum fore, Patribus injecta erat non per legatos, qui explorata renunciantes nihil, quod satis maturam caussam belli haberet, nisi adversus Lacedæmonium tyrannum adtulerant, ut cap. præc. dixit Liv. sed per rumores, qui, temere sine ullis auctoribus orti, multa falsa veris miscebant. Hinc neque particulis *et, et,* neque etiam *qua, qua* locum esse puto. Præterea *orti multi falsa veris miscebant* Mead. 1.

§ 3 *Quum in Ætoliam venisset*] Voss. *ut in Ætoliam venisset.* Quanto scitius est, tanto verius puto. Plauto Bacch. I. 1. 73. 'Ut in navi vecta es, credo, timida es.' Cicero ad Attic. I. 15. 'Ut Brundisio profectus es, nullæ mihi abs te sunt redditæ literæ.'

Digitized by Google

Lib. v. c. 10. ' Ut Athenas a. d. VII. Cal. Quinct. veneram, exspectabam ibi jam quartum diem Pontium.' Ovidius Trist. v. 10. 1. ' Ut summus in Ponto.' *J. F. Gronov.* Vide ad XXI. 29. § 5. Quo minus hanc lectionem probem, illud efficit, quod nullus meorum testimonium Voss. consensu probet. Insuper grammatici observant, *τὸ ut* hoc sensu indicativum requirere, cui etiam jungitur omnibus locis, quæ Gronovius laudavit. Vide Vossium Gramm. VII. 62. Ceterum *allatum erat, eum in Ætolum missurum*, reliquis omissis, Hearnii L. 1.

§ 5 *Ad tuendos sociorum animos*] Lege *tenendos*. Exscriptor in animo habuit, quod cap. 22. ' Missus est in Græciam ad socios tuendos.' Sed aliud est. *T. Faber.* Scio ' tueri ' esse interdum alere, sustentare: videndum tamen an non scripserit Livius *tenendos*. Justinus l. XXIX. c. 4. ' Omnibus tamen propediem se auxilia missurum pollicetur, non quia facere posset, quæ promittebat, sed ut spe impletos in societatis jure retineret.' Cicero Fam. I. 7. ' Virum excellentem, et tua tibi præstanti in eum liberalitate devinctum, nonnihil suspicantem, propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis, te ab se abalienatum, illa epistola retinuisti.' Idem ad Attic. II. 19. ' Pompeius, nostri amores, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit: neminem tenet.' Quintus de Petitione cap. 12. ' Ut multi spe tui præsidii retineantur.' *J. F. Gron.* Non dubitandum est de veritate emendationis. Ad Gronoviana adde Cicer. de Offic. II. 7. *Duk. Ad tuendum* Lov. 5. et edd. antiqq. *ad tuendos* Aldus ex Mog. cod. concinentibus reliquis nostris. Virorum doctorum conjecturam probat etiam Crevierius. Liv. VII. 25. ' Quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset.' XXIII. 15. ' Nec ea spe quemquam tenuit: dilapsi omnes.' XXV. 15. ' Metu, quo tenebantur, liberati ad Hannibalem defecere.' XXXIV. 27. ' Ne quid intestini motus oriretur, metu et acerbitate pœnarum tenebat animos.' Sæpe autem ' tenere ' et ' tueri ' commutantur. Vide ad XXXIII. 15. § 12.

T. Quinctium, et C. Octavium, et Cn. Servilium, et P. Villium] *L. Quinctius* Vossian. Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et editi ante Aldum, qui recte *T. Quinctium* ex cod. Mog. substituit. Nam L. Quinctius hoc anno consul bellum cum Boiis gerebat. Tum *M. Octavium* Hearnii L. 1. *Cn.* vel *Gn. Octavium* Vossian. Lovel. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. Gruterianis priores: hæ autem, incertum qua auctoritate, sed forte lapsu operarum, *C. Octavium* dederunt, quod recentiores servarunt. Sed priorem lectionem revocavi. Quamvis enim et *C.* et *Cn.* prænomina in hac gente usitata fuerint, circa hæc tamen tempora nullus prænomine ' Caii ' dictus obcurrit. At contra ' Cn. Octavius,' qui ex ædilitate plebis prætoram nactus est, memoratur XXVIII. 38. quem hic indicari existimo. Ejus filius, ut videtur, itidem ' Cn. Octavius ' dictus, ut prætor memoratur XLIV. 17. qui etiam a. IDXXCVI. navalem de rege Perseo triumphum egit XLV. 42. et in Fragm. Fastor. Triumph. CN. F. CN. N. vocatur. Insuper auctor est Suet. in Aug. c. 2. C. Octavium Rufum procreasse Cn. et C. filios, a quibus duplex Octaviorum familia defluxit; Cnæum enim et deinceps ab eo reliquos omnes summis honoribus functos esse; Caium ejusque posteros in equestri ordine constitisse usque ad Augusti patrem. Ex prioris itaque posteris hic memoratus fuit, qui illius, unde stirps profluxit, prænomen usurpavit. Deinde *L. Servilium* Hearnii L. 1. *C. Servilium* Lov. 1. Memoratur circa hæc tempora et C. et Cn. Servilius, prior ex familia Geminorum prætor

Digitized by Google

fit XXVIII. 10. consul XXIX. 38. et diu superfuit: posterior præturam obtinet XXVIII. 38. consulatum XXIX. 38. Quum itaque in prænomen *Cnæum* consentiant reliqui codd. id etiam retinui. Tandem partim *P. Julium*, partim *P. Vilium* codd. sollemni errore. Vide ad XL. 44. § 1. Verba *et P. Villium* desunt in Voss.

§ 6 *Ut inde, si res posceret, in Macedoniam trajiceret; et ut M. Fulvius*] Vocula *ut* utroque loco deest in omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. Frobeniana 1535. antiquioribus. Contra paullo post, ubi nunc editur *et cum imperio esset*, editiones ante Modium exhibent *et ut cum imperio esset*, quam lectionem firmant insuper Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. Quemadmodum prioribus locis vocularn ejicere ausus non sum, ita ultimo Modium sequi nolui, sed eam librorum auctoritate restitui. Crevierius etiam eam primo loco, concinente Victor. deleri, ultimo addi malebat, quia ibi novum memoratur senatusconsulti caput, et ad eumdem hominem non pertinens. Præterea *si res poscerent* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Classem navium triginta mitteret] Ms. *Fulvius pr. classem navium viginti mitteret a. t. S. o.* itemque rursus paulo post cap. seq. eædem membranæ constanter habent, *Oppius is erat, qui classem viginti navium in Siciliam duxerat*; ubi item in edd. omnibus est *qui classem triginta navium*. Modius. *Navium XX.* vel *navium viginti*, præter cod. Mog. non tantum hic legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. sed etiam cap. seq. § 6. ubi prioribus accedit Harl. Ea autem lectio inde firmari potest, quod L. Valerius, qui hoc anno prætor Siciliam sortitus est, anno sequenti, prorogato imperio, Siciliæ maritimam oram 'viginti navibus longis' custodire jubetur XXXVI. 2. et quidem forte illis navibus, quas hoc anno Oppius in Siciliam duxit.

§ 7 *Qui priore anno ædilis plebis fuerat*] *Priori anno* Lov. 5. et ed. Camp. Deinde *ædilis plebeius* Voss. et Lov. 6. Tum prænomen Valerii *L.* deest in Lov. 3. Vox *collegæ* in Voss.

§ 8 *Ad eum exercitum, quem haberet, &c. scribere eum*] *Ut ad eum exercitum, quem haberet, &c. scriberet* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. 2. *ad quem haberet, &c. scriberet* Voss. *ad exercitum, quem haberet, &c. scriberet* Lov. 1. *ut ad eum exercitum, quod haberet, &c. scriberet* Mead. 1. *ad eum exercitum, quem haberet, &c. scriberet* Lov. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Frob. 1535. quæ vulgatam lectionem prima exhibuit.

Tumultuariorum militum ad duodecim millia pedites, et quadringentos equites] Si toleres, omnino scribendum *peditum*. Sed videtur τὸ *pedites* additamentum esse iniatum ab iis qui nesciebant per vocem *milites* hos intelligi. De quo jam pluries et plusculis monitum. Malim ergo, *tumult. mil. ad duodecim millia, et quadr. equites scribere eum*. J. F. Gron. *Militum duodecim millia* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. Primi Moguntini τὸ *ad* ex cod. suo addiderunt. Tum vulgatam lectionem *pedites* adversus Gronovium defendere conatur Periz. ad Sanctii Min. IV. 8. p. 709. iisdem rationibus, quas recensui ad cap. 20. § 5. Ejus loco *milites* est in Harl. Reliqui omnes nostri cum Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parm. eamdem vocem plane expellunt. Gronovio igitur adsensus expunxi. Præterea *et CCC. equites* Lov. 1. Conjunctionem *et* ignorat Voss. Mox *quæ vergeret* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. Sed *qua* Frob. 1535. substituit. Infra XXXVIII. 4. 'Urbs, qua murus vergit in campos et flumen, occidentem spectat.' c. 38. 'Usque ad jugum, qua in Lycaoniam vergit.' Vide ad X. 14. § 4.

Digitized by Google

§ 9 *Sed etiam ex circumjacentibus insulis habuit: oppidaque omnia*] Τὸ *etiam* deest in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Gaertn. Vide ad II. 6. § 1. Tum *oppida omnia* Lov. 5. et edd. priscæ. Moguntini ex cod. suo substituerunt *oppidaque omnia*, quod reliqui scripti nostri probant. Paullo ante *Tum delectum* Lov. 6. et Harl. Vide ad IX. 35. § 7. *Tum dilectum* Voss. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 10 *Hellespontum cum exercitu transisse*] Præpositionem *cum* neglegit Voss. quam neque requirerem, si plures codd. accederent. Liv. IX. 13. 'Priusquam alter consul victore exercitu advenit:' ubi etiam turbant Mss. XXXVI. 12. 'Consulem jam legionibus mare trajecisse:' ita unus cod. reliqui, ut vulgo editur, *jam cum legionibus*. c. 26. 'Omnibus copiis in Asiam trajicere.' Tacit. Ann. XV. 7. 'Duabus legionibus Armeniam intrat.' Vide ad I. 14. § 7. et XXII. 9. § 5. Quia tamen alii omnes vulgatum defendunt, τὸ *cum* haustum puto ab ultima syllaba vocis præced. Vide ad X. 1. § 5. XXVIII. 12. § 6. et alibi.

Ætolos ita se parare] Ita Frob. 1535. ex cod. Mog. vulgavit; quod etiam superfuisse videtur in Lov. 1. et 4. Sed Lov. 5. et principes excusi dederunt *et se parare Ætolos*: sequentes *et sperare Ætolos*, vel *et ita se parare Ætolos*. Variant etiam reliqui codd. *et Ætolos ita sperare* legunt Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. *et Ætolos ita separare* Mead. 2. *et Ætolos ita se parare* Voss. Lov. 2. 3. 6. et Harl. quod recepi. In cod. enim Mog. prima syllaba vocis *Ætolos*, sive, ut Indocti librarii scribebant, *Etolos*, elisit votalam præcedentem *et*. Alia exempla vide ad XXXII. 34. § 7. et apud viros doctos ad Suet. Cæs. cap. 13. Mox *in marinis*, pro *in armis*, margo Voss. *marinis* Lov. 1. et 5.

§ 11 *Ædes liberæ Attalo ac lautia decreta*] Vet. lib. *ædes liberæ, locus, lautia decreta*: ut XXX. 17. 'Ædes liberæ, loca, lautia, legatis decreta.' *Sigon.* Eadem lectio est in Lov. 1. 3. 4. et Mead. 2. Reliqui codd. eodem ducunt: *ædes liberæ, locus, lauticia decreta* legit Voss. *ædes liberæ, locus, lauticiæ decreta* Lov. 5. et ed. Camp. *ædes liberæ, locus, lauticia decreta* Lov. 2. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Neque aliter reliquæ edd. principes, nisi quod præferant *loca*. Lectionem a Sigonio ejectam inveni demum in ed. Aldina. Vide viros doctos ad XXVIII. 39. § 12. et XXX. 17. § 14. Paullo ante *Eumeni præsenti et absenti Attalo* perperam Lov. 4. et Mead. 2.

Munera data quina ambobus equestria arma, et vasa argentea C. pondo] Antiq. scriptura *equi duo, bina equestria arma, et vasa argentea C. pondo, et aurea XX. pondo*. Gelen. *Jugera data* Hearnii L. 1. Tum *qua boum equestria arma* Voss. *quina equestria arma* Hearnii L. 1. *quina bouus equestria arma* Lov. 1. *quina boum equestria arma* Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. antiqq. *quina ambobus equestria arma* substituit Ascens. 1513. Sed veram esse Gelenii emendationem, certe ejus partem, ex Prisciano constat, qui in lib. de Ponder. pag. 1353. agens de dispertivis numeris, ex Livii XXXV. hunc locum innuens, laudat *bina equestria arma*. Ultima verba, *et aurea viginti pondo*, quæ desunt in omnibus membranis meis, Hearnii L. 1. editisque vetustis, et Frob. demum 1535. ex mente Gelenii recepit, exciderant ob vocis *pondo* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

CAP. XXIV. § 2 *Itaque senatusconsultum factum est, ut M. Fulvius prætor literas extemplo*] *Itaque ergo factum est* Lov. 1. Vide ad XXII. 10. § 1. Tum *ut inde Fulvius* Voss. et Lov. 1. Vide ad IV. 52. § 4. *Extemplo* exsulat a Lov. 1. Mox *mittere* et *fieri* Voss. Antea § præc. τὸ *est* non adparebat in Voss.

§ 3 *Et ex itinere præmittere edictum, quo comitia consulibus creandis ediceret*]

Digitized by Google

Vocula *et* neglegitur in Lov. 6. Tum *praetermittere edictum* Voss. et Lov. 1. Hinc *quod* Lov. 1. 3. et 6. Tum *comitia consulibus ediceret* Voss. *comitia consulibus creandis ediceretur* Harl. Vide ad XXXIX. 22. § 8. In verbis seqq. *Parvi his literis consul*, dubium non fuisset Doujatio, utrum L. Quinctius, an Cn. Domitius indicaretur, si ex c. 20. meminisset, L. Quinctio evenisse Galliam provinciam et comitia habenda.

§ 4 *P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulsam tulerat, et L. Cornelius Scipio, et Cn. Manlius Vulso*] *P. Cornelius Scipio, M. Fulvius, qui priore* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *P. Cornelius, C. Fulvius Scipio, qui priore* Lov. 1. *P. Cornelius et Cn. Scipio, ejus filius, qui in Hispania periit, et qui priore* Lov. 2. *P. Cornelius Cn. Scipionis filius, qui in Hispania periit, et qui priore* Lov. 6. Tum voces *qui priore anno repulsam tulerat* non adparent in Mead. 1. et Gaertn. neque sequentia *et L. Cornelius Scipio* in Lov. 2. et Mead. 2. At *P. Cornelius Cn. F. Scipio, et Cn. Manlius*, reliquis omissis, Harl. *P. Cornelius, Cn. Manlius* Hearnii N. Paullo ante *Eoque anno* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Vide ad v. 27. § 1. Deest insuper vocula *quod* in Lov. 1. quae etiam omitti posset, si idem vellent reliqui codd.

§ 5 *Additus ei de plebe collega M'. Acilius Glabrio*] *Additur* Voss. et Lov. 1. ac 6. quod quum Moguntini se etiam in suo cod. invenisse testentur, recipiendum putavi. Tum *M. Atilius* Lov. 1. et 3. *M. Attilius* Voss. Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Vide ad XXVII. 4. § 10. XXXI. 50. § 5. et alibi saepe. *M. Acilius* Lov. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. quod, a sequentibus editoribus in *M. Attilius* mutatum, revocavit Frob. a. 1535. et servarunt posteriores usque ad Gruter. cujus ultima dedit *Manius Acilius*, forte ex Piglio, qui in Annal. ad a. IDLXII. p. 280. fere ubique ei corrupte 'Marci' praenomen tribui monuit.

§ 6 *M. Junius Brutus, A. Cornelius Mamula, C. Livius*] Junii cognomen *Brutus* exulat ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiqq. quod Moguntini ex cod. suo addiderunt. Recte. Est enim is, qui tribunus plebis memoratur XXXIV. 1. et consul XL. 59. Deinde *L. Cornelius* codd. mei, Hearnii L. 1. N. et edd. vett. Primus Frob. 1535. *A. Cornelius* dedit; nescio tamen utrum ex cod. an ex ipso Livio, apud quem XXXVI. 2. constanter id ei praenomen tribuitur. Vide ad XXXVII. 48. § 5. Tum *Mamula* Lov. 3. 5. et edd. antiqq. *Mamnula* Lov. 6. *Mamilla* Voss. et Lov. 1. Hinc *L. Livius* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *C. Livius* ex cod. Mog. reposuit. Adsentiuntur reliqui nostri, nisi quod *Gneus Livius* sit in Lov. 2. *C. Livius* in Mead. 2. Pariter fere errant quidam codd. XXXVII. 25. § 13. Mox *Salinatori* malebat Gronov. ad 1. 1. § 4. Sed codd. nihil mutant, nisi quod ineptus monachus *Salvator* dederit in Lov. 1. Praeterea *classem XX.* vel *viginti, navium* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et cod. Mogunt. Vide ad cap. praec. § 6.

§ 7 *M. Bæbius a Brundusio*] *Cn.* vel *Gn.* vel *Gneus Bebius* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. principes. *C. Bebius* Lov. 1. et cod. Mog. At ed. Mog. *M. Bebius*, quod et in Lov. 3. fuisse videtur, unde nihil notatum video. 'Marci' praenomen tribuitur illi praetori, qui, primo Hispaniam citeriorem sortitus, mox senatusconsulto plebisque scito Bruttios accepit, ex Bruttiis autem ad Tarentum et Brundusium legiones promovere jussus est. Vide capp. 10. 20. 28. Tum *a Brundisio* Lov. 1. 4. et Mead. 1. Vide ad XLII. 17. § 2.

Transire in Epirum est jussus, et circa Apolloniam copias continere] At-

Digitized by Google

qui 'Apollonia' in Illyride Græca erat, non in Epiro. Verum neque Livius dicit eam in Epiro fuisse; cujus verba ita accipi possunt, eum ex Epiro Apolloniam progredi jussum fuisse. Illud difficilius explicatu videtur, quod hic 'Epirum,' et XXXVI. 1. 'Macedoniam' nominat: 'Quem (exercitum) M. Bæbius prætor anno priore in Macedoniam trajecisset.' Utrum has ideo permutare potuit, quod jam olim partes quædam Epiri, Orestæ, Pelagones, Elimiotæ Macedoniæ adjectæ fuerant, ut auctor est Strabo VII. p. 434? e quibus Pelagones et Elimiotas ex divisione Paulli Æmilii in quarta regione Macedoniæ fuisse, scribit Livius XLV. 30. An, quod, postquam transmarinæ illæ regiones in potestatem Romanorum venerant, Epirus provincia Macedonia continebatur? ita enim ex orat. Cic. in Pison. cap. 40. colligit Manut. ad Cic. Fam. Ep. XIII. 18. etsi ex eadem epistola observat Epirum partem Achaiæ provinciæ fuisse, quo tempore Ser. Sulpicius ab Julio Cæsare post Pompeium victum Achaiæ præpositus erat. Quidquid est, constat ætate Livii appellationem Macedoniæ late patuisse, adeo ut ea etiam Illyricum et Epirus comprehensæ fuisse videantur. Suet. Cæs. c. 25. scribit, Cæsarem, a Brundusio in Macedoniam transgressum, Pompeium quatuor fere menses obsedisse. Sed Cæsar classem ad terram 'Cerauniorum,' quæ initium 'Epiri' est, appulit, atque inde Orico Epiri, Apollonia, Byllide, Amantia Illyridis, totaque Epiro in deditionem acceptis, Pompeium apud Dyrrhachium obsedit. Cæsar B. C. lib. III. capp. 6. 11. 12. Adde Casaub. ad Suet. l. d. *Duker. Transire imperium* Voss. *transire in Pirum* Lov. 1. Mox § seq. copula *et* deest in Lov. 1. 2. 3. et Harl. Tum *C. Fulvio* Lov. 1. Præterea *prætore* Lov. 5. Mead. 1. et ed. Camp. Hinc *quinqueremes naves quinquaginta* Lov. 1.

CAP. XXV. § 2 *Et, infestus Achais*] Ms. *et, infensus Achaïs, quod*, &c. Modius. *Infestus* Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gronov. qui a. 1666. *infensus* ex Mog. cod. recepit, quod etiam in Voss. fuisse videtur. Ex eo enim nihil in excerptis notatur. Sæpe librarios has voces commutasse, vidimus ad II. 46. § 7. Paullo ante *Nobis vero jam non* Lov. 2. Vide ad XXI. 13. § 2. *Nobis non* Lov. 6. *Nobis nam now* Lov. 1. Tum *in Cisheli* Voss. *Acheum* Lov. 1. *Chiteum* Lov. 3. *Citeum* Lov. 4. *Citheum* Lov. 6. *Cithium* Mead. 2. *Gytheum* Lov. 5. Gaertn. et edd. antiqq. Vide ad c. 12. § 8. et hoc cap. § 11. Mox *parmiserunt* Voss. Cap. 13. 'Auxilium ad Gythium miserunt.' Hinc *agros circumvastabat* Lov. 3. in contextu, altera lectione margini adscripta.

§ 3 *Non antea ausi copessere bellum, quam ab Roma*] Puto scribendum esse *non ante ausi*, et *a* temere fini vocis *ante* ex capite sequentis adhæsisse. Video quidem aliquot loca Livii et Ciceronis pro *antea quam* proferri; sed in quatuor edd. Livii, quas vidi, XXXVIII. 25. et XLII. 47. et in Lambini, Gruteri, Grævii, et Gronovii edd. Ciceronis pro Rabirio Perduell. Reo c. 9. Epist. Fam. X. 16. et XI. 13. est *ante quam*, non *antea quam*. Et in iisdem ad Att. III. 24. 'Antea, cum ad me scripsissetis, vestro consensu consulum provincias ornatas esse:' non *antea quam*, ut male in quibusdam Mss. et lexicis. Uno tantum loco Cic. in omnibus his edd. est *antea, quam* Epist. Fam. III. 6. 'Te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse:' sed ibi quoque unus Ms. in Var. Lect. Grævii habet *ante, quam*, quod non dubito præferre. *Duk.* Omnes nostri vulgatum servant, præter Gaertn. qui *non ausi antea* legit. Tum *a Roma* Voss. Lov. 1. et Gaertn. Mox *quid placeret ea-*

Digitized by Google

natui Voss. Insuper § seq. *Sicyone concilium indixerunt* Voss. Non sequor. Vide ad XLI. 5. § 7.

§ 6 *Alii utendum ejus, quem ipsi consuluissent, consilio*] *Utendum eis, quæ ipsi consuluisset consilio* Harl. *utendum ejus*, vel *eis, quod ipsi consuluissent*, vel *contulissent, consilium* edd. antiqq. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo receperunt, quod vulgo exstat, consentientibus reliquis meis. Paullo ante *Quum primum alii* Voss. Insuper § præc. *cunctationem fecerunt* omnes Mss. nostri, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. dedit *injecerunt*. Præterea in verbis mox seqq. *multitudo, &c. exspectabant* Lov. 1. Vide ad VI. 19. § 7. Reliqui tamen vulgatum tuentur.

§ 7 *Et prudentia et auctoritate antecibat*] Buslid. et Voss. *et providentia*. J. F. Gron. Similiter Lov. 1. 6. et Crevierii Victorin. Vide ad XXV. 34. § 7. Sæpius ita variarunt librarii. Vide Haverk. ad Oros. I. 1. et Oudend. ad Front. Præf. Strateg. ubi etiam vocem hanc inlustrarunt.

Is præfatus, Bene comparatum apud Ætolos esse, ne prætor] Immo *apud Achæos*. Neque enim Ætolorum erat ille mos præcipuus, sed omnium fere liberorum populorum. Sic Romæ neque consul in curia dicebat, neque prætor in foro ferebat sententiam. Sed nec Ætolorum consuetudo poterat liberare Philopœmenem ab officio fungendo: nisi offensam civium, in caussa gravissima, non patriam, sed gentis Achæis invisissimæ rationem ineundo, indubitatam contrahere vellet, præsertim quum exspectaretur, et oculos omnium in se convertisset: quid enim propius, quam ut responsaretur, quid illi cum Ætolis? prætorem Achæorum esse: agere patrio more debere. *J. F. Gron. Is profecto bene comparatum apud Ætolos esse ait, ne prætor* Lov. 5. et edd. principes usque ad Aldum, qui id, quod nunc vulgo circumfertur, ex cod. Mog. adscivit. Conspirant reliqui mei, nisi quod *profatus* sit in Voss. *præfectus* in Lov. 1. deinde *compererat* in Vossian. *præparatum* in Mead. 2.

§ 8 *Adnixurumque, ut, quantum in consilio*] *Annisurumque* Lovel. 2. 4. Gaertn. et Mead. 2. Vide ad II. 50. § 9. *Admissurumque* Voss. et Lov. 1. Vide ad IV. 43. § 5. Tum *ut quam in consilio* Mead. 2. *unquam cum in consilio* Voss. qui etiam mox *penderet*, pro *pæniteret*, præfert. Paullo ante vox *Prætorem* exsulat a Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm.

§ 9 *Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit*] *Ea plus ratio* Lov. 6. *Ea ratio non minus* Lov. 3. *ratio* etiam Lov. 1. 2. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo Moguntt. ex cod. suo dederunt *oratio*, concinentibus Voss. Lov. 4. et Harl. Ita sæpe peccarunt librarii. Vide ad V. 55. § 1. IX. 23. § 14. XXXIV. 40. § 4. XXXVI. 6. § 4. c. 8. § 1. Adde Sigon. ad XLII. 40. § 11. Gronov. ad XLV. 21. § 6. Burm. ad Suet. Claud. c. 38. Cort. ad Sall. Jug. c. 22. ad Plinii Ep. II. 11. et Walcker. ad Cic. de N. D. III. 40. Tum *ad concitandos* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *incitandos*, præeunte cod. Mog. recepit. Neque aliter reliqui codd. mei, nisi quod *incitandas* sit in Gaertn. *ad bellum animos habuit* etiam Lov. 3. Mox *rem gerendi* Lov. 1. 3. 6. et Voss. de qua locutione vide ad X. 43. § 6. Sed in vulgatum consentiunt reliqui, quos sequor.

§ 10 *Tempus et ratio administrandi ejus libera prætori permissa sunt. Philopœmen, præterquam*] *Et tempus et ratio administrandi* Harl. *et ora ministrandi*, reliquis omissis, Lov. 1. *ministrandi* etiam Voss. Deinde *prætori permissa Philopœmeni sunt. Præterquam* omnes codd. et edd. principes, nisi quod *premissa* legat Lov. 1. *sunt* dasit in Gaertn. *Philopœmene* præferant Lov. 4. et Mead. 1. *Philomene*

Digitized by Google

Mead. 2. *Philomeni* Lov. 5.

§ 11 *A mari Gytheum tueri posset*] Sic semper apud Livium. Ptolemæus et Plutarchus *Gythium* ubique vocant. *Sabell.* In ea voce hic et § seq. variant eodem fere modo codd. quo hoc cap. § 2. et alibi sæpe notavimus. *Gythium* ubique in Livio recepit ed. Gronov. 1665. Sed, *Gythium* et *Gytheum* dici recte posse, contendit Cluver. Geogr. Ant. II. 13. p. 768. quia Græci extulerunt Γύθιον et Γύθειον. Vide etiam Meurs. Miscell. Lacon. IV. 6. et Crag. de Rep. Lac. IV. 5. Præpositionem autem *a*, quam Aldus addidit ex cod. Mog. ignorant Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante *et ita existimabat* Lov. 5. et edd. principes: *et ipse existimabat* Moguntini ex cod. suo ediderunt, concinentibus reliquis scriptis nostris.

§ 12 *Metuens, ne dilationem res non pateretur*] *Dilationem* omittit Lov. 6. particulam *non* Gaertn. *res non pateretur* legit Lov. 6. Mox *non Gytheum solum debellationem* Harl. Tum *missum admitteretur* Gaertn. *admitteretur* etiam Mead. 1.

Cap. XXVI. § 1 *Ad prohibenda, si qua obsessis mari submitterentur, præsidia*] Monuit ὁ πάνυ in pr. nott. ed. membranas Barber. et Pet. legere *ad prohibendum, si qua obsessis mari submitterentur præsidia:* et, si ita distinguas, habere, quod ei lenocinetur. Verum et ipse in curis secundis omittendo tacite damnavit, et nullius meorum ei adsentitur.

Lembos treis isque] Lege *lembos pristeisque.* Gelenius. *Lembos trisque* Lov. 1. 4. et Voss. *tres lembos isque* Lov. 6. *lembos tres isque* Lov. 3. *lembos tris quæ* Harl. et Mead. 2. *lembos tris isque* Lovel. 2. 5. Mead. 1. et Gaertn. Sed verum vidit Gelenius. 'Pristis' autem, secundum Nonium ea voce, est 'navigii genus; a forma pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti.' Serv. ad Virg. Æn. v. 116. vel a tutela depicta, vel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα ita dici censet. Ejusdem generis naves memorat Liv. XLIV. 28. 'Adjectæ ad hunc numerum quinque pristes erant.' Polyb. XVI. 1. Λέμβοι δὲ σὺν ταῖς πρίστεσιν ἑκατὸν καὶ τεσσήκοντα· et alibi. Insolita voce offensi librarii facillime errare potuerunt. Vide Gronov. Obs. I. 18.

§ 2 *Harum ut novarum tum navium agilitatem experiretur, simul omnia*] Ita Gronov. ex scriptis et primis edd. dedit, ut monuit in pr. nott. ed. Neque aliter codd. nostri, nisi quod *tamen* pro *tum* sit in Mead. 1. *agilitate* in Harl. Aldus ex cod. Mog. vulgarat *Harum novarum tum navium agil. ut exp., simul ut omnia:* quod ad Gronov. usque editores servarunt. Quum autem utraque lectio commodum sensum præbeat, optimum cod. Mog. sequi malui. Præterea Gronov. ex iisdem libris mox *provectos*, pro *profectos*, restituit, et Livii ac Virgilii exemplis firmavit. Sed *profectus* error est operarum, primum in Basil. ed. 1539. commissus, quem patientius, quam par est, sequentes editores tulerunt.

Remigem militemque simulacris navalis pugnæ exercebat] Hæc optima integerrimi cod. Mog. lectio est, quam recte Aldus recepit, et firmat locus geminus Livii, a Gronovio in pr. ed. nott. ad verba præcedd. laudatus, ex XXVI. 51. 'Remigium classicique militem, tranquillo in altum evecti, agilitatem navium simulacris navalis pugnæ experiebantur.' Antea edebatur *simul Achaïs navibus pugnam exercebat:* neque aliter codd. nostri, nisi quod *sic Achaïs navibus* legat Lov. 6. Tum *ad pugnam exercebat* Lov. 1. *pugnam exerebat* Voss. *pugnam exercebant* Gaertn.

§ 3 *Quemvis clarorum imperatorum vel usu vel ingenio*] *Clarissimorum imperatorum* Lov. 3. Tum priorem vocalem *vel*, quæ exulabat ab omni-

Digitized by Google

hus nostris, Hearnii L. 1. et edd. prioribus, Aldus ex Msto Mog. interposuit. Posterius *vel* deest in solo Lov. 3. Mox *rudis ire navalis erat*, pro *rei navalis*, Mead. 1.

§ 4 *Externorum etiam omnium, &c. militaverat, ignarus. Navis erat quadriremis vetus, capta*] Voces *ignarus. Navis erat* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et utroque Mead. tantum voces *Navis erat* in Gaertn. *omnium ignarus, &c. militaverat: quadriremis vetus, capta* legit Harl. *ignarus omnium, &c. militaverat: quadriremi vectus capta* Lov. 5. et ed. Camp. Neque aliter reliquæ edd. vett. nisi quod *omnium ignarus* præferant: *omnium, &c. militaverat, ignarus: quadriremis vetus capta* cod. Mog. quod Aldus recepit, et locum, ut nondum sanum, asterisco notavit. In Frob. demum ed. 1531. additis duabus vocibus *Navis erat*, vulgatum vidi, ut nunc ubique exstat.

§ 5 *Capta annis octoginta ante*] Hic locus quibusdam in codd. totus erat corruptus, in aliis restitutus, ut nihilominus hæreas. Nec id mirum; nam historia illa de Cratero ac ejus uxore *Nicæa*, aut, ut alii habent codd. *Nicala*, obscura est. *Glar. Quadraginta* legendum ex Plutarcho, qui meminit hujus navis in Philopœmene p. 364. his verbis: ἀλλὰ καὶ ναῦν τινα παλαιὰν μὲν, ἔνδοξον δὲ δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσεν. *Sigon.* Si verus hic numerus [*octoginta*], Craterus foret Demetrii Poliorcetæ filius, Gonatæ Antigoni frater, cujus meminit Plutarchus περὶ Φιλαδελφ. p. 486. Prologus XXVI. Trogi Pompeii, et Phlegon Trallianus περὶ Θαυμασίων c. 32. Ab ejus ætate ad hæc tempora facile tot annos colligas. Sigonius ex Plutarcho *quadraginta*. Omnes ante Aldum *annis octo ante*. J. F. Gron. De Cratero, Alexandri M. duce, et Nicæa, Antipatri filia, intelligi non potest: nam interjecti sunt anni ferme CXXX. et Nicæam illam non Cratero, sed Perdiccæ, nupsisse, auctor est Diodor. Sic. XVIII. p. 640. Craterum Antigoni Gonatæ fratrem vocat Prologus Trogi lib. XXVI. Plutarchus et Phlegon tantum Antigoni, non addito cognomine, fratrem. De ejus uxore Nicæa nihil alibi proditum inveni. Sed si hic Craterus, Antigoni Gonatæ frater, designatur, vix mendo vacare potest locus Plutarchi in Philopœm. ναῦν τινα παλαιὰν, &c. δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσε. Gonatas enim jam quinquaginta annis ante hoc tempus diem obierat, quum annos triginta sex regnasset, Ab Antigoni Dosontis principio ad a. IDLXI. anni sunt circiter quadraginta. *Duk.* Τὸ *ante* deest in Lov. 1. *LVX.* pro *LXXX.* Hearnii N. *annis ante XXX.* Lov. 6. a m. pr. *annis ante octoginta* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn. *annis ante octo* Lovel. 5. et edd. principes, pro quo Aldus *annis ante octoginta*, Froben. 1531. *annis octoginta ante* dederunt. Mox *Cratini uxorem* Vossian. *Cratari uxorem* Lov. 3. Hinc *Vitalem* Lov. 3. *Vicalliam* Lovel. 6. *Nicolam* Lov. 2. *Nitalam* Hearnii L. 1. *Nichalam* Gaertn. *Nicalam* Voss. Lov. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Hearnii N. et edd. vett. *Nicæam* Frob. 1531. ex cod. Mog. Cujus loco quum Curio corrupte *Nicælam* edidisset, idque reliqui servassent, Dan. Heinsius in ed. Elzev. *Nicæam* revocavit. Denique *a Naupatho* Hearnii L. 1. *a Naupacto* Voss. Lovel. 1. 5. Gaertn. Hearnii N. et edd. usque ad Gronov. qui *ab Naupacto* substituit, probantibus aliis meis.

§ 6 *Fuerat enim nobile in classe regia quondam navigium*] Ita Frob. ed. 1531. Antea vulgabatur *motus venit, et nobilem in classe regia quondam navium*, vel *navim*, vel *navem:* quod præfert etiam Lov. 5. a quo reliqui in paucis tantum apicibus differunt, nisi quod tamen *enim* pro *et*, ac *navigium* servent.

Deduxi ab Ægio patrem eam admo-

Digitized by Google

dum] Vet. lib. *patrem jam admodum*. Sigon. Lectio, quæ Sigonio displicuit, primum inveni in Frob. 1531. Omnes nostri etiam *jam* tuentur.

§ 7 *Ac tum prætoria nave*] Ex vet. lib. legendum est *Hac tum*. Veterem enim navem pro prætoria usurpatam a Philopœmene ait. *Sigon.* Ita non tantum omnes codd. sed et edd. præter Basil. 1554. et 1555. quæ, omissa adspiratione, *Ac* dederunt. Ita sæpe librarii in Mss. lapsi sunt. Vide ad I. 37. § 1. III. 37. § 8. V. 51. § 4. VI. 14. § 4. c. 42. § 3. VII. 2. § 11. c. 4. § 6. c. 10. § 3. VIII. 6. § 5. X. 32. § 7. XXXV. 31. § 11. Adde Cortium ad Plinii Ep. V. 6. § 19. Sunt plures voces, quæ addita vel detracta adspiratione inter se commutantur in scriptis Livii. Ita 'hora' et 'ora;' vide ad V. 37. § 2. 'hominis' et 'ominis;' vide ad X. 11. § 2. 'habeamus' et 'abeamus;' vide ad XXII. 59. § 19. 'haud' vel 'haut' et 'aut;' vide ad XXVIII. 2. § 11. 'honerare' et 'onerare;' vide ad XXXVI. 40. § 9. 'hostium' et 'ostium;' vide ad XXXVII. 13. § 8. 'his' et 'is;' vide ad XXXVIII. 16. § 6. 'hesternus' et 'externus;' vide ad XL. 14. § 2. Alia his addi possent. Sed hæc sufficiant. Vide etiam quæ notavi ad Silii II. 125.

Patrensis Piso] Lege *Patrensis Tiso*, non *Piso*. Gelenius. *Piso* perperam servant omnes nostri, et Hearnii L. I. *obcurrunt* Lov. 5. et edd. ante Aldum. Vide ad X. 12. § 4. Deinde § seq. *per se ipsam* Lov. 3. et 6. Vide ad II. 19. § 5. Tum *omnis compagibus* Lovel. 1. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Vide ad XXI. 60. § 7.

§ 9 *Cetera classis, prætoria nave amissa, quantum quæque remis valuit, fugerunt*] Ms. *quantum quæque remis valuit, fugit:* non multum refert, utro modo legas. *Modius. Fugit* Lovel. 5. et edd. principes: non erat igitur caussa, cur docti Moguntini, se ita in cod. suo invenisse, notarent; quum non aliter ad eos usque editum sit. Puto igitur eos facili errore ex incuria nato lapsos adnotasse *fugit*, quod in editis exstabat, loco lectionis, quam in cod. invenerant. Ferme similiter eos peccasse, vidimus ad cap. 21. § 6. Videtur autem in Mog. cod. lectum fuisse *fugerunt*, quia Gelenius, qui eo cod. usus est, ita apud Frob. en. 1535. edidit, neque reliqui nostri aliter præferunt, nisi quod *effugerunt* sit in Gaertn. Non multum refert, utro modo legas, *fugit* an *fugerunt*, pronunciat Modius. Id verum esse fateor, quod ad sensum adtinet; non tamen ad stilum Livii et rationem scribendi, qua delectatus est, deprehendendam. Certe vocem *classis*, quæ plures naves unam classem efficientes, vel plures milites in classe merentes indicantur, tamquam collectivum cum verbo plurali infra construit, si vera est quorumdam codd. lectio, XL. 26. 'Imperatum, ut classem duceret in Ligurum oram, si quo usui esse possent:' ubi tamen alii cum vulgatis *posset*. Ut autem puteat, nihil Livio familiarius esse, quam ut collectivum singulare cum verbo plurali construat, quædam exempla breviter memorabo. Ita 'plebs amitterent' ad II. 5. § 2. 'exercitus fuerant' ad III. 28. § 2. 'miles contulerant' ad III. 42. § 5. 'civitas gererent' ad IV. 32. § 2. 'senatus cogitaverant' ad IV. 58. § 4. 'manus transcendissent' ad lib. V. c. 35. § 1. 'gens compleverant' ad V. 37. § 8. 'pars fugerent' V. 38. § 5. 'turba minabantur' VI. 17. § 6. 'multitudo viderint' VI. 19. § 7. 'ingens vis hominum concurrunt' ad VIII. 28. § 6. 'globus increpabant' ad VIII. 32. § 13. 'eques abstinerent' ad VIII. 38. § 5. 'omne nomen Etruscum peterent' ad IX. 41. § 6. 'populus inibant' ad X. 13. § 11. 'juventus obsistebant' ad XXI. 7. § 7. 'hostis superant' ad XXI. 41. § 15. 'Pœnus habebant' XXI. 50. § 3. 'nobilitas poterant' ad XXVI. 12. § 8. 'acies

Digitized by Google

perturbant' XXVII. 12. § 15. 'Castulo defecerant' ad XXVIII. 19. § 2. 'præsidium descenderent' ad XXXII. 32. § 4. 'frequentia obsederunt' XXXIV. 8. § 2. 'collegium juberent' ad lib. XXXVI. 3. § 8. 'legatio venissent' ad XXXIX. 33. § 5. 'equitatus procucurrissent' ad XL. 30. § 5. Plura similia ex Sallustio conlegit Cort. ad Jugurth. c. 28.

Ipse Philopœmenes] Ita ubique contra fidem veterum codicum legitur, quum *Philopœmen* legendum sit. *Gelenius.*

In levi speculatoria nave fuit] Lege *in levi piscatoria nave fugit.* Ita enim majus periculum Philopœmenis ostenditur. *Sigon.* Non admittendam puto hanc conjecturam, quamquam ab ano Ms. apud Hearnium confirmatam: nam non debet is valere contra tot alios, in quorum lectione nihil absurdi est. Naves piscatorias non solent esse in iis locis quibus prœlium navale committitur: in classibus autem 'leves speculatorias naves' fuisse, notum est. *Duk. Piscatoria* omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Alterum Aldus ex Msto Mog. recepit, et recte Duk. contra Sigonium tuetur. Contra *fuit*, quod est in Lov. 1. 3. et Aldus ex iisdem membranis admisit, bene Sigon. in *fugit* mutavit, ut erat in prioribus excusis et reliquis Mss. Solent autem hæ voces in Mss. confundi. Vide ad XXVII. 32. § 6.

Nec ante fugæ finem, quam Patras ventum sit] Aut delendum τὸ *sit*, aut *ei* substituendum sive *est*, sive *esset*, sive *fuit*. J. F. Gron. *Ventum est*, in Victor. cod. superesse Crevier. testatur, idque ex meis servat Lov. 6. quorum fide recepi.

§ 10 *Eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, breve id tyranno gaudium se*] De constructione, *in ea re, quorum*, vide ad XXXIV. 58. § 4. *Usu valeret* Lovel. 6. quod ex interpretis expositione natum est: *caleret* Harl. *incaleret* Lov. 1. Pari errore 'calidus' et 'callidus' in Mss. confundi, videbimus ad cap. 32. § 12. De regimine hujus verbi vide Barth. ad Sulpiciæ Satyr. vs. 10. et Burm. ad Petron. Satyr. c. 134. Tum *bene id tyranno gaudium se effecturum* Gaertn. *breve id gaudium tyranno se gaudium effecturum* Voss. *se gaudium effecturum* etiam Lov. 1. et 6. *gaudium effecturum* sine pronomine Lovel. 3. *gaudium se affecturum* Lovel. 5. et ed. Camp. Paullo ante *militantis viri* Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Deinde *et experti casus* Lov. 6. a m. pr. *et experti varios casus* a m. sec.

CAP. XXVII. § 1 *Nabis, quum prospera elatus re, tum spem etiam haud dubiam nactus*] *Nabis tum spem jam haud dubiam nactus* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. *Nabis tum spem haud dubiam nactus* Lov. 1. 3. 5. 6. Voss. Gaertn. Hearnii L. 1. et priscæ edd. *Nabis cum prospere latus, tum etiam haud dubiam nactus* cod. Mog. unde sagaciter Aldus lectionem, quæ nunc vulgo exstat, exsculpsit. Mox *nihil jam mari periculi timens, terrestres* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *jam nihil mari periculi timens, et terrestres* Lovel. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Hic iterum Aldus vulgatum ex Mog. Msto recte recepit. An insuper legendum *opportune obpositis præsidiis?* Vide ad XXIII. 20. § 4.

§ 2 *Ad Pleias posuit castra. Inminet is locus et Leucis et Acris*] *Pleias*, locum in Laconica, non memini me usquam legere. 'Leucam' quidem agrum in Laconica ponit Strabo VIII. p. 363. Et 'Acrias' promontorium ad Eurotæ fluvii ostium quidam ponunt. At Strabo ibid. Εἶθ' ὁ Εὐρώτας ἐκβάλλει μεταξὺ Γυθίου καὶ Ἀκταίων· id est, *Eurotas excurrit inter Gythium ac Actæas.* Ptolemæus III. 16. 'Acrian' vocare videtur. Nam 'Acritas' promontorium, de quo Plinius IV. 5. lon-

Digitized by Google

gius ad occasum est. Sed hæc lectori judicanda relinquo. Illud mihi mirum, quod hoc loco Nabim ait posuisse castra ad Pleias, postea vero, quum ea a Philopœmene incensa essent, non aderat Nabis, imo a Gythio mittit præsidium agris. Verum ea *κατὰ σιωπώμενον* intelligi possunt. *Glareanus.* Legendum est *ad Eliam*, non *ad Pleias*, quas merito queritur Glareanus se in Laconica non reperire. Item *Acriis*, non *Acris:* id docet locus unus Polybii, qui est v. 19. ubi horum oppidorum omnium meminit. Ejus verba sunt: *Μεταλαβόμενος δ' αὖθις, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα. Τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια· τοῦτο δ' ἀπολιπὼν κατὰ πορείαν δεξιὸν, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὴν Ἐλίαν· ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη, πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς Λακονικῆς· ὅθεν ἀφεὶς τὰς προνομὰς, αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον πάντα καταπυρπόλει, καὶ διέφθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς· ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας. Sigon. Pleias* nusquam in Laconica observavi, uti neque usquam alibi: itaque censeo, hic et mox iterum *nocte Pleias pervenit*, rescribendum *Bœas.* Certe Bœas, Leucas, Acrias vicinas inter se fuisse discimus e Polybii v. 19. *Ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας, ἔτι δὲ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν.* Licet quoque observare apud Strab. VIII. pp. 363. 364. Sed et Pausanias Lacon. c. 21. Bœas Acriasque vicinas facit his verbis: *Τάδ' ἐπέκεινα Γυθείου πρὸς θαλάσσῃ, Ἄσωπος, Ἀκριαὶ, Βοίαι. Meursius*, Miscell. Lacon. IV. 5. quem vide etiam ibid. c. 1. Omnes nostri hic et mox § 6. *Pleias* tuentur; nisi quod hoc loco Lovel. 3. obferat *Pelyas*, at inferius Lov. 1. et 3. *Pelias.* Hearnii L. 1. hic et mox legit *Pleyas*, ejusdem N. *Plebeias.* Deinde *τὸ castra* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *Imminens locus et Leucis* Mead. 2. *Imminet is locus Leucis* Lov. 3. Hinc *et Argis* Lov. 6. Mead. 1. in margine, et Hearnii L. 1. Paullo post *essēt pauci tabernacula haberent* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. vett. *essēt, pauci tabernacula habere* cod. Mog. *essēt, et pauci tabernacula haberent* edidit Ascens. ut copula intercepta fuerit ab ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXVII. 59. § 1.

§ 3 *Casas ex arundinibus textas fronde, quæ umbram modo præberet, texissent*] Ms. *ex arundine textas:* et paullo ante *pauci tabernacula habere*, pro cuso *et pauci tabernacula haberent.* Modius. *Ex arundinibus tectas* Lov. 1. et Harl. Tum *etexissent* Gaertn. *erexissent* Lov. sex, Mead. 2. et edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. sed nihil mutandum, nisi quod ex Mog. cod. *ex arundine* malim. Supra XXVII. 3. 'Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta omnia.' XXX. 3. 'Numidæ præcipue arundine textis, storeaque pars maxima tectis, passim nullo ordine habitabant.' Lucan. v. 516. 'Haud procul inde domus, non ullo robore fulta, Sed sterili junco, cannaque intexta palustri.' Silius XVII. 89. 'Castra levi calamo cannaque intexta palustri.' Ita pro *interta* legendum videri, olim monui: quam conjecturam firmat nunc locus Lucani. Solent autem 'textus' et 'tectus' commutari. Vide ad XXVII. 20. § 10. et quæ notavi ad Silii XIV. 310. Insuper *modo umbram præberent* Harl. *præberent* etiam Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frob. 1531. quæ recte restituit *præberet:* referendum enim ad *umbram*, non ad *casas.*

§ 4 *Priusquam in conspectum hostium veniret Philopœmen, nec opinantem eum*] Singulari 'hostis' recte adponitur adjectivum et pronomen plurale, ut omnibus conlectivis. XXIV. 31. 'Qui mos colloquia serendi cum hoste, in-

Digitized by Google

jussuque prætorum miscendi eos agmini suo.' Et XXVI. 4. Forsitan etiam sunt exempla diversi generis, ut hic *hostium*, *eum*. Sed quia ea mihi non succurrunt, interim probabo *hosti*, quod in aliis esse testatur Hearnius. Ad *Nabis*, quod in principio cap. est, non puto, tam multis interjectis, referri posse *eum*. Duk. *Hostium* primus Aldus ex Msto Mog. recepit, itaque in Lov. 3. et 6. ex quibus nihil in excerptis notatur, *fuisse* videtur. Reliqui servant *hosti*, ut erat in edd. primis. Prætevea *in conspectu veniret* Lov. 5. et Gaertn. Eo modo plures codd. legunt XXII. 15. 'Prius recipere sese jusserat, quam in conspectu hostium veniret.' Vide Burm. ad Phædri v. 1. 14. Similiter 'venire in potestate,' de quo vide ad IX. 25. § 3. Sed reliqui vulgatum tuentur.

Adgredi statuit. Navigia parva in stationem occultam agri Argivi] *Aggredi jussit* Lov. 6. *aggredi statuit Nabim: parvam in stationem* Lov. 3. et Mead. 1. *aggredi statuit. Navigia parvam in stationem occultam* Lov. 2. Deinde vox *agri* deest in Voss. et Mead. 2. sequens *Argivi* in Lov. 4. et 6. Sed altera vox alteram ob ductum adfinitatem intercepisse videtur. Mox literarum ordine turbato *cretatos* Voss. Ita etiam idem cod. exhibet c. 28. § 11. c. 29. § 4. et c. 30. § 4. *Certatos* Lov. 5. *creatos* Lov. 1. *armatos* Lov. 3. *detractos* Gaertn. Vox minus frequens in hos errores librarios impulit. Vide ad XXIII. 26. § 11. Tandem *ac alio* Harl. Male. Vide ad X. 36. § 17.

§ 6 *Venisset, egressus callibus notis*] *Venissent* Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Tum *egressus* deest in Lov. 2. et Harl. Mox *injicit* Lov. 3. Insuper § seq. *senserunt* Lov. 4. 6. et Mead. 2. Dein *adferre potuerunt* Lov. 5. et edd. ante Froben. 1535. quæ, consentientibus aliis scriptis, *ferre* substituit.

§ 8 *Perpauci tamen ex tam ancipiti peste*] Voces *ex tam* primi Mog. ex cod. suo addiderunt. Desunt autem non tantum ab omnibus prioribus excusis, sed et a scriptis nostris, et Hearnii L. 1. Paullo ante *absumta sunt*, addita voce, Lov. 6.

§ 9 *Perculsis hostibus, Philopœmenes*] Ms. *Philopœmen*, quod perpetuo servat in iis quæ sequuntur. *Modius.* Similiter varii meorum codd. et præsertim Lov. 2. 3. et Gaertn. Vide Gelen. ad cap. præc. § 9.

Qui proximus finem Megalopolitarum est] Sic XXVIII. 5. 'Lacedæmonius tyrannus haud procul Argivorum fine positis castris terrebat.' Sed ex frequentiore usu Livii foret *proximus finem Megalopolitanum*. Ut VII. 19. 'Valerium consulem Volscis oppositum, castraque ad finem Tusculanum habentem.' IX. 6. 'Ut proficiscentes ad finem Campanum prosequerentur.' X. 35. 'Ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit.' Sic XXXIV. 56. 'Finem Pisanum.' Neque forsan inepte dubites, an XXVIII. 5. *Argivo fine* scripserit Livius. Plinius III. 1. 'Ulterior appellata eadem Bætica; mox a fine Urgitano citerior.' *J. F. Gron. Proximus finis*, vel *fines* Lov. 3. 5. et primm edd. *proximus fini* Lov. 6. At Frob. 1535. *finem* dedit, quod recte superest in reliquis scriptis. Vide ad XXXVIII. 15. § 10. Tum *Megapolitarum* Lov. 2. *Megalipolitarum* Lov. 6. Sed vide ad XXXII. 5. § 5. Gronovii conjectura nullius cod. præsidio firmatur, quam tamen probat Crevier. At præterquam quod ipse Gronov. 'fine Argivorum' ex Livio laudet, 'Ligurum extremo fine' est XXXIII. 37. et 'extremum finem provinciæ Galliæ' XL. 16. Similiter Tacitus 'finem Ligurum' dixit Ann. XVI. 15. Paullo ante *ad depopulandum Tripolim* Lov. 6. *ad depopulandum Tripolin* edd. Rom. 1472. ac Parm. *Tripolin* etiam Lov. 5. edd. Camp. allæque usque ad Frob. qui a. 1535. *Tripolim* substituit.

Digitized by Google

Mox *discedit* Lov. 3.

§ 11 *Idem Telegam exercitu contracto*] *Tegeam* in *Telegam* nescio quis depravavit. *Gelen.* *Inde* alii libri. Et vide num *Tegeam* legendum potius: nec enim uspiam legi, quod sciam, *Telegam*. Glar. Jam a Gryphio usque *Idem Tegeam* libros occupat. Vetusti *Inde Telegam*. Nomen oppidi restituit Gelenius. Scribe *Inde Tegeam*. J. F. Gron. Non primus Gryphius, sed Frob. 1531. *Idem* substituit, quod in multis Mss. superesse videtur. Sed *Inde*, præter edd. priores, superest etiam in Lov. 4. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii *L.* 1. ac N. quod recte Crevier. recepit. Solent passim hæ voces commutari. Vide ad 1. 19. § 7. et mox hoc cap. § 14. Deinde *Thelegam* Voss. et Lov. 6. *Telegam* reliqui: cujus loco recte viri docti *Tegeam*. Mox *et Epirotarum Acarnanum*, omissa altera copulativa, Lov. 2. et Mead. uterque.

§ 12 *Quoniam satis et suorum a pudore, &c. restituti animi, et hostium conterriti essent*] Hæc lectio, quam in nullo meorum codd. inveni, primum obcurrit in ed. Ascens. 1513. Antiquiores legerunt *quoniam satis essent testes suorum et a pudore, &c. restituti animi*, nisi quod in ed. Camp. *anni* sit pro *animi*. Editis prioribus conveniunt plerique scripti: reliqui in paucis apicibus dissentiunt; unde tamen melior lectio elici nequit. Deinde *contenti* Lov. 3. *exterriti* Voss. *territi* Lov. 6. Mox *uno* deest in Lov. 1. et 6. *abduci* in solo Lov. 1.

§ 13 *Ad Caryas primum in hostium terra posuit castra*] Priore libro c. 26. Livius ait, Romanum imperatorem Caryis exspectasse sociorum auxilia, priusquam hostium intraret agrum, hic ait ad Caryas primum in hostium terra Philopœmenem posuisse castra. Nisi quis intelligat, ita dictum *ad Caryas*, hoc est, non longe ab eo oppido. Confines enim erant Lacones et Arcades. Quæ controversia effecit, ut quidam priore libro *Caphyas* legendum putarint pro *Caryæ*: quod haud scio ut probem. *Glar.* *Ad Cenias* Hearnii L. 1. *ad Charias* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *ad Carias* reliqui cum priscis edd. Licet vero interim Vascos. Gryph. et Sigon. *ad Caryas* recte ediderint, nullus tamen recentiorum ante Crevier. eos recte monentes audire dignatus est, sed alterum servarunt. Eamdem autem difficultatem, quam hoc loco, movit etiam Glarean. ad XXXIV. 26. § 9. ubi eam tollere conatus sum. Recte etiam Dukerus hic de Caryis Laconicis, illic de Arcadicis verba fieri vidit. Mox *τὸ est*, quod Aldus ex Mog. cod. addidit, deest in Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et Gaertn. Insuper *oppugnatum* Lov. 1. et 6.

Castra ad Barbosthenem (mons est decem millibus passuum] Haud facile id nominis reperias apud idoneos authores, ut puto. Fortassis autem nomen obscurum est, ideoque a Livio adjectum, quod in parenthesi ponitur. *Glar.* Vox *castra* deest in Harl. Tum *Bolostenes* Lov. 1. *Brambastanes* Voss. *Baibatenes* Lov. 2. *Barbathenes* Harl. *Barbastenes* Mead. ambo: *Barbasthenes* Lov. 4. Gaertn. et Hearnii N. *Barbastrenes* Lov. 3. *Barbathenes* Hearnii L. 1. *B'stenes* Lov. 6. *Barbosthenes* Lov. 5. et primæ edd. Sed Ascens. 1513. *Barbosthenem* primus dedit. Mox *posuit*, pro *promovit*, Harl. *processit* reliqui Mss. eædemque edd.

§ 14 *Et Nabis, recepto Gythio, cum expedito exercitu inde profectus*] Copula *et* exulat a Lov. 2. et 3. Deinde *ex expedito exercitu* Lov. 1. 6. et Voss. De locutione ‘ profectus exercitu,’ pro ‘ cum exercitu,’ vidimus ad XXII. 9. § 5. Hic tamen vulgatum reliqui tuentur. Tum *idem profectus* Lov. 1. qui eadem variatione mox hoc § dedit *idem hostibus obcurrit*. Præterea *dubitavit* Gaertn.

Digitized by Google

§ 15 *Et maxime a parte auxiliorum*] Ergo auxiliares præcipue et magis cogebant agmen, quam equites. Sed quis unquam illa in re magis aut minus statuit? Scribe *et maxima parte auxiliorum*. Lib. XLII. c. 64. ' Ipse cum equitatu et levi armatura substitit ad agmen cogendum.' *Jac. Perizon.* Emendationem hanc probavit Crevier. Paullo ante *per angustias* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. l. LXXXIV. Tum vox *prope* deest in Lov. 2. et Hearnii *L.* 1. In sequentibus *existimabat* Aldus recepit ex cod. Mog. et ita nostri, nisi quod in paucis *extimabat* invenerim: antea edebatur *æstimabat*. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Insuper *ab tergo* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

§ 16 *Duæ res simul inopinatæ perculerunt eum*] Ms. *Duæ res simul inopinantem perculerunt eum*. Modius. *Inopinatæ*, quæ vox in uno Harl. deest, reliqui omnes tuentur: quod Moguntini lectioni præfero, nisi quis malit *inopinatum*. Vide ad XXI. 52. § 10. Præterea *pertulerunt* Harl. et Mead. 1. sollemni scribarum lapsu. Ita 1. 59. § 11. II. 14. § 6. c. 22. § 2. c. 37. § 9. c. 54. § 9. c. 65. § 1. III. 70. § 8. et plurimis aliis locis.

CAP. XXVIII. § 1 *In pace, se ad id maxime exercuerat*] Vetusta scriptura, *sed etiam in pace, ad id maxime animum exercuerat*. Gelen. Ita Frob. a. 1535. edidit ex fide cod. Mog. Alterum superest in scriptis nostris, nisi quod Lov. 6. trajectis vocibus *ad id maxime se exercuerat* præferat. Sed mox hoc cap. habemus, *His curis cogitationibusque ita ab ineunte ætate animum agitaverat*. Paullo ante *belli tantum tempore* Lov. 2. Harleian. et Gaertn. *temporis* Mead. 1.

§ 2 *Quum solus erat*] Si hoc ita placet, quidni etiam mox mutaverunt *quum comites habebat*? Mss. omnes *quum solus iret*. Id omnino fuerat retinendum. *Jac. Gron.* *Erat* demum adparuit in ultima Gruteri ed. Sed omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et editi priores præferunt *iret*, quod recte Crevier. loco restituit. Paullo ante copula *et* deerat in Voss. quam hauserunt ultimæ literæ vocis præced. Vide hoc lib. ad c. 41. § 7. et mox hoc cap. § 6. voces *et ad* desunt in Lov. 1. *ac difficilem transitu saltum invenisset* legit Lovel. 3. Præterea *contemplatur* Lovel. 3. 4. et Mead. 2. *contemplabatur* Voss. Lov. 1. 2. Harl. et Mead. 1.

§ 3 *Si hostis eo loco adparuisset*] *Hostis in loco* Voss. et Lov. 1. ac 6. Mox *a latere hoc* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. *ab latere illo*, duabus vocibus omissis, Harl. Tum *ab tergo* Voss. Lov. 2. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Deinde *Hostes instructos* Lov. 2. 3. 6. Harl. edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et plures aliæ. *Hos se instructos* Voss. Lov. 1. 4. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Posse instructos* Lov. 5. et ed. Camp. quod Frob. a. 1531. et postea reliqui receperunt. Insuper *incognitum agmen* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. et Mead. 2.

§ 4 *Quo turbam inermem trajiceret*] *Ejiceret* in vetusta scriptura legitur, non *trajiceret*. Gelen. Ita et omnes nostri, solo Lov. 5. excepto, qui cum primis edd. servat *trajiceret*. Paullo ante *agitando aut quærendo exsequebatur* Gaertn. Solent hæ voces commutari. Vide ad l. XXV. c. 36. § 5. *Animo agitare* supra § præc. dixit, quod nunc *cogitare*: duo media vocabula omittuntur in Mead. 2. vel *quo impedimenta* in Lov. 1.

§ 5 *Pergere, qua cœpisset ire via, an ea, qua venisset, repetere*] Immo *eam*. J. F. Gronov. *Pergeret, qua cœpisset ire via* Lov. 3. et Gaertn. *pergére, qua cœpisset via* Lov. 2. et Harl. Tum *an eam, qua venisset* Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *an ea* est in paucis reliquis, ac primis edd. pro quo quidem Frob. a. 1535. *an eam* restituit, idem recipientibus proximis editori-

Digitized by Google

bus usque ad Gruter. cujus ultima *faboris* iterum *an ea* revocavit: quod servari, et adverbialiter sumi posse, Doujatius docuit. Nihilominus codicum auctoritatem præferens *an eam* probavi. Paullo ante *quanto ea et quali* Lov. 2. et Harl.

§ 6 *Quæ forma agminis foret*] *Esset* scripti, et edd. vett. Frobenius demum a. 1535. *foret* substituit, forte ex cod. Mog. a Gelenio consulti auctoritate: *esset* jam bis præcessit. Paullo ante *castra moventi tum maxime iret* Lov. 6. Mox § aeq. *et cum omnium primum* Lov. 1. et Harl. *tum omnium primum* Lov. 2. vocula *et* ab ultimis literis præced. verbi intercepta. Vide ad § 2. *Achæûm omnium primum agmen constituit* Mead. 1. cujus librariis non satis intellexisse videtur locutionem 'constituere agmen,' de qua agitur ad XXVII. 16. § 11.

§ 8 *Quos Tarentinos vocabant, equites*] De his vide Victor. Var. Lect. IX. 3. Lipsium de Milit. Rom. III. 8. et Græv. ad Cic. ad Att. v. 19. *Duk. Vocant* Lov. 2. et Harl. Mox *bonos secum trahentes equos* Voss. et Lov. 1. errore scribarum. Vide ad VI. 36. § 11.

§ 9 *Eo impedimenta omnia, et calonum turbam conlectam*] Sic Moguntinus. Rectius elegantiusque scripti nostri cum prius editis, *et calonum turbam conjectam*. Cicero in Pison. c. 39. 'Ecquid sentis, lege judiciaria lata, quos posthac judices simus habituri? nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur.' Cæsar de Bello Gall. III. 24. 'Prima luce productis omnibus copiis, duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem conjectis.' Noster paullo ante, 'quo impedimenta, quo sarcinas, quo turbam inermem calonum rejiceret.' Lib. XXXVI. c. 12. 'In eam legationem Muesilochus et qui ejus factionis erant, de industria conjecti:' ubi similiter Mogontiacensis peccat. *J. F. Gron. Turbam edictam*. Mead. 1. *turbam contectam* Lov. 5. et ed. Camp. Vox posterior deest in Lov. 1. Reliqui scripti nostri, Hearnii N. L. 1. et typis exarati *conjectam*; quo sensu 'in medio,' vel potius 'in medium conjicere sarcinas' inlustratur X. 36. § 1. Quod autem Mogunt. *collectam* præferat, sollemni scribarum errore factum est; de quo vide ad XXXVI. 12. § 4. ubi Sigonius etiam alia hujus locutionis exempla laudavit. Mox *per naturam loci castra communiuit* Voss. *castra communicavit* Lov. 3.

§ 10 *Ex eodem rivo utrimque, &c. aquati sunt*] Ita Aldus edidit ex cod. Mog. Priores vulgarunt *utrique*, quod superest in omnibus nostris; nisi quod *uterque* præferant Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. Vide Gronovium ad XXXVI. 16. § 6. Sæpe ita variant librarii. Vide ad II. 64. § 8. et ad VI. 31. § 8.

Qualia in propinquis castris esse solent] Mallem abesset *in*. XXIII. 17. 'Ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat.' *Duker*. Deest etiam præpositio *in* Lov. 6. Mox *contraherent certamen* Harl. *contraherentur certamina* Lov. 6.

§ 11 *Circa rivum esse: nocte in valle a conspectu hostium averso*] *Tò esse* deest in Lov. 2. Tum *a conspectu hostium adverso* Lov. 1. 3. 6. Mead. 1. et Gaertn. Vide ad II. 31. § 6. Mox *cretatorum* Voss. *certaturum* Lov. 1. Vide ad c. 27. § 5. *Condidit imperator. Inde luce orta* Hearnii L. 1.

CAP. XXIX. § 1 *Latemnastus Cretensis popularibus suis, equitibus Lycortas Megalopolitanus*] Lege *Telemnastus* ex Polybio Leg. 139. *H. Vales. Lacemnastus* Voss. *Latenastus* Mead. 1. *Laiena sunt* Lov. 3. *Latennastus* Lov. 1. *Laternastus* Lovel. 6. *Latōnastus* Mead. 2. *Latomnastus* Colbert. apud Doujatium: *Lenternastus* Gaertn. *Lentenastus* Lov. 2. *Letōnastus* Lov. 4. *Letennastus* Lov. 5. et primæ edd. *Latennastus* Hearnii N. quomodo Froben. 1535. et post eum reliqui edide-

Digitized by Google

runt usque ad Gronov. qui primus *Latemnastus* vulgavit; quod in nullo cod. inveni, licet ita in plerisque esse Doujatius testari audeat. Conjecturam Valesii, Polybii auctoritate nisam, recepi, quia eo etiam multi codd. ducunt. Vox *Cretensis* perperam omittitur in Voss. Deinde *Ipocras* Lov. 3. *Ypocras* Hearnii L. 1. *Hiportas* Gaertn. *Hyportas* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Lipertas* Voss. Lovel. 2. Harl. Mead. 1. et Hearnii N. *Lyportas* Lovel. 5. et edd. vett. *Lycortas* Mog. ex cod. suo dederunt, quod etiam in Lovel. 6. unde nihil notatur, fuisse videtur. Insuper *Megalopolitanis* Lovel. 3. 4. et Mead. 1. Sed Lycortas, verisimiliter Polybii pater, ipse Megalopolitanus fuit, unde filius vocatur Πολύβιος τοῦ Λυκόρτα Μεγαλοπολίτης. Paullo ante *super torrente* Mead. 1. Male. Vide ad XXXIII. 15. § 8.

§ 2 *Cretenses et hostium auxiliares, equitumque idem genus Tarentini*] Hearnii ed. distinctionem habet post *Cretenses*. Si putavit hic alios esse Cretenses, alios tyranni auxiliares, non adsentior ei. Cretenses eosdem esse, qui *et hostium auxiliares* dicuntur, liquet ex verbis, 'eodem ex parte utraque hominum genere et armis paribus.' *Et* exponi potest 'etiam,' ut sæpe: ita distinctio locum habet. *Duk.* Recte Livii verba eodem modo Crevierius exposuit. Mox *prælium* deest in Harl. Sed *prælium dubium fuit* legunt Lov. 3. et Gaertn. Deinde *utraque ex parte* Lov. 3.

§ 3 *Procedente certamine, et numero vicere tyranni auxiliares*] Recepi interpunctionem Crevierii. Olim oratio una serie continuabatur usque ad *hostem viderent*, post *pertraherent* media tantum distinctione recepta: ubi is maximam recepit, et periodum unam in duas divisit. *Vincere tyranni auxiliares* Lov. 1. *vicere tyranni auxiliatores* Lov. 3. Mox *ita præceptum erat a Philopœmene. Præceperat enim, ut modico* Lov. 3. Insuper *hostemque cauta ad locum insidiarum protraherent* idem cod. *locum insidiarum* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *protraherent* Voss. et Harl. Male. Supra XXI. 54. 'Cedendo sensim citra flumen pertrahere:' ubi pariter in nonnullis codd. peccabatur. Insuper *effusi secuti fugientes* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Male. IV. 18. 'Effuse sequentibus obsequitans Romanis.' XXV. 38. 'Sequentibus effuse vobis turbatum hostem.' c. 39. 'Quum Mago cedentes nostros effuse sequeretur.' XXXVII. 43. 'Effuse sequenti regi acriter restitit.' XL. 31. XLIV. 44. et alibi. Deinde § seq. *Cretati* Voss. *Creati* Lov. 1. et 3. Vide ad c. 27. § 5. Tum *pateretur* Gaertn.

§ 5 *Et in hostes inordinatos, effusos*] Prima vocula deest in Lovel. 1. 6. et Gaertn. Tum *in inordinatos hostes* Lovel. 2. Mead. 1. et Gaertn. *inordinatos hostes*, præpositione neglecta, Harl. Mox § seq. *in castra* Lov. sex, Harl. Mead. uterque, et edd. usque ad Gron. qui a. 1665. vulgavit *ad castra*, ut Moguntini in cod. suo invenerunt.

§ 7 *Cæsi captique in ea fuga sunt*] Vet. lib. *captique in fuga sunt*. Sigon. Non aliter codd. mei, Hearnii L. 1. et editt. antiquæ. Sed pronomen Moguntini ex Msto suo adsciverunt. Præterea *et castris quoque* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Insuper *loca magis confragosa, quacumque temere processisset, nequaquam hostem metuens* codd. nostri, et vett. edd. Postea Aldus substituit *loca magis confragosa, quacumque temere processisset, iniqua, quam hostem, metuens*. Frob. demum a. 1535. eam lectionem, quæ nunc obtinet.

§ 8 *Inde et ex fortuna pugnæ, et ex ingenio ducis*] Prius *et* exsulat ab Hearnii L. 1. Vide ad II. 44. § 3. utroque loco omiserunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn.

Digitized by Google

Sed intercepisse videtur sequens præpositio *ex*. Vide ad XXX. 6. § 7. *Inde ex fortuna pugnæ et ingenio* Lov. 2. 5. Harl. et edd. vetustæ. *Inde et ex fortuna pugnæ et ingenio* ediderunt Moguntini ex cod. suo, in quo præpositio posteriori loco hausta est a præcedenti *et*. Vide ad XXX. 4. § 7. Vulgatum primum inveni in ed. Frob. 1535. Id autem adprime convenit stilo Livii; quem præpositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6.

Unum de auxiliaribus] Vet. lib. *ex auxiliaribus*. Sigon. Similiter Lov. 2. Sed nihil mutandum. Frequentissime enim *de* ponitur pro *ex*. Vide Gronovium ad Senec. Suas. 1. p. 354. Burm. ad Petron. Satyr. c. 44. et Nason. Her. XIV. 86. Adde ad Livii XXII. 49. § 16. Solent autem hæ præpositiones in Mss. confundi. Vide ad XXI. 6. § 5. Eadem locutio vindicanda est Apul. Met. VIII. in princ. 'Venit quidam juvenis ex proxima civitate, ut quidem mihi videbatur, unus ex famulis Charites:' ita nunc vulgo editur. Sed, teste Colvio, prius vulgabatur *unus de famulis*; quomodo idem loquitur Met. VI. p. 176. ed. Elm. *Obcurrit una de famulatione Veneris*. Mox *specie transfugæ misit* Lov. 5. et edd. principes: *in specie transfugæ mittit* cod. Mog. ex quo *mittit* Frob. 1535. adoptavit. Tandem *pro comperto adfirmet* Lov. 2. Male. Vide ad VIII. 17. § 7.

§ 9 *Postero die ad Eurotam amnem, qui prope sub ipsis adfluit mœnibus, procedere*] *Sub* redundat. *Gelenius*. In nullo etiam meorum adparet, nisi in Lovel. 5. *effluit* perperam præfert Gaertn. *affuit* Voss. errore scribæ. Vide ad VI. 15. § 9. et quæ notantur ad Silii XIV. 208. Præterea *postero die Actyros amnem* Lov. 1. *ad Clitoan amnem* Voss. *ad Curoan amnem* Hearnii N. Tum *procedere intercluderentur, ne aut tyrannus* Voss. *procedere aut intercluderetur, ne aut tyrannus* Lov. 5. et ed. Camp. *procedere, ut intercluderentur, ne aut tyrannus* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. et edd. reliquæ usque ad Mog. qui ex cod. suo receperunt *ut intercluderent iter, ne aut tyr.* At insuper idem cod. præfert *progredi*, pro *procedere*, quod et ipsum ex eo Aldus admisit, et servarunt reliqui usque ad Curion. qui *procedere* revocavit. Licet autem Sigonius alterum restituerit, eum tamen secuti Curioni adhærere maluerunt. Quum autem nihil sit, quod in lectione Msti Mog. jure culpetur, iniquum judicavi, parte ejus recepta alteram repudiare.

§ 10 *Simul etiam tentaturos, si quorum animi sollicitari ad defectionem a tyranno possent*] Longobardicus codex *simul etiam tentaturus*: optime. Non enim de Achæis hoc accipi debet, sed de Philopœmene, qui duas res simul allegatione hujus transfugæ confici posse sperabat: primum ut metus injiceretur tyranno, tamquam qui ab Achæis intercludendus esset, dein ut tentarentur per eundem transfugam animi militum, et ad defectionem a tyranno sollicitarentur. *Modius. Tentaturos* ex cod. Victor. probavit, et in contextum admisit Crevier. existimans ita etiam præferre veteres editos. Similiter inveni in Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. *tentaturum* in Lov. 2. et Harl. *tentaturus* autem non tantum in Voss. Lov. 5. et cod. Mog. sed etiam in omnibus edd. antiqq. (contra quam Crevier existimavit) usque ad Aldum, qui *tentaturos* dedit. Ei quidem *tentaturus* substituendum monuit Modius, sed demum Gruterus in postuma ed. ipsi dicto audiens fuit, quod verius etiam puto. In recensenda quoque Mog. scripti lectione aberrat Modius. Se enim in eo *simul et tentaturus* invenisse editores Moguntini monuerunt; *et* pro *etiam* invenio similiter in Lov. 3. Hinc *sollicitari animi* Voss. Sed τὸ *animus* deest in Lov. 1. Tum *pos-*

Digitized by Google

sent a tyranno Gaertn. *τὰ a tyranno* nesciunt Lov. 2. et Harl. quorum posterior § seq. legit *perculsis metu*. Sed Livium ad unum tyrannum retulisse, præcedentia satis indicant.

§ 12 *Postero die Pythagoram*] Ita constanter omnes codd. Sed vide ad XXXIV. 40. § 2. Mox *ipse tamquam in aciem, &c. ad urbem jussit* desunt in Harl. neglegentia librarii ob repetitionem *τοῦ jussit*. Vide ad IX. 11. § 11.

CAP. XXX. § 1 *Per angustam et proclivem viam*] Ms. *per angustam et proclivam viam*. Modius. Similiter Voss. Lovel. 6. et Mead. 1. Et id voluisse videtur Harl. qui aberrans dedit *proclivium*. Ea forma XXI. 35. *Cetera prona, procliva*, vel *proclivaque, fore*, duo præferunt codd. ubi vulgo editur *proclivia*. Frontin. Strat. II. 2. § 2. 'Adjuvante proclivo impetum militum, facile ipso decursu Mithridatem superavit:' ubi vide viros doctos.

§ 2 *A suis se desertos viderunt*] Præpositionem ignorant Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Ovid. Her. XII. 161. 'Deseror (amissis regno, patriaque, domoque) Conjuge, qui nobis omnia solus erat:' ubi vide Burm. et ad Phædri I. 21. 3. Vulgatum defendit Liv. XXVI. 18. 'Hannibal fortes socios sciet ab se desertos et proditos esse.' Præterea *desertos esse viderunt* Lovel. 5. et edd. Frobeniana 1535. antiquiores. Mox *in castra se recipere* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. eædem.

§ 3 *Suorum agmen aliquantum prægressum*] *Servorum agmen* Lov. 3. Vide ad XLI. 8. § 12. *Sociorum agmen* Lov. 5. et ed. Camp. Vide ad XXXVII. 20. § 9. Hinc *aliquantulum* Voss. a m. pr. Vide ad XXXVI. 9. § 8. Tum *ante progressum* Lovel. 1. *progressum* Voss. Lovel. 2. 3. 6. Harl. et Gaertn. Vide ad IX. 10. § 7.

§ 4 *Cætrati Achæorum in castra impetum faciant, et diripiunt*] Duas postremas voces, e Mog. additas, ut in nostris nullis inventas, et male prioribus nexas, (nisi scribas *ea* vel *et ea diripiunt*,) nec necessarias, facile removeri patiar. *J. F. Gronov. Cerati Achæorum* Voss. *c'ati Achæorum* Lov. 3. Vide ad c. 27. § 5. *Achæorum quidam* Lov. 1. *cætrati Achæorum admovebantur in castra* Harl. Mead. 1. et Gaertn. Sed vox *admovebantur* perperam ex præcedenti periodo repetita est. Tum voces *et diripiunt* desunt etiam in Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Gaertn. Victor. Crevierii, Hearnii L. 1. N. et edd. Frobeniana 1535. antiquioribus. Ea vero ex cod. Mog. adscivit; in qua lectione ex præcedenti *castra* intelligendum *ea*. Vide ad XXXVIII. 17. § 5. Easdem ex contextu ejecit Crevier.

Per quod vix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset] *Per quod via tranquilla a. h. m. vix agmen expedire posset* Lov. 1. *per quod via tranquillum a. h. m. agmen expedire posset* Voss. Lovel. 3. 4. 5. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. quædam antiqq. Neque aliter Lov. 2. et 6. nisi quod in hoc *ma* pro *via* a m. pr. *male* a m. sec. legatur, in illo exstet *expediri:* sed *expedire* habet etiam Mead. 2. Vox *via* vel *vix* deest in edd. Rom. 1472. ac Parm. Vulgatum demum adparuit in ed. Mog. Voces *via* et *vix* facile inter se commutari posse, videbimus ad XL. 59. § 8. Paullo ante *iter* deest in Lov. 1.

§ 5 *Ad prima signa est perlatus*] Ita recte ediderunt Mog. ex cod. suo. Neque aliter nostri, nisi quod Lov. 5. cum excusis antiquioribus legat *sublatus*. Paullo ante *ad posteros* Voss. Vide ad IX. 7. § 11. Tum *ab tergo* Voss. et Lov. 1. 2. 3. 4. ac 6.

§ 6 *Quæ, pleræque adversæ cadentes*] 'Adversæ hastæ' mihi non aliæ videntur posse esse, quam cuspide in hostes conversa. Sed quomodo fieri potuit, ut hastæ, temere abjectæ, pleræque adversæ ceciderint? An, qui, hostibus a tergo urguentibus,

Digitized by Google

dextra lævaque in circumjectas itineri silvas diffugiebant, prius se circumagentes hostibus adversas hastas objecerunt? Hoc dictu ineptum, nec tamen facillimum intellectu est, quid sit, quod hic de adversis hastis dicit Livius. Suspicor legendum esse *transversæ*: ut intelligamus hastas, a fugientibus abjectas, plerasque transversas cecidisse, atque ea re viam, velut vallo quodam objecto, septam, et iter impeditum esse. *Duk.* Crevier. 'hastam adversam' intelligit ita sitam, ut ferrum obvertat: 'adversas' itaque 'cadentes hastas,' quæ directo in terram ferro cadunt: ex iis autem sic temere in terram fortuito casu infixis effectam imaginem illam cujusdam quasi valli, quo inpeditum fuisse iter dicit Livius. In omnibus libris *adversæ* constanter superest.

§ 7 *Utcumque possent, instare et persequi auxiliaribus jussis*] *Utcumque instare*, omissa media voce, Lov. 5. et edd. pleræque vett. aliæ *utcumque instaret*. Aldus *utcumque possent, instare* ex Mog. cod. probavit. Neque aliter scripti nostri, nisi quod *utrumque possent* sit in Lov. 2. *utrumque posset* in Gaertn. Vide ad X. 14. § 12. *Utcumque posset* in Lov. 6. Tum *jussit* Lov. 1. 3. et 6. Vide ad XXVII. 24. § 2. Mox *utique* deest in Lov. 6. Hinc *facile futuram fugam* Voss. Lov. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et edd. ante Ascens. *facile futuram fugam esse* Gaertn. Perperam etiam *Eurotam agmen* Mead. 2. Vide ad XXI. 5. § 9. Insuper § seq. *et corpora curare* Vossian. Lov. 1. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. Voculam *et* Ascens. 1513. induxit.

§ 9 *Ex cetera copia militum (qui, quia priores*] *Cum cetera* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *cum ex cetera* Mead. 1. *tum ex cetera* Lovel. 3. 4. 5. Mead. 2. Hearnii L. 1. et edd. vett. pro quo Frob. 1535. ex Mog. cod. dedit *ex cetera*, quod et in Lov. 1. 2. atque Harl. fuisse videtur: in quorum ultimo τὸ *quia* non adparet: *quiq; priores* legunt Lov. 2. et 6. *quia qui priores* Gaertn. Deinde *cibo et sumta modica quiete* Lov. 3. Hinc *fuerant* Mead. 2. a m. pr. Tandem voces *extemplo educit* omittuntur in Lov. 3.

Quæ Pheras, quæque Barbosthenem ferunt] *Pheras* in agro Laconico non reperies, sed *Pharim*, teste Stephano, qui inquit, Φάρις πόλις τῆς Λακωνικῆς· οἱ πολίται Φαρίται, ὡς Παυσανίας. Ὅμηρος· Φάρν τε Σπάρτην τε. Pausanias in Laconicis cap. 20. Ἀμύκλαν καὶ Φάρν conjungit. *Sigon. Pheras* dicit, quod est *Pharæ*, oppidum Messeniæ, quod etiam Φηραί dicitur ab Homero. Apud Ptolemæum III. 16. perperam scribitur Φαραὶ pro Φηραί. Sic etiam Πάγγαι, quod est oppidum Megaricæ, etiam Πάγγαι dicitur Dorica dialecto. Cornelius Nep. in Conone c. 1. 'Pharas coloniam Lacedæmoniorum' vocat. Hujus oppidi cives Φαράται dicuntur, teste Strabone VIII. p. 388. Stephanus Φαραίτας dicit. Pausan. in Messen. c. 30. Φαραιάτας. *H. Vales.* ad Exc. Peiresc. p. 15. Veteres editi *Phocas*. Ex scriptis unus *Phocas*, duo *Phagas*, Voss. *Phachas*. Buslid. *Pharas*. Stephanus Φαραί, πόλις Μεσσήνης. *J. F. Gron. Phecas* Lovel. 1. et 5. *Phocas* Lov. 3. 6. Harl. et Hearnii L. 1. *Phochas* Lov. 2. *Phacas* Lovel. 4. Mead. uterque, et Gaertn. *Phagas* Hearnii N. Fuisse *Pharas* vel *Pheras* urbem Messeniæ, quæ olim pars Laconicæ fuit, existimat Bosius ad Nepot. l. laud. et Cellar. Geogr. Ant. II. 3. p. 765. Contra *Pharas* Laconicæ a *Pheris* Messeniæ distinguendas censet Meurs. Misc. Lacon. IV. 8. Tum *Barnostenos* Voss. *Bermostenes* Lov. 3. *Barnostenes*, vel *Barnosthenes* Lov. 1. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Branoschenes* Lovel. 6. *Barboschenes* edd. Rom. 1472. ac Parm. *Barbostenes* vel *Barbosthenes* Lovel. 5. edd. Camp. pluresque aliæ. Vide ad c. 27. § 13. Deinde *tenent*, pro *ferunt*, Voss. Male. Vide ad XXXIX. 27. §

Digitized by Google

10. Mox *credebant* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Gaertn.

§ 10 *Quoad lucis superfuit quidquam, deviis callibus medio saltu se recipiebant*] *Superfuit, qua deviis* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *superfuit aliquid, a deviis* Lov. 5. et pr. edd. *superfuit quicquam* cod. Mog. ex cujus fide Aldus *quidquam* recepit, Frob. 1535. præpositionem *a* expunxit. Vide ad IV. 39. § 5. Deinde *recipiebant se* Lov. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frob. 1535. Mox *Primo vespere* omittit Harl. *e regione eorum* Lov. 1. sed *regione eorum* legunt Voss. Lov. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *in regione eorum* Lov. 2. Tandem *sese tenuerunt* Voss. et Lov. 6.

§ 11 *Ubi prætergressi ea sunt*] Ms. *ubi ea sunt prægressi*. Modius. *Ubi progressi* Vossian. Lovel. 5. 6. et edd. principes, pro quo *prætergressi* primum inveni in altera Ascensii, concinentibus, ut videtur, Lovel. 2. 3. Mead. utroque, et Gaertn. *ubi prægressi* Lovel. 1. 4. et Harl. Ex cod. Mog. *ubi ea sunt prægressi* recepi. Vide Jac. Gron. ad Tac. Ann. XIV. 23. et quæ notavi ad Livii XXIX. 32. § 8. *Eas* perperam Mead. 1. Harl. et Gaertn. Non enim ad 'occultas semitas,' sed ad 'castra' referendum. Ultima litera adhæsit ex initio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Mox *descenderant* Voss. Lovel. sex, Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum. Deinde *excepti* exsulat a Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. quorum ultimus etiam mox ignorat vocem *hoste*.

§ 12 *Incluso tyranno in urbem*] *In urbe* Lov. 3. Sed vide ad XXXVIII. 59. § 10. Ultima litera intercepta erat a primis vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Mox *debilitatis quoque ac prope fractis* Gaertn. *debilitatis ac prope fractis* Lov. 2. Tum *domum redit* Lov. 1. ac 6.

§ 13 *Et, quod ad Laconicum bellum adtineret, præferentibus etiam*] Voces prima et ultima desunt in Voss. Reliqua ita exhibet *quoad Laconum bellum pertineret, præferentibus*. De τῷ *quoad* vide ad XLII. 6. § 7. *Quantum ad Laconum bellum* Lov. 6. *Laconum* etiam Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Ascensianam a. 1513. *pertinet* Harl.

CAP. XXXI. § 1 *Animos ad Antiochum avertissent*] *Advertissent* Voss. Male. 1. 50. 'Aversi omnes ad Tarquinium salutandum.' XXIII. 27. 'Omnium ferme animos ad Romanos avertit.' XXV. 25. 'Aversis omnibus ad tumultum.' XXVII. 17. 'Hispaniam omnem averterat ad Romanum.' Lib. XXXVII. c. 11. 'Ad Romanos cursum averterunt.' c. 27. 'Tum ex medio cursu classem repente avertit:' ubi etiam male duo codd. *advertit*. Pari modo 'avertere in aliquem,' vel 'in aliquid,' ut VI. 23. 'Tota in se averterat castra:' ubi plura vide. XLIII. 18. 'Ne quid averso se in Romanum bellum periculi subesset.' XLIV. 11. 'In custodiam ejus loci propugnatores urbis avertisset.' Ejusdem generis sunt 'avolare Romam,' de quo vide ad I. 57. § 8. 'amovere in ultima Hispaniæ,' de quo vide ad I. XXVII. c. 20. § 5. et contra 'adducere ab aliquo,' de quo vide ad XXXVI. 40. § 3. Solent autem 'avertere' et 'advertere' in Mss. confundi. Vide ad VI. 23. § 8. Paullo ante *circumire*, vel *circumiere, solliciti sociorum urbes* cod. Mog. Lov. 5. et edd. vett. In eum ordinem, qui nunc obtinet, digesta vocabula primum adparent in ed. Frob. 1535. Consentiunt reliqui scripti.

§ 2 *Minimum operæ in Achæis adeundis consumserunt*] Hæc omnia vocabula et postea *infesti erant* desunt in Harl. Tum *nimium operæ*. Vide ad XXXVI. 9. § 7. Hinc *consumserant* Lov. 5. et edd. vett. Aldus deinde ex cod. Mog. *consumserunt* dedit; quod servant reliqui scripti.

Digitized by Google

§ 3 *Demetriadem iter flexere*] Scripti et olim editi *Demetriadem iter direxere.* Cæsar de Bello Civ. II. 24. 'Abest directo itinere paullo amplius passuum mille.' III. 30. 'Ipsi iter secundum eas terras direxerant.' Vulgatum est e Moguntino. Lib. XXXII. c. 29. 'Q. Minucius in læva Italiæ ad Inferum mare flexit iter.' *J. F. Gronov.* 'Dirigere iter' apud optimos scriptores, etiam Ciceronem, obvia est locutio. Cic. ad Fam. X. 11. 'Quum iter ad Mutinam dirigerem.' Pro Cœl. c. 17. 'Illud unum directum iter ad laudem.' Vide N. Heins. ad Nason. Fast. VI. 484. *Direxere* etiam omnes nostri servant. Non tamen repudianda est cod. Mog. lectio *flexere*, quam Aldus probavit. Nam 'dirigere iter' aut raro admodum, aut numquam apud Livium occurrit, at 'flectere iter' sæpius, ut etiam Dukerus observavit. Vide ad XXIX. 33. § 8. *Ad Demetriadem* est in Lov. 3. Vox *iter* exsulat a Lov. 2. Paullo ante *inde Thessaliam iere* Lov. 2. et 3. Vide ad XXXVII. 31. § 4. *Inde in Thessaliam ire* Voss. et Harleian. Vide ad IV. 21. § 8. Præterea *consilio* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. et verbis seqq. *consilium* Voss. Lovel. 5. Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. Parm. ac Mediol. 1480. Male. Indicatur enim communis respublica conjunctorum Thessaliæ populorum; quod *concilium*, non *consilium*, vocari, docet Gronov. ad XLIV. 2. § 5. Ita et variant codd. cap. seq. § 1.

§ 4 *Alienati a Romanis*] Præpositionem ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Ita 'alienatus sensibus' XXV. 39. Præfero tamen vulgatum. VII. 15. 'Alienatis a memoria periculi animis.' VIII. 12. 'Alienatus ab senatu Æmilius.' Vide ad III. 48. § 1. Mox § seq. *reddi obsidem filium Philippo* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *reddi obsidem filio Philippo* Lov. 2. Præterea *Demetriadem quoque et redditures Romanos esse* Lov. 1. Vide ad XLI. 15. § 6. *Demetriadem quoque redditures Romanos esse Philippo* Voss. Neque aliter Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parmnisi quod ignorent τὸ *Philippo*.

§ 6 *Quidam, omnia novari Ætolorum Antiochique adventu*] Τὸ *omnia* deesse in L. 1. Hearnius testatur. At insuper *quidam*, *novari A. A. adventum* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. uterque, Gaertn. et edd. vett. *quidam, omnia novari A. A. adventum* dederant Moguntini; pro quo *adventu* emendavit Aldus: *quidam, novari A. A. adventu omnia* legit Harl. Sed voces *ejus quidam, omnia novari Ætolorum Antiochique* desunt in Lov. 1. Præterea § seq. *alienaret* idem cod. Sed vide ad VIII. 2. § 12.

§ 8 *Quum totam Græciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse*] *Quum tota Græcia b. l. obnoxia Romanis esset* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. et Mead. 2. *obnoxia Romanis esset* etiam Mead. 1. Error inde ortus videtur, quod τῷ *esse* adhæserit perperam litera prima vocis seq.; de quo vide ad XL. 7. § 8. Ei ut tota periodus conveniret, etiam reliqua mutarunt ad sequentia non advertentes.

§ 9 *Non præsidium modo Macedonum fuisse, sed regiam exædificatam*] *Præsidia* edd. antiqq. pro quo Frob. 1535. substituit *præsidium*, concinentibus omnibus nostris. Deinde *regiam rehedificatam* Lov. 1. *regiam ædificatam* Voss. Lov. 2. 3. Harleian. et Mead. 1. Male. l. I. c. 56. 'Se templa Deum exædificare manibus suis:' ubi ante Rhenanum etiam *ædificare* edebatur. XXX. 3. 'Hibernacula Karthaginiensium congesta temere ex agris materia exædificata.' Sallust. Catil. c. 12. 'Quum domos atque villas cognoveris, in urbium modum exædificatas.'

§ 10 *Pro vetere et experto*] Ita Mog. ex cod. suo. Antea edebatur *pro noto et experto*; quod superest in omnibus

Digitized by Google

nostris, et Mss. Gronovii, ut testatur in pr. ed. nott. Sed præstat lectio Mogruntina. Ut enim recte inter se obponuntur 'incognitus' et 'expertus,' ita melius 'novus' et 'vetus,' quam 'novus' et 'notus.'

§ 11 *Quæ fama vulgata de reddenda Demetriade, &c. et audenda Magnetibus esse*] Omnia hæc desunt in Harl. incuria librarii, cui id fraudi fuit, quod modo præcesserit *Magnetibus esse*. At *Demetriade, &c. et audenda* desunt in Lov. 1. cui errori caussa fuit similitudo inter voces *audenda* et, quæ modo præcessit, *reddenda*. Vide ad IX. 11. § 11. *Vulgatata* est in Voss. Vide ad X. 37. § 2. Paullo ante *hac tempestate ea fretus* Lov. 3. *hac potestate ea fretus* Lov. 1. Vide ad c. 26. § 7.

§ 12 *Tum quoque specie liberam Demetriadem esse*] *Speciem liberam Demetriadem* Lovel. 5. et ed. Camp. *spem liberandi Demetriadem* Voss. *spem liberam Demetriadem* Lov. 3. et Harl. Vide ad IV. 60. § 3. et III. 9. § 13.

§ 13 *Sub hanc vocem*] *Sub hac nocte* Lov. 2. *Sub hac voce* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Gaertn. et edd. ante Mogruntinam, quæ vulgati auctor est. Vide ad II. 55. § 1.

Partim adsentientium, partim indignantium] Barberin. et Petav. *adsensum*, et *indignationem*. Quod omnino germanum est. Pendent ea duo vocabula a verbo *variantis* active, non *ὀθνερόφως* posito, et ita explicandum: *Sub hanc vocem fremitus fuit multitudinis, variantis*, hoc est, alternantis, inter se confundentis, *partim adsensum, partim indignationem*, quod id dicere esset ausus. Noli dubitare, quin sic ab Livio fuerit. Voss. *partim adversantium, partim indignationem*. Lib. II. c. 57. 'Quum timor atque ira invicem sententias variassent.' XXII. 2. 'Ex verna primum intemperie variante calores frigoraque.' XXIII. 5. 'Cœptamque propter vos cum Samnitibus bellum per centum prope annos, variante fortuna eventum, tulerimus.' XXV. 1. 'Et variabant secundæ adversæque res non fortunam magis, quam animos hominum.' Quare et suspectum mihi illud Justini XXVI. 1. 'Et variante hominum partim dolore, partim gaudio, prout singulæ civitates aut auxilium de Pyrrho speraverant, aut metus sustinuerant.' Valde velim *variante animos*. J. F. Gron. Vulgato adhærent Lov. 2. 5. Harl. et Victor. Crevierii. Cum Vossiano facit Lov. 6. *partim ad sensum, partim ad indignationem* legunt Lov. 3. Gaertn. et Hearnii L. 1. *partim adsensum, partim indignationem*, ut Gronov. emendat, Lov. 1. 4. Mead. ambo, Hearnii N. et Regius major apud Doujatium, cui tamen magis adridet vulgatum; idque duplicem ob caussam: alteram, quod *τὰ partim adsensum, partim indignationem* longius distent a voce *variantium*, et minus commode inter hæc vocabula interjectum sit verbum *fuit*: alteram, quod parum apta sit loquendi forma 'indignationem, dicere id ausum eum,' præ illa 'indignantium, dicere id ausum eum.' Addere potuisset, librariis displicuisse locutionem, ut conlectivo singulari 'multitudinis' primo addatur singulare 'variantis,' tum pluralia 'adsentientium,' et 'indignantium;' quam tamen Livio familiarissimam fuisse vidimus ad V. 35. § 1. et XXX. 42. § 16. Deinde 'variare' non tantum active usurpari a Livio, de quo vide etiam Gronov. ad XXI. 28. § 5. sed et *ὀθνερόφως*, ut XXVII. 27. 'Ita fama variat, ut tamen plerique loci speculandi caussa castris egressum tradant.' His non obstantibus, magis mihi placet lectio, quam Gronov. probavit. Prima enim ratio, qua eam obpugnat Doujatius, nullius est momenti. Innumera enim vel ex solo Livio exempla dari possunt, ubi inter voces regentem et quæ regitur plura vocabula interjiciuntur, quæ, si omnia naturali ordine disponerentur, alium locum occupa-

Digitized by Google

rent. Ita c. 34. 'Consilium uno die spei quoque non audacis modo, sed etiam impudentis, ceperunt, Demetriadem, Chalcidem, et Lacedæmonem occupandi:' ubi *uno die* referendum ad *occupandi*, inter quæ tot interjiciuntur. XL. 10. 'Nox ad quietem data naturæ beneficio mortalibus.' XLII. 40. 'Exspectari, nos, inquit Marcius, arbitror, ut respondeamus:' pro exspectari, ut nos respondeamus. Neque firmiori fundamento altera innititur. Quum enim verbalia eamdem recipere soleant constructionem, quam verba, et nullus dubitet quin recte dicatur 'indignor,' vel 'indignans dicere id ausum eum,' non video cur displicere possit locutio 'indignatio dicere id ausum eum.' Similiter 'suspicio' recipit infinitivum apud Cic. ad Fam. XII. 15. 'Magistratus veniebant in suspicionem detinuisse nos.' Ad Att. VIII. 4. post 11. 'Suspicionem nullam habebam, te reipublicæ caussa mare transiturum.' Etiam 'opinio:' de Nat. D. II. 24. 'Hæc opinio Græciam opplevit, exsectum Cœlum a filio Saturno.' De Divin. II. 33. 'Credo Romulum habuisse opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam.' De Off. II. 13. 'Opinionem adferunt populo, eorum fore se similes.' Vocula *eum* deest in Voss. Mox *ad cœlum tendens ac Deos, testes* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 14 *Zeno, ex principibus unus Magnetum, cum ob eleganter actam vitam auctoritate*] *Magnæ* lege. Nam sequitur *auctoritatis*. Gelenius. Vet. lib. *magnæ tum cum ob:* id est, magnæ eo tempore auctoritatis: alii *Magnetum* per vitium. *Sigon.* Lectionem, quæ ante Gelen. vulgo exstabat, exhibet solus Lov. 5. *Magnetum el. actem vitam auctoritatis* Voss. *Magnetum ob el. actam vitam auctoritatis* Lov. 1. 2. et Gaertn. *Magnetum tum ob el. actam vitam auctoritatis* Lov. 6. *Magnetum ob el. actam vitam magnæ auctoritatis* Lov. 3. *Magnetum cum ob el. actum vitam summæ auctoritatis* Harl. *magnæ cum ob el. actam vitam auctoritatis* Froben. 1535. ex mente Gelenii edidit, Sigonius *magnæ tum cum ob, &c.* Paris. 1573. *magnæ tum ob:* quod deinceps semper obtinuit. Et ita reliqui codd. Paullo ante *territis omnibus* Voss. In seqq. *fuerat* deest in Lov. 3. Quinctii etiam prænomen T. in nullo cod. vel ed. ante Jac. Gronov. adparuit: post quem idem servarunt Doujat. Cleric. et Crevier. ego vero expunxi. Tandem *petii* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

§ 15 *Magnetes non libertatem modo, sed omnia, quæ hominibus sancta caraque sint, T. Quinctio*] *Magnetas* Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. a m. sec. et edd. ante Jac. Gronov. qui, verisimiliter operarum errore, in ed. majori dedit *Magnetes:* in minore enim ed. *Magnetas* servavit. Eumdem errorem Clericus et Crevierius adoptarunt, quum tamen cap. 39. bis terve Livius *Magnetas* dixerit, ut formam illam ipsi in hoc vocabulo non displicuisse pateat. Tum *quæ omnibus sancta* Lov. 1. et 6. Vide ad Liv. III. 54. § 6. Hinc *caraque sunt* Lov. 5. et edd. Frobeniana 1535. antiquiores. Insuper hic etiam Quinctii prænomen *T.* exsulat a Lov. 2. et Harl. quod pariter non exstitisse in L. 1. et ed. Rom. principe Hearnius monet. Mox § seq. *ab immortalibus Diis* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. ante Aldum.

CAP. XXXII. § 1 *Ex concilio itineribus occultis ad portam, atque inde protinus in Ætoliam*] *Ex consilio* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. et Gaertn. Vide ad c. 31. § 3. Vox *inde* abest ab omnibus nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quam primus Aldus ex cod. Mog. adoptavit. Mox § seq. *et* deest in Lov. 3. *id* in Gaertn. *in dies* in Voss. Præterea *defectionem minitabant* Lov. 3. *mutabant* Gaertn. *mutabant* Mead.

Digitized by Google

1. ex prava forsan literas præeuntis pronunciatione. De verbo 'nudare' vide ad XXXIII. 21. § 8.

§ 2 *Eoque ipso forte tempore Thoas, princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat*] In hoc libro paullo ante cap. 12. Dicæarchus Thoantis frater ad Antiochum mittitur, hic ipse Thoas missus dicitur, quod idem Hannibal repetit libro sequenti c. 7. Manifestus error, aut memoriæ lapsus potius. *Glar.* Videndum est etiam atque etiam, quid sit, quod paulo ante dixit hoc eodem libro cap. 12. 'Thoas prætor Ætolorum legatos censuit circa reges mittendos. Democritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicæarchus frater prætoris ad Antiochum est missus:' nunc vero ab Antiocho Thoantem redisse ait. Appianus quidem Thoantem legatorum, qui missi ad Antiochum sunt, principem facit, eum ait in Syriaco p. 92. Ἀντιόχῳ δὲ ἦκον Αἰτωλῶν πρέσβεις, ὧν Θόας ἦρχεν. Qui locus me admonet, ut hoc loco legam *principes legationis, quam miserant ad Antiochum.* Sigonius. Hæc non sunt contraria, quod videtur putasse Sigonius. Dicæarchi, fratris Thoantis, legationem ad Antiochum narrat Livius c. 12. in rebus a. IↃLX. quo Thoas prætor Ætolorum erat; hic in rebus a. IↃLXI. Thoantem ab Antiocho reversum legationem renunciasse: c. 42. hujus lib. et XXXVI. 7. eum legatum Ætolorum apud Antiochum fuisse scribit. Nam hoc ita intelligendum est, eum, quum prætura annua gentis Ætolorum perfunctus esset, post Dicæarchi profectionem ipsum quoque ad Antiochum missum fuisse: haud dubie quod Ætoli sibi persuadebant, in eo, qui et princeps gentis, et Romanis inimicissimus erat, plus momenti futurum ad Antiochum ad bellum adversus Romanos incitandum, quam in Dicæarcho. Nec ob id, quod Appianus eum principem hujus legationis fuisse dicit, in Livio pro *gentis* legendum est *legationis.* 'Principem gentis' rursus enim vocat c. 45. nec repugnat, eumdem principem gentis et legationis fuisse. *Duk.* Thoantis legationem ad Antiochum memorat iterum Liv. XXXVI. 26. 'Legatos ad Antiochum miserunt; inter quos et Thoas idem, qui et antea, missus est.' Id eodem modo cum loco c. 12. conciliat Crevier. quo hic conciliandum docuit Dukerus. Ceterum *eo ipso forte tempore* Lov. 1. 3. et Voss. *eoque forte ipso tempore* Lovel. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *et ipso quoque tempore* Lov. 6. Tum *redibat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mox *inde Menippum, quem secum* cod. Mog. Forte voluit librarius *redierat inde; Menippumque secum adduxerat.*

§ 4 *Ex India elephantos adcitos*] E Moguntino. Lectio vetus *ingentem vim peditum equitumque venire, ex India elephantos.* Quam lectionem meliorem judico: nam *τὸ accitos* adsciverunt, qui non intelligebant locutionem *ex India elephantos*, pro Indis, ut Nasoni Am. II. 6. 1. 'psittacus ab Indis.' Complet sententiam verbum 'venire' ex præcedenti membro intellectum. *J. F. Gronov.* Cod. Moguntini lectionem recepit Aldus, et reliqui servarunt usque ad Gronov. qui priscam a. 1665. revocavit, expuncta voce *adcitos*, quæ etiam deest in omnibus nostris, et Hearnii L. 1. ac N. quod nunc videtur probandum. Infra XLII. 20. 'Quod ex hostibus spolia fuissent ea rostra:' id est, hostilia spolia. XLV. 39. 'Legiones ex Illyrico laureatæ urbem inibunt:' id est, legiones Illyriæ, sive Romanorum, quæ in Illyrico militaverant. Ita enim proxime sequuntur 'Macedonicæ legiones.' c. 43. 'Reliquum ex Illyrico prædæ ducenti viginti lembi erant:' id est, prædæ Illyriæ. Plaut. in Captiv. III. 2. 10. 'Rogo Philocratem ex Aulide, ecquis omnium noverit.' Eidem locutioni inser-

Digitized by Google

vit præpositio *a*. Vide IV. 7. § 4. et Nic. Heins. ad Nas. Am. II. 6. 1. ubi tamen vereor ne memoria viro illustrissimo inposuerit, ad hanc formam emendanti apud Silium, *Bistonis late Gradivus ab oris*, ubi cum omnibus codd. *in oris* servandum puto. Videtur autem Heinsius in animo habuisse alium locum Silii, priori proximum, 'Litore ab Hesperidum Temisus,' ut ipse et Modius ex membranis pro *missus* emendarunt. Et quidem tanto magis id mihi persuadeo, quia locum exstare dicit apud Silium I. 431. ubi posterior obcurrit, quum prior reperiatur I. 433. Cum emphasi autem memorantur 'ex India elephanti,' ut obponantur Africanis, minus præstantibus, quibus Romani utebantur. Infra XXXVII. 39. 'Præterquam quod multitudinem regiorum elephantorum sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indicis Africi resistunt, sive quia magnitudine, (longe enim illis præstant,) sive robore suimorum vincuntur.' Præterea *et ex India elephantos* Lov. 5. et ed. Camp. *ex India elephantes* Lov. 1. 2. et 6. Sed reliqui omnes *elephantos*. Vide ad XXXI. 36. § 4.

Ante omnia tantum advehi auri] Moguntiaci natum: alii omnes, *ad omnia*: quod posset defendi, ut particula sit ea vi qua *super* aut *præter*. Vide ad XXVI. 5. *J. F. Gron. Ad omnia* præter Hearnii L. 1. et N. etiam præferunt omnes nostri, nisi quod in uno vel altero sit *ac omnia*. Posse autem illud *ad omnia* commodo sensu exponi, non diffiteor. Magis tamen placet *ante omnia*, id est, præcipue; quod a Gronovio loco motum restitui. Suet. Calig. c. 21. 'Destinaverat et Sami Polycratis regiam restituere, &c. sed ante omnia Isthmum in Achaia perfodere.' Tum *et tantum advehi* Lov. 1. Præterea *quibus maxime moveri multitudinis animos* Harl. *quo maxime credebant moveri multitudinis animos* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. et Mead. 1. *quo maxime credebant movere multitudinis animos* Mead. 2. Mox *possent* Lov. 2. 5. 6. et ed. Camp. *posset* Voss. Lov. 1. 3. 4. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes: *ut ipsos emere possit* se in cod. suo invenisse, testantur Moguntini, ex quo ipsi *possit* adsciverunt. Præterea § seq. *legatis Romanis* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 6 *Prope abscisa res erat*] Lege *abscisa res erat*, non *abscissa*. Gelen. Hoc fortassis defendi potest; sed mihi apertior foret sententia, si pro *res* scriptum fuisset *spes*. I. IV. c. 10. 'Volsci exiguam spem in armis, alia undique abscisa (vel, si quis hoc mavult, *abscisa*) quum tentassent.' XXIV. 30. 'unum spe undique abscisa consilium esse rati.' Infra c. 45. 'abscissa omni spe.' Paulus I. 35. D. de Eviction. 'Quum fere spes habendi abscisa est.' Sic 'spem incidere' dicit Liv. II. 15. III. 58. VI. 39. XXXV. 31. et 'præcidere' IV. 3. XXIV. 31. XXIX. 15. Si *res* retinendum est, in eo tamen non alia sententia esse potest, quam etsi res eo redierant, ut prope abscissa esset spes animos Ætolorum ab societate Romanorum alienatos reconciliandi. *Duk. Abscisa* Voss. Lov. 2. 4. 5. Gaertn. et edd. principes. Vide ad XXXI. 34. § 4. Mox *sociorum legatos*, omissa media voce, Lov. 1. et 6. Tum *interesse ei colloquio* Lov. 1. in contexta, altera lectione in margine servata. Hinc *admoverent* Mead. 1. librariorum errore. Vide ad hujus lib. c. 35. § 5. Insuper *Ætolos, vocem liberam*, omisso τῷ *qui*, Lov. 5. et ed. Camp.

§ 7 *Propter et civitatis dignitatem, et vetustam societatem*] Ms. *et propter civitatis dignitatem, et vetustam s. c.* Æ. Modius. Ne hic quidem mutandi justam caussam habuerunt, quum legeretur *propter et civitatis*. J. F. Gron. *Propter et* etiam Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. Crevierii Victor.

Digitized by Google

et edd. antiqq. Postea Ascens. 1513. omisit voculam *et*, quæ neque exstat in Lov. 1. Eam autem restituentes Moguntini ex cod. suo vulgarunt *et propter*. Tum *et amicitiam cum Ætolis* omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo *et vetustam societatem cum Ætolis* Aldus ex Mog. substituit. Mox *petit* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn.

§ 8 *Primus in eo concilio renunciavit legationem*] Ita primus Aldus, consentientibus omnibus nostris, excepto solo Lov. 5. qui cum excusis antiquioribus præfert *in eo concilio primum*. Mox *post eum est intromissus* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Hinc *Optimum fuisse in omnibus* Voss. et Lov. 1. *Optimum esse omnibus* Gaertn.

§ 10 *Nunc quoque inquit, Si modo vos, quæ inchoastis, consilia constanter perducitis*] Qui ita interpungunt hæc verba, orationis initium a voce *si* ducunt, cum sit ducendum a voce *nunc*. Sunt autem ita distinguenda verba, ut a voce *si modo* usque ad vocem *exitum* parenthesi concludantur. *Sigon. Qui inchoatis* Harl. et Lov. 3. *quæ inchoatis* scripti reliqui cum edd. vetustis. Moguntini demum dederunt *inchoastis*. Mox *inclinatas restituere res Græciæ* Voss. *inclinatas res Græciæ restituere* Lov. 3. et 6. Paullo post § seq. *Ea autem in pristina libertate* Voss. et Lov. 1. ac 3. voce ex præcedenti periodo male repetita. Deinde *ex alienis arbitriis* Gaertn.

§ 12 *Quibus primis post regiam legationem*] *Quibus post primam regiam legationem* Harl. Mead. 1. Lov. 2. et Gaertn. Mox *potestas est facta* Lov. 1. et 6. *potestas data est* Gaertn.

§ 13 *Consilia callida et audacia prima specie læta, tractatu dura, eventu tristia esse*] Scribo *calida et audacia*. Ut XXII. 24. 'Agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora.' Hirtius ad Ciceronem ad Att. XV. post ep. 6. 'Ita pro te exorentur, ne quod calidius ineant consilium.' *J. F. Gron. Calida* hic etiam Malaspina ad Epist. Hirtii apud Cic. post epist. 6. ad Att. lib. XV. H. Steph. Sched. l. v. c. ult. et Pricæus ad Apuleii I. p. 62. legunt. Et ita hic unus liber Hearnii. In Cicerone quoque de Off. I. 24. in d. Epist. Hirtii, et in Terent. Eun. II. 3. 88. viri docti pro vulgatis *callida consilia, callidius, callidum consilium* emendant *calida, calidius, calidum*. Adde Jac. Gronov. ad Tacit. Hist. I. 48. *Duker. Consilia callida* servant Voss. et Lov. 3. 4. 5. 6. Reliqui vero cum Hearnii L. 1. et Crevierii Victor. *calida*, quod est 'præcipitia,' 'temeraria,' sive, ut additur, 'audacia.' Vide ad Silli XV. 337. Solent autem hæ voces in Mss. confundi. Vide ad IX. 46. § 1. et X. 22. § 7. Adde Keuchen. ad Front. I. 1. § 9. et Corte ad Sall. Jug. c. 15. et ad Plinii Ep. V. 20. Similiter 'calere' et 'callere;' vide ad c. 26. § 10. Præterea *tractu* Voss. Lov. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. 1535. Male. Supra XXXIII. 31. 'Ibi consilia decem legatorum tractabantur.' XLIV. 13. 'Tractatas inter Eumenem et Persea conditiones amicitiæ.' Simili modo et alibi peccatur. Vide ad VII. 21. § 7. c. 25. § 4. et Corte ad Plinii Ep. I. 8. § 8. et ep. 20. § 3. Plura similia congessi ad X. 37. § 2. Ad hæc *tristitia* Lov. et Mead. 1. Vide ad IV. 52. § 6. Mox voces *legatos Romanos, et in iis T. Quinctium, haud procul inde abesse* desunt in Mead. 2. culpa librarii ob similitudinem *rūm esse* et *abesse*. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 14 *Verbis potius de iis, quæ ambigerentur, disceptarent*] *De iis potius* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Tum *quæ ambigerent* Lov. 3. Vide ad X. 10. § 1. Infra XLII. 39. 'Aliud deinde ambigebatur.' Hinc *disputarent* Harleian. quod est ex glossa. De verbo 'disceptare' vide ad XXXVIII. 35. § 1.

Digitized by Google

CAP. XXXIII. § 1 *Antiochi tota erat*] *Antiochi erat tota* Lov. 6. Vox *tota* exulat a Lov. 5. et ed. Camp. Male. Vide ad XXV. 16. § 19. Mox *auctoritate obtinuit* Lov. 4. *obtinuerunt* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *tenuerunt* Harl. Ita sæpe Livium locutum esse, vidimus ad XXIII. 20. § 10. Uni tamen cod. fidem habere non audeo. Mox § seq. *Quum hoc decretum Athenienses retulissent* omnes nostri manu exarati, ut et editi ante Aldum, qui vocum ordinem ex cod. Mog. mutavit. Præterea § 3. *Aut eum moturum* Voss. et Mead. 1. Hinc *culpam belli esse* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 4 *Postquam ventum est eo, Quinctius in concilio, orsus a principio societatis Ætolorum cum Romanis*] *Postquam ventum eo* Harl. Tum *Quinctius legatus in concilio orsus* Voss. *Quinctius in eo concilio orsus* Lov. 5. et edd. antiqq. *Quinctius legatus imperat Ætholis amicitiam cum Romanis* Lov. 1. *Quinctius legatus improperat amicitiam cum Romanis* Lovel. 6. qui voces *in concilio orsus a principio societatis Ætolorum cum Romanis* inserit post τὰ *de quibus ambigeretur*. Mox *de jure civitatium* Lov. 4. et ed. Mediol. a. 1480. Vide ad l. XXXIII. c. 20. § 11. Tum *de quibus ambigebatur* Gaertn. *de quibus ambigerent* Lov. 3. Hinc § seq. *sanotius*, pro *satius*, Lov. 1. et 6. Vide ad XXXIV. 33. § 7.

§ 6 *Populum Romanum cum Antiocho, immistis Ætolis, &c. dimicare*] Tres literulæ depravatæ totum sensum corrumpunt. Scripti codd. habent *lanistis Ætolis dimicare*. Nimirum metaphora a gladiatoribus sumpta. *Gelen.* Antea edebatur *cum Antiocho admistis Ætolis*, quo pacto legitur in veteribus libris. Quamobrem non video, cur displicuerit hæc lectio Gelenio, et cur hoc loco metaphoram a gladiatoribus et lanistis ductam tantopere adamarit. *Sigon.* Hæc aurea restitutio Sigismundi Gelenii, et quidem e scriptis codd. ut ipse profitetur: Legebatur *admistis Ætolis*. Quo frigidius nihil potest excogitari, præsertim in comparatione alterius delicatissimæ lectionis. Tamen Sigonio perplacet, et, non video, inquit, cur displicuerit hæc lectio Gelenio, et cur hoc loco metaphoram a gladiatoribus et lanistis ductam tantopere adamarit. Quid censes, cordate lector? Nisi Sigonius esset, haud impune ferret profecto. Nam *Ætolis lanistis*, est, committentibus, subornantibus in certamen. Antonius in epistola ad Hirtium et Octavium Cæsarem, recitata Ciceroni Philipp. XIII. 19. 'Quod spectaculum adhuc fortuna vitavit, ne videret unius corporis duas acies, lanista Cicerone, dimicantes.' Subjicit ipse Cicero: 'Ego lanista? et quidem non insipiens: deteriores enim jugulari cupio, meliores vincere.' Abstineant sua, *equidem*, vel *id quidem*. Nisi et vexare velint Philipp. seq. c. 5. 'Tu igitur ipse de te, dixerit quispiam. Et quidem invitus.' Ant de Nat. Deor. I. 32. 'Beatos esse Deos sumsisti: concedimus. Beatum autem sine virtute neminem esse posse: id quoque damus, et libenter quidem.' Ipse Cic. ad Att. I. 16. 'Cum accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret; reus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret.' Pro Roscio c. 6. 'Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur: hic autem nuper se ad eum lanistam contulit, qui, quum ante hanc pugnam tiro esset scientia, facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit.' J. F. Gron. *Admistis Ætolis* Lov. 2. 3. Harl. et Gaertn. *immixtis Ætolis*, vel *immistis* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Mead. 2. et edd. vett. *lanistis Ætolis*, quod jubente Gelenio Frob. 1535. recepit, Mead. 1. Hearnii N. et Regius major apud Donja-

Digitized by Google

tium. Cic. pro Rosc. Amer. cap. 40. 'Num aut ille lanista omnino jam a gladiis recessisse videtur, aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere?' Præterea *et hoc non sine magno motu* Lov. 3. *magno motu* etiam Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Gaertn.

§ 7 *Hæc nequidquam velut vaticinatus Romanus*] *Hoc nequidquam* Lov. 5. et edd. vett. usque ad Frob. qui an. 1535. *Hæc* ex cod. Mog. recepit, cui adsentiuntur reliqui mei. Vox *velut* deest in Lov. 1. *Romanus* in Voss. *deinde* in Lov. 1. Mox *cum adsensione omnium auditi* legit Gaertn. *cum adsensu omnium communi auditi* Lov. 3.

§ 8 *Ad liberandam Græciam disceptandumque*] Scripti *disceptatumque*. Quod perperam mutatum existimo: neque mihi novitas est, in eodem membro dici, Antiochum arcessi ad Græciam liberandam, et arcessi disceptatum, sed instar deliciarum Livianarum. Sic v. 19. 'Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis servandæque patriæ M. Furius Camillus dictator dictus.' Potuisset juxta bene dicere, *servandamque patriam*, sed variare maluit. Dictys Cretensis I. 4. 'Quamquam atrocitas facti ad indignationem ultumque injurias rapiebat.' *J. F. Gron. Disceptandumque* solus Lov. 5. editis antiquis concinens servat: *discessumque* Lovel. 6. *disceptumque* Voss. *disceptatumque*, quod recte Gronov. probavit, reliqui mei, et Hearnii L. 1. ac N. Male similis variatio Annæ Dacer. in loco laud. Dict. Cret. displicuit. At præsertim Livius omni ratione locutiones variare captavit. Varia exempla dedit Duker. ad l. XXVII. c. 33. § 9. Adde etiam quæ notantur ad XXXVIII. 39. § 10. et XXXIX. 14. § 9. Facillime gerundium *disceptãdum* et supinum *disceptatum* commutari potuerunt. Alia exempla vide ad II. 48. § 4. IV. 9. § 11. XXII. 9. § 10. XXIII. 35. § 15. et pluribus locis.

§ 9 *Damocritus prætor eorum*] *Damotricus*, literis transpositis, Lov. 1. *Democritus* Lov. 3. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. pro quo Freb. 1535. reposuit *Damocritus*, ceteris codd. probantibus. Vide ad XXXI. 32. § 1.

Nam quum id ipsum posceret decretum T. Quinctius, non veritus majestatem viri, primo aliud in præsentia, quod magis instaret, prævertendum sibi esse] Diversum legitur in veteribus archetypis hoc modo: *nam quum id ipsum decretum posceret eum Quintius.* Præterea hæc vox *primo*, hic plane superflua, in neutro invenitur. *Gelen. Ad ipsum posceret decretum T. Quintius* Voss. *id ipsum decretum posceret Quinctius* Lov. 1. et 4. *id ipsum decretum posceret T. Quinctius* Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *id ipsum posceret decretum T. Quinctius* Lov. 5. et edd. antiqq. Sed malo cum Gelenio *decretum posceret eum Quinctius.* Supra VII. 32. 'Ferociter pro se quisque signum duces poscere:' ubi vide quædam notata. XLI. 10. 'Vocatum, qui pro quæstore Manlii erat, catenas poposcit.' Similiter 'orare' cum duplici accusativo XXVIII. 5. 'Auxilia regem orabant.' Præterea *primo* agnoscunt omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. eædem. Præterea *aliquid*, pro *aliud*, Mead. 1. Vide ad XXV. 38. § 3. Tum *petendum* Lov. 6. Lov. 2. in contextu, et Mead. 1. in marg. Mox in verbis seqq. *deindeque decretum*, addita priori voce, Lov. 6. Deinde *in Italia brevi* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

CAP. XXXIV. § 1 *Quinctius legatique*] Quinctius ipse quoque inter legatos erat, c. 23. Sed hic sermo eum non excludit numero illorum. Vide Gronov. ad III. 25. Schelium ad Hygin. de Castramet. p. 1052. et Interpretes Rutilii Numat. I. 300. *Duk.*

Ut quæque de Antiocho] Lego *quieti de Antiocho.* Vide diligenter num placet. *T. Faber. Ut quemque de Antiocho* Lov. 4. Harl. Mead. ambo,

Digitized by Google

Gaertn. et Regius Johannis Mureti apud Doujatium: *ut quemque ab Antiocho* Lov. 3. *ut quoque de Antiocho* Regius Naudæi apud eumdem Doujatium; cui displicet Fabri conjectura, quia mox subjungitur *nihil per se ipsi moti*: ipse vero *quæque de Antiocho* exponit quæcumque de Antiocho dicerentur. At Clericus sensum constituit, ut viderentur exspectare quæque de Antiocho. Sed recte locus fractus Crevierio videtur, cujus verba sine ope codicum integriorum refingi nequeunt.

Nihil per se ipsi moti] Lego *moturi*. Erant enim non modo per se ad bellum cum Romanis gerendum moti, sed et ipsum Antiochum ad idem incitaverant, eumque decreto publico, quod præsente Quinctio proximo concilio fecerant, arcessebant in Europam disceptatum inter se et Romanos. Unde et a Quintio summo jure 'lanista' vocantur c. 33. Volebant tamen videri nihil rerum per se ipsi esse moturi, sed sedentes exspectare adventum regis. Infra XL. 31. 'Spem factam hosti, nihil se priorem moturum.' XXV. 27. 'Exspectaturus magis eventum, quam inde quicquam moturus.' *Jac. Perizon.*

Exspectare adventum viderentur regis] Barberinus *motum regis*. Cæterum obscuriorem hunc locum sic explicabam: Ætolos, ne Romanis prius consilia eorum, quam facta, innotescerent, postea concilium gentis nullum habuisse, ita ut omnia, ut quamcumque spem haberent, viderentur exspectare de Antiocho, nihil ipsi pro ea laborantes, utque viderentur sedentes exspectare sive adventum sive motum regis. *J. F. Gron. Moturi*, quod Perizonio placet, recipi potest. Sed mihi neque hac emendatione, neque interpretatione Gronovii dispulsa est omnis obscuritas hujus loci. Primum, quod, etsi Ætolos paucis ante verbis nominat Livius, tamen interjecta illa, 'Quintius legatique Corinthum redierunt,' postulare videntur, ut post eos rursus exprimatur nomen Ætolorum, vel aliud, e quo intelligitur, hæc de iis dici. Deinde non scio, an Latini ita utantur voce 'quisque' pro 'omnis,' ut dicant 'Ætoli quæque exspectant de Antiocho,' pro 'omnia exspectant.' *Duk. Motum* etiam Lov. 2. 4. et Mead. ambo; quorum tamen ultimus *adventum* præfert in margine. Sed *moti* mox præcessit, unde hic *motum* repetitum videtur. *Regis viderentur* Lov. 6. *viderentur* deest in Lov. 1. Paullo ante *consedentes*, pro *et sedentes*, Lov. 3.

§ 2 *Per apocletos autem, (ita vocant sanctius concilium*] *Consilium*, ni fallor. Cap. 35. 'In consilio arcano gentis, de quo ante dictum est.' XXX. 16. 'Triginta seniorum principes: id erat sanctius apud eos consilium.' *Duk. Consilium* Lov. 3. et 6. quomodo etiam Crevierius edidit. Et ita legendum puto XXXVI. 28. § 8. Similiter etiam ibid. c. 11. § 7. Certe Apocleti hic vocantur 'sanctius consilium,' et opponuntur 'universæ gentis concilio.' Deinde *per apocletos auchenucha vocant* Voss. *per apocletos antehunta vocant* Lov. 6. *parapocletos* Lov. 1. *parapodetos* Harl. Mox *modo* exsulat a Voss. et Lov. 6. *quomodo* dederunt Lov. 1. 3. 6. et edd. vett. Aldus ex Mog. dedit *quonam modo*. Et ita reliqui codd. Præterea *in Græcia res* Harl. et Gaertn. *in Græciam res* Lov. 2. 4. et Mead. ambo.

§ 3 *In civitatibus principes et optimum quemque*] In prima reperio ed. Moguntina: sed scripti et superius editi, extrita copulativa, *principes, optimum quemque, Romanæ societatis esse*. Et verius est. Uti I. 7. 'Aversos boves, eximium quemque pulcritudine, candis in speluncam traxit.' XXI. 32. 'Ipse cum expeditis, acerrimo quoque, raptim angustias evadit.' *J. F. Gron.* Livium ita loqui certum est. VII. 19. 'Trecenti

Digitized by Google

octingenta quinque delecti, nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur.' Omnes etiam nostri cum Hearnii L. 1. et N. copulam nesciunt. Non tamen displicet ed. Mog. lectio: per 'principes' autem intelligo nobilissimos ordinis senatorii; vide Wessel. Observ. 1. 8. per 'optimum quemque,' qui optimatium partibus favebant, qui reipublicæ utilitati consulebant; qui non semper principes, sed interdum ex plebe erant. Cic. pro Sext. cap. 45. 'Qui autem ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarent, optimates habebantur.'

Quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novare velle] Vet. lib. *novari*. Sigon. Ms. *omnia novare velle*. Modius. *Omnia novare bella* manu exarati nostri, et edd. vett. usque ad Moguntinos, qui ex cod. suo receperunt *novare velle*, quod Sigonius in *novari* mutavit. Sed prætuli *novare*. Non tantum enim volebant *omnia novari*, verum ipsi etiam manum operi admoturi, idque operam daturi erant, ut omnia novarentur. Alibi etiam *velle* et *bella* confudernnt librarii. Vide Nic. Heins. ad Silii XI. 350. Insuper *esset* Lov. 5. Harl. et edd. ante Aldum.

§ 4 *Demetriadem, Chalcidem, et Lacedæmonem*] Ita et hic primi Moguntini ediderunt, non addentes utrum eam lectionem in cod. suo invenerint. Priores copulam ignorant, quæ etiam exulat a Lov. sex, Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. Vide ad III. 68. § 4.

§ 5 *Singuli in singulas missi sunt principes*] Librariorum culpa prima vox deest in Lov. 2. prima et secunda in Mead. 1. ultima in Mead. 2. sed *principes missi sunt* legunt Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *principes jussi sunt* Lov. 6. Vide ad IX. 43. § 2. Mox *Alaxamenus* Lov. 4. 5. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Similiter sæpius capp. 35. et 36. non tantum iidem, sed insuper etiam Voss. Lov. 2. et Mead. 2. exhibent. Insuper *Diodes* Lov. 3. et Hearnii L. 1. literis *cl* perperam in *d* coalescentibus. Vide ad X. 24. § 2.

§ 6 *Hunc exsul Eurylochus, &c. quia reditus in patriam nulla spes alia erat, adjuvit*] *Hunc exsulem* male cod. Mog. et Gaertn. Tum *nulla illi spes erat* Lov. 1. *nulla alia erat spes* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. Insuper *adivit*. Vide ad XXIV. 35. § 4.

§ 7 *Liberos et conjugem ejus, &c. concionem frequentem adire jubent*] Vocem *ejus*, quam ignorant Lov. 5. et edd. vett. Moguntini ex cod. suo addiderunt, probantibus reliquis scriptis. Tum *specie supplicium* Voss. et Lov. 1. quomodo etiam duo codd. præferunt II. 14. § 8. Hinc *concionem frequenter adierunt* edd. vett. *concionem frequentem adierant* Voss. *concionem frequentem adierunt* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et ed. Mog. quamvis, qui eam curarunt, se in ipso cod. *frequentem adire jubent* invenisse testentur, quod Frob. 1531. recepit. Aldina enim, servata editionis Moguntinæ lectione, asteriscum margini adpingere satis habuit. Mox *inde natum*, pro *indemnatum*, cod. Mog. et Mead. 1.

§ 8 *Pro se quisque revocare jubebant*] Vet. lib. *revocari*. Sigon. Ms. *et pro se quisque r. j.* Mod. Copula, quam agnoscit cod. Mog. intercepta esse potuit a literis ultimis vocis præced. *movit*. Vide ad IX. 41. § 10. Deinde *revocari jubebant* Lov. 2. 4. Harl. et Mead. ambo: *revocare videbant* Lov. 1. 3. *revocare videbatur* Hearnii L. 1. *revocare jubebat* Lov. 6. Male. Vide ad VII. 19. § 2. Paullo ante *seditiosque* ignorant Lov. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Tum *tumultu Æolio* Voss. Lov. 2. 6. et Mead. ambo: *tumultu Æolo* Lov. 1.

§ 9 *Et erat tunc præfectus equitum*]

Digitized by Google

Tum Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. 2. et Gaertn. Vide ad II. 12. § 15. *Et erat cum eo præf. eq.* Lov. 1. *etenim erat tunc præf. eq.* Lov. 2. Mox *speciæ reducendi* Lov. 6. a m. sec. Hinc *milliaria sex ab urbe abessent* Voss. *milliaria* etiam Lov. 1. et 6. Vide ad Epit. Liv. l. CXXX. Deinde *equitum* non adparet in Voss. Tandem *processit* edd. principes usque ad Aldum, qui *præcessit* probavit ex cod. Mog. neque aliter nostri. Vide ad XLIV. 5. § 6.

§ 10 *Desilire omnes ex equis jussit*] Præpositionem ignorant omnes nostri manu exarati, et edd. principes. Sed vulgatum præfero, quod Aldus ex cod. Mog. admisit. Supra II. 20. 'Dicto paruere: desiliunt ex equis.' IV. 38. 'Qui salvam rempublicam vellent esse, ex equis desilirent.' IX. 31. 'Consul advectus desilit ex equo.' XXI. 46. 'Multis labentibus ex equis, aut desilientibus.' XXV. 16. 'Gracchus ex equo desilit.' Similiter 'desilire ex equis,' 'ex essedis,' 'ex navi' passim apud Cæsar. obcurrit. Vide viros doctos ad Cæs. B. Gall. IV. 24. Mox *solitis ordinibus* Voss. et Lov. 3. a m. pr. sollemni scribarum errore. Vide ad l. VII. c. 2. § 2. et l. XXXVII. c. 20. § 8.

§ 11 *Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset*] *Ubi una ex turmis* Voss. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi una de turmis* Lov. 1. de qua locutione vide ad c. 29. § 8. Eam tamen, dissentientibus aliis codd. hic probare non audeo. Tum *ut exclusi subsequentes equitatus posset* Gaertn. *subsequentes equitatus posset* etiam Hearnii L. 1. *subsequentes equitatus possent* Lov. 3. *subsequens comitatus posset* edd. vett. pro quo *subsequens equitatus* dedit Ascens. 1513. neque aliter reliqui meorum cum cod. Mog. Paullo post *concurrentibus* Lov. 5. et ed. Camp.

§ 12 *Equitum plena urbs erat*] *Urbs plena erat* Harl. Tum *occupabant* Voss. Vide ad X. 10. § 1. Deinde *interfecerunt* Harl. Vocula autem *est* abest a Lov. 6.

CAP. XXXV. § 1 *Lacedæmone non urbi vis adferenda*] *Lacedæmoni urbi non vis* Hearnii L. 1. *Lacedæmonii non urbi vis* Harl. *Lacedæmoni non urbis vis* Lov. 3. *Lacedæmoni non urbi vis* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. Eam autem scripteram si quis præferendam putabit, *Lacedæmoni* accipi malim, ut 'Karthagini' XXVIII. 26. § 1. ubi plura vide. Non ausim tamen rejicere *Lacedæmone*, quod Mog. ex cod. suo adoptarunt. Similiter præfert Lov. 4.

§ 2 *Eum totius gratiam rei apud Lacedæmonios laturum*] Vet. lib. *eum potius*, hoc sensu: Qui tyrannum interfecisset Lacedæmoniorum, tantum obfuturum, ut rem ingratam Lacedæmoniis faceret, ut gratiam potius ab illis iniret. *Sigon.* Et hic etiam Mog. ex cod. suo *totius gratiam rei* dederunt. Eam autem lectionem, licet cum Sigonio faciant omnes codd. quibus usus sum, et Hearnii L. 1. nondum rejicere audeo. Sensus autem erit: licet Romani Nabin oppidis maritimis spoliarint, ejusque copias intra urbem Achæi compulerint, nihilominus ei uni Lacedæmonios universum sublatæ tyrannidis beneficium acceptum relaturos, qui tyrannum non fregisset, sed interfecisset. Similitudo literarum *T* et *P* erroris caussa exstitit. Vide ad XXVII. 15. § 11. Paullo ante *ab Romanis* Voss. et Lovel. 4. Tum vocula *etiam* deest in Lov. 1.

§ 3 *Quod fatigabat precibus*] *Fatigaret*, et mox *rebellaret*, codex Mog. Præterea *mitterent* Lov. 6. Vide ad X. 10. § 1.

§ 4 *Mille pedites Alexameno dati sunt*] *Copedites* Hearnii N. *ducentum pedites* Lov. 3. *ducenti*, vel *CC. pedites* ceteri codd. et nostri, et Hearnii L. 1. cum editis antiquis: pro quo recte *Mille pedites* Aldus ex cod. Mog. rescripsit. Vide et ad § 12.

Digitized by Google

Error ortus videtur ex non intellecta numeri millenarii nota ↀ, pro qua alii *CO*, alii *CC*, vel *ducenti* scripserunt. Alia ejusdem erroris exempla vide ad XXVIII. 3. § 15. XXXVI. 21. § 2. c. 40. § 12. XXXVII. 40. § 5. XXXVIII. 21. § 1. et Sigon. ad XLIV. 16. § 3. Adde Victor. ad Cic. ad Fam. XVI. 18. In eadem nota etiam aliter lapsos esse librarios, vidimus ad XXVII. 38. § 11. XXXI. 21. § 2. XXXIII. 43. § 9. et hoc lib. c. 37. § 7. Mox *trecenta deleeti* Gaertn.

Iis a prætore Damocrito in consilio arcano gentis, &c. denunciatum] Per *Iis* intelligi triginta equites, ex sequentibus colligit Crevier. Id autem ut eo melius intelligatur, *His* reposuit ex cod. Victor. quod in solo tantum meorum Gaertn. obvium fuit. Tum *ex prætore* Voss. et Lov. 1. ac 6. Hinc *Dametrico* Lov. 1. *Democrito* Lov. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. nisi quod *Demetrio* ex ed. principe Romana adferat Hearnius. *Damocrito* Frob. 1535. vulgavit. Vide ad XXXI. 22. § 1. Præterea *in concilio* Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. pro quo Paris. 1573. *in consilio* receperunt. Vide Duker. ad cap. præc. § 2. Insuper *nunciatur* Gaertn. *denunciatur* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 5 *Quidquid Alexamenum res movisset subiti consilii capere*] Et hoc Moguntiæ natum: sed repone, ut prius fuerat, *res monuisset*. Ut alibi, 'Si exire res cogeret:' 'Quo res vocasset:' 'Ut res poscebat.' Tacitus Ann. III. 25. 'Ea res admonet, ut de principiis juris, &c. altius disseram.' Sallust. Catil. c. 52. 'Res autem monet, cavere ab illis magis.' *J. F. Gron.* Moguntino adsentiuntur Voss. Lov. 1. 4. Gaertn. et Hearnii L. 1. *jussisset* habet Lov. 3. inter versus: *monuisset* reliqui, et Hearnii N. quod cum Gronovio præstare arbitror. Ita Terent. Andr. III. 3. 19. 'Neque postulem abs te, nisi ipsa res moneat.' Sall. Catil. c. 20. 'Ut res atque tempus monebat.' Jugurth. cap. 47. 'Ratus id quod res monebat.' 'Res poscat,' et 'res poposcisset' mox hoc cap. habemus. Solent autem 'monere' et 'movere' innumeris locis in Mss. confundi. Vide ad I. 13. § 4. II. 27. § 3. c. 59. § 4. III. 12. § 8. c. 39. § 3. c. 60. § 5. c. 68. § 9. et sæpe alibi. Adde viros doctos ad Val. Max. I. 1. 6. Corte ad Sall. Jug. c. 24. et quæ notavi ad Silii II. 273. Præterea *rex* pro *res* perperam Mead. 1. Vide ad XXXVI. 9. § 9. Paullo ante *præcipere* Mog. ex cod. suo dederunt, consentientibus nonnullis meorum. Antea vulgo circumferebatur *percipere*. Vide ad XXXVIII. 20. § 1. Paullo post *missos domo* edd. Camp. Rom. a. 1472. Mediol. a. 1480. Parm. et aliæ: *missos a domo* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. Gaertn. et edd. Tarvis. utraque, et ceteræ usque ad Gron. qui dedit *ab domo*. Insuper § seq. *Cum his itaque præparatis* Voss. Lov. 3. 6. et Gaertn. Vide ad XXI. 53. § 7. *Cum his ita apparatis* Harl.

§ 7 *Terras, maria, armis, viris completurum*] *Armis, viris* fortassis etiam ad præcedens 'maria' referri possunt; sed hæc tamen magis dicuntur 'compleri navibus' et 'classibus:' certe 'maria' et 'naves classesque' aptius junguntur, quam 'maria' et 'arma ac viri.' Cap. 44. 'Omnem se Græciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum.' c. 48. de legatis Antiochi: 'Maria terrasque inani sonitu verborum complevit. Equitum innumerabilem vim trajici Hellesponto in Europam, &c. Adjiciebat multiplices copias peditum, &c. Navalium vero copiarum, quas nulli portus capere in Græcia possent.' Et c. 49. 'Rex contra peditum equitumque nubes jactat, et consternit maria suis classibus.' Hæc faciunt, ut nonnihil dubitem, an hoc loco post *viris* exciderit *navibus*, vel *classibus*. Dnk. *Terras, maria fere armis, viris* Voss. *terras, maria, ferro,*

Digitized by Google

armis, viris Lov. 6. *terras et maria armis et viris* Lov. 3. *terras, maria viris armisque* Gaertn. *terras, maria armis virisque* Lov. 5. et edd. ante Frob. a. 1535. Vide ad III. 68. § 4. Paullo ante *jam*, quod in omnibus scriptis meis, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. deest, Aldus ex Mog. interposuit.

Numerum iniri peditum equitumque ac navium non posse] Vet. lib. *peditum, equitum, naviumque.* Sigon. *Peditum, equitumque, naviumque* Lovel. 2. et Harl. *peditum, equitumque, navium* Mead. 1. Vide ad II. 31. § 1. Τὸ *iniri* deest in Lov. 1. *Mirum numerum peditum, equitumque, ac navium non videri posse* Lov. 3. Mox § seq. *Ætolos suo exercitu paratos esse* Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *Ætolos suo exercitu præparatos esse* Voss. Lov. 1. 5. 6. et edd. vett. Vulgatum Aldus ex Mog. cod. admisit. Insuper τὸ *advenienti* deest in Mead. 2.

§ 9 *Nabidi quoque et ipsi faciendum esse*] *Num id quoque ipsi faciendum esse* Longobardicus legit. *Modius. Nabidique et ipsi* Lov. 6. Tum *faciundum* Lov. 6. Mox *marcescere otio seu educeret* Lov. 5. et ed. Camp. *marcescere otiose deduceret* male divisis vocibus Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et uterque Mead.

Et in armis decurrere cogeret] *Et armis* Lov. 1. Male. XXVI. 51. 'Legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt:' hoc lib. cap. 36. 'Frequentibus inde retentis in armis Ætolis.' Paullo post *animos acuere et corpora exercere* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§ 10 *Consuetudine leviorem laborem fore*] *Et consuetudine* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. Tum *et comitate et benignitate* omnes mei, et edd. vett. pro quo Aldus ex Mog. Msto dedit *et comitate ac benignitate.* Deinde *Educi tamen frequenter* Harl. Vide ad v. 18. § 8.

§ 11 *Media fere in acie consistebant*] *Media fere acie* Lov. 3. Utrumque Livio in usu fuisse, vidimus ad IX. 40. § 3. Reliquos igitur præpositionem tuentes sequor. Deinde *cum tribus semper equitibus* Lov. 1. Male. Vide J. F. Gronov. ad XXI. 35. § 9. Tum *cornua extrema immiscens* Lovel. 2. 3. Mead. 1. et Gaertn.

§ 12 *Et qui venerant mille cum Alexameno*] *Et qui venerant tres* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *et qui venerant triginta* Lovel. 6. in margine: *et qui venerant XXXIII.* Gaertn. *et qui venerant tres* m Mead. 1. *et qui venerant triginta milites* Lov. 2. et Harl. *et qui venerant milites* Lov. 5. et vetustæ edd. pro quo Frob. a. 1535. *et qui venerunt mille* dedit. Numerus millenarius olim scriptus erat per notam *M*, unde alii fecerunt *III.* vel *tres*, alii *milites*, alii utrumque *tres milites*, alii aliter errarunt. Vide ad § 4. Paullo ante *auxiliares fuerant tyranni* Voss.

§ 13 *Monendique eum, quæ in rem esse videbantur*] *Monendique eundi* Lov. 1. a m. pr. forte pro *eundem:* sed ea vox inducta erat a m. sec. Tum *quæ in rem esse videbatur* Lov. 4. et Mead. 2. quod dictum videri posset, ut illud VI. 26. 'Precibus eventum vestris senatus, quem videbitur, dabit:' ubi plura similia addncuntur. Sequor tamen hic potius reliquos codd. qui *videbantur* servant. Paullo ante τὸ *nunc* deest in Voss. et Lov. 1. ac 3. Tum *circumveniendi* legit Gaertn. Vide ad XXXI. 21. § 13.

§ 14 *Nunc in dextrum cornu ad suos adequitandi*] *In dextro cornu* Lov. 3. *in dextrum cornum* Lov. 4. et Mead. 1. Hinc *ad suos equitandi* codd. Mog. et Gaertn. Malim tamen vulgatum. De verbo 'adequitare,' idque Livio familiare esse, vidimus ad I. 14. § 7. Eidem etiam familiare esse, ut in regimine verbi cum præpositione compositi eamdem præpositionem repetat, dictum est ad Præf. § 11. Voces *ad suos* desunt in Lov. 1. Mox *recipiendi ad tyrannum*, omisso pronomine,

Digitized by Google

Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. et Mead. 1. *recipiendi ad tyrannum se* Lov. 4. et Mead. 2.

§ 15 *Quum ad suos concessisset cum equitibus ab domo secum missis, Agenda, inquit, res est*] Ita præferunt edd. vett. nisi quod *a domo* legant, concinentibus Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. Aldus deinde substituit *tum equitibus;* quod secuti editores servarunt usque ad Gruter. cujus postrema ed. priorem lectionem revocavit. Ea si placet, proxime jungenda sunt *ad suos concessisset cum equitibus;* si Aldina, verba *tum equitibus ab domo secum missis* pendent a verbo sequenti *inquit.* Eam autem præ altera probo, ac reduxi, quam firmant Voss. Lov. 2. 3. 6. Harl. Mead. 1. Gaertn. Hearnii L. 1. et Victor. apud Crevierium, qui et ipse ita edidit. Si enim *cum equitibus* legamus, statuendum est equites Alexamenum, cum tyranno inter ordines circumeuntem, comitatos esse, quod adversatur his verbis Livii, 'Tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos plerumque Alexamenus erat, ante signa vectabatur.' Tum insuper dicendum erit, alios, quam equites, illos nempe Ætolos, et qui ante auxiliares tyranni fuerant, et qui venerant mille cum Alexameno, in dextro cornu positos, ad quos una cum equitibus advectus erat, Alexamenum adlocutum et hortatum fuisse, ne quis in eo, quod se viderit facientem, cesset. Et tamen in sequentibus soli tantum equites tyrannum jacentem confodisse narrantur, ut eos adlocutum fuisse Alexamenum pateat. Accedit Alexamenum eos, quos adloquitur, vocare 'juvenes,' quæ vox ad equites pertinet; eos enim supra hoc cap. 'delectos ex juventute equites' vocat. Paullo ante *Sed* deest in Lov. 4. et Mead. 2. Deinde *parando facinori* Lov. 2. 4. et Harl. de quo errore vide ad II. 26. § 4. et XXVIII. 41. § 8. *Parandi facinoris* Lov. 3. in contextu: *præparandi facinoris* Lov. 1. *patrandi facinoris* Lov. 3. in margine, Lov. 6. Voss. et editi ante Aldum. Male. Supra XXV. 3. 'Multam M. Postumio dixerunt: cui certandæ quum dies advenisset:' ubi quædam vide.

§ 16 *Parate animos dextrasque, ne quis in eo, &c. cesset*] *Animos, dextras,* sine copula, Voss. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *dextrasve* perperam Lov. 5. et edd. usque ad Ascens. a. 1513. Tum *ne quis eo* Lov. 1. 2. 3. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Aldum, qui præpositionem addidit ex fide cod. Mog. XXX. 9. 'In quo quisque cessasset, prodi ab se salutem omnium rebatur.' Paullo ante *adeundaque,* pro *audendaque,* trajectis literis, Gaertn.

§ 17 *Suum consilium meo interponet*] Vet. lib. *in eo,* id est, in re aggredienda et agenda. *Sigon.* Ita et Lov. 6. Hearnii L. 1. et plerique edd. ante Aldum; quod etiam Jac. Periz. in marg. Livii probabat. Sed alterum verius esse, ceterorum codd. consensus evincit. Tum *interponat, sciat suum reditum* Voss. *suum reditum* etiam Lov. 6.

§ 18 *Ponere hastas equites Alexamenus jubet*] Illud *ponere* etiam atque etiam considera, ut intelligendum. Tyrannum enim statim confodiunt æque ipsi, atque Alexamenus. Quod ideo annotare placuit, etiamsi pusillum videri jure potest, quod de Ætolis iisdem statim (cap. seq.) subjungit, 'Si extemplo' (inquit) 'positis armis vocata in concionem multitudo fuisset.' Neque enim deposuerunt arma, cum mox subjungat 'Frequentes inde reverti in armis Ætoli.' *Glar.* Miratur Glareanus, Alexamenum jussisse, ut equites ponerent hastas, cum tamen duobus post versibus dicat, 'jacentem equites confodiunt.' Est autem accipiendum 'ponere' non pro 'abjicere,' sed pro 'reclinare.' Intellexit enim Alexamenus, erectas hastas conspectum sui equitibus esse

Digitized by Google

intercepturas, quos se ioturi jubebat, tamquam, quid ipse facturus esset, ignaros. Sic I. 27. 'Tullus Hostilius suos erigere hastas jussit, ne socios Albanos fugientes viderent.' Non ergo jussit, eos hastas abjicere, sed invadendi causa eas pectori apponentes ad se imitandum præsto esse. *Sigon.* Putat Crevierius, Livium hic expressisse verba Polybii, quorum is sensus erat, quem dedit Sigonius: aliam tamen Livii mentem fuisse, eamque Polybii sensum non recte adsecutum esse, probare conatur ex verbo 'ponere,' quod numquam pro reclinare, demittere usurpatur. Existimare igitur videtur, Polyb. hic adhibuisse verbum κατατιθέναι, quod Livius reddit *ponere*, quum debuisset *demittere*. Id colligo ex eo quod nos remittit ad illa quæ notavit ad Livii XXXIII. 8. § 13. ubi idem vitium a Livio commissum esse credidit, ut ad eum locum vidimus. *Milites*, pro *equites*, perperam Voss. Vide ad XXXVIII. 13. § 3.

Impetum facit, et, transfixo equo, tyrannum deturbat] Ms. *et, transfosso equo, tyrannum deturbat*. Modius. *Impetum fecit* Lov. 1. et 6. Tum copula deest in Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Hinc *transfixum equo tyrannum deturbat* Lov. 2. *disturbat* Gaertn. *detinebant* Lov. 6. Vulgatum probum est. Nam *transfosso* in cod. Mog. natum videtur ex sequenti *confodiunt*. De verbo 'transfigere' vide ad I. 26. § 3. Ceteroquin *transfodere latus* Livius dixit XXXIX. 42.

§ 19 *Multis frustra in loricam ictibus datis*] Ultimam vocem, quæ deest in Mss. nostris, Hearnii L. 1. et edd. antiquis, Moguntini ex cod. suo admiserunt. Mox *priusquam media acie* omnes scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. usque ad Frob. qui præpositionem addit.

CAP. XXXVI. § 1 *Citato gradu ad regiam occupandam pergit*] Duæ priores voces exsulant ab Harl. Mox etiam § seq. voces *Corporis* et *primo* desunt in Lov. 1. Præterea *quum in oculis res gereretur* legunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *quum oculis res gereretur* Lov. 1. omissa præpositione, quam intercepit ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3.

§ 3 *Perpaucorum turba ex custodibus vitæ mortisque ultoribus est facta*] Scribo juxta fidem archetyporum *et spectatorum turba, &c.* Gelen. Copulativa prorsus est inutilis, ac, quum scripti habeant *perpaucorum turba*, unde vulgatum excudit Gelenius, secure eam videor inducere, Livio nunc quoque appositione sua uso. *Jac. Gron.* Gronovio consentit Crevierius. Verum, licet fatendum sit, etiam codd. nostros *perpaucorum turba* prave exhibere, quum tamen Gelenius se juxta fidem archetyporum *et spectatorum turba* emendasse, ac Moguntini se in cod. suo, sive sit idem quo Gelenius usus est, sive alius, eodem modo exaratum invenisse, diserte testentur, copulam delere non ausim. Ut autem Gronov. eam prorsus inutilem esse, ac secare induci posse existimaret, inde factum est, quod postuma Gruteri, eamque secuta reliqua edd. ultima verba exhibeant *mortisque ultoribus facta*, sine τῷ *est*, quod tamen in omnibus scriptis meis, et Hearnii L. 1. extat, licet Voss. Lov. 2. 5. Harl. et edd. vett. usque ad Frob. a. 1535. illo in ullum locum trajecto, legant *mortisque ultoribus facta est*. Id igitur ibidem, ubi a Frob. repositum erat, recepi, factum probantibus reliquis scriptis. Hoc autem verbo addito, copula est necessaria, et vanescit appositio, qua Gronov. Livium usum credit. Paullo ante *deinde* deest in Lov. 4. *tyranni* in Lov. 1.

§ 4 *Si extemplo, positis armis, vocata in concionem multitudo fuisset, et oratio habita tempori conveniens. Frequentes inde retenti in armis Ætoli sine injuria cujusquam: sed*] Ne hæc quidem

Digitized by Google

inter se repugnant, *positis armis*, et *retenti in armis*, ut videtur. Hoc enim vult Livius: Nec se quisquam Lacedæmoniorum movisset, si Alexamenus, interfecto eorum tyranno, arma posuisset, et vocata multitudine in concionem, orationem tempori convenientem habuisset. Retinuit ergo Ætolos, sed tamen sine injuria cujusquam. Itaque omnia in maturandam perniciem Alexameni et sociorum sunt acta. *Sigon.* Hæc, *positis armis*, et deinde *retenti in armis Ætoli* pugnare sunt inter se visa Glareano ad cap. præc. § 18. Sed conciliat Sigonius, mentem auctoris esse; nec movisset se quisquam Lacedæmoniorum, si Alexamenus, interfecto eorum tyranno, arma posuisset, ac, vocata ad concionem multitudine, orationem habuisset tempori convenientem. Retinuit ergo Ætolos in armis, sed tamen sine injuria cujusquam. Itaque omnia in maturandam perniciem Alexameni et sociorum sunt acta. Qua tamen interpretatione longe gravior inconstantia in verbis Livii subnascitur. Quomodo enim retinuit in armis sine cujusquam injuria Ætolos, qui statim dicuntur, velut capta urbe, quam liberasse videri volebant, in direptionem et prædam versi? Neque tertiam hic periodum, quam Sigonius incipit, 'Itaque omnia,' eadem aut simili particula Livius, verum ab adversativa orditur, 'sed, ut oportuit in consilio fraude capto, omnia in maturandam perniciem eorum, qui fecerant, sunt acta.' Quæ declarationem illam nequaquam admittit. Ab distinctione laborat locus: *si ext. positis armis vocata in conc. multitudo fuisset, et oratio habita tempori conveniens; frequentes inde retenti* (si fuissent, hoc subaudiendum ex præcedentibus) *in armis Ætoli, sine injuria cujusquam: sed, ut oportuit in consilio.* Sensus, si ipse sine insignibus belli, ut decet, in concionem processisset, libertatis illorum vindicandæ ergo patratum excusans; simul autem retinuisset ad signa Ætolos, in patentibus locis urbis stationem servantes, nemine privatorum violato: sic enim futurum erat, ut quiescerent et boni, quibus nulla fieret injuria, et mali metu multitudinis armatæ et intentæ ad coërcendum. *J. F. Gron.* In ultima parte horum verborum admodum variant libri scripti. *Frequentes inde retenti si non armis Ætolis* legit Lov. 1. neque aliter Lov. 3. et Gaertn. nisi quod prior habeat *Ætoli*, posterior τὸ *inde* omittat: *frequentes in retentis armis Ætolis* Mead. 1. *frequentes in retentis in armis Ætolis* Lov. 4. et Mead. 2. *frequentes tamen retenti sine armis Ætoli* Lov. 2. et 6. *frequentes inde retenti sine armis Ætoli* Voss. Lov. 5. Harl. et priscæ edd. quæ lectio ex eo forsitan nata est, quod *positis armis* et *retenti in armis* sibi adversari crediderint. Postea Moguntini ex cod. suo ediderunt *frequentes inde retenti in armis Ætoli*, idque per sequentes omnes propagatum est usque ad Gronov. qui in Pet. et Barber. invenit *frequentis inde retentis in armis Ætolis*, unde primo Obs. IV. 17. pag. 280. deinde in prima ed. nott. tum ad hunc locum, tum ad XL. 27. scribendum conjecit *frequentibus inde retentis in armis Ætolis*, atque eam lectionem in contextum admisit. Licet autem in iteratis notis hanc conjecturam omiserit, attamen eamdem lectionem non ipse modo in contextu reliquit, sed etiam omnes, qui postea Livio manus admoverunt. Lectionem igitur Moguntinam reduxi, et tantum interpunctionem ex mente Gronovii mutavi.

§ 5 *Sed, ut oportuit in consilio fraude capto, omnia*] *Ut oporteret* Lov. 6. *ut oportet* Voss. Lov. 1. 3. 5. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo receperunt *ut oportuit*. Tum *in consilio* scribenti Gronovio ad XLIV. 2. § 5. adsentior. Quod tamen addat,

Digitized by Google

omnes libros vulgatos, quos quidem diversarum editionum ante oculos habebat, *in concilio* legere, secus est. Eam enim scripturam tantum inveni in ed. Campani, hinc Paris. a. 1573. et postea in recentioribus usque ad Gronov. Ex scriptis unus tantum Lov. 5. *in concilio* præfert. Præterea *in consilio fraudis cæpto* Lov. 4. et Mead. 2. *fraude incepto* Lov. 3. *fraude cæpta* Lov. 5. Mox *in maturanda pernicie* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Gaertn. Denique *acta sunt* Gaertn. *sunt facta* Lov. 5. et edd. ante Aldum, qui *sunt acta* ex cod. Mog. admisit; ei autem concinunt reliqui mei. Vide ad VI. 28. § 2.

§ 6 *Diem ac noctem in scrutandis thesauris tyranni consumsit*] Tria priora vocabula desunt in Voss. Tum *in cursandis et in scrutandis thesauris* legit Lov. 6. Hinc *sumsit* Lov. 1. Mox *Ætoli vero velut*, addita media voce, Harl.

§ 7 *Simul indignitas rei, ac simul contemtus*] *Ac* redundat. *Gelen.* Eadem quidem vocula exstat in scriptis meis, et Hearnii L. 1. sed in magna copia exemplorum hujus locutionis, quam congessi ad III. 50. § 12. nullum obcurrit, in quo alterum *simul* priori per copulam connectitur. Mox *ad concurrendum* Barberin. et Pet. præferre, Gronovius testatur in pr. nott. ed. Tum *fecit* deest in Voss.

Libertatem, quum restitui videretur, interceptam] Forte *dum restitui*. J. F. Gron. Verum ita solœca erit oratio, ipso Gronovio teste ad XXXV. 8. § 1. nisi simul reponas *videtur*. At codd. scripti et editi nihil mutant, nisi quod *quum testium* præferant Lov. 5. et ed. Camp. Neque aliquid mutandi necessitas adparet.

§ 8 *Laconicus ejus stirpis erat puer admodum*] Vellem pueri hujus posuisset nomen. Neque enim de Ægisipole eum loqui puto, qui jam grandis erat, regnum tamen jure gentium ejus Lacedæmone erat, ut priore libro c. 26. ait Livius. Et *puer* hic plane ad ætatem, non ad sexum, retulit. *Glar.* Nomen regis forte melius erit *Laonicus*, quam *Laconicus*. J. F. Gron. Omnes nostri constanter *Laconicus*: sed *Laonicus* Hearnii L. 1. Mox *cum filiis tyranni* Lov. 2. et Harl.

§ 9 *Ætoli circa Chalciœcum* (*Minervæ est templum æreum*)] Hoc in plerisque libris corrupte legitur *Chalcioten*. Meminit autem hujus Pausanias in Laconicis c. 17. et Thucydides Pallados Χαλκιοικου in primo (c. 134.) ubi de morte Pausaniæ regis Lacedæmoniorum. Meminit et Suidas. *Glar.* Vide Leopard. Emend. XV. 8. et Periz. ad Æliani Var. Hist. IX. 41. *Duk.* Adde Meurs. Misc. Lacon. I. 3. Ceterum *Cachiotem* Hearnii L. 1. *Calciorem* Lov. 1. *Calciotem* Voss. Lov. 6. et Gaertn. *Calchiotem* Lov. 2. 3. 4. *Calchioten* Harl. et Mead. ambo. *Calchiote* Hearnii N. *Chalcioten* Lov. 5. et edd. antiqq. nisi quod in nonnullis earum sit *Chalciotem*. Frob. a. 1531. *Chalciœcum* recte emendavit. Tum *Minervæ æreum est templum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo.

§ 10 *Pars Megalopolim perfugiunt*] *Megapolim* Lov. 2. *Megalepolim* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. et Mead. uterque. *Megapolin* Lov. 5. et edd. ante Paris. a. 1573. Vide ad XXXII. 5. § 5. Tum *profugiunt* Lov. 1. 6. et Voss. *confugiunt* Harl. Mox in verbis seqq. *ubi comprehensi* edd. antiqq. Sed Aldus ex cod. Mog. dedit *ibi comprehensi*. Adstipulantur scripti nostri.

CAP. XXXVII. § 1 *Audita cæde tyranni*] Ita Aldus ex Mog. cod. edidit. Concinunt Lovel. 4. Harl. et Mead. ambo. Antea edebatur *clade*, quod superest in reliquis scriptis. Vide ad IV. 10. § 5. Tum *Lacedæmonem profectus* Lov. 2. et Harl. Mox § seq. *qualis habenda Alexameno fuerat* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad VI. 11. § 4. Præpositio tamen excidisse potuit ob primas lite-

Digitized by Google

ras vocis seq. Hinc *junxit* Gaertn.

§ 3 *Eo etiam facilius, quod ad idem forte tempus A. Atilius*] Τὸ *etiam* deest in Lov. 1. Voces *ad idem forte tempus A.* in Lov. 2. *ad idem fere tempus* legunt Lov. 3. et Hearnii L. 1. Vide ad x. 45. § 2. *Ad id forte tempus* Voss. Lov. 1. 5. 6. Harl. et priscæ edd. *forte ad idem tempus* cod. Mog. unde Aldus et reliqui recentiores *ad idem forte tempus* vulgarunt; quod in reliquis scriptis fuisse videtur. Hinc *Actilius* Voss. *Accilius* Lov. 1. *Attilius* Lov. 2. 5. 6. et Gaertn. *M. Attilius* Lov. 6. a m. sec. *Attilius*, omisso prænomine, Harl.

§ 4 *Per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum*] *Euchimidem* Voss. et Lov. 1. *Euchimedem* Lov. 3. et 4. *Epthumdam* Harl. et Mead. 1. *Eutundam* Lov. 2. *Ethymidam* Gaertn. Similiter aliisque modis idem nomen infra hoc et seq. cap. corrumpitur. Tum *expulsum* Lov. 2. Sed subficit *pulsum*. Supra l. XXXIV. c. 26. 'Ipsorum quoque Lacedæmoniorum exsules permulti, tyrannorum injuria pulsi.' Eodem cap. 'Multi autem erant, &c. alii ab aliis pulsi.' Et iterum, 'Pulsus infans ab Lycurgo tyranno.' Infra hoc lib. c. 38. 'Penes quos tum summa rerum, pulso Euthymida, Chalcide erat.' Insuper *operibus eorum* Lov. 6. et Gaertn. Vide ad VIII. 16. § 4.

§ 5 *Et Herodorum mercatorem*] *Herodorum Cianum mercatorem* legendum. *Gelen. Herodorum mercatorem*, ut ante Gelenium vulgo circumferebatur, solus Lov. 5. Ea lectio, quam Gelenius reduxit, exstitit in cod. Mog. Reliqui Mss. eamdem scripturam, alii occultius, alii apertius, tuentur. *Acheredurician um mercatorem* est in Lov. 6. *Herodontianum merc.* in Hearnii L. 1. *Ereduntianum* in Lov. 2. *Eredūcianum* in Harl. *Herodutianum* in Lov. 1. *Heroduntianum* in Lov. 3. *Heroducianum* in Voss. *Herodūcianum* in Mead. 1. *Heroduncianum* in Gaertn. *Herodū Cianum* in Mead. 2. *Hero dum Cianum* in Lov. 4. *Etherodum Cianum* in Hearnii N. Mox *potentem Chalcidem* Voss. Lov. 1. et Mead. 1. Deinde *nequaquam talem fortunam* Voss. Lov. 1. 3. et 6. *nequaquam tandem fortunam* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad VII. 35. § 12.

Occupata erat, habuit] *Fuerat* ex vet. lib. *Sigon.* Ita etiam Lov. 2. et Harl. Paullo ante *quam Demetrias* Lov. 1. et 6.

§ 6 *Euthymidas ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas primum*] Hæc omnia deerant in Mead. 2. *cum domicilio* legit Lov. 6. a m. pr. *quem domicilio* a manu sec. Mox *Falcinea* Lov. 1. *Salginea* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Sed nihil mutandum. Nam Χαλγανεὺς Straboni ac Stephano Byz. vocatur.

Herodorus ad Thronium, inde haud procul in Maliaco] *Erodotus* Lov. 3. *Herocoris* Vossian. *Horodorus* Harl. Deinde *Archrionium* Voss. et Lov. 1. *Anthrionium* Lov. 3. *Atronium* Lov. 2. et Gaertn. *ad Cornium* Lov. 6. *ad Thronum* Harl. *ad Trionium* Mead. 2. *ad Thrionium* Lovel. 4. *ad Thoronium* Lov. 5. et priscæ edd. *ad Thronium* Moguntini ex cod. suo. Infra XXXVI. 20. 'Decem naves regiæ cum præfecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant.' Recepi autem interpunctionem Crevierii. Antea distinguebatur *Salganea processit. Herodorus ad Thronium, inde haud procul, &c.*

§ 7 *Duo millia peditum et Thoas ducentos equites*] *Tria millia peditum* Voss. et Lov. 6. *X. pedites* Lov. 1. *XX. millia peditum* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. N. et edd. principes. Primus Aldus *duo millia peditum* ex cod. Mog. admisit. Notas numerorum denarii *X.* et millenarii ↀ sæpissime a librariis confundi, vidimus ad XXXIII. 14. § 5. Copula *et* deest in Lov. 2. et 6. Crevierius, qui eamdem etiam in Victor. non invenit,

Digitized by Google

legendum conjecit, et in contextum recepit *duo millia peditum Thoas et ducentos equites:* quod secutus sum.

Naves onerarias leves ad triginta habebat] Qui modo (§ 5.) unam vocem detraxit, hic, ut damnum compensaret, aliam de suo adjecit, *naves onerarias;* cum absolute *onerarias* legendum vetus scriptura indicet. *Gelen. Naves onerarias* soli meorum Lov. 4. 5. et Mead. 2. Reliqui Gelenio, vocem *naves* expungenti, consentiunt. Recte. Vide ad XXV. 27. § 12. Præterea *actuarias leves* Harl. Mox *cum sex peditibus* Gaertn. *cum DCC. peditibus* Lov. 1. *cum D.* vel *quingentis peditibus* Lov. 5. et edd. vett. Aldus deinde ex cod. Mog. adscivit *sexcentis.* Præterea *insulam Alantem* Lov. 1. *insulam Adlatem* Voss. *insulam Adlantem* Lov. 4. Gaertn. Mead. ambo, et Hearnii N. *insulam Athlantem* Harl. et Lov. 2. ac 5. *insulam Athalantem* Lov. 3. 6. et Hearnii L. 1. Variant etiam codd. similiter cap. seq. Neque constantiores sunt priscæ edd. quæ itidem *Athlantem, Adlantem, Atlantem, Atlantem* exhibent. Sed recte Aldus ex cod. Mog. *Atalantam* recepit. Græcis Ἀταλάντη dicitur.

§ 9 *Ipsi ceteras copias, &c. quanta poterant celeritate, Chalcidem ducebant*] Qui sint illi *ipsi*, scire velim. Nam si Thoas ac Euthymidas, misso scilicet Herodoro in Atalantam insulam, qui vera esse possunt, quæ postea de Euthymida dicit? 'Euthymidas posteaquam castra popularium ad Salganea esse, profectosque Ætolos audivit, et ipse a Thebis Athenas rediit.' Hæc verba perinde sonant, atque ipse Euthymidas Thebis substiterit, fortunæ eventum exspectans, cum tamen paulo ante Livius dicat, eum Salganea a Thebis processisse. Σαλγανεὺς portus est Bœotiæ ad Euripum, Thronium autem triginta stadiis a Scarphia, quæ urbs est ad Maliacum sinum, ut ait Strabo IX. p. 426. Atalantam vero Opuntiorum insulam ponit Thucydides II. 32. inter Eubœam et Locros. Quæ loca omnia si quis hic memoria teneat, et Livii verba ordine legat, videbit, nos hoc in loco non temere dubitasse. *Glarean.* Ms. *ipse ceteras copias, nocturnis maxime itineribus, quanta poterat celeritate, Chalcidem ducebat:* ut non immerito optime de studiis literarum meritus Glareanus dixerit, 'qui sint illi *ipsi*, scire velim:' sed justissima ratione de hujus loci integritate dubitaverit, cum videret hæc de uno aliquo ex tribus ducibus, quorum modo facta est mentio, neque de pluribus accipi posse. Quem scrupulum illi exemptum non esse a Sigonio, demiror equidem: sed ipsius quoque libros hic corruptos fuisse reor: quo magis gaudeo, hæc omnia, ut dixi, sine ulla litura in Longobardico codice singulari, ut literatores loquuntur, numero legi, et moneo accipienda de Thoante, de quo ante habuimus c. 34. 'Ætoli consilium uno die spei quoque non audacis modo, sed etiam impudentis, cepernnt, Demetriadem, Chalcidem, et Lacedæmonem occupandi. Singuli in singulas missi sunt principes, Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedæmonem, Diocles Demetriadem.' Et mox sequitur (c. 38.) 'Respondit Thoas dux Ætolorum, non ad oppugnandos, sed ad liberandos, ab Romanis, venire sese,' &c. *Modius. Ipse ceteras, &c. poterant, &c. ducebant* Lov. 4. 5. Harl. et Mead. ambo: *ipsi ceteras, &c. poterant, &c. deducebant* Voss. et Lov. 1. 3. 6. *ipse ceteras, &c. poterant, &c. ducebant* Lov. 2. *ipsi ceteras, &c. poterat, &c. ducebant* Gaertn. *ipsi ceteras* legit quidem Hearnii L. 1. sed mox numero singulari addit *deducebat.* Insuper vox *copias* exsulat a Voss.

CAP. XXXVIII. § 1 *Miction et Xenoclides*] *Mictio* ex vet. lib. Hic ab Appiano B. Syriac. pag. 93. dicitur Μυκθίων. *Sigon.* An *Miccio*? Videbo, et tu videbis. *T. Faber.* Appiano, ut notavit Sigonius, Μυκθίων. Veteres

Digitized by Google

oditi *Mictilo*. In Mss. *Mittylo ;* et cap. 46. *Mittilio ;* ut videatur verum nomen esse *Micythio*. Nam 'Micythus' nomen notum est ejus, qui Anaxilai Rhegini tyranni liberorum tutor fuit. Ex hoc *Μικυθίων* : ut 'Eurytus,' 'Enrytion.' Vulgata a Gelenio est. *J. F. Gron. Miction*, (in aliis *Micion*, quod probat Victorius Var. Lect. I. 7.) princeps legationis Chalcidensium, memoratur l. XLIII. capp. 7. 8. ubi Sigonius labitur, hoc nomen ita quoque in Plutarchi Æmilio scribi dicens ; quod nusquam ibi legitur. De Micytho, quem Gronov. memorat, vide Holsten. ad Stephan. voce *Πυξοῦς*. Alius est in Ptolem. Hephæst. lib. IV. alius in Corn. Nep. Epamin. c. 4. *Duk.* Ut Gronov. monuit, vulgatæ lectionis auctor est Gelenius, qui ad c. 46. § 9. ita constanter ubique scribi monuit. Gronovii conjectura firmari videtur ex eo quod quidam codd. capp. 50. et 51. hoc nomen *Michitio* scribant. In codd. nostris tam varie hoc et sequens nomen passim hic, capp. 46. 50. et 51. scribitur, ut lectiones illas referre tædeat, et satius habuerim, codici Mog. fidem habere. *Xenoclides* est ab Aldo ; priores habebant *Enoclides*.

§ 2 *Postquam resedit terror*] *Residit* Lov. 5. et ed. Camp. *recessit* Harl. Male. Vide ad II. 29. § 6. Ita X. 28. 'Longiore certamine sensim residere Samnitium animos.' XXVI. 18. 'Ut jam resederat impetus animorum ardorque.' XL. 7. 'Iram ejus, si qua ex certamine residet, lenimus.' Mox *etiam* deest in Lov. 1.

§ 3 *Amarynthidis Dianæ*] Amarynthia certamina erant, in Amarynthe Eubœæ urbe celebrari solita. Schol. Pind. Olymp. Od. XIII. 159. Celebrabantur vero eo nimirum festo, quod in honorem Dianæ *τῆς Ἀμαρυσίας* illic cultæ *Ἀμαρύσια* dicebatur. Meminit ejus festi Hesychius. *Ἀμαρύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν*. Et turbare hoc non debet, quod festum Atheniensium dicat : quippe sciendum Athenis populum Athmonensem non minus, quam Amarynthios in Eubœa, Dianam *τὴν Ἀμαρυσίαν* coluisse. Pausanias Atticis c. 31. luculentus testis. Nec Amarynthii tantum colebant, verum etiam Eretrienses et Carystii. Livius hoc loco. De Eretriensibus est Strabonis quoque locus lib. X. p. 448. *Meursius*, Græciæ feriatæ lib. I. in voce *Ἀμαρυνθία*. *Amaritudinis* Harl. et Gaertn. *Amadithidis* Lov. 6. *Amaritidis* Lov. 3. *Amarynchidis* Vossian. Mox *celebrabatur* Lov. 6.

§ 4 *Ne sinerent Ætolorum Chalcidem fieri*] Fortassis *neu sinerent*. Duk. Paullo ante *suorum vigorum in eadem insula genitl* Voss. et Lov. 1. Mox § seq. *nihil minus tolerabiles* Voss. *nihilo minus tolerabiles* Lov. 1. et 6.

§ 6 *Et in victoria justitiam benignitatemque expertas*] Utraque copula deest in Lov. 1. sed prima tantum in Voss. Lov. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et edd. antiquioribus : *expertos* legit Lov. 1. Mox *misitque* omisit idem.

§ 8 *Deinde legati ad Ætolos missi*] Ms. *deinde et legati ad Ætolos missi :* haud dubie melius. *Modius*. Cod. Mog. lectionem *deinde et legati* jam recepit Aldus. Sed additam voculam *et* iterum Frob. 1535. omisit, incertum quam ob causam. Eamdem etiam omnes nostri non agnoscunt. Mox *pacto*, pro *facto*, Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad IX. 26. § 5. Deinde *et atque amici* desunt a Lov. 5. et antiqq. edd. quæ ex cod. Mog. addidit Aldus, et tuentur reliqui codd. nostri. Est autem formula apud Livium frequens 'socii atque amici.' Exempla vide VII. 30. VIII. 23. XXXI. 11. XXXII. 8. lib. XL. capp. 35. 46. 48. lib. XLV. capp. 12. 20. et alibi. Tum *venirent ad se oppugnandos* cod. Mog.

§ 10 *Splendidiore nunc eos catena et multo gravior vinctos esse*] *Sed multo graviore* omnes manu et typis exarati

Digitized by Google

usque ad Gronov. cujus prima ed. operarum lapsu dedit *ed multo graviore*, altera *et multo graviore;* quod inprudenter Jac. Gronov. Doujatius, et Clericus secuti sunt: sed recte Hearnius et Crevierius priorem lectionem revocarunt; quorum posterior etiam in Victor. suo invenit. Eodem modo *sed* usurpatur c. 40. 'Romæ per idem tempus duo maximi fuerunt terrores; diutinus alter, sed segnior.' Præterea *Splendidiore eos nunc catena* Lov. 3. *Tò eos* deerat in Gaertn. Mox *quam* excidit ex Voss. et Lov. 1. ob similitudinem seqnentis *quum*. In vicem *quum* ob eamdem similitudinem elisum esse a præcedenti *quam*, vidimus ad XXXIV. 48. § 5. Voces *in arce* desunt in Lov. 2. et Harl. Hinc *Chalcidiensium* legunt Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. a m. sec. et Mead. uterque. Tandem *illi*, pro *ulli*, Voss. sollemni scribarum aberratione. Exempla vidimus ad XXV. 11. § 3.

§ 11 *Ita digressi ex conloquio legati ad suos*] Hæc verba perperam desunt in Lov. 2. *Dimissi* legit Lov. 1. a m. sec. Male. Infra XXXIX. 35. 'Legati a Philippi conloquio ita digressi sunt.' Mox *improvisum obprimerent* Lov. 3. *incios obprimerent* Lovel. 1. Tum § seq. *a mari ac terra munitæ* idem cod. Liv. XXVIII. 6. 'Oppidum alia parte clausum mari, alia ab terra egregie munitum.' At *pares* deest in Voss.

§ 14 *Et Herodorus, quum per aliquot dies intentus ab Atalanta*] Prima vocula deest in Lov. 2. et 3. Vide ad IX. 41. § 10. Præpositio *per* exsulat a Lov. 1. 6. et Voss. In voce *Atalanta* similes varietates in scriptis et edd. obcurrunt, ac notatæ sunt ad cap. præc. § 7.

Quid moræ caussa esset] Legendum vetus scriptura indicat *quid moræ eset*. Gelen. Vocem *caussa*, quam recte Gelenius induxit, in nullo etiam cod. vel ed. antiq. inveni ante Ven. 1498. quæ prima apud me eam exhibuit. Accipiendum autem vel *moræ* casu secundo, *quid moræ* pro quæ mora. Ita olim edebatur apud Cic. pro Mil. c. 20. 'Quid ergo erat moræ et tergiversationis?' et ita Græv. in multis Mss. invenit. Sed nunc vulgo ex mente Gruteri aliter editur; vide ad XXX. 12. § 20. vel casu tertio 'esse moræ,' ut 'esse impedimento' lib. XXXVIII. c. 40. 'Ipsa etiam onera, &c. pugnantibus impedimento sunt.' XXXIX. 20. 'Arma impedimento fugientibus per silvestres semitas erant.' Mox *rem amissam* Lov. 3. 5. Gaertn. et ed. Camp. errore scribarum. Vide ad III. 38. § 11. et XXI. 8. § 12. Tum *Thoronium* Lovel. 5. et edd. antiqq. *Thornium* Voss. *Thonum* Lov. 2. *Cronum* Lov. 3. *Chornium* Lovel. 6. *Trionum* Mead. 2. *Thrionium* Lov. 4. *Thronum* Harl. *Thronium* Moguntini ediderunt, qui se ita in cod. suo invenisse testati sunt cap. præc. § 6. Neque aliter videtur fuisse in Lov. 1. Mead. 1. et Gaertn.

CAP. XXXIX. § 1 *In Chalcidem Euripo Eumeni regi obcurrit*] Legendum vetus scriptura indicat *in Chalcidis Euripo. Gelen.* Incerta est distinctio, et ambigue dictum, veneritne per Euripum Chalcidem Quintius, an in Euripo occurrerit Eumeni regi. Sed id perexiguum. Quidam *Chalcidis* in genitivo legunt. *Glareon. Chalcide in Euripo* Harl. *in Chalcide Euripo* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. et edd. principes; cujus loco *in Chalcidem Euripo* primi dederunt Mediol. 1505. hinc Ascens. in ed. a. 1513. et reliqui usque ad Froben. qui rec. an. 1535. Gelenii lectionem recepit. Voces hæ omnes desunt in Lov. 6. qui in præcedentibus legebat *his auditis Corintho veniens occurrit navibus*. Mox etiam § seq. *Placuit DC. pedites præsidii caussa* idem codex.

§ 3 *Ad repetendum societatem Romanam facturum*] *Ad repetendum* Voss. Tum *futuram* Lovel. 2. et Mead. 1. in margine. Male. Supra VII. 8. 'Si

Digitized by Google

neque pedites quidquam momenti facerent.' XXXIII. 49. 'Haud parvum momentum animo ejus ad moliendum adventus Hannibalis fecit.' XXXIX. 35. 'Satis credens, ipsum etiam juvenem aliquid momenti facturum.' Solent autem 'facturus' et 'futurus' in Mss. confundi. Vide ad XXXII. 8. § 15. Mox *et præsidii aliquid esse* omnes fere scripti et editi, hæc præcedentibus conjungentes. Vulgatum Aldus recepit ex cod. Mog. Præterea *et Demetriadem præmisit* Lov. 2. 4. et Mead. 2. *et ad Demetriadem præmisit* Voss. Lov. 1. 3. 6. Harl. Gaertn. et Hearnii L. 1. Neque aliter Mead. 1. nisi quod sollemni scribarum errore insuper legat *permisit*. Vide ad VIII. 20. § 6.

§ 5 *Villius quinqueremi nave ad hostium portus est invectus*] Legendum vetus scriptura indicat *ostium portus*, non *ad hostium*. De *Villio* jam dictum est ad XXXI. 4. § 3. *Gelen.* Non sane invectus est ostium portus, quippe a Magnetarcha jussus abstinere portu. Male igitur deleverunt præpositionem, quam habent scripti et editi usque ad Curionem; *ad ostium portus*, quod scilicet non intravit. Sic XXIV. 27. 'Naves ad ostium portus, qua aliæ partis hominibus animus accederet, in statione habere cœpit.' XXXVII. 16. 'Placuit tamen Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi, ad inferendum hostibus terrorem.' Eodemque lib. c. 18. 'Pars in salo ad ostium portus in anchoris stetit.' *J. F. Gron.* *Villius* ex mente Gelenii Froben. edidit a. 1535. quum priores *Julius* præferant. Variant etiam codd. Sed verior est Gelenii emendatio. Vide ad XL. 44. § 1. *Ad hostium portus* omnes nostri cum Hearnii L. 1. et N. Vide ad XXXVII. 18. § 8. Præpositionem *ad* ex Gelenii sententia ante Curionem omiserunt Froben. a. 1535. Basil. a. 1539. Vascos. et Gryph. Sed eam retinent constanter scripti. Mox *an ad hostes venirent, mallent* Mead. 1. *an ad hostes veniret, mallent* Harl. et Lov. 4. *an ad hostes venire mallet* Gaertn. *an ad hostes venire mallent* Lov. 2. 3. 5. Mead. 2. et edd. vett. pro quo Aldus ex cod. Mog. dedit, quod nunc circumfertur. Non longe abeunt Voss. et Lovel. 1. *an ad hostes venisse mallent*: nec Lovel. 6. qui præfert *an ad hostes venisse se mallent*.

§ 6 *Respondit Magnetarches Eurylochus*] Sic magistratus supremus Magnetum dictus est jam ante cap. 31. Et apud Magnesianos in Asia, qui Magnetum erant coloni, magistratus erat Magnetarches, ut memini me legere in Inscriptionibus Arundellianis. *H. Vales.* *Eurylochus Magnetarches respondit* Harl. Tum voces *Ad amicos* desunt in Hearnii N. relicta tamen lacuna.

§ 7 *Non sermo, fuit: quum Romanus ut integros increparet*] Procul dubio *ingratos* legendum est. Hoc elicitur ex superioribus verbis his cap. 31. 'Quintius quidem adeo exarsit ira, ut, manus ad cœlum tendens, Deos testes ingrati ac perfidi animi Magnetum invocaret.' *Sigon.* *Ingratos* non tantum omnes codd. sed etiam edd. præter unam Basil. an. 1554. quæ operarum errore *integros* exhibuit. Voculam *ut*, quæ in omnibus nostris conspicitur, a Victor. suo exsulare monet Crevierius. Id vero cur elegantius ipsi videatur, caussam non conjicio.

Imminentesque prædiceret clades] *Prædicaret cædes* Voss. Lovel. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. *prædicaret* etiam Lovel. 1. et 3. qualis varietas quoque obcurrebat II. 10. § 4. Moguntini ex cod. suo ediderunt *prædiceret clades*. Voces 'cædes' et 'clades' a librariis commutari, vidimus ad IV. 10. § 5. Mox *irrupto incepto* Mead. 1. *inito incepto* Lov. 2. Vide ad IV. 56. § 12.

CAP. XL. § 1 *Abstulerunt me velut de spatio Græciæ res*] *Abstulere* Lovel.

Digitized by Google

1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *Græcæ res* multæ ex principibus edd. Sed *Græciæ res* jam invenio in Parm. Ven. 1498. et 1506. Mediol. 1505. Ascens. 1510. Mogunt. et hinc in omnibus. Neque aliter codd. scripti, nisi quod *res Græciæ* sit in Lov. 2. et Harl. Mox *præscribere* Voss. Lov. 1. 2. Harl. 1. et Gaertn. Vide ad XXI. 49. § 6. Tum *sed* deest in Voss. Hinc *caussa fuerunt cum Antiocho belli* Lov. 3. *caussæ cum Antiocho fuerunt belli* Lov. 1. 2. 4. 6. Voss. Mead. ambo, et Gaertn. *caussæ fuerint cum Antiocho belli* Harl.

§ 2 *Quinctius in Ligures, Domitius adversus Boios*] Superius cap. 22. unde Livius se divertisse dicit, ita scriptum legitur: 'Domitius ab Arimino, qua proximum fuit, Quintius per Ligures in Boios venit: duo consulum agmina diversa late agrum hostium pervastarunt:' quæ cum his, quæ hic dicuntur, non quadrant: nam hic alterum duntaxat consulem in Boios profectum, cui se dediderint Boii, tradit: illic ambos in Boios profectos, ambobusque se Boios dedidisse. *Glar.* Supra cap. 22. scribit, Domitium ab Arimino, qua proximum fuit, Quintium per Ligures in Boios venisse: duoque consulum agmina diversa late agrum hostium pervastasse. Id Glareano, cui una cura est, ut inveniat in Livio quod carpat, videtur quadrari non posse cum iis quæ hic leguntur: hic enim alterum duntaxat in Boios profectum consulem, cui se illi dediderint, tradi: illic ambos in Boios iisse, ambobusque se Boios dedidisse. Sed ista non discrepant. Hinc intelligimus Quintium potissimum rem gessisse in Liguria; inde eam adeo penetrasse, ut ad collegam in Boios pervenerit: hinc Boios Domitio, cujus ea provincia erat, se dedidisse, inde factum id, postquam jam castris vicinis in confinio provinciarum coiissent consules. *J. F. Gronov.* Aliud, quod in Livio carpat, indagavit Crevier. Supra enim c. 22. diserte Livium narrare, ambos consules in provincias profectos; cap. 24. autem, Quinctium ex provincia revocatum esse, ut noverum consulum comitia haberet: hic vero tradere, L. Quinctium et Cn. Domitium consules in provincias profectos esse, consulibus designatis. Ceterum verba præcedd. ita perperam exhibet Harl. *Consules designati (inde namque diverterant) L. Quinctius et Cn. Domitius in provincias profecti sunt.* Vox *consules* deest etiam in Lov. 3. et Hearnii L. 1.

§ 3 *Boii quieverunt*] Hanc lectionem Aldus ex auctoritate cod. Mog. recepit. Priores dederant *qui fuerunt*, quod etiam servant Lovel. 1. 2. 3. 4. 5. Harleian. Mead. uterque, et Gaertn. Error ortus est ex confusis literis *E* et *F*, de quo vide ad XLI. 2. § 3. *Qui ferme* est in Lovel. 6. Mox *dederunt se* Lov. 1. 3. 6. et Voss. Vide ad XXXIX. 50. § 9.

§ 4 *Qui in hostium potestate fuerunt*] Thuan. *potestatem.* Itaque addendum hoc exemplum reliquis II. 14. *Jac. Gronov.* Similiter Lov. 3. et Hearnii L. 1. Attamen recipere ausus non sum. Paullo ante *castellaque aliqua capta* Lovel. 1. 3. 6. et Voss. *castella quoque aliquot capta sunt* Gaertn. Tum *inde non p. m. o. g. cum captivis deportata est* Lov. 6. *portata* Lov. 1.

§ 5 *Vibonem colonia deducta est senatusconsulto plebisque scito*] Barberin. *plebique scito*, quod persæpe ex melioribus libris Livio reddidimus. *J. F. Gron.* Vulgato favent soli Lov. 5. et Harl. *plebis scito* est in Lov. 1. *plebis cito* in Lov. 3. *pleb'que scito* in Lovel. 2. *plebiscitoque* in Lov. 6. *plebei scito* in Voss. *plebique scito* in Lov. 4. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii N. Vide ad II. 42. § 6. Idem tamen Gronovius edidit *plebeique scito.* In prieri autem ed. adnotationem ita conceperat: 'Barber. *plebique scito.* Hoc est *plebeique scito.* Quod persæpe,' &c.

Digitized by Google

Vide ad II. 33. § 2. Præterea *Bibonem* Voss. Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Hinc *ex senatusconsulto* Voss. Lovel. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii Oxonn. omnesque edd. usque ad ultimam Gruteri; quam, præpositionem *ex* omittentem, recentiores perperam secuti sunt. Eam igitur loco restitui.

Tria millia et septingenti pedites ierunt, trecenti equites] Cusus Moguntiæ Livius *mille septingenti pedites;* solemni ita sibi more in numeris evariandi, ut putidum sit de eadem re toties admonere. *Modius.* Ita non tantum ed. Mog. sed et reliquæ antiquiores; quibus fere consentit Lov. 5. *mille LXX. pedites* scribens. Froben. demum an. 1535. ex cod. Mog. dedit *tria millia et septingenti pedites,* quod est in reliquis nostris. Neque aliter Hearnii N. nisi quod scribarum errore *D. copedites* pro *DCC. pedites* præferat. Insuper *ierant* Voss. Tum *tricenti* Gaertn. *triceni* Harl.

§ 6 *M. Minutius*] *Minucius* semper scribendum esse, recte Sigonius monuit ad II. 34. § 1. cui in plerisque locis dicto obedientes fuerunt editores, in paucis, ut etiam hic plerique, parere neglexerunt. Vide etiam ad II. 21. § 1. Mox *Cassius* Hearnii L. 1. *Crassius* Lov. 1. *Crassus* Vossian. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et edd. vett. pro quo Frob. 1531. recte *Crassipes* substituit. Vide ad XXXVIII. 42. § 4.

In singulos pedites sunt, duplex equitibus] Scripti et editi ante Mogunt. multant ultimam vocem syllaba: *duplex equiti.* Cur ferri queat minus, quam XXXIII. 37. 'In pedites singulos dati octingenti æris; triplex equiti centurionique.' XXXIV. 52. 'His duceni quinquageni æris in pedites divisi, duplex centurioni, triplex equiti.' *J. F. Gronov. Duplex equiti* etiam omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et Crevierii Victor. quæ numerorum discordia non modo ferri potest, sed Livio fuit in delicils. Supra X. 36. 'Equites circumfunduntur, et peditem in pugnam redire jubent:' c. 41. 'Nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt: equites eques sequitur, peditem pedes.' XXI. 27. 'Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres; equites fere,' &c. XXIII. 21. 'Militi et navalibus sociis neque stipendium neque frumentum ad tempus dari.' XXVII. 2. 'Hispani milites et funditor Baliaris, elephanti quoque in prælium acti.' XXXIV. 46. 'Militibus ex præda divisit in singulos ducenos septuagenos æris, triplex equiti.' XLV. 34. 'In equitem quadringeni denarii, peditibus duceni dividerentur.' Vide quæ notantur ad XXII. 36. § 3. et ad c. 54. § 2. Ejusdem generis sunt 'per Volscos Falernumque agrum' VII. 26. 'Samniti Gallisque' X. 27. 'inter Romanos Pœnumque,' et 'aut Romanus, aut hostes' XXIII. 33. 'Romani, Lusitanus' XXXV. 1. Vide J. F. Gronov. ad III. 17. § 12. et IX. 28. § 4. Quum tamen Aldus *equitibus* ex cod. Mog. receperit, eam lectionem propter auctoritatem hujus Msti mutare non sustinui.

§ 7 *Diutius alter, sed segnior*] Vet. lib. *diutior.* Sigonius. Ita et Harl. sed *diutinus alter* Mog. ex eod. suo ediderunt, quod proximi servarunt. Alii, et inter hos Jac. Gronov. primarum edd. lectionem *diutius* revocarunt, quæ etiam superest in reliquis Mss. nostris, et Hearnii L. 1. Sigonium *diutius* legere, sed ipsam structuræ rationem *diutinus* flagitare, Crevier. existimat. Eamdem lectionem probavi.

Terra dies duodequadraginta movit] Ms. *terra dies per duodequadraginta movit.* Modius. *Dies duo et quadraginta* Lov. 2. Omnes nostri præpositionem, quam adsciscit cod. Mog. ignorant. Eam etiam Livius sæpius omisit. Vide ad X. 21. § 6. Alibi contra addidit; ut mox *per totidem*

Digitized by Google

dies: unde tamen hic in cod. Mog. repetita videtur: variata enim constructio magis Livianam loquendi rationem redolet. Mox *per totidem dies fere in solitudine ac metu fuere* Vossian. *fere* etiam Lovel. 3. et 6. *solitudine* Lov. 1. Vide ad VIII. 13. § 15. *In metu ac sollicitudine,* vel *solitudine,* plerique editi ante Aldum, qui vulgatum ordinem ex cod. Mog. recepit; cui consentiunt nostri, et ed. Camp.

§ 8 *Alter non pavor vanus, sed vera multorum clades fuit*] In Ascensio reperio primo. Scripti, Andreas, Bechar. Tarv. Ven. *Ille non pavor vanus.* Quæ non modo vera lectio est, sed etiam multo elegantior. Florus IV. 7. 'Quamvis duces non essent præsentes, quorum alterum corporis ægritudo, illum metus et ignavia subduxissent.' Lucanus II. 54. 'occurrat Iberis Alter, ad Eoas hic vertat signa pharetras.' Cicero pro Roscio Amer. c. 6. 'Alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur: hic autem nuper,' &c. Plinius XXIV. 14. 'Alterum genus est silvestre, nigrius. Hujus radice decocta in aqua fit medicamentum, quod vocatur Licium. Ille autem candidior adstringit magis,' &c. ut restituimus ex Mss. *J. F. Gron.* Omnes etiam nostri cum Hearnii L. 1. et N. *Ille non pavor.* Vide Duker. ad Flori IV. 7. § 10. Tum *sed vere multorum* cod. Mog. At Livius eleganter et cum emphasi obponit 'pavorem vanum' et 'veram cladem.'

Incendio a foro Boario orto] *A foro Bovario* Lov. 1. 4. 6. et Mead. ambo. Ita passim codd. varii scripserunt. Vide ad X. 23. § 3. XXII. 57. § 6. XXIV. 10. § 7. XXVII. 37. § 15. XXIX. 37. § 2. et alibi. Similiter *bovum,* pro *boum,* in Schedis Festi in voce 'Potitium' antiquissimum cod. præferre, Ursin. ad eum l. notavit: 'bovare,' pro 'boare,' Ennium usurpasse, observat Vossius in Etym. Ling. Lat. voce 'Bos.' Contra, *Pacuius* pro *Pacuvius, flaius* pro *flavius* inveniri, testatur Ursin. ad Fest. voce 'Reses.' Mox *noctem diemque* Gaertn. *die noctuque* Lov. 1. 6. et Voss. Male. I. 9. 'Hominis ætatem duraturæ magnitudo erat.' XXVII. 4. 'Terram ante portam ictam diem ac noctem arsisse.' XXXVII. 13. 'Classis cetera noctem totam in alto jactata.' XXXVIII. 9. 'Ubi majorem partem temporis exsulaverat:' quibus locis in nonnullis Mss. similiter turbatur. Vide Burm. ad Nason. Art. Am. I. 647. Insuper *flagraverunt* Lov. 1.

CAP. XLI. § 1 *Jam fere in exitu annus erat*] *Jam vero* Gaertn. Vide ad XXXVI. 7. § 1. *In exitu anni erat* Lov. 2. 3. Harl. et Mead. pr. Male. XXV. 41. 'Jam ferme in exitu annus erat.' XXVII. 4. 'Jam æstas in exitu erat.' XXXVIII. 35. 'Quia jam in exitu annus erat.' XXXIX. 23. 'Quum jam in exitu annus esset.' XLIV. 17. 'Jam in exitu annus erat.' Mox *et in dies magna fama* Voss. Lov. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *et fama de bello Antiochi,* mediis omissis, cod. Mog. Insuper § seq. *designatorum magistratuum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 3 *Esse bellum adversus Antiochum regem*] Ultima vox exsulat ab Harl. Male. XXXVII. 58. 'Præfectum Antiochi regis devicerat.' Vide ad XXXVIII. 48. § 5. Paullo post § seq. *socium et Latini nominis cum CCC. equitibus* Hearnii L. 1. *cum CCC. equitibus* etiam Lovel. 1. *cum quatuor centum equitibus* Lovel. 3. Vide ad XXXIII. 4. § 5.

§ 5 *Eorum delectum habere L. Quinctius consul jussus*] *Dilectum* Lov. 1. 4. et Voss. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Tum vocem *consul,* quæ abest ab edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, variis Venet. multisque aliis, Moguntini ex cod. suo addiderunt, quam etiam agnoscunt non tantum omnes scripti, sed etiam edd. Camp. Rom.

Digitized by Google

1472. et Parm. Mox voces *ne quid* desunt in Voss. Lov. sex, Mead. utroque, et Gaertn. cum edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parm. *ne moraretur*, omisso pronomine *quid*, legunt Harl. et edd. reliquæ usque ad Aldum, qui illud ex cod. Mog. recepit.

§ 6 *Prima ut sors duæ peregrina urbanaque, et inter cives ac peregrinos*] *Peregrina* redundat. *Gelen.* Vet. lib. *urbana peregrinaque et inter cives ac peregrinos.* Ego *urbana peregrinaque:* reliqua enim glossema sunt. *Sigonius.* Gelenius redundare *τὸ peregrina* monuit. Quem non dignatus mentione Sigonius ex vet. lib. profert *urbana peregrinaque, et inter cives ac peregrinos:* et se ait legere *urbana peregrinaque jurisdictio:* ubi vocem mediam pro glossemate interpretatus aliquis adjecerit *inter cives ac peregrinos.* Mallem illo tempore cucurbitas pinxisset. Habeo sub oculos scriptum exemplar, in quo sic legitur: *prima ut sors duæ, urbanaque et inter cives ac peregrinos jurisdictio, esset*, nullo apice plus vel minus. Est autem 'jurisdictio inter cives et peregrinos' eadem, quæ *peregrina*, variandi caussa de industria sic Livio descripta. Quin certum habeo, *τὸ peregrina* interposuisse semidoctum librarium, qui *urbanaque* eo loco ferre nequibat sine alio vocabulo, cui id copulativa particula necteret. Neque enim viderat, velle Livium, prima ut sors contineret, quæ alioquin duæ solent esse, nimirum et urbanam et inter cives ac peregrinos jurisdictionem. Junctarum autem istarum sortium exemplа habes XXV. 3. XXVII. 36. *J. F. Gron.* Adde XXX. 2. 'Jurisdictio inter cives ac peregrinos' sæpe est in Livio. Vide XXII. 35. lib. XXXV. capp. 26. et 36. *Duk.* Priscam veterum edd. lectionem, *peregrina urbanaque*, solus agnoscit Lovel. 5. at vet. lib. Sigonii, *urbana peregrinaque*, præferenti unus consentit Harl. Reliqui omnes mei, et Hearnii N. atque L. 1. omittunt vocem *peregrina;* quæ, ut recte Gronov. monuit, tamquam glossema sequentium *inter cives ac peregrinos jurisdictio*, primo margini adscripta, postea contextui inserta est a librario indocto ac nasuto, cui compositio orationis *jurisdictio urbanaque et inter cives* displicebat. Eam tamen Livio familiarissimam esse, præstabunt plura exempla laudata ad X. 30. § 2. Iis junge sequentia. XXVIII. 17. 'Trepidationem simul militum ac nautarum, nequidquam armaque et naves expedientium, fecerunt.' lib. XXXVI. c. 19. 'Ut primum signaque et arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt:' ubi pauci codd. perperam *τὸ que* omittunt. Paullo post eodem cap. 'Reliquiis pugnæque et fugæ conlectis.' Et hic etiam pauci codd. turbant. XXXVIII. 23. 'Inter omnes anfractus montium fugaque et cædes fuit.' XLIII. 5. 'Passim rapinasque et incendia facta.' Pari modo unus cod. exhibet in Epit. Liv. l. LIV. *Pater Silani petiitque et impetravit.* Vide etiam Cortium ad Sall. Jug. c. 6. § 3. et XXVI. 1. Eruditi Actor. Lips. auctores a. 1738. p. 484. monuerunt, hujusmodi locutionis exemplum ex prosaico scriptore sibi non subcurrere: quibus propterea tot ex uno Livio exempla, hic et superius notata, haud ingrata fore confido. Ex aliis alia observari possent: sed manum de tabula. Contra in simili compositione, ubi duo diversa jungenda sunt, priori *τὸ et* posteriori particulam *que* Livium interdum addidisse, vidimus ad XXIX. 12. § 5. Ceterum *ac peregrinos una jurisdictio esset*, addita male media voce, Lov. 6. *esse* pro *esset* habent Lov. 2. et Mead. 1. sed vox illa deest in Lov. 1. Insuper mox in fine hujus § post vocem *ulterior* addidit scriba Lov. 3. *septima, Hispania citerior.*

§ 7 *Legiones civium Romanorum novas conscriberet; et socium ac Latini nominis*] *Scriberet* Lov. 5. et edd. an-

Digitized by Google

tiqq. de qua locutione vide ad VI. 28. § 5. Ejus loco Aldus *conscriberet* ex cod. Mog. admisit. Neque aliter reliqui nostri, quos sequimur. Vide ad XXXVII. 46. § 10. Pari errore *cursus* et *cursatio* pro *concursus* et *concursatio* datum esse, vidimus ad IX. 24. § 12. *venire* pro *convenire:* vide ad XXXVII. 32. § 13. *servare* pro *conservare:* vide ad XXXVIII. 25. § 13. *locare* pro *conlocare:* vide ad XXXVIII. 40. § 13. *pulsus* pro *compulsus:* vide ad XXXIX. 30. § 2. Præterea copulam *et* ignorant Lov. 1. 3. 6. et Voss. quam eliserunt præcedentis verbi literæ finales. Ejusdem erroris alia exempla vide ad Epit. Liv. l. II. l. IV. c. 1. § 6. VI. 22. § 6. IX. 18. § 3. c. 23. § 3. XXII. 27. § 4. XXIV. 39. § 2. XXV. 11. § 15. XXVI. 45. § 6. XXVIII. 19. § 14. c. 40. § 2. XXIX. 12. § 7. c. 37. § 4. XXXII. 18. § 3. c. 36. § 10. XXXIV. 27. § 9. c. 46. § 8. XXXV. 13. § 3. cap. 28. § 2. XXXVI. 44. § 1. L. XXXVII. c. 4. § 5. XXXVIII. 24. § 10. XL. 12. § 8. Adde Burm. ad Suet. Calig. c. 55. Eamdem præpositionem etiam sæpe intercipi a literis præcedentibus *st*, vel *ent*, videbimus ad XXXVII. 59. § 1. Contra, copulam hanc perperam inculcari post voces literis *et* vel *st*, id est *ent*, finitas, videbimus ad XXXIX. 18. § 8.

Eum exercitum prætori, &c. decreverunt] *Et octingentos equites cum exercitu* Lov. 1. 6. et Voss. Voculas *cum* et *eum* ob similes literarum ductus a librariis commutari, vidimus ad IV. 19. § 2.

§ 8 *Ædes duæ Jovi eo anno in Capitolio*] L. Furius Purpurio prætor fuit anno primo hujus decados XXXI. 4. Et Jovi quidem ædem vovit, quando adversus Gallos Cremonam obsidentes pugnavit, qua pugna Hamilcarem Pœnum cecidisse scripsit Livius lib. XXXI. c. 21. Cæterum XXXIV. 53. consulibus P. Scipione et P. Sempronio hæc verba Livius habet: 'Et in insula Jovis ædem C. Servilius duumvir dedicavit: vota erat sex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpurione prætore, ab eodem postea consule locata.' Hæc ibi. At hic de duabus Jovis ædibus mentio, non in insula, sed in Capitolio, ab eodem L. Furio votis: altera cum esset prætor, altera cum esset consul, etiamsi anno quinto hujus belli, quo hic L. Furius consul fuit, nulla de ea sit commemoratio in lacero illo libro XXXIII. Porro in insula ædes Jovis antea dedicata dicitur: quod si alia est ab his quæ in Capitolio dedicatæ hic dicuntur, oportet Furium hanc tres vovisse Jovi ædes, quod non videtur verisimile. Diversos secutum authores Livium crediderim, aut memoria lapsum. *Glar.* Vide quæ notantur ad XXXIV. 53. § 7. Vocem *duæ* omittunt scripti nostri, et edd. antiqq. quam Moguntini recte ex cod. suo addiderunt. Tum *Ædes Jovis* Lov. 2. Utrumque ferri potest. Vide ad V. 28. § 7. Ratio igitur exigit, ut vulgatum *Jovi*, pro quo stant reliqui, servemus. Mox *quas voverat*, addito pronomine, Lov. 3. At, sæpe hoc pronomen connectendæ orationi inseruisse librarios, ubi id Livius omittere malebat, vidimus ad XXII. 46. § 9. et XXVI. 50. § 2. Similiter eos alia pronomina addidisse, vidimus ad lib. XXXIV. c. 56. § 1. Tum *Purpureo pater* Voss. Error ortus est ex similitudine compendiariæ scripturæ *Pr.* et *pr̄*, sive *Prætor* et *pater*. Vide ad XXXVII. 46. § 9. Pariter commutantur *P. R.* et *pr*, sive *populus Romanus* et *pater*. Vide ad VII. 20. § 3. Insuper *dedicavitque M. Ralla* Voss. *Rulla* legit Gaertn. *Rala* Lov. 1.

§ 9 *Privatos ædilibus curulibus M. Tuccio et P. Junio Bruto*] *Privatis ædilibus* Lov. 2. 6. a m. sec. Mead. 1. et Gaertn. Deinde *M. Tuti* Lov. 1. *M. Tutio* Voss. Lov. 6. et edd. antiqq. *M. Tuctio* Lov. 2. et 4. *M. Turio* Lov. 5. *M. Tucio* Harl. et Gaertn. *M. Tuccio* Mead. 1. *M. Bruto* Lovel. 3. et Hearnii L. 1. *M. Tucio* ejusdem N.

Digitized by Google

T. Mutio edidit Frob. 1531. at *M. Tuccio* quadriennio post; ut indicetur is, qui prætor creatur XXXVI. 45. § 9. ubi vide. Alterum ædilem *D. Junium Brutum* vocavit Pighius in Ann. ad a. IDLXI. p. 277. Sed omnes codd. *Publii* prænomen ei tribuunt, nisi quod *post* pro *P.* sit in Hearnii L. 1. Vide ad l. XXXIV. c. 1. § 4. et XXXVI. 45. § 9. Paullo ante *sunt multa severe facta* Lovel. 1. 3. 6. et Voss. *multa severe facta sunt* Gaertn.

§ 10 *Positæ in cella Jovis supra fastigium ædiculæ, et duodecim clipea*] Vox *positæ* non adparet in Harl. *positæ et in cella* legunt Voss. Lov. sex, Mead. 2. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Froben. anni 1535. Verum Lov. 6. a m. sec. delet vocalam *et*, quæ mox sequitur. Tum *clipea* Voss. Lov. 1. Harl. et Mead. 1. Sed vide ad 1. 48. § 2. Ceterum in sensum loci hujus subobscuri inquirit Ryckius de Capit. c. 23. et, rejecta Lipsii sententia, per 'ædicalam' intelligentis ipsam templi cellam, per eam indicari putat minorem cellam, sive ædiculam, (capellam vulgo vocant) quales in ipsa cella aut in cellæ alis fuisse videntur, in quibus minora Deorum simulacra ponerentur: et quidem in ædicula hic memorata consecratam fuisse existimat Victoriam auream, quam Hiero rex Capitolio miserat dedicandam, ut refert Livius XXII. 37. Crevierius 'ædiculam' interpretatur capsulam aliquam, quæ fortasse signum Jovis aut sacra includeret. Locum nondum satis inlustratum puto. Quid si, trajecta copula, legamus *positæ in cella Jovis, et supra fast. æd. duodecim clipea*; vel *positæ supra fast. æd., et in cella Jovis duodecim clipea*? Sed videant acutiores.

Trigeminum inter lignarios fecerunt] Vetustus codex *interlignario* habet. Sic quoque, nisi *opere* adjungas, non intelligo quid Livius sibi volnerit. *Sabell.* Dubitavit et Sabellicus de hoc loco. Cæterum ipse in veteri codice scriptum esse ait *interlignario*, cui jungendum existimat *opere*, quo modo facile esset libros emendare. Alii itaque, ut Moguntinus codex, legunt *inter lignarios*, sed qui illi sint, adhuc quæro. *Glarean.* *Inter lignanos* Voss. *inter ligneria* Gaertn. *interlignario* Lov. 3. et Mead. 1. Crevierius loci nomen putat, sic dicti a lignariis opificibus. Et ita fere Marlian. in Topograph. IV. 1. Hac parte forum lignarium fuisse, existimat Nardin. Rom. Vet. VII. 9.

CAP. XLII. § 1 *Ne ab Antiocho quidem*] *Nec Antiocho quidem* Lov. 2. *nec ab Antiocho quidem* Harl. Lovel. 1. et Gaertn. Male. Vide ad 1. 10. § 3. Paullo ante *in apparatum naval' belli Romani* Lov. 1.

§ 2 *Tres eum civitates tenebant, Smyrna, et Alexandria Troas*] *Tres tamen civ.* Vossian. *Tres em civitates* Gaertn. Tum *Smyrna, Alexandria Tidas* Lov. 6. *Smyrna et Alexandriathidas* Lov. 3. *Smyrna, Troas* Harl. et Mead. 2. Sæpissime urbem hanc simpliciter *Troada* vocari, ex nummis aliisque monumentis docuit Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. vs. 135. et de eadem accipiendam D. Lucam in Act. Apost. XVI. 8. contendit Sam. Petit. Var. Lect. 1. 12. Vide etiam Cellar. Geogr. Ant. III. 3. p. 34. At reliqui codd. utrumque nomen servant. Et ita vocatur etiam l. XXXVII. c. 35. Alia de hac urbe vide apud Cuper. in Monum. Ant. post Harpocratem p. 210. Mox *potuerat* legendum existimat Crevier. Codd. vulgatum servant. Hinc *ab tergo relinquere* est in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. et Mead. utroque.

§ 4 *Efferebat in potestate esse*] Ms. *Afferebat in p. e.* Illud plus dicit, etsi hoc etiam idoneum sensum habet. *Modius.* Illud *efferebat*, quod plus dicere judicat Modius, ortum est ex operarum errore, et in nullo cod. obvium in sola exstitit ed. Paris. 1573. *deferebat* erat non tantum

Digitized by Google

in edd. antiqq. sed et Mss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. utroque, Gaertn. et Hearnii L. 1. In reliquis autem meis Voss. et Lov. 1. hoc et plura alia, vel præcedentia, vel sequentia, verba scribarum lapsu non comparebant. *Afferebat* ex cod. Mog. recte Aldus recepit. Vide ad VIII. 17. § 6. et XXXIX. 6. § 5. Perperam *asserebat* edidit Clericus. Vide ad XXIV. 1. § 6. Præterea *in potestatem esse* edd. antiqq. Vide ad II. 14. § 4. *In potestate* reposuit Ascens. a. 1510. et ita omnes scripti. Ceterum, § sequentem et duos proximos in suo L. 1. deesse, Hearnius testatur.

§ 6 *Unde classem regiam prospexissent*] Donjatius conjicit *ubi classem*, et exponit, statim atque classem regiam prospexissent. Sed vulgatum non displicet, præsertim omnibus scriptis τὸ *unde* defendentibus. Est enim *unde* ex quibus litoribus. Ita Ovid. Her. v. 62. 'Mons fuit, æquoreis ille resistit aquis. Hinc ego prima tuæ prospexi vela carinæ:' pro ex hoc monte prospexi. Ad quem locum verbum 'prospicere' recte inlustrat Burm. quem etiam vide ad Phædri I. 17. 8. *Regiam classem* Lovel. 3. at vox *regiam* deest in Lov. 2. Mox *jam prope certam regis* Lov. 2. *prope jam certam regi* Lov. 6.

§ 7 *Neque, &c. minus quempiam ei classi*] Vet. lib. *quemquam*. Sigon. Similiter Voss. Lovel. 2. 3. 5. 6. Harl. Gaertn. Crevierii Victor. et edd. Frobeniana 1535. priores. Illa autem prima dedit *quempiam*, adsentientibus Lov. 1. 4. et utroque Mead. Passim ita variant libri scripti. Vide ad VI. 25. § 3. X. 18. § 13. XXXIV. 25. § 10. Burm. ad Suet. Aug. c. 65. Galb. c. 10. et Cortium ad Sallust. Jug. cap. 45. Cur tamen *quemquam* aptius, quam *quempiam*, Crevierio visum fuerit, causam non video. Idem Crevierius testatur τὸ *ei* in Victor. deesse, quod omnes nostri agnoscunt.

§ 8 *Cui mille in dies nova consilia ... possit facere*] Vox *mille* exulat a Lov. 5. Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quam Aldus ex cod. Mog. addidit, consentientibus reliquis nostris. *Mille nova consilia* sunt plurima. Liv. III. 14. 'Mille pro uno Kæsones exstitisse, plebes quereretur.' XXIX. 18. 'Hæc quum audisset legatus vester, tribunique militum, et mille alia.' Præterea *consilia* deest in Lov. 6. *suis* in Lov. 1. Tandem *posset* legunt Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. Primus iterum Aldus ex eodem fonte *possit* substituit.

§ 9 *Regem conspici, regem unum ducem, unum imperatorem videri debere*] Duo priora vocabula, quæ in omnibus scriptis meis editisque principibus desiderantur, primus iterum ex cod. Mog. probavit Aldus. Verbum 'conspicere,' et 'conspectus' eo, quo hic obcurrit, sensu Livio frequens est. Vide ad IV. 13. § 3. *debere videri* est in Lovel. 6. Paullo ante *Etiam ipsam eam gloriam* idem Lov. 6. *Et eam ipsam gloriam* Gaertn. Deinde *conciliatur* cod. Mog. Tum *in præfecto regis* Gaertn.

§ 10 *Idem damni fore, ac si per alium ducem amittantur*] *Id damni* Lovel. 1. Vide ad X. 10. § 6. Hinc *amitt'etur*, sive *amitteretur*, Gaertn. *amittatur* Harl. Sed neutrum audiendum arbitror. Mox *si quid prospere veniat*, pro *eveniat*, Lov. 3. Vide ad IX. 12. § 1. Hic tamen primam ejus vocis literam ab ultima præced. interceptam existimo, quod reliqui codd. in alteram lectionem conspirant.

§ 11 *Si vero universo bello vincendi*] *Si universo bello* Lov. 1. *Si vero in universo bello* Harl. *Si vero vim versum bellum* Gaertn. a m. pr. *Si vero vim verso bello* ibidem emendatum erat eadem manu. Sed nihil muto. Vide ad X. 5. § 8. Mox *qua spe esse* Lov. 2. et 3. Deinde *qui patriam non prope tulerit* Voss. at *prope* exulat a Lov. 3.

Digitized by Google

§ 12 *Complexum orbis terrarum imperium, ut in senectute dominum*] *Complexus orbis terr. imp.* Harl. *complexum orbem terr. imp.* Voss. Tum *ut senectute omnium* Harl. *ut in servitute dominum* Mead. 2. Paullo ante *τὸ eum* deest in Lov. 1. Mox § seq. *duce Hannibale* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Præterea *consiliario ad bellum eodem* Lov. 6.

§ 14 *Accipientem pergravatura*] *Accipientem prægravatura*, non *pergravatura*, legendum. *Gelen.* Ita et plerique codd. nostri, nisi quod in uno vel altero *prægratura* et *prægravitura* scribarum errore legatur. Verbo 'prægravare' utitur Liv. l. VII. c. 23. 'Oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant scuta:' ubi quædam vide. XXXVIII. 25. 'Quum prægravaret multitudo, cedere sensim cœpit.' Paullo ante voces *neque gravem* desunt in Lov. 1. et 3. Tum *summa si petantur* legit Lov. 1. *si summa si petantur* Voss.

CAP. XLIII. § 1 *Et bonum alienum oderunt*] *Ut bonum alienum* legendum conjicit Crevierius; quam conjecturam ei subgestam esse verisimile est a Carolo Rollino, qui eam suo nomine proposuit dans l'Hist. des Carthaginois p. 403. Voculas quidem *et* atque *ut* sæpissime in Mss. confundi, vidimus ad XXI. 28. § 8. hic tamen *et* omnes codd. tuentur, eaque lectio præferenda videtur. Non enim, qui genus et fortunam suam animis non æquant, ab omni virtute semper destituti sunt, eorumque respectu virtus consideranda est tamquam bonum alienum, sive tamquam bonum, quod ad eos nihil pertinet: at potius tales, virtutem et bonum alienum, id est bonum alterius, odisse, dici possunt. Ceterum *et alienum bonum* Voss. Lov. 1. 3. 5. 6. et edd. antiqq. Paullo ante *sunt ad invidiam* Lov. 1. Vox autem *suam* deest in Lov. 3.

§ 2 *Quod unum in principio belli*] Præpositionem *in* omisit Lov. 3. Utroque modo Livius locutus est. Vide ad II. 30. § 14. Sequor igitur reliquos codd. *τὸ in* servantes. Mox *elatus* deest in Lov. 3. Hinc *proferre profectionem* exhibet Lov. 6. Sed reliqui vulgatum tuentur.

§ 3 *Ilium a mari adscendit*] Vulgatum præferunt soli Lov. 2. 5. Harl. et Gaertn. *descendit* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. a m. pr. cum Mead. 2. et Hearnii L. 1. quam lectionem quum Jac. Gronov. etiam in cod. Thuan. invenisset, ex ejus vestigiis *escendit* legendum conjecit ad XXXV. 13. § 6. Id autem ipsum superest in Mead. 1. Herodot. ἀναβαίνειν utitur in hac re VII. 43. Ἐς τὸ τοῦ Πριάμου Πέργαμον ἀνέβη· 'adscendere' Livius XXXVII. 9. 'Inde Ilium adscendit:' et c. 37. 'Inde Ilium processit, castrisque in campo positis, in urbem arcemque quum adscendisset:' ubi tamen unus etiam meorum *escendisset*: unde forte et priori loco similiter legendum. De eo verbo vide ad II. 28. § 6.

Ad classem regressus, proficiscitur quadraginta tectis navibus] *Ad classem reversus* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. quod ex interpretis glossemate natum videtur. Vide ad l. XXXVIII. c. 2. § 3. Præterea *quadraginta lectis navibus, apertis quadraginta* Voss. Lovel. 2. 3. Harl. Mead. 1. Gaertn. et quædam ex vett. edd. et ita forte in cod. suo repererat scriba Lov. 1. qui ob vocis præced. similitudinem quatuor posteriora vocabula omisit: *lectis* etiam Lovel. 4. 5. Mead. 2. et Hearnii L. 1. sollemni scribarum lapsu. Vide ad V. 21. § 10. *Tectis* jam emendavit editor Mediol. 1505. *sexaginta*, pro *quadraginta*, Aldus ex cod. Mog. recepit; quod præter nonnullos meorum codd. exstat etiam in edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. Mox *quoque belli alio adparatu* Voss. Lov. 1. 6. et Gaertn. *belli quoque alio adparatu* reliqui scripti mei, Hearnii L. 1. et edd. usque ad

Digitized by Google

Froben. qui a. 1531. substituit *bellicoque alio adparatu.* Error ortus erat ex perpetua literarum *C* et *QV* confusione. Vide ad IX. 2. § 15.

§ 4 *Imbrum primo insulam tenuit: inde Scyathum*] Imbrus navigantibus ex Phrygia in Maliacum sinum satis ad sinistrum est: ideoque considerandum ut locus habeat. Quanquam ex statim sequentibus verbis apparet, non quo volebant, isse eos, sed quo oportebat: 'ubi collectis,' inquit, 'in alto, quæ dissipatæ erant, navibus.' *Glar. Ymbrum* Hearnii L. 1. Tum *Sciatum* Lov. 2. 5. Gaertn. et Hearnii L. 1. Mox *ibi collectis* ed. Paris. 1573. eamque secutæ sunt recentiores usque ad Jac. Gronov. qui iterum *ubi* restituit. Hinc *quæ dissipatæ fuerunt* Gaertn. *quæ dispatæ erant* Lov. 6. a m. pr. *quæ dispiæ erant* a m. sec. Forte voluit *quæ dispersæ erant.* Sed vulgatum est in reliquis scriptis. Tandem *ad Ptheleum* Gaertn. *ad ptium* Hearnii L. 1.

§ 5 *Ibi Eurylochus ei Magnetarches principesque*] *Eurylochus et Magnetarches* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. usque ad Moguntinam, quæ dedit *Eurylochus Magnetarches,* consentientibus Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Postea Frob. a. 1535. *Eurylochus ei Magnetarches,* ut in Mead. 1. fuisse videtur. Insuper *principesque* Lov. 3. *principes,* omissa copula, Voss. Mox *occurrunt* Lov. 2. Sed vide ad X. 12. § 4. Tum voces *die postero* desunt in Harl. Hinc *in portum urbis* legunt Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum.

§ 6 *Et quingenti equites, sex elephanti*] *Et quinque centum* Lov. 3. Vide ad XXXIII. 4. § 5. *Et quingenti sex elephanti* Hearnii N. *et quingenti equites, sed elephanti* Gaertn. *sex elephantes* Lov. 6. Vide ad XXXI. 36. § 4. Vocem *occupandam* male omisit Clericus.

§ 8 *Phaleram in sinum Maliacum processerat*] *Pharelam* Hearnii L. 1. *Pharela* Voss. et Lov. 1. *Pharella* Lov. 6. *Phallera* Gaertn. *Phalera* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, et prima edd. *Phalaram* ed. Mog. eamque secutæ reliquæ usque ad Parisinam, quæ a. 1573. dedit *Phaleram,* quod hodie adhuc obtinet. Sola ed. Mediol. a. 1505. *Phalara,* quam veram lectionem esse monui ad XXVII. 30. § 3. Nescio ob quam caussam viri docti, qui alibi verum hujus urbis nomen restituerunt, hic siluerint. Paullo ante *profectus ad Demetriadem* Lov. 2. Harl. et Mead. 1. *a Demetriade* Voss. et Lov. 3.

§ 9 *Decreto accepto, Lamiam venit*] Recte restitutum est *Lamiam,* pro *Hyamea;* quod nomen nusquam est apud authores. *Glar. In Aneam venit* Voss. *in Amena venit* Lov. 1. et Hearnii L. 1. *jam eam venit* Lovel. 2. *Jameam venit* Lov. 3. Harl. Mead. 1. et Gaertn. *Jammeam venit* Lovel. 4. *Jamineam venit* Lov. 6. *Hiameam venit* Lov. 5. *Hyameam venit* edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1531. *Lamiam venit* recte vulgavit. Ejus vestigia servat solus Mead. 2. *Lameam* exhibens. Id autem oppidum modo memoratis Phalaris vicinum fuisse, tradit Steph. Byzant. Φαλάρα πόλις Θετταλίας, πλησίον Λαμίας. Et hinc etiam ambo iterum junguntur XXXVI. 29. 'Rediens Phalara in sinu Maliaco tenuit: inde Lamiam pecuniam quum devexisset.'

Lætitia effusa vulgi significabatur] *Vulgo* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Gaertn. et priscæ edd. *lætitia effusa significabatur volgi* cod. Mog. Hinc Aldus *vulgi significatur* formavit. Sed *significabatur* etiam Lov. 2. et Harl. De orthographia autem vocis 'volgus' vide ad XXXIX. 53. § 2.

CAP. XLIV. § 1 *A Phanea prætore principibusque aliis introductus*] Ms. *Ægre a Phanea prætore, &c.* ut tantus concursus videre regem gestientium, ut vix turba submoveri potuerit. *Modius.* Illud *ægre,* quod in omnibus

Digitized by Google

scriptis nostris deest, adscivit ultima Gruteri ed. sine dubio ex auctoritate cod. Mog. Recte etiam *Phænea* edidit Gronov. Vide ad XXXII. 32. § 11. *Penea* et hic, et semper scribunt membranæ Moguntinæ. Vocem deinde *aliis* ex cod. Mog. admisit Aldus, quæ in nullo meorum codd. superest, et in ultima Gruteri ed. iterum omissa est. Forte non male. Videtur enim addita esse a librario, qui meminerat Phæneam 'Ætolorum principem' vocari XXXII. 32. aut certe mox cap. seq. et hinc eam necessariam judicabat. Verum *a Phænea prætore et principibus* eodem modo dictum videtur, quo 'Virginius et tribuni' III. 25. § 4. ubi plura vide. Tum *introductus* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. Mox *inde silentio facto dicere orsus rex* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et priscæ edd. *inde silentio facto dicere orsus est rex* Lov. 3. et Gaertn. Aldus deinde ex cod. Mog. edidit *facto silentio rex dicere orsus*, omissa voce *inde*, quam iterum adscivit J. F. Gronovius. Eam tamen omitti posse existimo: at contra adsentior Dukero, cui τὸ *rex* suspectum erat, et ab alio intrusum videbatur. Mallem autem *facto silentio dicere orsus est*.

§ 2 *Prima ejus oratio fuit excusantis*] *Fuit primo excusantis* Voss. Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes: *primo* expunxerunt Moguntini. Mox § seq. *indicium esse debere* Lovel. 1. 3. 6. et Voss.

§ 4 *Quorum exspectatio destituta in præsentia videatur, spem abunde expleturum*] *Exspectatio defactura* Harl. Tum *in præsentia* deest in cod. Mog. Hinc *videbatur* legunt Lov. 2. 5. Harl. et edd. vett. cujus loco *videatur* substituerunt Moguntini ex cod. suo. Deinde *impleturum* Lov. 1. 6. et Voss.

§ 5 *Simul primum anni tempus navigabile præbuisset mare*] *Simul primum* accipio, ut in iis, quæ ad VI. 1. notata sunt, nec puto conjungenda esse *primum tempus*: nemo enim, etiam non addito *primum* ad *tempus*, ignorare poterat, quodnam tempus anni designaretur. XXXVI. 12. 'tempus anni maturum ad navigandum' dicit. Cic. Epist. Famil. XVI. 7. 'Quum commode et per valetudinem, et per anni tempus navigare poteris.' *Duk.* Adsentior Dukero, jungendum non esse *primum anni tempus*. Non enim primum anni tempus, sed tempus veris mare navigabile præbet. *Simul ut primum anni tempus* voce auctior Lov. 2. at Mead. 2. una voce omissa, *simul anni tempus*; quod verum esse puto. Vide ad VI. 1. § 6.

Armis, viris, equis] *Armis, virisque, et equis* Gaertn. *armis, virisque, equisque* Mead. 2. *armis, viris, equisque* Voss. Lov. sex, Harleian. Mead. 1. et primæ edd. Omnes copulas primus omisit Frob. 1535. Si codicem Mog. secutus est, admodum placebit. Convenit enim stilo Livii, qui copulas neglegere solet. IX. 25. 'Juventute, armis Samnites juvisse.' XXII. 59. 'Si videatis catenas, squalorem, deformitatem civium vestrorum.' XXIII. 24. 'Ancipiti strage arma, viros, equos obruerunt.' XXX. 11. 'Omnibus in unum coactis equos, arma, tela dividit.' XXXII. 3. 'Consenuisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia. Confectos jam se labore, opere.' cap. 21. 'Quæ Athenienses modo legati de crudelitate, avaritia, libidine regis dixerunt.' XXXV. 35. 'Terras, maria, armis, viris completurum.' XXXVI. 18. 'Dimissi milites arma, tela parant:' ut plures ibi præferunt codd. XXXVIII. 45. 'Recenti ruina Hannibalis, Philippi, Antiochi prope adtoniti erant.' XLII. 3. 'Terra, mari trepidatur:' ubi nuperus editor male vulgavit *marique*. c. 30. 'Victoriam, triumphum, prorogationem imperii portendi.' Mox eodem cap. 'Arma, milites, classem ejus rei causa comparasset.' XLIV. 1. 'Quum ar-

Digitized by Google

ma, viros, equos cum cura inspexisset.' Vide alia ad III. 68. § 4. IV. 3. § 12. et c. 28. § 5.

§ 7 *Et annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur*] *Suppeditetur* sine auctoritate librorum scriptorum improbari non potest. Sed Livius plerumque pro sufficere, suppetere, hoc verbo forma activa utitur. Vide I. 55. VI. 24. VIII. 13. XXII. 39. et ibi Gronov. XXVI. 44. lib. XXVIII. capp. 22. 27. XXX. 25. XXXI. 39. Sæpe etiam Cic. et alii. Vide Lang. et Fabrit. ad Cic. de Off. I. 44. Riv. ad Ter. Eun. v. 9. 46. et Græv. ad Cic. Verr. v. 38. *Duk. Et annona tolerabilis rerum aliarum usus suppeteret* Harl. *et annona tolerabilis rerum aliarum usus suppeditetur* plures ex prioribus edd. *et annona, et tolerabilis rerum aliarum usus suppeditetur* edd. Asc. 1513. et 1516. Sed Moguntini mox ex cod. suo substituerunt, quod nunc vulgo exstat; et ita erat in edd. Camp. Rom. 1472. Parm. et reliquis codd. nisi quod *suppeditent* sit in Lovel. 3. *suppeditet* in Gaertn. quod posterius cum Dukero probandum videtur. Vide ad VIII. 13. § 16. XXII. 39. § 14. et XXIII. 48. § 7. Paullo ante *satis*, pro *suis*, Lov. 3.

CAP. XLV. § 2 *Inter duos principes Ætolorum*] *Ætolorum principes* Lov. 3. Vox *Ætolorum* non adparet in Hearnii L. 1.

§ 4 *Ad verecundiam inferendam Romanis*] *Verecundiam faciendam Rom.* legendum, non *inferendam*. Gelenius. *Inferendam* unus meorum Lov. 5. *faciendam*, quod se etiam in cod. suo reperisse testati sunt Moguntini, in reliquis meis superest, nisi quod Lov. 3. legat *ad majestatem, ad ver. faciendum Rom., vim maj. habiturum.* Videtur autem *inferendam* natum esse ex glossa interpretis. Attamen 'adferre verecundiam' auctor dixit XLV. 37. 'Si nomen hoc saltem ruborem incutere, et verecundiam aliquam imperatoris violandi adferre possit.'

Ne bellare necesse sit, voluntate remittere] Sic Magontiaci proverit. Nobis visi cum prius editis *ne bellarent*. Quod pro rejiculo nondum possum spernere. Vide ad XXXVII. 17. *J. F. Gron. Ne bellarent* etiam omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac N. nisi quod *ne rebellarent* præferat Harl. de quo errore vide ad XL. 35. § 8. Quum autem lectio cod. Mog. cujus beneficio innumeris partibus nunc melior est Livius, quam olim, ferri possit, et a lactea Livii ubertate non abhorreat, eam, quam olim Aldus receperat, sed Gronov. iterum exegit, revocavi. Mox *non possunt* Lov. 1. 3. 6. et Voss. *non possent* Lov. 2.

§ 5 *Ut tædio et impetus relanguescat regis*] Vet. lib. *elanguescat*. Sic paullo post 'Non esse elanguescendum.' *Sigon.* Adde v. 26. et XXIII. 23. etsi 'relanguescere' quoque proba vox est. *Duker.* Verbo 'elanguescere' etiam utitur Liv. l. I. c. 46. idque recepissem, si codd. nostri addixissent, qui simul cum edd. *relanguescat* tuentur, nisi quod *languescat* sit in Lov. 2. et Harl. 'languescere' et 'relanguescere' in scriptis Plinii confundi, Cortius docuit ad ejus Ep. II. 19. Insuper *ut in tædio impetus* Harleian. Mead. 1. et Gaertn. *ut et tædio impetus* Lov. 2. Mox *tempus ad recuperandum* Lov. 1. Sed vide ad XXXVIII. 12. § 7.

§ 6 *Toties legationibus missis Romam*] Quidam *Roma* in auferendi casu legunt, quod ego non probo: quanquam et a Roma legati in Ætoliam venerint sæpe, et ex Ætolia rursus Romam. *Glar.* Omnes et scripti et edd. constanter *Romam* defendunt.

Satis expertum esse] Malim *expertos esse*, quamvis memor, et Nostro, et aliis, *expertum* sæpe καθηγικῶς poni. *J. F. Gronov. Compertum esse* Harl. sed 'comperire' proprie de illis dici, qui aliis auctoribus cognoscunt, observat Corte ad Sall. Jug. cap. 17. hic vero de iis agitur, qui propria

Digitized by Google

experientia didicerunt. Omnes reliqui nostri in vulgatum conspirant. Non video igitur satis justam causam, quæ Gronov. permoverit, ut vel invitis libris *expertos esse* legendum censeret. Agnoscit enim Livium *expertum* καθητικῶς usurpasse; de quo etiam vide ad v. 54. § 6. et VII. 40. § 16. Alia exempla obcurrunt XXII. 22. § 19. XXXV. 49. § 12. Vide etiam Marcil. ad Suet. Vesp. c. 4. Neque etiam virum maximum ad id impulisse potuit, quod mox forma activa subjungatur 'inploraturos.' Ignorasse enim non puto, Livium, ut orationem variaret, locutioni passivæ subjunxisse activam, et activæ passivam. Supra XXIX. 4. 'Delectum raptim in urbe agrisque haberi placet, mittere ad conducenda Afrorum auxilia.' lib. XXXIII. c. 31. 'Ipsis tutius esse manere paullisper sub tutela præsidii Romani, quam pro Philippo Antiochum ducem accipi.' Alia vide ad III. 50. § 2. IV. 2. § 7. et VIII. 34. § 9. Mox *abcisa omni spe* Lov. 4. *abscisa omni spe* Voss. Lov. 1. 2. 5. Gaertn. et edd. ante Moguntinam. Vide ad XXXI. 34. § 4.

§ 7 *Quod maximum fuerit*] *Quod fuerit maximum* Voss. et Lov. 1. ac 6. *quod maximum fuit* Lov. 2. et *venit*, pro *venerit*, Lov. 3. Vide ad XL. 14. § 10. Mox § seq. *imperaturum* sollemni scribarum errore, Voss. et Gaertn. Vide ad IX. 30. § 10. *Interpretaturum* Lov. 3. Deinde *pro se ipso quidem* Harl.

§ 10 *Imperatoremque regem adpellandum*] Spanhem. ad Juliani orat. I. p. 150. et Dissert. VII. p. 443. de Præst. et Usu Numism. *imperatorem* hic esse putat, quem Græci στρατηγὸν αὐτοκράτορα dicunt, imperatorem, qui administrationem belli cum summo imperio ac potestate habet, ita ut ad alios referre non cogatur: quemadmodum iisdem βασιλεῖς αὐτοκράτορες, et πρέσβεις αὐτοκράτορες sunt, qui plenam et liberam omnia agendi, et de omnibus tractandi potestatem habent. Hoc eo confirmari videtur, quod Livius dicit, 'triginta principes delectos fuisse, cum quibus rex, si qua vellet, consultaret.' *Duk.*

CAP. XLVI. § 1 *Omnis in suas civitates dilapsa est*] *In suas civitates dilapsa est omnis* Lovel. 1. 3. 6. et Voss. Mox *bellum oriretur* Lov. 2. *bellum ordinetur* Lov. 1. Deinde § seq. *ab Ætolis nuper tentatam* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo: *ab Ætolis tentatam* Gaertn. qui omnes novem codd. insuper *magis in eam rem* præferunt. Tà *et adparatu* desunt in Lov. 2. et Harl.

§ 3 *Qui ab Demetriade secuti erant*] Ita primus Frob. 1535. vulgavit. Ex antiquioribus edd. multæ *qui eum Demetriade secuti erant* ostentant; quod vicissim in nullo cod. obcurrit: *qui Demetriadem secuti erant* Lov. 3. et 6. *qui eum Demetriade secuti sunt* Harl. *qui Demetriade secuti sunt* Lov. 2. *qui Demetriade secuti erant* Voss. Lov. 1. 4. 5. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. Mox *per Phocidem profectus est* Lov. 2. et ita etiam Harl. nisi quod insuper τὸ *est* omittat. Hinc *Chæroniam* codd. Mog. omnes nostri, Hearnii L. 1. omnesque edd. usque ad Gronov. qui a. 1665. *Chæroneam* dedit. Græcis vocatur Χαιρώνεια: unde Latinis æque *Chæronia* ac *Chæronea* formari potest. *Chæronia* etiam ante Sigonium edebatur XLII. 43. § 6. Plura vide ad XXXI. 43. § 5. Tandem *obcurrunt* Lov. 2. Vide ad X. 12. § 4.

Et decem rostratis navibus secuti sunt] *Constratis navibus* legitur in Mss. magno consensu: eas alibi *tectas* vocat. *Gelen.* Ms. *et decem rostratis navibus secuti sunt:* de qua varietate lectionum monet nos oportune etiam doctissimus Gelenius, quem vide. *Modius.* Copula *et*, quæ deest in omnibus scriptis nostris, et edd. principibus, ab Aldo ex cod. Mog. revocata est. Deinde *rostratis navibus* Voss.

Digitized by Google

in contextu, Lov. 2. 3. 6. Mead. 1. in margine, Mead. 2. et Harl. Et ita in cod. suo fuisse Moguntini notarunt. Verum quum ita ante Moguntinos jam ediderint Mediol. 1505. et Ascens. 1513. et 1516. pro cod. sui scriptura vulgatam lectionem protulisse videntur; præsertim quum Gelenius, quem cod. Moguntino usum esse certum est, *constratis* magno consensu in Mss. legi testetur. Vide hoc lib. ad c. 26. § 9. Et ita ex nostris Lov. 4. 5. Gaertn. et Mead. 1. in contextu. Et id volunt Lov. 1. ac margo Voss. ubi *confractis navibus* inveni: 'stratus' et 'fractus' in Mss. interdum commutari, vidimus ad IV. 29. § 1. Adde XXXVII. 20. § 5. c. 32. § 7. et Burm. ad Lucani III. 472. Consentio itaque Gelenio, ex cujus sententia Frob. a. 1535. contextum emendavit: facilius enim librarii 'constratas naves,' tamquam minus obvias, in notissimas 'rostratas,' quam contra, mutasse videntur. Ut autem ita mutarent, accedit etiam ductuum similitudo inter cõstratis et *rostratis;* quas voces etiam in codd. commisceri, observavit Ondendorp. ad Cæsar. B. Civ. IV. 102. De 'navibus constratis' vide Scheffer. de Milit. Nav. II. 2. p. 100. et Dionys. Voss. ad Cæs. B. Civ. III. 15.

§ 4 *Ad Salganea castris positis*] *Ad Segalneam* Lov. 1. *ad Selganeam* Lov. 2. 4. *ad Salgineam* Gaertn. *ad Salganeam* Voss. Lov. 3. 5. 6. Harl. Mead. uterque, Hearnii L. 1. N. et edd. principes; pro quo recte Moguntini ex cod. suo dederunt *ad Sulganea.* Vide ad XXXV. 37. § 6. Mox *navibus* deest in Lov. 5. et edd. antiqq. quam vocem addidit Frob. 1535. et tuentur reliqui scripti, quibus utor.

Quum haud procul portu egressus esset] *Quum haud portu* Voss. *quum haud procul portum* Pal. 1. ut Gebhardus testatur ad XXIII. 10. § 10. ubi tamen recte vulgatum servat. Mox *magistratusque Chalcidensium* Harl. Sed vide ad v. 27. § 1. Deinde § seq. *magno opere suadere,* divisis vocibus, Lov. 1. 2. et Mead. 1. Vide ad lib. XXVIII. c. 18. § 4.

§ 6 *Liberandæ vero re, non verbis et simulatione*] Ita edd. principes: quam scripturam, postea ab Aldo mutatam, revocavit demum Gronov. in pr. ed. notarum. Eam autem in nullo meorum, nisi in solo Lov. 5. inveni: *liberandæ re,* omissa media particula, reliqui codd. *et liberandæ re* cod. Meg. quod recte Aldus et reliqui editores usque ad Gronov. probarunt. Pari modo Livius XXXIX. 4. 'Tribunatum sibi a populo Romano mandatum oblivisci; et mandatum pro auxilio et libertate privatorum, non pro consulari regno.' Ipse etiam Gronov. sententiam mutasse videtur, quia in secundis curis notam expunxit, licet lectionem reductam mutare neglexerit. Præterea *non verbis seu simulatione* Lov. 1. *non verbis, non simulatione* Lov. 2. Quod, si plures firmarent, non displiceret. Vide ad XL. 15. § 5. Paullo ante *Neque eum enim inferendi belli* Lovel. 3. sed τὸ *eum* deest in Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn.

§ 7 *Ita enim ab utriusque injuria tutam*] Non tam ad præcedens *Græciæ,* quam ad *civitates,* respici, et potius *tutas* legendum esse credo. *Duk.* Omnes nostri *tutam,* nisi quod ea vox desit in Harl. Vera tamen videtur Dukeri conjectura. Mox § seq. *resistere suis viribus* Lovel. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 9 *Ad hæc Mictilo, unus ex principibus*] *Mictio* constanter ubique scribitur. *Gelen. Ad exmittilio* Voss. *Ad exmittilionus ex principibus* Lov. 1. *Mitilo* Lov. 2. et 3. *Mitilio* Harleian. et Gaertn. *Mitillio* Lov. 6. *Mictilo* Lov. 4. 5. Mead. uterque, et Hearnii N. Sed vide ad c. 38. § 1. Mox *transjecisset* Harl. Vide ad XXI. 47. § 4.

§ 10 *Aut fœdere iniquo alligata*] Forte *illigata.* Ut XLI. 24. 'Nemo novæ societatis aut novi fœderis, quo

Digitized by Google

nos temere illigemus, conscribendi est auctor.' XLII. 23. 'Carthaginienses fœdere illigatos silere.' XLV. 25. 'Ut sociali fœdere se cum Romanis non illigarent.' *J. F. Gronov.* Spanhem. in Orbe Rom. Exerc. II. c. 10. p. 303. scribit, Chalcidenses quidem hoc verbis præ se ferre, sed tamen 'impar' seu 'iniquum' eorum et aliorum Græcorum cum Romanis fœdus fuisse, eo quod nullam pacisci societatem, nisi ex auctoritate Romanorum, et quod nulla bella injussu Romanorum suscipere potuerint; quorum illud hic agnoscere Chalcidenses, hoc de Achæis cap. 50. legi dicit. Sed videndum puto, an ex eo, quod hic scribit Livius, Mictionem professum fuisse, Chalcidensibus 'certum esse, nullam societatem pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum,' et c. 50. nullam in concilio Achæorum nec disceptationem, nec dubitationem fuisse, quin omnes, 'eosdem genti Achæorum hostes et amicos, quos populus Romanus censuisset, judicarent,' sine controversia efficiatur, quod vir magnus inde concludit. Nam qui dicit, certum est mihi hoc non facere, non statim dicit, non possum hoc facere; nec, qui dicuntur eosdem hostes et amicos, quos populus Romanus sibi hostes et amicos esse censuisset, judicaturi, dicuntur injussu Romanorum bellum suscipere non potuisse. Jus et natura fœderis a Romanis cum Chalcidensibus et Achæis initi non patiebatur, ut, illis in eo manentibus, hi a conditionibus illius discedere, et cum Antiocho aliisque hostibus Romanorum arma conjungere possent. Nec tamen ideo dici potest, hoc fœdus magis 'impar' seu 'iniquum' a parte Chalcidensium et Achæorum, quam a parte Romanorum fuisse: quod hi non minus legibus illius illigabantur, quam ii, cum quibus id fecerant. Nec verosimile est, vel Græcos eo tempore tam palam iniquis conditionibus societatem Romanorum accepturos fuisse, vel Romanos, qui sibi tum omnibus rebus favorem in vulgus Græcorum conciliare studebant, eas hominibus liberis proponendas judicasse: ut qui ea re suspicionem consilii de Græcia paullatim sui juris facienda, quod nondum tempestivum erat nudari, ipsi apud omnes Græcos confirmaturi fuissent. Si vera est sententia summi Spanhemii, tamen eam certioribus argumentis confirmandam fuisse arbitror. *Duker.* 'Inligare,' quod Gronov. ex conjectura reponendum censet, in hac re utitur etiam Livius XXXI. 24. 'Ad inligandam Romano bello gentem.' XXXII. 21. 'Neque velle inligari Romano bello:' ubi male quidam 'alligari.' c. 22. 'Familiarique amicitia pleriqne inligati Philippo erant.' XXXIII. 12. 'Non iis conditionibus inligabitur pax.' XXXVI. 11. 'Invitum se gravioris fortunæ conditione inligantem:' ut ibi forte legendum. cap. 40. 'De injuria tribuni, bello alieno se inligantis, quum disseruisset.' Sed nec 'adligare' hoc sensu repudiare videtur. Ita XXXIV. 3. 'Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum adligaverint majores nostri.' XXXVII. 26. 'Colophonis obsessæ auxilio, incertam finem habituro, adligari.' Et ita fere Gell. III. 7. 'Unoque illo negotio sese adligabunt.' Quum itaque *alligata* hic in omnibus scriptis supersit, iis invitis vulgatum spernere non audeo. Ceterum *quæ fœdere iniquo* Voss. Lov. sex, Harl. Gaertn. et edd. antiqq. cujus loco Moguntini ex cod. suo vulgarunt *aut fœdere.*

§ 11 *Itaque Chalcidenses .... indigere*] Vet. lib. *egere.* Sigon. *Indigere* primus recepit Aldus, et, præter Sigonium, omnes editores servarunt. Codd. tamen nostri, cum Hearnii L. 1. et antiqq. editis, *egere,* quod revocavi. Insuper *Ita Chalcidenses* Harl. Sed vide ad XXI. 53. § 7.

§ 12 *Neque ipsorum Ætolorum; id*

Digitized by Google

primum eos pro amicis facturos] Ms. *neque ipsorum Ætolorum: et id primum pro amicis facturos eos.* An *sed* pro *et* reponendum? an verior est vulgata hactenus lectio? *Modius. Nec ipsorum Ætolorum* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. ambo. Hinc *ad primum* Voss. et Lov. 1. Tum *pro amicis eos facturos* Lov. 1. 3. et Voss. *pro amicis facturos eos* Lov. 6.

§ 13 *Sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum*] Longobard. cod. rejecto *τῷ ex*, habet *nisi auctoritate Roman.* Modius. *Sed societatem quidem nullam pacisci* Harl. *sed ne societatem quidem pacisci ullam* Voss. Lovel. 1. 3. 5. 6. et edd. ante Aldum. Deinde præpositio *ex* in omnibus nostris superest. Paullo ante *non modo* deest in Lov. 4. Quod si graviores testes probarent, legendum putarem, *non modo recipere mœnibus, sed ne societatem quidem*, et censerem per compendium olim scriptum fuisse nō mō, quod postea in *non* mutatum foret. De locutione *non modo, sed ne* pro 'non modo non,' vide ad XXV. 26. § 10.

CAP. XLVII. § 1 *Ubi restiterat*] *Ubi steterat* Voss. a m. pr. *ubi resederat* Lovel. 1. Mox *ut vel agere* Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *ut illis agere* Lov. 3.

§ 2 *Quoniam primum inane inceptum evasisset*] Ms. *quoniam primum vanum inceptum evasisset.* Nempe alterum alterius glossema est. *Modius. Inane cœptum* ed. Francof. 1578. quod omnes reliqui editores servarunt. Priores præferunt *inane inceptum*, confirmantibus Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. Mead. utroque, et Hearnii L. 1. cujus lectionis mutandæ caussam non video, nisi forte hac ratione duarum vocum similiter incipientium minus gratum sonum vitare voluerint. Verum ita præstitisset ex cod. Mog. admitti *vanum inceptum*, quod recepi. Infra XXXVII. 27. 'Vano incepto quum abstitisset.' X. 32. 'Quamquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit.' Ceterum *quam primum* Lov. 3. *qui primum* Gaertn. Mox *consulare cum Ætolis* Voss. forte pro *consulere*, quod sæpe cum *consultare* permutari, vidimus ad XXI. 16. § 2.

Placuit, Achæos et Amynandrum, regem Athamanum, tentare] Certum est excidisse hic *Bœotos.* De tribus enim his confestim in sequentibus distincte agitur, et quid ad eos tentandos impulerit, breviter de singulis exponitur. Primum omnium 'Bœotorum eos gentem aversam censuisse a Romanis' traditur 'post Brachyllæ necem.' Tum de Achæis. Postremo de Athamanum rege, quam spem, et quamobrem habuerint, sequitur. Exinde, quid apud singulos effecerint, quoque refertur. Amynandrum in suas extemplo pertraxere partes. Achæi legatis Antiochi et Ætolorum dederunt quidem concilium, sed cum tristi responso eos dimiserunt. c. 50. 'Bœoti certi nihil responderunt: quum Antiochus in Bœotiam venisset, tum, quid sibi faciendum esset, se deliberaturos esse.' *Jac. Perizon. Achæos, Amynandrum regem Athamanum* Lovel. 1. 2. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *Achæos Amynandrumque Athamanum regem* Harl.

§ 3 *Bœotorum gentem aversam ab Romanis jam inde a Bracillæ morte, et quæ secuta eam fuerant*] Vet. lib. *jam inde a Brachillæ morte, et quæ secuta eam fuerant.* Sigon. *Bœtholorum gentem* Voss. *Bœcholorum gentem* Lov. 1. *Bœtolorum gentem* Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *Boëtiorum gentem* edd. proximæ cum Lov. 2. et 3. *Bœtirum gentem* Lov. 6. et Harl. *Ætolorum gentem* Hearnii L. 1. Tum *adversam a*, vel *ab Romanis* Voss. Lov. 1. 3. Mead. 1. et Gaertn. Hinc *jam in Abrachilli morte* Voss. *jam inde ab Racili, Racilli, Rhacili*, vel *Rhacilli morte* Lov. 5. Hearnii L. 1. et antiqq. edd. *jam in-*

Digitized by Google

de a Bracili, Brachili, vel *Brachilli morte* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. uterque. Vide ad XXXIII. 27. § 8. Tandem *eque secute eam fuerant* Voss. Lov. 1. 4. et Mead. 2. *et quæ secutæ eam fuerant* Lov. 2. 3. 5. et Mead. 1. *et quæ secutæ eum fuerant* Gaertn. *et quæ secutæ fuerant eum* Lov. 6.

§ 4 *Æmulatione gloriæ, &c. infestum invisumque esse Quinctio*] *Æmulatione Græciæ gloriæ* cod. Mog. Sed media vox in nullo meorum comparet. *invisumque Quinctio esse* Lov. 2. et Harl.

§ 5 *Amynander uxorem Apamiam, &c.*] Iisdem prope verbis hanc rem persequitur Appianus in Syriaco pag. 93. uxorem autem Ἀπάμαν vocat. *Sigon. Appamiam* Hearnii L. 1. Mox *Megapolitani* Lov. 2. et 3. Vide ad cap. 36. § 10.

Filiæ Apamiam nomina posuerat] Ms. *nomina imposuerat:* quod, si mei judicii res sit, prætulerim. *Modius. Apamiam* ambo Mead. *posuerat* autem in sola invenio ed. Paris. a. 1573. quam ob oculos habuisse debuit Modius. Antiquissimæ edd. præferunt *imposuit*, nec aliter omnes scripti nostri, et Hearnii L. 1. Aldus deinde ex cod. Mog. adscivit *imposuerat*, quod est in reliquis edd. Paullo ante *oriundum Magno Alexandro*, omissa præpositione, Lov. 6. Vide ad Epit. Liv. l. LXIV. Sed et alterum, quod reliqui codd. defendunt, Livio frequens. 1. 49. 'Ab Ulysse Deaque Circe oriundus.' XXIV. 6. 'Oriundi ab Syracusis.' XXXIV. 9. 'A Phocæa, unde et Massilienses, oriundi.'

§ 6 *Quam, regiis indultam nuptiis, majór ex fratribus*] Scribitur pro *indultam nuptiis, inclytam.* Gelen. *Indultam* Lov. 1. 5. et Voss. *inductam* Lov. 2. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Tum *regis*, pro *regiis*, Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Vide ad XXXII. 6. § 6. Tandem *major fratribus* sine præpositione Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Hav.

§ 7 *Quod is vere regum stirpis esset*] An non potius *quasi is?* J. F. Gron. Si hoc ita intelligatur, Antiochum et Ætolos eo eluisse vanitatem ingenii illius, quod dicerent eum vere regiæ stirpis esse, retineri potest *quod*. Duk. Eodem modo τὸ *quod* intelligendum, monuit etiam Crevier. Ceterum *impulerant in spem regni Macedonici, quod is vere regum stirpis esset* Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. nisi quod *impulerunt* sit in Lov. 3.

CAP. XLVIII. § 2 *Quam Ætoli, est auditus*] Est hæc oratio, ubi grammatici vel synecdochen vel zeugma a posteriore esse contendant: quanquam *Ætolorum* legere malim, quod ex abbreviatione *Ætol.* ac puncto postposito facile alius *Ætoli*, alius *Ætolorum* facere potuit. *Glar. Prius* Lov. 3. Paullo ante § præc. *coram L. Quinctio* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. *coram Lucio Quinctio* Lov. 2.

Vaniloquus maria, terras inani sonitu verborum complevit] Vet. lib. *terrasque.* Sigon. Non aliter omnes codd. nostri, et priscæ edd. usque ad Frob. qui a. 1535. copulam expunxit. Si Gelenius ita ex cod. Mog. edi jussit, non adversor. Vide ad XLII. 3. § 1. Id tamen quum incertum sit, codd. meos et Sigonii sequor. Præterea male *vaniloquiis* Lov. 3. 4. Mead. 1. et Gaertn.

§ 3 *Partim loricatos, quos cataphractos vocant*] De his multa congessit Spanh. ad Juliani Orat. 1. pag. 243. *Duk. Cataphecatos* Lov. 2. et Mead. 1. *tapheractos* Lov. 3. Velim consideretur compositio orationis. Præcessit *Equitum innumerabilium vim*; subjungit nunc *loricatos*, non *loricatorum*, quasi præcessisset 'Equites innumerabiles;' addit mox *a quo nihil satis tecti sit*, non *a quibus*, vel *a qua*, quasi præcessisset 'Equitatum innumerabilem.' Vir doctus, qui huc etiam

Digitized by Google

obhærebat, legendum putabat *a quis nihil satis tecti sit*. Illud autem *quis* vel *queis*, pro *quibus*, Livio in usu fuisse, constat ex illis quæ dicta sunt ad XXI. 62. § 2. et XXIV. 16. § 18. Sed scripti nihil mutant, nisi quod *recti*, pro *tecti*, sit in Voss. de quo errore vide ad XXXIV. 60. § 5. Paullo ante *trajici in Hellesponto* Voss. et Lov. 1. ac 6. *trajici ex Hellesponto* Hearnii L. 1. *trajici velle Hellesponto* Lov. 3. Sed *trajici Hellesponto* ut infra hoc lib. c. 51. 'Haud minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari trajectus.' XXXVII. 13. 'Vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt.' c. 14. 'Ægeo mari trajecit.' Mox § seq. *obrui possint* Harl.

§ 5 *Dacas, Medos, Elymæosque, et Cadusios*] *Dahæ* scribitur, non *Dacæ*, qui Græcis Δάαι sunt. *Gelen.* Ego *Daas* legendum existimo, qui Medis sunt vicini ad mare Caspium, ut author est Strabo lib. XI. meminit Ptolemæus VI. 10. in descriptione Margianæ, quanquam plerique ejus codd. etiam *Dacas* habent, sed perperam. *Glar. Caddusios* scribe. Sic enim Polyb. v. 45. Ἐλυμαίους καὶ Καδδουσίους. *Sigon. Damasti Medos* Voss. *Damastistinedos* Lov. 1. *et Damascedos* Lov. 3. a m. pr. *et Dasmedos* a m. sec. *Damastinedos* Lovel. 6. *Damascenos* Hearnii L. 1. *Dacas Medos* Harl. Reliqui recte *Dahas, Medos*. Et ita etiam edd. Camp. Rom. a. 1472. et Parm. Passim 'Dahas' et 'Dacas' confuderunt non tantum libri scripti, sed et nonnulli viri docti, inter quos etiam est Sigon. ad XXXVII. 40. § 8. Vide quæ notavi ad Silii XIII. 764. et quos ibi laudavi. Insuper codd. partim *Cadusios*, partim *Candusios*, partim *Caddusios* præferunt. Καδδουσίους etiam vocavit Polyb. v. 79. Alii Καδουσίους. Perinde igitur videtur, utro modo scribatur.

§ 6 *Aradios, et ex Pamphylia Idetas*] Emendatiora exemplaria *Araclios* habent: tu vide utrum sequi velis. *Sabell. Sidetæ* scribitur, non *Hidetæ*. Gelen. Non memini me legere *Hydetas* in Pamphylia. Vide si forte *Sidetas* legendum a 'Side,' quam rex Antiochus oppugnaverat, ut hoc lib. c. 13. dictum est. Potuere enim interea fieri amici. *Glar. Arabios* Lov. 3. Reliqui recte *Aradios*. In exemplaribus Sabellici male litera *d* dissoluta erat in literas *cl*. Vide ad X. 24. § 2. Tum *id etas* Lov. 1. 4. et Mead. 2. *Idetas* Voss. Lov. 3. 6. Gaertn. et Harl. *Ideras* Mead. 1. *Ydetas* Lov. 2. *Hydetas* Lov. 5. Mox *quas gentes nullæ umquam nec arte, neque virtute* Harl. Vide ad IX. 9. § 14. *Quas gentes ullæ umquam nec arte* Gaertn. Male. Vide ad XXXIV. 1. § 5.

§ 7 *Principe altero civitatis, altero Macedoniæ tantum regni finibus inciso*] *Principe altero Macedoniæ* Voss. Lov. sex, Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. reliquis neglegenter omissis, ob vocem *altero* repetitam. Vide ad IX. 11. § 11. *Principe altero, altero rege Macedoniæ* Harl. *principe altero, altero rege, et Macedoniæ* prioribus edd. proximæ usque ad Aldum, qui id, quod nunc vulgo exstat, ex cod. Mog. adoptavit. Et convenit hic sermo vaniloquentiæ legati regii, qui, quasi Philippum *regis* nomine indignum judicans, eum *principem* vocat, quum Antiochum *regem* vocet. Vox *regni* deest in Lov. 2.

§ 8 *Quamquam ab ultimis orientis terminis ad liberandam Græciam veniat*] *Tamquam ab ultimis* Lov. 2. Mead. 1. et Gaertn. Eædem voces etiam commutantur I. 12. § 7. Similiter 'quantus' et 'tantus;' vide ad XXIV. 35. § 4. Deinde *ad liberandum Græciam* Voss. Lov. 5. et edd. vett. pro quo Moguntini ex cod. suo dederunt *liberandam*. Vide ad XL. 49. § 1. Insuper *venit* Moguntini ex Msto suo vulgarunt. Sed *veniat*, quod non tantum priores typis descripti, sed om-

Digitized by Google

nes etiam codd. nostri servant, Frob. a. 1535. revocavit. Mox *quo fides eorum*, omissa præpositione, Lovel. 6. Serv. exponens verba Virg. Æn. I. 8. 'quo numine læso,' inquit, '*Quo*, in quo, in qua caussa. Et est septimus casus, et communis elocutio. Dicimus enim, 'quo te læsi.'' Sed reliqui codd. hic servant *in quo*. Insuper *primores socios* Mead. 1. Vide ad XXXVII. 43. § 10.

§ 9 *Sed ut neutri parti sese conjungant*] Vocula *ut*, quæ exsulat ab omnibus codd. nostris, et edd. priscis, a Moguntinis ex membranis suis interposita est: *se conjungant* legit Lov. 3. Mox *quod medios decet* Lov. 2. Harl. Mead. 1. et Gaertn. Tum *interponerent* Voss. et Lov. 1. ac 3.

§ 10 *Petiit, ut, quæ facillima et tutissima esset, quietem præstarent*] *Petit* Voss. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Frobenianam 1531. Vide ad XXXVII. 45. § 2. Tum *justissima atque facilima* Gaertn. *facillima et justissima* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. principes. Id, quod nunc passim vulgatur, Moguntini ex cod. suo adsciverunt. Insuper *essent, quiete præstarent* Hearnii L. 1.

§ 11 *Provectus deinde est intemperantia linguæ*] *Invectus deinde est* Lov. 3. *Provectus est deinde* Gaertn. Hinc *inepparicia linguæ* Voss. *in eq pantia linguæ* Lov. 1. *increpantia linguæ* Lov. 6. Sed vide ad XXVIII. 44. § 18. Mox *nunc Romanorum communiter* Lov. 6. *communiter nunc Romanorum* Harleian. Deinde § seq. *partam de Philippo virtute Ætolorum* Lov. 3.

§ 13 *Inmolantemque, ... sacrificuli vatis modo*] *Inviolantemque* Mead. 1. Tum *sacrificali vatis modo* Voss. *sacrificalitatis modo* Lov. 1. Paullo post *corpus suum pro Etolis hostium objiceret* Mead. 1. *corpus suum pro Etolis hosti objiceret* Harl.

CAP. XLIX. § 3 *Notos esse se scirent*] *Motos* Harl. eodem errore quo *novi* et *movi* a librariis commutari, vidimus ad v. 6. § 8. Tum *sciret*, scilicet Archidamus, Lov. 6. unde etiam mox sequitur *eum*. Mox *legati regis* Mead. 1. *legatos regis* Lov. 3. Supra cap. præc. *legatum Antiochi*, non *legatos*, memoravit. Posset igitur videri *legato regis* legendum esse. Quum tamen reliqui Mss. *legatis* servent, id non mutandum puto. Licet enim plures legati missi sint, unius tamen tantum interdum mentio fit, quia is legationis princeps est, et præcipue verba facit. Ita Livius XXXVI. 6. ad hanc legationem respiciens, Antiochum *per legatos* cum concilio Achaico egisse testatur. Et eo forte modo cap. præc. § 2. defendi posset *Ætoli*, cujus loco Glareanus scribendum conjicit *Ætolorum*. Ut 'Ætoli' sint legati Ætolorum, eorumque legationem ex pluribus legatis constitisse existimemus, licet unus tantum memoretur legatus Archidamus. Et huc referri potest, quod modo *scirent*, modo *eum* dicat. Ceterum *Itaque parvi Achæorum, &c. potuisse adparere* desunt in Hearnii L. 1. ob repetitionem verbi 'adparere' culpa scribæ omissa. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 4 *Ex legatorum sermone potuisset adparere*] Vet. lib. *potuisse*. Sigonius. Haud dubie scripsit Livius *ex legatorum sermone potuisse apparere*. Quod genus orationis jam toties corruptum in vulgatis libris monuimus. Et sic vetus Sigonii liber. *J. F. Gron. Potuisset* Voss. Lov. 2. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. omnesque, præter Sigonianas, edd. usque ad Gronov. qui *potuisse* etiam præferendum monuit in pr. ed. nott. ad I. 50. Et ita fuisse videtur in reliquis codd. unde nihil hic notatum inveni. Præterea *ex legati sermone* Lov. 3. Sed intelliguntur legati et Antiochi et Ætolorum. Mox *non habent* Harl. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Mead. ambo, Gaertn. et edd. antiqq. pro quo Aldus ex cod. Mog. substituit *haberent*. Vide ad XL. 14. § 2.

Digitized by Google

§ 5 *Ii ab se Philippum victum, &c. narrant; vos ceterasque civitates*] *Hi ab se* ex Victor. cod. legit et edit Crevier. idque ad elegantiam et claritatem sermonis facere existimat; forte ut pateat, pronomen referendum esse ad proximum 'Ætolos.' Nullam tamen *ii* obscuritatem sermonis facere potest, quum in altero membro non pronomen, sed vocabulum *rex* adhibeatur, et *ii* ad legatos Ætolorum referri debere constet ex illis quæ ab iis dicta esse et hic, et in fine cap. præc. refert. Attamen *hi ab se* Gaertn. *hi abs se* Lov. 6. Tum *vosque ceterasque civitates* Lov. 1. et 3. *vosque ceteras civitates* Voss. *vos certasque civitates* Lov. 2. Vide ad XXXIV. 36. § 4. *Vos ceteras civitates* Lov. 5. Mox *consternit maria navibus suis* Lov. 2. *consternit maria rebus ac navibus suis* Hearnii L. 1. *consternit maria classibus suis* Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. uterque, et edd. Camp. Rom. a. 1472. ac Parm. *maria classibus suis constiterint* Gaertn. 'Consternere' in hac re utitur Silius I. 125. 'Ætolos late consterni milite campos.' Et Virg. Ceir. vs. 33. 'Ossæis consternens æthera saxis.'

§ 6 *Est autem res simillima carnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis et boni*] Hoc exemplo hospitis duo reprehendit in Antiochi legato, et quod ex una gente multas faciat, et quod ex mansuetis imbellibusque feroces ac truces: quemadmodum ex uno porco hospes ille multam variamque venationem, et ex mansueto speciem ferinæ carnis fecisse visus erat. Meminit ejus D. Erasmus in adagio 'Ex uno multa facere,' in titulo 'Arrogantia,' p. m. 159. *Glar.* Idem Plut. in Flaminino pag. 378. et in Apophthegmatis p. 197. *Sigon. Simul macene Chalcidensis* Lov. 1. *similis macene Chalcidensis* Lov. 3. *similis maiene Chalcidensis* Mead. 2. *similis materie Chalcidensis* Lov. 2. 4. Harl. Mead. 1. Gaertn. et Voss. pro varia lectione. Tum *hominis boni* Lov. 6. Vide ad II. 44. § 3. Mox *et sancti conjuratoris* Lov. 1. Ceterum ex hoc loco colligit Victor. Var. Lect. XVII. 10. Quinctium acutum ingenium lepidumque habuisse, delectatumque fuisse recitatione fabularum, idque fecisse tempore, quum magnum inde fructum ferre posset, quamvis rebus seriis tractandis occupatus foret. Insuper Erasmus d. l. 'solstitiali tempore' reddit 'media bruma;' quam ratio loquendi tempore Livii usitata docere debuisset, reddendum esse *media æstate.* In magno enim errore versari recentiores, qui crediderunt antiquis duo fuisse solstitia, alterum æstivum, alterum hibernum; quum omnes boni scriptores, Lucretius, Virgilius, Varro, Cicero, et Plinius mediam tantum æstatem 'solstitium,' mediam hyemem 'brumam' vocarint, docet Victor. ad Varr. de Re Rust. I. 46. Antiquorum exemplo 'solstitium' et 'brumam' inter se obponit Lucan. X. 298. 'consurgere in ipsis Jus tibi solstitiis, aliena crescere bruma.' Et sane majori jure Quinctius mirari poterat, unde hospiti media æstate tam multa et varia venatio, quam media hieme; quod tempus venationi erat accommodum. Tandem *tam varia et multa venatio* omnes codd. nostri, et priscæ edd. *tam varia et tam multa* Ascens. a. 1513. et pancæ proximæ: *tam multa et varia* demum dedit Frob. a. 1535.

§ 7 *Homo non, quam isti sunt, gloriosus*] Ms. *homo non quam ut isti sunt gloriosus.* Modius. *Homo nunquam isti* Lov. 1. *homo unquam isti* Lov. 3. et Mead. 1. *homo inquam iste fuit gulosus* Lov. 6. *homo non, ut isti sunt, gloriosus* Harl. quod ab ingenio et expositione interpretis primo margini adscriptum, deinde in contextum Livii receptum fuisse, inde conligi posse videtur, quod cod. Mog. utramque lectionem jungens, scribat *homo non, quam ut isti sunt, gloriosus.* Nihil est

Digitized by Google

mutandum. Deest tantum per ellipsin particula *tam;* non tam gloriosus, quam isti sunt. Vide ad II. 56. § 9. Mox *revidens* Lov. 1. et Gaertn. *renitens* Lov. 6. et a m. sec. Voss. ac Lov. 6. Deinde *aut*, pro *autem*, Voss. a m. pr. Lov. 1. 3. 5. et ed. Camp.

§ 8 *Hoc dici apte in copias regis, quæ paullo ante jactatæ sint, posse*] *Hoc dici a prætore in copias regis* Lov. 1. *Hæc dici aperte in copias regis* Lov. 3. *Hoc dici apte de copiis regiis* Harleian. Hinc *jactatæ sunt* omnes nostri codd. et edd. priscæ; cujus loco *sint* Frob. a. 1535. ex Mato Mog. admisit. Tum *possem* Lov. 3.

Varia enim genera armorum, et multa, &c.] *Varia genera armorum* Lov. 6. *Varia enim sunt genera armorum* Gaertn. Illa autem Livii ita exprimit Plutarch. in Apophthegm. p. 197. Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς, ἔφη, θαυμάζετε βασιλικὴν δύναμιν, λογχοφόρους, καὶ καταφράκτους, καὶ πεζετέρους, καὶ ἀμφιπποτοξότας ἀκούοντες· πάντες γάρ εἰσιν οὗτοι Σύροι, ὁπλαρίοις ἀλλήλων διαφέροντες. Similia habet in Quinctio Flamin. p. 378. Mox *Dachas* Voss. Lov. 1. 3. 6. *Dacas* Lov. 2. 4. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *Dahas* solus Lov. 5. cum edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. At proximæ usque ad Frob. 1535. *Dacas*. Vide ad c. 48. § 5. Voces *et Medos* desunt in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. quas tamen recte Lov. 5. et edd. vett. retinuisse, verba legati Antiochi docent cap. præc. Tum *et Candusios* Lov. 3. *et Chadusios* Lov. 5. et edd. Camp. et Rom. 1472. *et Cadusios* reliqui calamo et typis exarati usque ad Gronov. Vide cap. præc. d. l. Hinc *et Elymæos*, addita copula, omnes Mss. et edd. usque ad Paris. 1573. quæ eam prima omisit. Sed recte loco reposuit Crevier. Copulam *et* quater repetit Livius v. 49. 'In conspectu habentes fana Deum, et conjuges, et liberos, et solum patriæ, et omnia.' Tandem *ruros omnes esse* Voss. et Lov. 1. *viros omnes esse* reliqui scripti nostri, Hearnii L. 1. et edd. principes. Moguntini demum ex cod. suo dederunt *Syros omnes esse:* quod verum probant laudata Plutarchi loca.

§ 9 *Concursationem regis magni*] *Occursationem* Lov. 1. Sed 'ocursatio,' sive 'concursatio,' et 'occursatio' etiam commutantur XXI. 63. § 14. Alia vide ad XXXVI. 24. § 4. *Concursionem* Harl. Male. Vide ad V. 40. § 3. et IX. 24. § 12. Ita et XXX. 34. 'Concursatio et velocitas illinc major, quam vis.' XLI. 2. 'Concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios.' Ita 'hostis,' 'pedes concursator' XXVII. 20. et XXXI. 35. Vide Græv. ad Cic. pro Quinct. c. 16.

§ 10 *Videretis vix duarum*] *Invidentes* Voss. et Lov. 1. *Videntes* Lov. 3. et Mead. ambo. *Videritis* Lov. 5. et Gaertn. Mox etiam *videritis regem* Lov. 4. et 5. *videtis regem* Lov. 1. At *videritis* utroque loco edd. Camp. et Parm. Tum *militi admetietur* Voss. et Lov. 1. 3. ac 6. Dein § seq. *fœnore stipendium* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *fœnore ad stipendium* Lov. 1.

§ 12 *Sed expertæ potius spectatæque*] Vet. lib. *sed expertæ toties spectatæque*. Sigon. Ms. *sed expertæ potius spectatæque*. Modius. *Toties* Vossian. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. usque ad Aldum, qui *potius* ex Mog. cod. recepit, quod iterum in *toties* Sigonius mutavit. Verum, quum utrumque commodum præbeat sensum, testimonio optimi cod. cujus ope tot vulnera in Livio sanata sunt, fidem negare nequeo, præsertim quum et unus meorum Lov. 6. ei adsentiatur. Crev. etiam *potius* recte ex Victor. in contextum recepit. Præterea *fidei credite* Lov. 3. et Gaertn. Paullo ante *vos* deerat in scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. vetustis. Sed pronomen, quod hic emphasin habet, recte Aldus ex

Digitized by Google

Mog. cod. probavit.

§ 13 *Quod optimum esse dicunt, non interponi vos bello*] Si quis mavult, habeat, me non indignante, postquam auctorem ejus Mogunt. codicem cognovi. Nec tamen spernendum prius, nostris quidem Mss. confirmatum omnibus, *non interponendi*. Quasi intelligatur 'consilium,' aut quid tale. Lib. XXXVII. c. 16. 'Omisso Patara amplius tentandi:' sic omnes Mss. sic Romana, Mediol. Tarvis. Venetæ, Bec. edd. Ascensium primum video immisisse *omisso conatu Patara:* quem secuti Moguntini, nihil commemorantes ex scripto, Aldus, Juntas, Frobenius. Gryphius deinde an Curio *omissa Patara amplius tentandi spe.* Quibus auctoribus utrique, ipsi viderint. Perinde est apud Tacitum Ann. XV. 5. 'Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vetandi.' Eodemque lib. c. 21. 'Et maneat provincialibus potentiam suam tali modo ostentandi:' ubi subaudies 'facultas,' vel 'potestas.' *J. F. Gron.* Crevierius edidit *optimum esse dicunt*, idque duplicem ob rationem: primo quia auctor est Gronov. ita habere scriptos et vett. editos; deinde quia postulat Latinæ structuræ ratio. Verum, quod adtinet ad priorem, ita quidem video adfirmare Gronov. ad verba seqq. Possum tamen testari, omnes, quos vidi, editos (fuerunt autem plures quam quinquaginta, et inter illos novem ante annum 1500. excusi) præferre *dicant;* unde, quod itidem de scriptis refert, suspectum redditur; non tamen optimi viri fidem in dubium vocare volo; sed manum ejus lapsam esse mihi persuadeo, scribendo *dicunt*, pro *dicant.* Certe voces in ejus adnotatione *scripti et veteres editi* non referendæ sunt ad τὸ *dicunt*, sed ad seqq. 'nihil immo tam alienum.' Id clarius constat ex pr. ed. nott. in qua huic adnotationi præscribit Livii verba ita concepta: *Nam quod optimum esse dicunt, non interponi vos bello*, et addit, 'Sic etiam Aldina;' quum tamen in Aldina sit *dicant.* Non tamen intercedo, quin legatur *dicunt*, præsertim quum eam lectionem in Lov. 3. invenerim. Sed quod addat, Latinæ structuræ rationem postulare, ut *dicunt* legamus, utrum verum sit, admodum dubito. Certe plura supersunt loca, unde vulgatum firmari videtur. Ita Terent. Eun. v. 9. 34. 'Quod dicas mihi, Alium quærebam, iter hac habui; periisti:' ubi videndi sunt viri docti Faërn. et Bentl. Adelph. II. 1. 8. 'Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi nolle factam esse, hujus non faciam.' Cic. in Pison. c. 27. 'Nam quod vobis iste tantummodo inprobus esse videatur; nihil scitote esse luxuriosius.' Admittere tamen Latine loquendi rationem, ut etiam dicamus *quod dicunt*, ultro profiteor, et docet locus ex lib. XXXII. mox laudandus. Et ita esse in Lov. 3. modo dixi: *quod dicat* est in Lov. 5. Reliqui servant *quod dicant.* Deinde *interponendi* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Mead. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N. Contra lectionem *interponi*, quam Moguntini ex cod. suo receperunt, servant etiam Lov. 2. 5. et Mead. 2. Eamdem etiam Crevier. probavit, licet Victor. cod. quo utitur, alteram tueatur. Ceterum huic similis est locus XXXII. 21. 'Nam quod Cleomedon modo, tamquam mediam et tutissimam nobis viam consilii, ut quiesceretis, abstineretisque armis, ostendebat; ea non media, sed nulla via est.'

Nihil immo tam alienum rebus vestris est] Vet. lib. *nihil tam vanum immo tam alienum rebus vestris est.* Sigon. Sigonii hæc prava ex pravo codice lectio est. Scripti et veteres editi, *Nam quod optimum esse dicunt, non int. vos bello; nihil immo tam al. rebus vestris est.* Illius auctores ignari fuerunt usus secretioris particulæ *immo.* De qua vide ad XXXVIII. 43. *J. F.*

Digitized by Google

Gron. Omnes non tantum Hearnii, sed et nostri codd. cum Gronovio faciunt, præter unum Harl. qui vet. lib. Sigonii consentit. Sed de τῷ *dicant* vide ad præc.

CAP. L. § 2 *Nulla enim nec disceptatio, nec dubitatio fuit, &c.*] Vera est horum et sequentium verborum lectio, quæ vulgo circumfertur, et ab Aldo ex cod. Mog. primum recepta est. Omnes autem priores edd. cum codd. nostris præferunt *nulla enim disceptatio fuit, quin omnes gentes fidos et amicos, &c.* reliquis omissis. Mox *bellumque cum Antiocho* Lov. 3. Tum *nunciari deberent* Harl. An voluit librarius *deberet?* Sed nihil muto.

§ 3 *Auxilia etiam, quo censuit*] *Quæ censuit* Lov. 5. et priscæ edd. Sed hic quoque Aldus ex Mog. cod. *quo censuit:* quod similiter servant reliqui Mss.

§ 4 *Qui Romanæ partis erant*] Sic cap. 34. 'Optimum quemque Romanæ societatis esse:' et c. 37. 'Opibus eorum, qui Romanæ societatis erant.' Tamen voci 'pars' fere genitivum pluralem jungi video: c. 31. 'Semper Romanorum haud dubie partis fuerant.' XXIV. 1. 'Bruttios Carthaginiensium partis factos videbant.' c. 35. 'Quæ partis Carthaginiensium erant.' XXXVI. 42. 'Quæ partis Ætolorum maluerant esse.' Hæc, quia per compendium scribi non credo, ut *Rom.* non tam facile a librariis pro arbitrio mutari potuerunt. *Dukerus.* Alia exempla vide XXVIII. 22. XXXI. 31. et XLII. 29.

Accusante Leonte quodam, Apollodorus, &c. damnatus, atque in exsilium est ejectus] Ita recte Moguntini ex cod. suo ediderunt. Codd. nostri cum primis edd. præferunt *Leone quodam.* Non tantum enim Græci a recto Λέων efferunt Λέοντος, sed eorum exemplo etiam Latini *Leontis:* locum *Leonta* ex fide optimi cod. Livio restituit Gronov. XXIV. 39. 'Leontem Megarensem' memorat Cic. in Verr. v. 6. 'Leontem principem Phliasiorum' Tusc. v. 3. An huc etiam pertinet inscriptio comœdiæ 'Leontis,' a Nævio in carcerem conjecto compositæ? cujus meminit Gell. Noct. III. 3. Denique, nomine inde composito, *Pantaleontis e Pisis oriundi tyranni* meminit ex Nævio Festus voce 'Pisatilem.' Tum *Apollocurus* Voss. Hinc *et in exsilium est conjectus* Lov. 3. Paullo ante *Erat autem haud procul seditione* Gaertn. *Erat enim procul seditione* Harl. Tum *venalem multitudinem pretio* Lov. 3. *pretio* deest in Lov. 2.

§ 5 *Bœoti nihil certi responderunt*] *Bœtiani*, vel *Bœciani nihil certi* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. Mead. ambo, et edd. vett. *Bœtii autem nihil certi* Lov. 6. *Bœotii nihil certi* Moguntini ex cod. suo vulgarunt. *Bœoti* Frob. a. 1535. Mox *tum* deest in Lov. 1. *faciendum* legunt Voss. Lov. 3. 5. 6. et Gaertn. Deinde *se*, quod deest in Lov. 5. Harl. et edd. antiqq. Aldus recepit ex cod. Mog. cui consentiunt reliqui nostri.

§ 6 *Eumenem regem misisse*] Τὸ *regem*, quod deest in Lov. 5. et antiquioribus excusis, ab Aldo ex cod. Mog. adscitum est. Idem autem reliqui nostri agnoscunt. Vide ad XXXVIII. 48. § 5. Tum *missum* Lov. 1. *venisse* Voss. *isse* Lov. 2. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Sed male. Achæos auxilium quingentorum militum eo *misisse* supra dixit hoc cap. et, ab Eumene modicum auxilium *missum*, mox. Tum *ut prævenirent*, sine τῷ *et*, Voss. et Lov. 1.

§ 7 *Cum tribus ferme millibus militum*] Posterius *cum* non est in membranis Moguntinensibus: et potest sane sine intertrimento sententiæ abesse. *Modius.* Vocem *militum* ignorant omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. antiqq. quam Aldus ex Mog. cod. addidit. Vocem autem *cum* posteriori loco iterum omnes nostri servant. Livium quidem præpositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. Sed nec Mogunt. cod.

Digitized by Google

lectionem damno. Mox *sex millia sociorum militum* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 20. § 9. Tum *et ea copia* Lov. 1. Sed præpositio excidit ob similitudinem sequentis voculæ *ea*. Simile exemplum obcurrit XXXIX. 5. § 8. Contra *ea* intercipiebatur a præcedenti *ex* v. 45. § 6.

§ 8 *Achæi quingenti, et ab Eumene rege modicum auxilium*] Ita primus Gronovius 1665. edidit. Sed copula exsulat non modo ab excusis prioribus, sed etiam ab omnibus codd. nostris, et Hearnii L. 1. nisi quod in Lov. 6. a m. sec. adscribatur. Et sane necessariam esse colligitur ex verbis supra hoc cap. 'Antiochus quum ad Chalcidis præsidium et Achæos et Eumenem regem misisse audisset.' Cap. etiam seq. Achæi ad auxilium ferendum in Eubœam missi a militibus Eumenis distinguuntur. Mox *Xenodice* Lov. 1. *Xenode* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Xenodide* Voss. et Lov. 6. literis *cl* male in *d* coalescentibus. Vide ad X. 24. § 2.

§ 9 *Ante Salganea ad Herinium*] *Ante Salganea ad Hermeum* scribitur, non *Herinium*. Gelen. *Erineum* oppidum est Doridis, ut omnes scribunt. Ad Euripum autem nemo, quod sciam, 'Herinei' meminit in litore Bœotiæ. Quare ego vel *ad Euripum* legendum arbitror; nam et ad finem hujus libri dicturus est 'Pertinacius Romani Euripum tuebantur;' ut Aulis intelligatur: vel *ad Hermeum*; ut alii emendarunt. *Glarean. Sagineam* Voss. *Salganeam* Lov. 6. *Saginea* Lov. 1. 2. 4. Harl. et Hearnii N. *Salginea* Mead. ambo, et Gaertn. *Sagalnea* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *Selganea* cod. Mog. Sed vide ad c. 37. § 6. Tum *Herineum* Voss. *Hermium* Lov. 5. et Harl. *Hermum* Lov. 6. *Hernicum* Lov. 3. 4. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Hermeum* ejusdem N. et cod. Mog. Et ita post Gelenium edidit Frob. 1535. quod obtinuit usque ad Gron. qui a. 1665. substituit *Hermæum*: quomodo et vocat Ortel. in Thes. Geogr. ea voce. Idem vero ibid. in voc. 'Salganeus' vel fluviam vel montem hujus nominis dicit. Paullo ante *Romani milites vel V. milia ferme et ipsi* Voss. *Romani milites DC. ferme et ipsi* Lov. 6. Sed *quingenti* verum esse, docent voces *et ipsi*, quot nempe ab Achæis missos modo dixit.

§ 10 *Mictio erat cum iis, legatus a Chalcide*] *Cum iis legatis* Lov. 5. et ed. Camp. Tum *ad Chalcidem* Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. a m. pr. Mead. uterque, et Gaertn. *ab Chalcide* Lov. 6. a m. sec. Hinc paullo post *ad ipsum præsidium* Voss. Lov. 4. 5. et editi ante Aldum, qui *id* ex cod. Mog. interposuit, consentientibus reliquis scriptis. Vide ad v. 43. § 4.

§ 11 *Omisso ad Aulidem itinere, Delium convertit*] *Emisso* Voss. et Lov. 1. Tum *bellum convertit* Voss. et Lov. 1. ac 4. *Delum convertit* Lovel. 6. et Harl. *Delium Bœotiæ* memorat Liv. XXXI. 45. § 6. *ἐπὶ θαλάσσῃ* situm esse, docet Pausan. in Bœot. c. 20. Idem etiam ex hoc et ex laud. Livii loco colligitur. Contra Ptolem. III. 15. in mediterraneis Bœotiæ *Δήλιον* memorat. Mox *in Eubœam missurus* Lov. 1. 3. 6. et Voss.

CAP. LI. § 1 *Templum est Apollinis Delium*] Appianus in Syriaco p. 93. *Δήλιόν ἐστι ἱερὸν τοῦ χωρίου Ἀπόλλωνος. Sigon. Apollinis Delfici*, pro *Delium*, Lov. 3. Mox *ab Tanatra* Voss. et Lov. 3. *ab Tamara* Harl. et Mead. 1. *ab Tamagra* Lov. 2. *ab Thanacra* Lov. 6. *ab Tanacra* Lov. 1. 4. 5. Mead. 2. et priscæ edd. *a Tanacra* Hearnii N. *a Tonata* Gaertn. *a Carnana* Hearnii L. 1. *ab Tanagra* ed. Mog. pro quo Frob. a. 1535. *a Tanagra* substituit.

Minus quatuor inde millium proximus in Eubœam est maris trajectus] Antiq. lectio *minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari traj.* Pleraque videntur castigatores ob vitandos hiatus data opera mutasse, cum tamen

Digitized by Google

ab eis Livius non admodum abhorreat. *Gelenius.* Lectionem, quæ vulgo ante Gelenium, et ed. Frob. 1535. Gelenii emendationem admittentem, exstitit, in nullo cod. nisi in Lovel. 5. inveni: *quatuor inde millium* est in omnibus scriptis: *in proximo Eubœa est mari traj.* Lov. 1. 2. 4. et Mead. ambo: neque aliter Voss. nisi quod mendosius *Eulidea*, pro *Eubœa*, legat: *in proxima Eubœa est mari traj.* Lovel. 3. *in proximam Eubœam est mari traj.* Harl. *in proxim^m Eubœæ est mari traj.* Gaertn. *in proximo Eubœæ est mari traj.* Lov. 6. unde unica tantum litera differt lectio, a Gelenio ex Msto restituta, quæ omnino vera est. *Eubeica*, pro *Eubœæ*, se in L. 1. reperisse, Hearnius monet. 'Proxima Eubœæ,' ut l. XXVI. c. 25. 'Vastatis proximis Illyrici.' l. XXXII. c. 9. 'Ab Corcyra in proxima Epiri quinqueremi trajecit.' XXXIII. 38. 'Ad depopulandam proxima Thraciæ est profectus.' XXXVI. 7. 'Per Thraciam proxima Macedoniæ cœperit depopulari.' Alia similia vide ad XXXVII. 58. § 8. 'Trajectus mari' autem, ut 'trajicere Hellesponto,' de quo vide ad hujus lib. c. 48. § 3. Ideo vero 'trajectum mari,' addita ultima voce, Livius memoravit, quia insula etiam aliter, quam mari, ex continenti adiri potest. Angustiæ enim maris inter Bœotiam et Eubœam adeo artæ sunt, ut Euripus ille ponte stratus fuerit, quo insula continenti adnexa est, ut non tantum Plinius, Livio junior, testatur H. Nat. IV. 12. sed etiam ei fere æqualis Strabo Geogr. IX. pagg. 400. et 403.

§ 2 *Ubi et in fano lucoque, ea religione et eo jure sancto, quo sunt templa (asyla Græci adpellant)*] *Ubi et fano* Harl. Tum *ea regione* Voss. Lovel. 1. 2. 4. Harl. Mead. 2. et Gaertn. *et ea regione* Lovel. 5. et edd. Camp. Rom. 1472. Mediol. 1480. et Parm. sollemni scribarum errore. Vide ad VII. 29. § 1. *Et ea religione* edd. proximæ. Deinde *et eo jure sancta quoque sunt templa* Voss. Lov. 3. 5. 6. a m. sec. et Mead. ambo, cum edd. antiqq. *et eo jure sancta quoque sint facta templa* Gaertn. *et eo jure sancta quoque templa* Lov. 1. et 6. a m. pr. *et eo jure sancta sunt templa* Harl. *et eo jure, sancta quo sunt templa* Lovel. 2. et 4. Præterea *asyla Græci appellant* Harl. *asya Græci appellant* Lovel. 1. *asylæ Græcia appellant* Mead. 1. *quæ asyla Græci appellant* cod. Mog. Eam lectionem Aldus recepit, et locum ita distinxit, *Ubi et in fano, lucoque, (et ea religione, et eo jure sancta quoque sunt templa: quæ asyla Græci appellant) et nondum, &c.* Postea Froben. a. 1531. lectionem recepit, quæ nunc vulgo exstat, nisi quod pronomen *quæ* a cod. Mog. additum servavit. Id etiam, si per scriptos codd. liceret, addendum credebat Spanh. de Præst. et Usu Numism. tom. I. diss. IX. p. 667. Sane utroque modo Livium loqui solitum fuisse, videbimus ad XL. 57. § 3. Utro igitur modo Livius scripserit, ex stilo ejus dijudicari nequit. Gronovius in pr. ed. nott. ex reliquis scriptis et prima ed. pronomen delet, laudatis duobus locis ex Livii XXXII. 5. et XXXVII. 42. quamvis autem ipsam notam in ed. iterata omiserit, lectionem tamen, quam substituit, in contextu servavit. Eidem firmandæ illud adferri posset, librarios potius hæc et similia pronomina addidisse, quam omisisse: nihilominus integerrimi cod. Mog. auctoritatem secutus ejus lectionem revocare malui. Si quis contra sentiet, per me licebit. Aliud simile exemplum pronominis ex eodem cod. Livio restituti habuimus XXXIV. 56. § 1. Mox *et nondum indicto bello* Lov. 1. 5. et edd. principes. Τὸ *aut* deinde inserunt Aldus ex cod. Mog. idque superest in reliquis nostris.

§ 3 *Aut sanguinem usquam factum audissent*] *Usquam factum audisset* Voss. a m. pr. *usque factum audisset* Lovel.

Digitized by Google

1. Vide ad IX. 26. § 8. De locutione 'facere sanguinem' actum ad II. 30. § 15. Mox *templi lucique vetusti* Voss. Lov. 1. 4. 6. et Mead. 2.

§ 4 *Palatos passim adgressus, eos cecidit*] Pronomen *eos* exsulat a Lov. 5. et antiquioribus editis. Id primus addidit Frobenius an. 1535. consentientibus omnibus aliis nostris codicibus. Verum Crevier. in ea voce mendum latere, et Livium exprimere voluisse existimat numerum eorum qui cæsi sunt. Mox *ad quadraginta viros* Lov. 3. Vide ad XXXI. 36. § 9. Mox *Mihilo* Harl. *Michio* Lov. 2. et 3. *Michiten* Voss. *Minchitio* Lovel. 6. *Michicio* Lovel. 1. *Michitio* Lovel. 4. Mead. uterque, et Gaertn. quomodo etiam cap. præc. § 10. codicem suum N. habere, Hearnius testatur: unde firmari videtur Gronovii conjectura, qui ad cap. 38. § 1. *Micythio* scribendum putat. Pariter fere codd. variant mox § 6.

§ 5 *Adjecisse aliquantum videbatur*] *Adjecisse se* Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Mead. ambo, et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. Sed pronomen perperam repetitum est ex ultima syllaba vocis præced. Vide ad XXX. 22. § 5. Tum *aliquantulum* Voss. et Lovel. 2. Vide ad VII. 36. § 5.

§ 6 *Quum rursus oratores, partim ex suis, partim Ætolos, Chalcidem misissent*] Vox *oratores* non comparet in Lov. 6. Ejus loco *factus* legunt Lovel. 1. et Voss. quorum posterior pro varia lectione *fratres* in margine præfert: *milites* Lovel. 3. a m. pr. Tum *partim Ætolos, partim ex suis* Gaertn. Hinc *misissent* perperam Mead. 2. et Gaertn.

§ 7 *Achæorum et Eumenis milites Salganea tenebant*] Achæi quingenti missi in Chalcidem venerunt: cæterum haud dubie, tradita regi Chalcide, ipsi discessere. At, quo pacto deinde aut ipsi Salganea venerint, cum Menippus ibi castra haberet, aut quomodo antea illuc ab Achæis missum sit præsidium, non meminit Livius. Præterea nec hoc explicat, quale illud castellum ad Euripum, quod Romani milites munierunt ab Aulide aversi: sed puto Delii, quod Strabo IX. 403. Τανυπυλαν πολίχνιον appellat. Quanquam et hoc dubium, fueritne antea vallum et agger, an nunc a militibus omnia parata. Sed hæc, ut alia pleraque, lectoris judicio committimus. *Glarean.* Quum Chalcis et Salganeus, illa in Eubœa, hæc in Bœotia, ad Euripum sitæ fuerint, milites Achæorum et Eumenis Chalcide discedentes navibus Salganea, ante quam urbem ad Hermæum Menippus castra habebat, trajicere Euripo potuerunt. Paullo ante *sub adventu* Lov. 2. 3. 5. 6. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. principes. Sed vide ad II. 55. § 1.

Custodiæ causa locum communiebant] Antiquior lectio *custodiæ causa loci communiebant*, non *locum: castellum communiebant loci custodiæ causa.* Gelen. Ut librarii *locum*, quod est in plerisque codd. meis, pro *loci* scriberent, ob similitudinem primarum literarum vocis seq. evenisse videtur. Certe *loc̃ communiebant* est in Lov. 6. *locum munichant* in Gaertn. Sed, 'communire' Livio in hac re frequens esse, vidimus ad XXX. 7. § 3. *loci* igitur Gelenium vere emendasse existimo. Insuper Lipsius Epist. Quæst. v. 17. *custodiæ loci communiebant* scribebat, ejecta voce *causa*, quam pro glossa habebat. Sæpius librarios vocem illam, quam elliptice Livius omiserat, liberaliter de suo addidisse, vidimus ad XXXI. 12. § 4. Non tamen propterea invitis libris omnibus passim, ubi inhet, ejicienda est.

§ 8 *Castellum Euripi obpugnare est adortus*] Ita omnes codd. uno excepto Lov. 1. qui legit *adorsus*. Videntur voces diversæ originis ac significationis esse, 'adorsus' et 'adortus.' Illud est ab 'adordior,' id est, ad-

Digitized by Google

gredior, incipio; hoc ab 'adorior,' id est, adgredior, invado: quare hic legendum puto *obpugnare est adorsus*, id est, incepit. Similiter scribendum arbitror VIII. 29. 'Oppida quoque vi expugnare adorsus:' et I. XXII. c. 9. 'Quum perpopulato agro urbem obpugnare adorsus esset.' Quibus locis ita nonnulli codd. legunt. Pari modo XLIV. 11. 'Divisis partibus oppugnare adorsi:' et c. 12. 'Eam quoque oppugnare adorsi, irrito incepto, Demetriada petunt.' Idem vocabulum sæpe apud alios corruptum superest. Apud Virg. Æn. VI. 397. 'Hi dominam Ditis thalamo deducere adorsi:' et Æn. VII. 386. 'Majus adorsa nefas, majoremque orsa furorem.' Quorum locorum priori Pierius ita in antiquis plerisque, posteriori in antiquis quibusdam exemplaribus invenit, consentientibus etiam posteriori loco unius cod. excerptis, quæ penes me sunt. Vide illis locis Nic. Heins. et Burm. Apud Nepot. Thras. cap. 2. 'Hanc bis tyranni obpugnare sunt adorsi.' Dion. cap. 6. 'Quod fortuna demergere est adorsa:' quibus locis *adorti* et *adorta* nunc editur. Apud Curt. III. 1. § 6. 'Arcem vero obpugnare adorsus caduceatorem præmisit:' ita plures ibi codd. IX. 4. § 6. 'Alteram deinde urbem expugnare adorsus:' ita unus codex. Apud Apul. Met. lib. I. pag. 105. ed. Elm. 'Illa me satis quam humane tractare adorsa.' I. V. p. 172. 'Palpare Veneris iram sævientem sic adorsæ.' De Deo Socr. pag. 49. 'Ut nemo ea commemorare adorsus sit.' In Florid. pag. 366. 'Crocire adorsus prædæ, quam ore gestavit, inductricem compotivit:' ita omnibus his locis legendum. Ipsum *adordiri* restituendum videtur eidem Apul. Met. I. fin. 'Injecta dextra clementer me trahere adorditur:' ubi nunc editur *adoritur*. An forte etiam apud Cic. de Orat. I. II. c. 51. 'Convellere adordiamur ea, quæ non possunt commoveri.' Mox *excesserant*, pro *excesserunt*, cod. Mog.

§. 9 *Hi quoque jam, quum terra marique obsiderentur, et jam machinas*] *Hi quoque tamen*, non *Hi quoque jam*, legendum. *Gelen.* Omnes codd. nostri *Hi quoque jam*, nisi quod unus Lov. 3. vel *tamen*, vel *jam* ignorans, legat *Hi quoque, quum terra*. Deinde *etiam machinas* Lov. 1. 2. 4. 6. Mead. 1. et Gaertn. *et machinas* Lov. 3. et Harl. Mox *cum portari*, pro *comportari*, Lov. 2. Vide de hoc errore ad IV. 24. § 7. De verbo 'comportare' vide ad XXXIV. 34. § 6.

§ 10 *Quod tanta insula et tot opportunæ urbes*] Ita Aldus ex Mog. cod. vulgavit. Priores autem cum codd. nostris præferunt *tantæ insulæ tot opportunæ urbes*. Paullo ante *ne certe quædam insulæ ejus urbes* Lov. 3. *certe* etiam Lov. 1. Vide ad XXXIV. 36. § 4.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER XXXVI.

CAP. I. § 1 *P. Cornelium Cn. F. Scipionem et M. Acilium Glabrionem consules*] Plutarchus in Quinctio p. 377. Μάνιον Ἀκίλιον. Appianus in Syriaca p. 96. Ἀκίλιον Μάνιον Γλαβρίωνα. Capitolini auctores *M'. Acilium Glabrionem* vocant. *Sigon.* Pall. et vet. ed. *Corn. Scipionem et M. Acilium Glabr., inito magistratu.* Gebh. *P. Cornelium Scipionem* Voss. Harl. et Hearnii N. *Cornelium Scipionem*, omisso etiam prænomine, reliqui nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscæ. Quod nunc editur, partim Moguntini, partim Aldus ex cod. Mog. receperunt. Alterius consulis prænomen in plerisque Mss. perperam est *M.* quem *M'.* vocatum fuisse, recte Sigonius docuit. Eumdem codd. *Atilium, Attilium*, vel *Accilium* vocant. Sed *Acilium* recte Moguntini ex cod. suo ediderunt, qui ex eodem etiam *τὸ consules*, quod a scriptis et editis aberat, adjecerunt.

§ 2 *Majore parte anni fieri solet*] Ed. Mog. 1518. *majorem partem anni.* Modius. Similiter non tantum omnes ante Moguntinam edd., sed et plerique scripti: *majore parte anni* Aldus dedit ex cod. Mog. cui consentiunt Lov. 2. 3. et Hearnii L. 1. Tandem Gruterus priorem lectionem *majorem partem* revocavit. Infra XLII. 30. 'Quum circa omnia fana, in quibus lectisternium majorem partem anni esse solet, majoribus hostiis inmolasset.' Tum *soleret* Lov. 6.

Ut ea res senatui populoque Romano bene ac feliciter eveniret] Ms. *bene atque feliciter eveniret.* De qua solemni formula multa congessit amplissimus et eruditissimus præses B. Brissonius, cujus volumen de Formulis I. p. 64. consulet, qui sapiet. *Modius.* Pall. *bene atque feliciter:* sicut paullo post Pal. 1. *victoriam atque triumphum ostendi.* Gebh. *Bene atque feliciter* etiam Lov. 1. 2. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. quod Aldus ex cod. Mog. receperat, Paris. 1573. alternum revocarunt. Mox § seq. *Ea* deest in Lov. 1. et 6. *Et omnia* legit Lov. 5. Tum *victoriam et triumphum* Lov. 3.

§ 4 *Hæc quum renunciata essent, solutis religione animis*] Pal. alter *solutis de religione animis.* Gebh. *Relata essent* Harl. quod alterius glossema habendum est. Supra XXXIV. 44. 'Id quum P. Licinius pontifex non esse recte factum Patribus renunciasset.' Infra XLII. 20. 'Senatui rite sacrificatum, precationemque de bello factam renunciarunt.' Et ita forte emendandum XXXI. 5. 'Quum renunciassent consules, rem divinam rite perfectam esse:' ubi vulgo editur *pronunciassent.* De verbo 'renunciare' vide etiam ad X. 40. § 9. et Epit. Liv. lib. XLVII. Deinde perperam *de religione* Pal. Gebhardi. Vide ad VII. 3. § 9. Vox *animis* non recte exsulat a Voss. Mox *rogationem ad populum fieri* Voss. Lov. 1. 2. 3. et 6. sollemni scribarum lapsu. Vide ad V. 54. § 6.

§ 5 *Vellent juberentne, cum Antiocho rege, quique sectam ejus secuti essent*] *Vellent juberentve* Harl. Mead. 2. et Gaertn. Male. Vide Brissonium de Form. II. p. 129. Tum *ejus sectam secuti* Lov. 2. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ejus secuti sectam* Lov. 1. et 3. Mox *perlata rogatio* Lov. sex, Harl.

Digitized by Google

Mead. ambo, et Gaertn. cum edd. Frobeniana 1535. vetustioribus. Hinc *tamen si ita videretur* Lov. 5. et edd. principes. Vide ad XXII. 17. § 5.

§ 6 *Decrevit, ut consules Italiam et Græciam*] Pall. uterque *decrevit, consules It. et Græc. provincias sortirentur*. Gebh. Vocula *ut* deest etiam in Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. utroque, et Gaertn. Sed intercepta videtur ab ultimis literis vocis præced. Vide ad XXIV. 16. § 17. Mox *L. Quinctius consul*, adjecta ultima voce, Voss. Lovel. 2. 3. 4. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. ac N.

§ 7 *Imperassetve, eum exercitum acciperet, quem M. Bæbius*] Pall. *imperassetve, ut eum exercitum acciperet, et quem M. Bæbius*. Gebh. Scripti et editi olim, *ut eum exercitum acciperet*. Solet sane Livio τὸ *ut* eleganter πλεονάζειν, ut notamus alibi. Hic quia Magont. non agnoscit, nec paullo ante Voss. venio in suspicionem utroque loco subditum esse. Suffecerat enim Livio, *Tum senatus decr., ut cons. It. et Græc. prov. sortirentur: cui Gr. evenisset, præter eum num. mil., quem L. Q. in eam prov. ex auct. senatus scripsisset imperassetve, eum exercitum acciperet*. J. F. Gron. Voss. codici apud Gronovium adsentiuntur Lovel. 6. et Harl. exhibentes *cui Græcia evenisset, præter eum numerum*, pro *ut præter*. Verum hoc loco nullus meorum *ut* particulam omisit. Utrum etiam desit in cod. Mog. admodum dubito. Video equidem, primos Moguntinos eam in contextu omisisse; verum quum contra consuetudinem, quam observarunt, in excerptis cod. sui de defectu τοῦ *ut* sileant, in eam venio opinionem, vocalem illam potius culpa operarum ob similitudinem præcedentis *ve* excidisse præter eorum voluntatem. Immo licet deforet in cod. Mog. præstare tamen videretur, quæ etiam Dukeri sententia erat, eam culpa librariorum, perperam repeti existimantium, partim hic, partim antea omissum esse; præsertim quum ipse Gronovius agnoscat, *Livio τὸ ut* eleganter πλεονάζειν. Præter illa quæ Gronov. in pr. ed. notarum congessit ad h. loc. (tum enim utroque loco τὸ *ut* servandum putabat) vide quæ adlata sunt ad XXII. 11. § 4. Insuper *acciperet, et quem M. Bæbius* Voss. Lovel. 1. 3. 4. 5. 6. Mead. 2. Gaertn. et edd. vett. Sed vocula *et* perperam repetita est ex ultima syllaba vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Quomodo vero Bæbium hic exercitum 'in Macedoniam' trajecisse narret Livius, quem 'in Epirum' transire jussum esse scribit XXXV. 24. § 7. ad eum locum inquirit Dukerus.

§ 8 *Ne supra quinque millia numerum*] *Ne supra quinque millium* lege. *Gelen. Millia numerum* soli meorum Lov. 5. et Gaertn. De cujus erroris fonte vide ad XLII. 12. § 9. *Millium militum* est in Harl. *mill' militum* in Lov. 6.

L. Quinctium, &c. legari ad id bellum] Sic T. Quintio in Macedonia bellum gerenti legati ex SCto additi XXXIII. 28. et sæpe aliis imperatoribus. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 10. Nec tamen L. Quintii deinde ulla in hoc bello mentio est. *Duk.* Ultima vox deest in Lov. 3.

§ 9 *Eæque urbanæ legiones essent paratæ*] Alter Pal. *eoque urbanæ legiones essent paratæ*. Gebh. Pariter Lov. 2. et Harl. At *eaque urbanæ* Voss. Lov. 1. 3. 4. Mead. uterque, et Gaertn. Paullo ante *consules* deest in Lov. 1.

CAP. II. § 1 *Ad id, quæ cujus provincia foret*] *Ad id, quod cujus* Lov. 5. et edd. vett. Aldus deinde ex cod. Mog. dedit *ad id, quæ cujus*. Et ita reliqui mei, nisi quod *id* non adparet in Lov. 6. Crevierius, si nihil hic corruptum est, sensum esse putat, usque *ad id* caput, nempe *quæ cujus provincia erat*; quod quidem caput nondum certum erat. Aliquid tamen vitii latere opinatur.

§ 2 *Quod populus Romanus eo tem-*

Digitized by Google

pore duellum jussisset cum rege Antiocho esse] Ms. *bellum jussisset esse cum rege Antiocho.* Illud magis sapit antiquitatem suam. *Modius.* Pall. *quo tempore duellum jussisset esse cum rege Antiocho.* Gebh. Mog. transponit τὸ *esse* hoc modo, *jussisset esse cum rege Antiocho.* Ego utrobique deleo: et hæc ipsa librariorum inconstantia mihi est argumentum vitii. Lib. XXXI. c. 8. 'Quod bellum cum Philippo populus jussisset, id bene et feliciter eveniret.' Lib. XLII. c. 33. 'Quod bellum senatus cum Perseo jussisset.' *J. F. Gron.* Duo Hearniani itidem ut Mogunt. Situs vocum, quæ salva sententia abesse possunt, in libris scriptis varians, sæpe præbet suspicionem eas insiticias esse. Nec tamen semper firmissima est hæc suspicio, ut quæ non alio fere argumento, quam inconstantia et negligentia scribarum, nitatur; quæ si sola sufficeret ad ejiciendas voces non necessarias, causa non esset, cur multæ, quibus sublatis sensus non satis constaret, tamen ob id, quod alius atque alius earum ordo in Mss. est, delendæ non essent. Non contendo hic retineri debere τὸ *esse;* sed non tam inconstantia scribarum me movet ad id repudiandum, quam quod Livius in hoc genere loquendi plerumque omittit infinitivum *esse.* VI. 14. 'Minime dubius bellum cum his populis Patres jussuros.' I. 17. 'Quum populus regem jussisset.' Ibid. c. 22. III. 30. XLII. 33. et Sallust. Jugurth. c. 84. 'Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit.' Dico plerumque: nam et est, ubi addat. I. 32. 'Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis jussit esse.' Et quid in re interest inter hoc, 'populus duellum cum rege Antiocho esse jussit,' et id quod paullo post dicit, 'bellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit?' Hoc quidem non dubium est, quin infinitivus in his per ellipsin suppressus, ut integra sit oratio, supplendus sit. Vide Burmann. ad Petron. c. 71. *Duker. Quo tempore duellum,* tribus vocibus *populus Romanus eo* omissis, Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. ambo. Sed *quod populus Romanus tempore duellum* Mead. 1. in margine, et Hearnii L. 1. *quod populus Romanus duellum* Gaertn. et Hearnii N. Recte deinde Modius vulgatum *duellum* potius, quam *bellum* cod. Moguntini, probat. Eadem voce mox iterum utitur Livius hoc cap. 'Si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus jussit.' I. 32. 'Puro pioque duello quærendas censeo.' XXII. 10. 'Quod duellum populo Romano cum Karthaginiensi est, quæque duella cum Gallis sunt.' XXIII. 11. 'Victoriaque duelli populi Romani erit.' Et ita 'perduellis' pro hostis usurpatur XXV. 12. 'Is Divus exstinguet perduelles vestros.' XXIX. 27. 'Salvos incolumesque, victis perduellibus, victores.' Neque obstat Livium antiquato loquendi genere haud delectatum esse, 'duellum' autem pro bello, 'perduellis' pro hoste inter illa referri, quæ ejus tempore ex usu recesserant. Sæpius enim Livius, sollemnes precum votorumve formulas, senatusconsulta, vel similia referens, quædam tamen vocabula antiquata in illis obvia antiquitatis testandæ causa retinuit. Eo refero 'adclarassis' I. 18. § 6. 'defexit' I. 24. § 8. 'cooptassint' III. 64. § 10. 'duis' X. 19. § 17. Vide formulam res repetendi ac belli indicendi I. 32. formulam in vere sacro vovendo usitatam XXII. 10. responsum Apollinis Delphici XXIII. 11. carmina Marcii vatis relata XXV. 12. formulam precum Scipionis ex Sicilia in Africam trajecturi XXIX. 27. Deinde situs verborum *cum rege Antiocho esse,* quem præferunt editi, in uno tantum Lov. 5. perpetuo eorum adsecla, mihi obvius fuit. Reliqui mei numero decem cum duobus Hearnii

Digitized by Google

L. 1. et N. pertinaciter adhærent cod. Mog. *esse cum rege Antiocho* exhibenti, quorum consensum spernere non potui. Probare enim nequeo factum Gronovii, infirmo ex vario vocabulorum situ deducto argumento ejicientis et expungentis τὸ *esse*, quoniam sine sensus detrimento abesse poterat: adversus quem id recte Dukerus vindicavit. Pari modo 'bellum alicui jubere' Livius dixit IX. 43. 'Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat:' ubi deest *inferri, fieri*. Id autem addit c. 45. 'Populus Romanus bellum fieri Æquis jussit.' Nihil itaque inpedit quo minus, quum alibi dixerit 'jubere bellum cum aliquo,' nunc plene dicat 'jubere esse bellum cum aliquo.' Quin et stilo in SCtis usurpato, in quibus potius, quæ abesse possunt, addi solent perspicuitatis caussa, magis convenire videtur, ut ex auctoritate codd. τὸ *esse* servemus. Paullo ante *Cetera deinde sorte* Lov. 3. et 4. Vide ad XXXIV. 36. § 4. *Certa demum sorte* Lov. 6. Vide ad XL. 22. § 1. Deinde τὸ *est* defit in Harl.

Quique sub imperio ejus essent] *Quique fido imperio* Lov. 3. τὸ *ejus* non adparet in Lovel. 1. Mox *utrique*, pro *utique*, perperam Lovel. 3. *utque* Gaertn. Sed vide ad VI. 35. § 5. et ita mox § 5. *Ubique* ponitur pro 'et ubi.' Præterea *rege Antiocho*, trajectis vocibus, Lov. sex, Harl. Mead. ambo, et edd. ante Aldum.

§ 4 *Quantam senatus decreverit*] Voss. *decrevit*. Lege *decrerit*. J. F. Gron. *Decrevit* etiam Lov. 1. Vide ad II. 27. § 8. Præterea *quam*, pro *quantam*, Lov. 2. Vide ad XXIV. 26. § 7. Mox § seq. *Quisque magistratus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Tum *donaque data recte sunto data* Voss. *donaque recte sunto data* Lov. 1. et 6.

§ 6 *Jurisdictio utraque evenit, A. Cornelio Mammulæ Bruttii*] Priore libro c. 24. ubi hi magistratus creati sunt, *L. Cornelius* dicitur in plerisque codd. Te vide utrum locum ex altero emendare malis. Nam et ab initio libri seq. cap. 2. rursus *A.* non *L.* dicitur: quare alii indubitanter *A.* emendarunt. *Glar. Utraque venit* Lov. 1. ultimæ vocis litera initiali a finali præced. hausta. Vide ad I. XXXVII. c. 29. § 8. *Utraque pervenit* Lov. 6. Sed proprium ac perpetuum in his est 'evenire.' Vide ad VII. 6. § 8. Insuper *Mamillæ* Lov. 5. et edd. antiqq. *Mamulæ* ed. Ascensii a. 1513. cum codd. Lovel. 1. 2. 3. 6. Gaertn. et Hearnii L. 1. *Mammulæ* tandem ed. Mog. ut exhibent reliqui Mss. Et ita scribitur hoc gentis Corneliæ cognomen XXIII. 21. XXXIII. 44. et XLII. 6. Similiter fere, ut hoc loco, peccabatur olim XXXV. 24. at aliter XL. 35. ubi vide. Mox *inde Æmilio Lepido*. Sed vide ad IV. 52. § 4. et hoc cap. § 15. *M. Junio Æmilio Lepido* Hearnii N. Deinde *et C. Livio Salinatori* Lovel. 1. *C. Licinio Salinatori* Hearnii L. 1. Voces *Sardinia, C. Livio Salinatori* desunt in Gaertn.

§ 7 *A. Cornelio novi milites*] Vide XXXV. 41. *Duker*. Mox *oram omnem* Lov. 1. *omnem oram maritimam* Lov. 3. *omnem maritimam oram* Harleian. Deinde *Brondusiumque*. Voss. *Brundisiumque* Lov. 1. 4. et ed. Rom. 1472. Vide ad XLII. 17. § 2. et ad cap. seq. § 13.

§ 8 *Quem a M. Fulvio proprætore accepturus esset, decretum, ut novorum*] Ms. *decretum est, ut novorum*. Modius. *Prætore* Lov. 3. et Hearnii L. 1. *proconsule* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. vett. pro quo demum Frob. 1535. *proprætore* dedit. Sed vide ad XL. 39. § 1. Cod. autem Mog. lectionem *decretum est* recepi. Mox *CC. equites* Hearnii N.

§ 9 *In Hispaniam citeriorem est missum*] Pall. *in Hispaniam ulteriorem*. Gebhard. Similiter Voss. Lovel. 3. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Vide ad

Digitized by Google

XXXIX. 56. § 2. Paulo ante *Id supplementi.* Vide ad X. 10. § 6. *Idem supplementum* Lov. 6. et Harl. quod interpretis vel librarii esse puto: 'idem certaminis' est X. 24. 'idem negotii' l. XXV. c. 22. 'idem damni' XXXV. 42.

§ 10 *M. Æmilius Lepidus a L. Valerio, cui successurus esset*] Ms. *cui successurus is esset:* placet. *Modius. Lepidus* deest in Lovel. 6. Tum *ab L. Valerio* Voss. Lov. 1. 2. 6. et Mead. 1. . § 11 *L. Valerium, si ita videretur, pro prætore in provincia retinere*] Qui jam loci non adverterunt, ex una voce duas fecere, et nec, quæ proxime sequebatur, integram manere passi sunt. Enim vero *proprætorem provinciam retinere* integra est lectio, i. e. ut proprætor provinciam teneret. *Sabell.* Vet. lib. *pro prætore.* Sigon. Alter Pal. et vet. ed. *pro prætore in provincia retinere.* Infra c. 8. Pall. *In extemplo ad M. Babium pro prætore misit.* Gebh. Sabellici emendationem nullus editorum recepit; sed Veneti 1495. vulgarunt *proprætorem in provincia retinere,* quod plerique et ante, et post Sigonium servarunt usque ad Gronov. qui quum primo Sigonii lectionem expressisset, a. 1665. *proprætore* unica voce dedit, quod reliqui secuti sunt. Verum in duas iterum voces *pro prætore* divisi.

Ut una ab Agrigento ad Pachynum esset, &c.] Si hæc bene habent, inæqualis sane divisio, præterea, quæ totum non complectitur. Nam longe maxima restat a Tyndario Agrigentum, quæ ad occasum vergit. At ego suspicor, pro *Agrigento* legendum *Agathyrno,* quod prope Tyndarium est. Temere tamen hæc non assero: judicet lector. *Glar.* In codd. tamen nihil mutatur, nisi quod mox *Tyndarnium* legat Gaertn. *Tyndareum* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii L. 1. N. et cod. Mog. quod forte ævo, quo librarii vixerunt, tribuendum est. Certe ita etiam in Tab. Peuting. adpellatur: sed Græcis *Τυνδάριον* dicitur. Præterea *Totam maritimam oram* Lov. 1. *Quam maritimam oram* Gaertn. *Ut maritimam oram* Harl. *Tum maritimam oram* Lov. 2. *Tum cum maritimam oram* Lov. 6. *Cum in maritimam oram* Mead. 1. *Cum maritimam oram* Voss. Lov. 3. 4. 5. Mead. 2. et edd. ante Moguntinos, qui recte ex cod. suo legerunt *Eam maritimam oram.* Pari modo *cum* et *eum* sæpius in Mss. confundi, vidimus ad X. 7. § 3. Hinc *triginte navibus* Gaertn.

§ 12 *Eidem prætori mandatum, ut duas decimas frumenti*] Vet. lib. *decumas:* recte. Hinc enim 'decumani' dicti, qui 'decumas' redimunt. Pædianus. *Sigon.* Ita plerique meorum hic et § seq. Vide ad v. 25. § 5. et XXXVII. 2. § 12. Vox *prætori* deest in Lov. 3. Mox *idque ad mare* Lov. 5. et edd. usque ad Frobenium, qui copulam expunxit. Eam autem neque in aliis Mss. inveni. Tum *expertandum* Lov. 6. Sed vide ad XXXIV. 34. § 6. Etiam § seq. *de alterius decumis* Lov. 3. et Mead. 2.

§ 14 *Cum triginta navibus paratis trajicere*] *A triginta navibus* Voss. Lov. 1. 4. 5. et Gaertn. cum edd. principibus: *et triginta navibus* Harl. *triginta navibus,* omissa præpositione, Lov. 2. et quædam edd. Vide ad I. 14. § 7. *Cum triginta navibus* reliqui codd. quod Ascens. 1513. et antea Mediol. 1505. admiserunt. Mox *ab Achillo* Voss. et Lov. 1. *ab Athalo* Lov. 2. et Harl. *ab Attolo* Gaertn. *ab Attalo* Mead. 1.

§ 15 *Et in eam classem socios navales libertinos legeret*] Ms. *et ut in eam classem.* Modius. Pall. et vet. ed. *datum est, in eam classem.* Gebh. *Τὸ et* deest etiam in omnibus nostris codd. in Hearnii L. 1. et in edd. antiqq. Aldus primus, post *τὸ armaret* majori interpunctione distinguens, ac præcedentia ad C. Livium referens, a sequentibus novam periodum incipit,

Digitized by Google

et ex cod. Mog. legit *M. Junio prætori negotium datum est, ut in eam classem, &c.* male enim Modius *et ut in eam classem* in eo legi adfirmat. Froben. deinde, pristina distinctione revocata, per quam omnia a vocibus ' veteres naves ' ad M. Junium referuntur, ' et in eam classem ' restituit, vocula *ut* in *et* mutata. Vide ad XXI. 28. § 8. Et hoc verius videtur. Nam, Aldi lectione et distinctione admissa, sibi adversaretur, eumdem Livium juberi primo quoque tempore in Græciam trajicere, ac Romæ veteres naves reficere et armare. Tum *socios venales* male Voss. nec melius Lov. 6. vocem *navales* omisit. Præterea *inde Junio*, pro *M. Junio*, Voss. Vide ad § 6.

CAP. III. § 1 *Ad Karthaginienses et in Numidiam ad frumentum rogandum*] Sine copula Pall. et vet. ed. *ad Carthaginienses. In Numidiam, &c.* Ita videlicet distingnit Pal. 1. *Gebh.* Copulam etiam ignorant Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. 2. Gaertn. Lov. 6. a m. pr. omnesque edd. usque ad Moguntinam. Sed adest in Mead. 1. et Lov. 6. a m. sec. Præterea *in Numidiam ad Masinissam ad frumentum* Lov. 3. Sed mediæ duæ voces, quæ constanter a reliquis repudiantur, ab interprete ex cap. seq. additæ sunt. Mox *portaret* Gaertn. *portarentur* Lov. 1. et Mead. 1. *portarent* Lov. 3.

§ 3 *Qui senatores essent, quibusque in senatu sententiam, &c.*] Sic locutus est XXIII. 32. ' Uti senatores, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, ad portam Capenam convenirent.' Quid autem interfuerit inter eos, quibus licebat in senatu sententiam dicere, et senatores, docet Festus voce ' Senatores ' his verbis : ' Qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum cepere, in senatu sententiam dicunt, non tamen senatores vocantur, antequam in senioribus sint censi :' et Gellius III. 18. his : ' Qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant, sed, quia honoribus populi usi erant, in senatum veniebant, et sententiæ jus habebant. Nam et curulibus magistratibus functi, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant, et, quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias dicere, sed, quas principes dixerant, in eas descendebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque consules, cum senatores in curiam vocant, servandæ consuetudinis causa translatitio utuntur. Verba edicti hæc sunt : Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet.' *Sigon.* Vide etiam Manut. de Senatu Rom. c. 1. pag. 906. in Thes. Grævii. *Quibus in senatu* Lovel. 1. Mox *longe ab urbe* Harl. Tum *abirent* Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et, teste Hearnio, Oxonienses L. 1. et Romana Alexiensis princeps ed. Denique *ab urbe abessent* Lov. 6. *ab urbe Romana abessent* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. l. XLIX.

§ 4 *In comparanda inpigre classe C. Livium*] Libri omnes *In comparando impigre classem.* Gebh. Scripti consensu *In comparando impigre classem.* Sic et Andreas Romæ : in proximis jam video mutatum. Parum interest, dices. Certe parum, ut videtur : cur ergo veterem lectionem non teneamus ? Auctor de Bello Afric. c. 82. ' Itaque in circumeundo exercitum animadvertit, hostes circa vallum trepidare.' Sed mihi aliud subolet, et propemodum persuasum est τὸ *classem* esse additionem ejus, qui aut veterem lectionem interpretabatur, aut sine illo apposito non capiebat. Etenim ab Livio fuisse suspicor, ' In comparando inpigrum C. Livium prætorem contentio orta cum colonis maritimis paulisper tenuit : nam cum cogerentur in classem, tribunos plebei appellarunt.' Porro, verbo ' com-

Digitized by Google

parare' ita absolute, intellecto ex proximis, quid comparetur, amare uti Livium, monstrabimus exemplis ad XXXVIII. 12. ubi simile vitium contra Mss. molevit. Alioqui 'comparare classem' usitatissimum est; et, nisi ita esset, non posset hic posterior vox intelligi. Lib. XLII. c. 30. 'Arma, milites, classem ejus rei caussa comparasset.' *Plebei* est a scriptis. *J. F. Gron.* Ex Mss. quos viri docti excusserunt, *In comparanda inpigre classe* unus Hearnii N. exhibere dicitur. Contra *In comparando inpigre classem* pariter omnes nostri, et Hearnii L. 1. ac D. cum edd. Camp. Rom. 1472. et Parm. nisi quod *In parando* præferat Lov. 1. Vide ad XXXV. 41. § 7. Gronov. in pr. nott. ed. bis, hic nempe, et ad XXXVIII. 12. *In comparando impigre C. Livium* scribendum conjecit: nunc vero etiam *impigre* in *impigrum* mutandum censet. Sed codd. sequi tutius videtur. Mox § seq. *tribunos plebei* Voss. Vide ad II. 32. § 2. *Tribunos plebi* Lov. 1. Vide ad II. 42. § 6. Tum *adpellaverunt* Harl. Sed vide ad XXI. 44. § 7. Hinc *trajecti sunt* Voss. et Lov. 6. *trjecti sunt* Lov. 1. Vide ad II. 22. § 5. Tandem *eis* vel *iis colonis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. princ. quod in suo Victor. inventum Crevierius probavit. Sed Aldus *his colonis* ex cod. Mog. vulgavit. Quod cur alteri cedat, nondum video.

§ 6 *Sena, et Fregena, et Castrum novum*] Plinius III. 5. 'Freginates' in agro Falerno ponit: ea an hic sit eorum colonia, videndum, quanquam libri variant. Quidam, pro *Sena*, *Enam*, quidam *Hostiam* legunt. *Glar. Ostia, et Fregenæ*, ut supra docui, ubi Romanas colonias exposui. *Sigon.* Ms. *Ostia, et Fregenæ.* Modius. Pall. *Ocia.* Prisca ed. *Ena et Frigena.* Gebh. Bello Annibalico tamen Ostiensium et Antiatium vacatio a senatu observata fuerat. XXVII. 38. *Duk. Ena* Lov. 5. et edd. principes usque ad Ascensianam 1513. quæ in margine præfert *Sena*, quod Moguntina in contextum recepit. Sed *Hostia*, vel *Ostia*, ut verius scribendum esse Sigonius etiam monuit ad I. 33. § 9. ex cod. Mog. admisit Frob. 1535. probantibus, ex codd. meis, Lov. 2. Mead. utroque, et Gaertn. Eodem ducunt reliquorum vestigia. Nam *Otia* est in Voss. et Harl. *Ocia* in Lov. 1. 4. et 6. *Oecia* in Lov. 3. Deinde *et Erigena* Lov. 5. et ed. Camp. *Frigena* reliquæ edd. principes. *Fregena* ceteri omnes codd. nostri, cum Hearnii L. 1. et N. Sed *Fregenæ*, ut cod. Mog. legit, scribendum conjicit Cluver. Ital. Ant. II. 2. p. 500. Vide ad Epit. Liv. l. XIX. Mox *Cintium*, pro *Antium*, et *Sinuessæ* Hearnii L. 1. *Sinuessæ* codd. nostri, et edd. vett. *Sinuessa* Moguntini ex cod. suo receperunt. Nec aliter Voss. in margine. Dein *certarunt* Lov. 3.

§ 7 *Ipsine regi Antiocho indiceretur bellum, an satis esset ad præsidium aliquod ejus nunciare, &c.*] Ms. *Ipsine utique regi Antiocho ind. bellum, an ad præsidium nunciaretur?* In sequentibus autem tangit morem veterum Romanorum aperte renunciandæ amicitiæ: de quo etiam illud accipiendum lib. XLIII. [an l. XLII. c. 25.] 'Missi legati Perseo amicitiam renunciarunt.' Neque publice tantum, sed privatim is obtinebat: hinc denunciatæ, indictæ, testatæ amicitiæ, de quibus omnibus vide literatissimorum doctissimum Justum Lipsium ad Tacitum Excurs. L. ad Annal. II. De cætero lectionem nostram scriptam non malam esse, evincunt statim sequentia: nihil referre, *ipsi coram, an ad præs. nunciaretur.* Modius. Omnes nostri, a Moguntino cod. dissentientes, alteram lectionem tuentur, nisi quod Voss. in paucis apicibus librarii culpa aberret, et Lov. 1. voces *an satis esset ad præs.*, Lov. 3. *τὸ aliquod* omittant. Nihilominus meritis codicis Mog. in Livium

Digitized by Google

dedi, ut lectionem ejus, ab omnibus antea fastiditam, in contextum reciperem. Duo exstant loca Livii huic simillima: alter XXXI. 8. 'Bellum, quod indiceretur Philippo, utrum ipsi utique nunciari juberent, an satis esset, in finibus regni quod proximum præsidium esset, eo nunciari?' Alter XXXVIII. 46. 'Minima illa, quum jam senatus censuisset bellum, quæsita tamen sunt: quibus nunciandum esset? ipsis utique regibus nunciaretur, an satis esset ad præsidium aliquod nunciari?' Ex utroque hoc, vel certe posteriore, margini adscripto, vulgata hujus loci lectio formata videtur; quæ si præferenda foret, attamen ex illis locis hic etiam *nunciari* legi deberet.

§ 8 *Num Ætolis quoque separatim indici juberent bellum*] *Non Ætolis* Voss. a m. pr. Lov. 1. et Gaertn. Mox etiam *et non prius* Voss. a m. pr. et Lov. 1. quod accipi posset pro *nonne* positum esse. Vide ad IV. 4. § 5. Quum tamen reliqui codd. vulgatum tueantur, *non* aberrantium librariorum culpæ tribuere malo. Nam et alibi sæpe has voculas commutarunt. Vide ad II. 40. § 7. V. 51. § 7. c. 52. § 6. VII. 6. § 11. IX. 3. § 3. et passim. Deinde *separatum indici juberet bellum* Gaertn. *juberet* etiam Lov. 1. 2. 4. Harl. et uterque Mead. Verum ita datum videtur, quia scribis displicebat 'collegium fecialium juberent.' Sed vide ad XXXV. 26. § 9. Mox *societas et amicitia eis renuncianda* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. et Mead. uterque: *societas et amicitia ejus renuncianda* Lov. 6. Harl. et Gaertn.

§ 9 *Quum de Philippo consulerentur, hæc decrevisse*] Vetus lectio, *quum de Philippo consulerentur, decrevisse.* Gelen. Vet. ed. *hæc decresse.* Pall. *hæc respondisse.* Gebh. Scribo ex vetustis *decresse.* J. F. Gron. *Consultarentur* Lov. 2. Sed vide ad XXI. 16. § 2. Deinde *hoc respondisse* Voss. *hæc respondisse* Lov. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *respondisse* Lov. 1. quam veræ lectionis expositionem, olim margini adscriptam, puto. *Hæc decresse* Lov. 5. et edd. vett. Postea Ascens. *hæc decrevisse:* sed Frobenius, auctore Gelenio 1535. pronomen *hæc* expunxit: *decresse* tandem Gronovius contextui restituit. Vide ad II. 27. § 8.

Nihil referre, ipsi coram, an præsidio nunciaretur] Vetus lectio, *nihil referre, ipsi coram, an ad præsidium.* Gelenius. Vet. ed. *an præsidio.* Pall. *nihil interesse, ipsi coram, an ad præsidium.* Gebh. *Nihil interesse* Lov. 2. 4. Harleian. et Mead. uterque; quod iterum ex marginali interpretatione natum videtur. Deinde *ipsi coram præsidio* Lovel. 3. *ipsi coram, an præsidio* Lov. 2. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. *ipsi coram, an præsidium* Voss. et Lov. 1. prioris tamen margini pro varia lectione adscribitur *præsidio.* Sed *ipsi coram, an ad præsidium, nunciaretur,* ut Gelenius emendat, Mogunt. in cod. suo invenerunt; quod sine dubio verum est. Ex vestigiis codicum adparet, primo *ad* propter similitudinem præcedentis *an* intercidisse: hinc mox, ne oratio foret solœca, *præsidium* in *præsidio* mutatum esse. Paullo ante hoc cap. 'An ad præsidium nunciaretur.' XXXVIII. 46. 'An satis esset, ad præsidium aliquod nunciari.' Eadem constructio apud Plautum obcurrit in Bacchid. I. 2. 49. in Mostel. I. 3. 76. et in Menæchm. V. 9. 68. Huc refer *eo nunciari,* non *ei,* apud Nostrum XXXI. 8. Pari modo 'restitui ad Romanos,' de quo vide ad XXIV. 47. § 10. 'dedere ad consulem,' vide Gronov. ad XXIX. 38. § 1. Diversa autem constructio 'nunciare ipsi' et 'ad præsidium' Livio est familiarissima; quam ubique eum captasse, videbimus ad XXXVIII. 39. § 10.

§ 11 *Ætolos ultro sibi bellum indixisse*] *Intulisse* perperam Gaertn. Mox *perinde occupassent* Lov. 5. et edd. antiqq. pro quo recte Ascens. a. 1513. et ante eum Mediol. a. 1505. *per vim*

Digitized by Google

substituerunt. Scriptum forte fuerat per compendium *per ui*, ex quo, commutatis literis *ui* et *in*, factum est *periñ*. Vide ad v. 20. § 2.

§ 13 *Uti omnes Brundusium Idibus Maiis convenirent*] *Ut omnes* Lov. 2. et Harl. Gronov. ad XXVIII. 9. § 10. et in pr. ed. nott. ad hujus lib. c. 1. § 7. inter plura alia etiam duo Livii loca ex XXII. 11. et XXXVII. 4. huc facientia laudavit, ubi post *ut* in priori *ut hi*, in posteriore *ut hi omnes* subjungitur: quæ lectio posterior, iisdem locis observatis, etiam Crevierio hic placuit. *Uti homines* legunt Voss. et Lov. 1. Propius igitur fore videtur, ut legamus *uti hi omnes*. Post *ut* autem Livium, si id geminandum duceret, interdum subjunxisse *uti*, vidimus ad VIII. 6. § 14. Deinde *Brundisium* Lov. 4. Vide ad cap. præc. § 7. Tum *convenisset* Voss. Lov. 1. 3. 4. 6. Mead. ambo, et Gaertn. Paullo ante voces *jam satis* desunt in Voss. et Lov. 1. Etiam vocula *et* post *oporteret* deest in Lov. 5. et edd. primis, quam præcedentis ultimæ literæ eliserunt. Vide ad XXXV. 41. § 7. Eam Froben. a. 1535. restituit.

§ 14 *Ipse ante diem quintum Nonas Maias*] *Ipse ad quinque Nonas* Voss. et Lov. 1. *ipse ad V. Nonas* Harl. Mead. uterque, et Gaertn. *ipse ad quinq̃ Nonas* Lov. 6. *ipse ad VI^to Nonas* Hearnii L. 1. *ipse ad quinto Nonas* Lov. 3. 5. et edd. Camp. Rom. an. 1472. ac Parm. *ipse ad quintum Nonas* Lov. 2. 4. et edd. reliquæ. Per compendium scriptum fuerat *ipse a. d. quintum*, pro quo *ad* factum est ab indoctis scribis. Vide ad XXVII. 23. § 7. Veram scripturam Sigon. in contextum recepit, sed neminem invenit, qui audire dignaretur ante Gronov. Mox *ab urbe egressus* Lov. 3. *ex urbe egressus* Lov. 5. *urbem egressus* Lov. 1.

CAP. IV. § 1 *Sub idem tempus legati ab duobus regibus*] Ms. *Sub idem tempus et legati ab d. r.* de quo supius jam monui, et monitorus videor. *Medius. Sub idem tempus et legati* etiam Lov. 3. et Hearnii L. 1. Tum *a duobus regibus* Voss. Lovel. 1. 3. 6. et Gaertn.

Ab duobus regibus, Philippo et Ptolemæo Ægypti rege] Quis non videt illa *Ægypti rege* adsuta esse? Purga igitur, *Sub id. t. leg. ab duobus regibus Phil. et Ptol. Romam venerunt*. J. F. Gronov. Voces, quas Gronovius delendas judicat, non tantum Doujat. in tribus suis, duobus Regiis et uno Colbert. invenit, sed mihi etiam obviæ fuerunt in omnibus, quibus utor. Crevier. ex Mato Victor. probavit, et edidit *ab duobus regibus Philippo Macedoniæ, et Ptolemæo Ægypti Romam venerunt*. Neque dubitat, quin et alii Mss. idem tenerent, si editores observare non neglexissent. Testor tameu, undecim codd. meos vulgatum servare. Quam tamen ea lectio aperte falsa videatur, scripturam in cod. ejus inventam secutus sum.

Pollicentes ad bellum auxilia, et pecuniam, et frumentum: ab Ptolemæo etiam mille pondo auri, viginti millia pondo argenti adlata. Nihil est acceptum] Ms. *Philippo pollicente ad bellum auxilia, et pec., et frum., ab Ptol. mille pondo auri, ducenta quinquaginta duo pondo argenti allata. Nihil ejus acceptum*. Ex qua scriptura illud solum pro recto et probo ego accipiendum censeo, quod est extremo loco, *Nihil ejus acceptum*. Modius. Pall. *Nihil ejus acceptum*. Gebh. *Philippo pollicente* recte Modio displicuit. Natum existimo ex scribæ interpolatione, qui, mox Ptolemæum memorari videns, etiam Philippi mentionem necessariam putabat. Verum, non solum Philippum auxilia promisisse, sequentia probant. Voces *ad bellum* desunt in Lovel. 1. Tum *auxilium et pecuniam* Harl. Sed *auxilia* sunt milites auxiliares. Vide ad v. 5. § 8. Deinde *ab Ptolemæo et mille* Lov. 5. et edd. antiqq. Hinc Moguntini ex cod. suo τὸ *et* omiserunt, cujus loco *etiam* adscivit Aldus,

Digitized by Google

ut præferunt reliqui mei. Deinde *Nihil est acceptum* Lov. 5. *Nihil ei acceptum* Lov. 1. *Nihil ejus acceptum*, quod recte Modius ex Mog. cod. probavit, et ultima Gruteri ed. recepit, superest in reliquis meis. *Ejus* autem, scilicet auri et argenti ablati. Vide ad c. 7. § 6.

§ 2 *M. XX. pondo argenti*] Vetus lectio *XX. M. pondo argenti*. Gelen. *Mille et viginti pondo* Lov. 5. *ingenti pondo* Harl. *viginti pondo* Voss. Lov. 2. 3. Mead. 1. Gaertn. et Hearnii L. 1. Ex reliquis Lov. 1. 4. et Mead. 2. nihil notari video, quos propterea Gelenio favere verisimile est.

§ 3 *Uterque se cum omnibus copiis in Ætoliam venturum, &c. polliceretur*] *Uterque loctum omnibus copiis in Ætolium eventurum* Voss. *eventurum* etiam Lov. 1. Hinc *pollicetur* Harl. Sed scriptum fuisse videtur *pollic'etur*; unde, omissa compendiariæ scripturæ nota, librarius perperam formavit *pollicetur*. Vide ad XL. 14. § 2. *Pollicerētur* sive *pollicerentur* Lov. 6. Vide ad XXIII. 46. § 5. Reliquis tamen dissentientibus id probare non audeo.

§ 4 *Gratum eum senatui populoque Romano facturum*] *Senatu* Mead. 1. more antiquo. Vide ad XXIV. 19. § 6. Verum neque illud unius cod. fide recipiendum.

§ 5 *Karthaginienses tritici modium mille, hordei quingenta millia*] Hoc *mille* altero caret numero, ut videtur; neque enim unum duntaxat mille modium tritici misisse credo, ut collatio hic aliarum summarum satis indicat, sed aliquot millia modium. Quare diligentius antiqua videnda sunt exemplaria. *Glar.* Summa tritici mendose videtur esse. Nam XLIII. 6. iidem Carthaginienses tritici decies centum millia, hordei quingenta pollicentur. Idem ex summa etiam oblata a Masinissa et hoc tempore et illo potest intelligi. *Sigon.* Ms. *tritici modia mille*. Sed ut jam ad scriptam lectionem revertamur, quam esse diximus *tritici modia mille*, videmur eam tueri posse Plinii auctoritate, qui similiter ea voce uti non refugit: et tueremur fortasse, nisi collatio summarum tritici alias ab iisdem Carthaginiensibus oblati nulla hic satis excusabilis reperiri posset: quod cum ita sit, de hujus loci vera lectione cum Glareano et Sigonio ampliandum censeo. *Modius.* In Pal. altero restat *tritic imodium M*^{c}. Statim Pall. *dimidium ejus Romam apportaturos policiti: id ut, &c.* Gebh. In numero modium tritici et hordei nihil mutant nostri, nisi quod *hordei quinquaginta millia* legat Lov. 3. *hordei quingenta mille* Voss. *tritici modium, hordei quingenta ad exercitum*, vocibus *mille* et *millia* omissis, Hearnii N. Mendum, quod in notis numeralibus parum a librariis intellectis inhæret, non nisi integriorum codd. ope tolli potest. Id unum ex Livii XXII. 37. XXVI. 47. XLIII. 6. et ex mensura a legatis Masinissæ hoc loco oblata, effici posse videtur, majorem tritici, quam hordei, copiam fuisse. Si igitur Pal. 2. apud Gebh. lectio *tritici modium M*^{c}. sive *millia centum*, aut *centena millia* vera est, cum Lov. 3. legendum foret *hordei quinquaginta millia*. At si vulgatum *quingenta millia* servandum sit, forte ex XLIII. 6. emendandum *tritici decies centena millia*, quod per notas *X. C. M.* scriptum librarii adsequi non potuere. Deinde vocem *sunt* non agnoscunt etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn.

§ 6 *Id ut ab se munus Romani acciperent, petere se: et classem*] *Addunt ab se munus* Lov. 1. *id vero ab se munus* Voss. in contextu, vocula *ut* post verbum *petere* omissa, de quo vide ad XXXII. 35. § 5. Verum nullus ei lectioni consentit. Præterea *petere: se et classem*, mutata distinctione, Lov. 3. *petere sese: et classem* cod. Mog.

Et classem suorum suo sumtu compa-

Digitized by Google

paturos] *Suorum* aliquantum suspectum est, tamquam ex sequenti *suo* et prima syllaba vocis *sumtu* ortum. Nec vel sententiæ, vel elegantiæ sermonis quidquam decedet, si tollatur. *Duk.* Prima vocula deest in Lov. 1. et 6. *omnem classem suorum* legit Voss. Mox *præsens ee daturos* Lov. 6. Sed solent sæpe *oe*, id est *omne*, et *ee*, id est *esse*, ob ductuum similitudinem commutari. Vide ad v. 50. § 6. XXI. 14. § 1. c. 43. § 6. et alibi.

§ 7 *Quingenta millia modium tritici, trecenta hordei*] Rursus constanter Mss. Moguntinus *quingenta modia tritici*, ac statim *trecenta modia tritici*, pro *trecenta millia modium tritici*. Modius. *Quingenta modia tritici* etiam Gaertn. *quinquaginta millia modium tritici* Lov. 6. *quingenta modium tritici* Harl. et Mead. 1. Deinde *hordei trecentos* Lov. 6. Præterea § seq. *elephantes XXX.* idem Lov. 6. *elephantes* etiam Voss. cum edd. Rom. a. 1472. ac Parm. Sed vide ad XXXI. 36. § 4. *Elephantos decem* Lov. 2. et Harl. Tum voces *M'. Acilium* desunt in Lov. 3. et Hearnii L. 1. sola prior in Gaertn.

§ 9 *De frumento utrisque responsum*] *De frumento utriusque* Lov. 2. et 3. *utrisque* deest in Mead. 2. ut et mox *Romanum* in Harl. Sed *usurum populum Romanum eo* Lov. 5. et edd. antiqq. Aldus in eam ordinem vocabula digessit, quem nunc obtinent, conciuentibus reliquis scriptis. Præterea *pretium ejus acciperent* Lov. 3.

§ 10 *De pecunia item responsum, nullam ante diem accepturos*] Pall. et vet. ed. *de pecunia ita responsum.* Gebh. Similiter Lov. 3. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 19. § 5. *De pecunia ita responsum* Lov. 1. 6. et Voss. Vide ad Epit. Liv. l. LXIX. Paullo ante *præter sic quid navium* Voss. at voluisse videri possit *præter si quid.* Sed unius testis fides non satis gravis est, ut adsensum exprimat.

CAP. V. § 1 *Quum hæc Romæ agebantur*] Non dubito, quin ex iis quæ ad I. 40. adnotata sunt, legendum sit *Quum, &c. agerentur.* Et eodem modo infra c. 15. ubi etiam editur *Quum hæc agebantur.* Duk.

Ne cessaret per hibernorum tempus] Barberinæ membranæ abjudicant Livio τὸ *per*. Et pœne subscribo. Utrovis modo intelligas licet, *ne cessaret hibernorum tempus*, ne otiosum transmitteretur, aut cessatum duceretur: (Lib. XXXVII. c. 5. 'Ne tamen segnis æstiva essent:') et intellecto τῷ *per*, ne ipse Antiochus hiemem cessaret: Nam, non insolens esse sic loqui Nostro, monitum ad XXVIII. 39. *J. F. Gron.* Alibi quoque *per* contra libros scriptos inculcatum esse, certum est. Ipsum etiam 'tempus' recte dicitur 'cessare,' sed fere additó nomine rei, quæ per id tempus cessat et intermittitur. v. 42. 'Nec ullum erat tempus, quod a novæ semper alicujus cladis spectaculo cessaret.' Sueton. Tib. c. 61. 'Nullus a pœna hominum cessavit dies.' Lucan. IV. 24. 'Prima dies belli cessavit Marte cruento.' *Duk.* Illud *per* in omnibus nostris constanter hæret. Mox *civitatium* ed. Mediol. a. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 2 *Pelæi et Peloponenses venerunt*] Ego *Pelenei Peloponenses* legerim potius ad differentiam eorum, qui sunt in Macedonia: nam utrobique Pelene est, quanquam Plinius utramque *Palenem*, et non *Pelenem*, vocet. Sed videndum ne *Elei* Livius scripserit. Nam Elei et Messenii extra concilium fuerunt. *Pelæi* nullo modo legerim. *Sabell.* Tolle *venerunt*: non est enim Livii. *J. F. Gron. Pelei et Peloponnenses*, et mox *Pelei auxilium* omnes scripti et typis antiquitus impressi. Postea Sabellici emendationem *Elei* edd. receperunt, donec Frob. a. 1531. insuper emendaret *Elei e Peloponneso.* Eleorum nomen hic revocandum esse, sagaciter Sabellicus odoratus est, quemadmodum postea

Digitized by Google

in locum protractum Polybii fragmentum in Exc. Legat. num. XII. quod Livius hic sequitur, probat. Paullo ante *sicut Epirotæ* omnes codd. et edd. pro quo demum Dan. Heinsius apud Elzevir. *sicuti* substituit. Quod, a reliquis servatum, pristina lectione revocata, munavi. Vide ad v. 45. § 2. Mox *non sua sententia* Harl. Deinde *credebant* deest in Voss. Lov. sex, Mead. utroque, Gaertn. et edd. Camp. ac Rom. a. 1472.

§ 3 *Mille iis peditis cum duce Cretensi Euphane sunt missi*] *Eufanie* Voss. *Eupene* cod. Mog. Male. Polyb. Exc. Legat. num. XII. Τοῖς δ' Ἠλείοις ἑξακόσιοι μὲν πεζοὺς, ἡγεμόνα συντήναντες Εὐφανῆ τὸν Κρῆτα.

§ 5 *Eum omnes Epirotas et urbibus*] Lege ex scriptis *omnibus*. J. F. Gron. *Cum omnibus Epirotis* Voss. et Lov. 6. *cum omnibus Epirotas* Lov. 1. Mead. ambo, et Gaertn. *cum omnibus Epirotas* Lov. 2. 3. 4. Harl. Hearnii L. 1. et Victor. Crevieril, qui, utrum malis, parum interesse judicat. Polyb. ibid. Εἰ μὲν αὐτὸς δύναται, προσβίβασαι τῆς Ἠπείρου, παρασκευάζειν σφίσι τὴν ἀσφάλειαν, ἔφασαν αὐτὸν δέξεσθαι καὶ ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς λιμέσι.

§ 6 *Hac legatione id agi adparebat, ut, sive (quod magis credebant) abstinuisset*] Edd. principes præferunt, *Hac legatione apparebat, ut sicut si quod*, vel *si quid magis credebant, abstinuisset*. Nec aliter est in Lov. 5. Voces *id agi* desunt etiam in reliquis Mss. quas ex cod. suo primi interposuerunt Mog. Postea Aldus ex eodem cod. emendavit *ut sive, quod magis:* cui lectioni adsentiuntur reliqui codd.

Integra sibi omnia apud exercitus Romanos essent] Istos *exercitus* ego exauctoratos esse jubeo: neque enim Livius hic illis usus est, qui per *Romanos* intelligit *S. P. Q. R.* J. F. Gronovius. *Apud Romanos exercitus* Gaertn.

§ 7 *Sive venisset*] Et hoc Aldus recte ex Mog. cod. admisit. Priores typis descripti exhibebant *si venisset*, consentientibus scriptis nostris, præter Lov. 2. et 6. a lectione Mog. stantes. Ultima syllaba τοῦ *sive* a prima vocis seq. absorpta erat. Mox *longinquo ab se auxilio* omnes scripti, et edd. ante Froben. a. 1535.

§ 8 *Huic tam perplexæ legationi*] Ms. *Et huic tam perplexæ legationi.* Modius. Illud *et* codicis Mog. natum videtur ex ultimis literis vocis *cubuisset*. Aliud exemplum habuimus II. 30. § 13.

CAP. VI. § 1 *Bracilli necem et bellum a Quinctio Coroneæ, &c. inlatum*] At non *Bracilli*, sed *ob Rhacilli* necem legendum est. Haud enim multo diverso loco XXXV. 47. 'ab Rhacilli morte' dixerat. *Sabell. Brachillæ*, ut ante dixi. *Sigon.* Pal. 1. *Brachilli.* Alter et vet. ed. *Brachilli.* Gebhard. *Brachili* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii L. 1. *Bracchili* Lov. 4. *Brachilli* Lov. 5. et Harl. Sed vide ad XXXIII. 27. § 8. Deinde *Coronea* Voss. *Coneam* Lov. 1. 4. et Mead. ambo. *Coneæ* Hearnii L. 1. *Coroneam* Lovel. 2. 3. 6. et Gaertn. *Choroneæ* Harl. Paullo ante τὸ *est* non adparet in Voss. Hinc in *spem*, pro *in speciem*, familiari errore Harl. et Mead. 1. Vide ad III. 9. § 13. Ceterum hæc reddidit Livius ex Polyb. XX. p. 1433.

§ 2 *Per multa jam secula*] *Sæcula* cum diphthongo. In Capitolinis lapidibus LVDI SAECVLARES. *Sigonius.* Vide Dausq. Orthogr. part. sec. voce 'Seculum.'

Labente egregia quondam disciplina gentis, et multorum eo statu, qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset] Illud *multorum eo statu* obscurum est dictum, nec satis explicatur, si dixerimus *labente disciplina multorum*: quid enim sibi vult *eo statu?* Ego locum corruptum suspicor: sed judicet lector. *Glar.* Ex hoc loco, quem depravatum esse censet Glareanus,

Digitized by Google

hunc ipse elicio sensum. Bœotiam causas in speciem iræ adversus Romanos habuisse, Brachillæ necem, et illatum Coronææ a Quinctio bellum: revera autem, quod per multa jam sæcula publice privatimque egregia quondam disciplina gentis laberetur, atque is reipublicæ status, qui in multorum potestate est, qui din conservari non potest, nisi novarum sæpe rerum mutationes existant. *Sigonius.* Libri omnes *labante.* Gebhard. Glareanus, 'Illud *multorum statu* obscure,' &c. At Sigonius hunc elicit sensum: Bœotiam causas in speciem iræ, &c. Accepit ergo *multorum statum* pro libertate seu democratia; quod an Latinum sit, ipse viderit. Ego autem eo stabiliorem confirmationemque statum civitatis putem, quo minus mutationibus et rebus novis est obnoxia. Quid clarius potuit dixisse Livius? *multorum eo statu* præsente hominum, atque in primis domi nobilium, *qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset:* hoc est, multis ita ævum agentibus, eumque privatarum rerum statum obtinentibus, ut, quod ait Sallustius, perdita republica illis opus esset; ut, nisi rempublicam turbarent et moverent, et sic judicia et legum minas effugerent, suum statum propediem motum et eversum viderent. Quales describit in primis idem auctor Catilinæ socios, urbis Romanæ sentinam, quales eosdem Cicero in secunda Catilinaria: quales pingunt instigatores facesque civilis inter Cæsarem et Pompeium belli ipse Cæsar, Sallustius, Lucanus, Petronius. Noster XXXV. 34. 'Inter omnes constabat, in civitatibus principes, optimum quemque, Romanæ societatis esse, et præsenti statu gaudere; multitudinem et quorum res non ex sententia ipsorum essent, omnia novari velle.' XLII. 30. 'Pars altera regiæ adulationis, ii quos æs alienum et desperatio rerum suarum eodem mente statu præcipites ad novanda omnia agebat.' Suetonius in Cæsare c. 27. 'Tum reorum aut obæratorum aut prodigæ juventutis subsidium unicum ac promtissimum erat, nisi quos gravior criminum, vel inopiæ, luxuriæve vis urgeret, quam ut subveniri posset a se: his plane palam bello civili opus esse dicebat.' Lucanus I. 182. 'et multis utile bellum.' Sed maxime illustrat hunc locum egregius Polybii, in excerptis lib. XX. qui quia longior est, quam hic apponi ut possit, ad ipsum auctorem nobis lector remittendus. Si malis perpetua ἐκεζηγήσει· *labantem egregiam quondam disciplinam gentis et multorum eum statum:* has, inquam, habentem causas belli: non intercedam. *J. F. Gron.* Prima vox deest in Harl. *labente* præferunt Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. *labante* reliqui cum edd. principibus. Cujus loco quum *labente* receperunt Tarvis. utraque, et inde recentiores; Gronovius demum 1665. *labante* revocavit; de quo vide ad Præfat. § 9. Verba *multorum eo statu* intelligenda sunt per ellipsin participii verbi substantivi, pro eo multorum statu existente, qui, &c. quæ ejus omissio non animadversa magnas sæpe tenebras obfudit, sæpe etiam locis scriptorum corrumpendis causa exstitit. Vide ad XXII. 31. § 5. Deinde, *qui diuturnus esse, qui sine mutatione* Voss. et Lov. 1.

§ 3 *Ibi in concilio gentis, quamquam et ad Delium*] *Ubi in concilio* Voss. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibi concilio* Harl. Fontem hujus erroris vide ad XXXV. 8. § 9. Deinde *quamquam ad Delum* Harl. *quamquam ad Elum* Lov. 3. *quamquam et ad Elum* Lov. 1. *quamquam et ad Ellum* Lov. 6. *quamquam et ad bellum* Lov. 4. et Mead. 1. *quamquam et ad Elium* Lov. 2. 5. Voss. et edd. princ. in quibus ultima vox litera initiali multatur ob ultimam præcedentis. Vide ad II. 44. § 6.

Digitized by Google

Mox *præsidium Romanorum* Lov. 2. Gaertn. et Hearnii L. 1. Denique *nec a parvis nec a dubiis principiis* Lov. 6. et Gaertn. Vide ad VI. 28. § 6. Sed reliqui, posteriori loco præpositionem omittentes, vulgatam lectionem veriorem docent. Vide ad XXIII. 34. § 8.

§ 4 *Tamen eadem oratione exorsus*] Vetus lectio *eamdem orationem exorsus*, non *eadem oratione*. Gelen. Mihi hæc periodus aliquid scabri habere videtur. Melius, mea sententia, fluëret oratio, si legeretur *exorsus est, qua, &c. postularet. Neminem quidem, quid ageretur, fallebat.* 'Fallebat' est latebat, non apertum erat: nec id refero ad 'exorsus.' *Duk. Eadem oratione*, a Gelenio damnatum, servant Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, et Hearnii L. 1. *ea oratione* Harl. *eadem ratione* Lov. 1. 3. 6. Voss. et Gaertn. Vide ad XXXV. 25. § 9. Hinc *orsus* Gaertn. Mox *quam conloquio* Mead. 2. errore librarii, τὰ *in* et *m* ob ductuum adfinitatem confundentis. Vide ad IV. 21. § 5. VI. 4. § 10. IX. 9. § 13. X. 43. § 6. XXI. 11. § 9. XXXVI. 7. § 10. Adde Gebhard. ad I. 5. § 6. et Burm. ad Seren. Samon. vs. 168.

Quaque per legatos in concilio] Pall. et vet. ed. *ad legatos*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harleian. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii L. 1. et editi ante Aldum, qui recte ex Mog. cod. *per legatos* recepit. Antiochum enim per legatos cum concilio Achaico egisse, constat ex XXXV. 48. Mox § seq. voces *pro rege* desunt in Gaertn. *factum est* in Lov. 2.

§ 6 *Eo ad diem indictam concilio venit*] Pall. *ad diem indictum*. Gebh. Nec aliter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Vide tamen ad XXVII. 16. § 16. Vox *concilio* exsulat ab Harl. Paullo ante *præmissis in literis* Voss. et Lov. 1. Sed vide ad X. 20. § 6. Præterea vocula *ut* neglegitur in Harl. Mead. 1. et Gaertn.

§ 7 *Et Hannibal jam diu non adhibitus*] *Hannibal Pœnus*, una voce auctiores Mss. et edd. omnes usque ad Elzev. Heinsii, vocem *Pœnus* omittentem, cujus lectionem recentiores faciti probarunt. Contra tamen vocem omissam iterum addidi.

§ 9 *Quæ tunc ferme media erat*] *Tum ferme* non tantum cod. Mog. sed etiam Lov. 1. 2. 4. 6. et Mead. 2. Vide ad II. 12. § 15. Eodem ducunt Voss. Harl. et Mead. 1. qui facili lapsu *cum ferme* præferunt. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *principium veris* Lov. 6. Vox *verbis* non adparet in Lov. 1.

§ 10 *Et alii legatos tantummodo*] Videndum arbitror, an retineri possit *et*. Supra XXXI. 39. quidem quater est *alia*, sed sine copula. Nec habeo auctoritatem ullius probati scriptoris, qua eam hic tueri possim. *Duk.* Copula *et* in solo deest Lov. 2. Contra mox *et alii cum omnibus* solus legit Lov. 1.

Terrendosque metu, si cunctarentur] Pall. uterque *sicut cunctarentur*. Gebh. Similiter Lov. 4. et Mead. 2. *si cunctaretur* Mead. 1. *terrendisque metu cunctarentur* Harl. *terrendoque metu si* ꝑ *cunctarentur* Lov. 3.

CAP. VII. § 1 *Regem atque eos, qui aderant, tali oratione avertit*] Prima vox deest in Voss. *regem atque ad eos* legit Mead. 1. *regem atque omnes eos* Lov. 5. et edd. vetustæ. Frobenius postea a. 1535. τὸ *omnes* expanxit, quod in nullo etiam reliquorum codd. superest. Deinde *advertit* Lov. 2. 6. et Harl. Sed præstat vulgatum. *Avertit*, nempe a Thessalorum gente. Vide ad I. 40. § 7. et VI. 28. § 8. etiam mox h. cap. § 5. Paullo ante *Quum circa hanc ferme consultationem* Voss. Vide ad l. XXXVII. c. 38. § 5. *Quum circa hanc vero consultationem* Gaertn. Erroris hujus exemplis, ad X. 18. § 8. notatis, adde XXXV. 41. § 1. *Quum circa forte hanc consultationem* Lov. 6. Vide ad XXXIV. 47. § 4.

Digitized by Google

§ 2 *Quum de Eubœa, de Achæis, de Bœotia agebatur, eam sententiam*] Ms. *de Achæis, deque Bœotia agebatur.* Modius. Pall. *deque Achæis, et de Bœotia agebatur.* Vet. ed. *deque Achæis, de Bœotia agebatur.* Gebh. Ita Frob. 1535. ἀνωθέτως repetitis præpositionibus: quam locutionem Livio familiarem esse, videbimus ad XXXVIII. 18. § 12. Verum in nullo scripto, vel antiquiore ed. lectio hæc obvia fuit. *De quibus Achæis, de Bœotia* legit Voss. *deque Achæis, de Bœotia* Lov. 1. 3. 5. 6. Mead. 2. et edd. principes: *deque Achæis, et de Bœotia* Lovel. 2. 4. Harl. et Mead. 1. *deque Achæis, et Bœotia* Gaertn. *de Achæis, deque Bœotia* cod. Mog. quod editores Moguntini receperunt: *quum de Eubœa, eamque de Achæis, de Bœotia* Hearnii L. 1. Insignis hæc codd. varietas ferme persuadet, Frob. recte copulas omnes rejecisse; librarios vero, eas deesse ægre ferentes, varie hunc defectum supplere conatos esse. Tum *eamdem sententiam dixissem* Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn Hearnii L. 1. et edd. usque ad Gruter. cujus postrema demum *eam sententiam* præfert. Priorem igitur lectionem revocavi. Paullo ante *adhibitus omne in consilium fuissem* Lov. 1.

§ 3 *In societatem belli quacumque ratione censeo deducendos esse*] *Belli in societatem* Pall. et vet. ed. *Gebh.* Non aliter Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Frobeniana 1535. vetustiores. Insuper *τὸ esse* recidunt Lov. 2. et Harl. Præterea Crevier. ex Liviana phrasi judicat verbum *censeo* delendum esse hoc modo: *quam hodie, &c. dicam; ante omnia Philippum et Macedonas in soc. belli quacumque ratione ded. esse.* Verum omnes codd. constanter id servant: quibus invitis expungi nolim; præsertim quum admodum proprie usurpetur de senatore sententiam in senatu dicente. Utitur et mox § 17. Illis quæ notavi ad Silli XVII. 9. adde Brisson. de Form. II. 169.

§ 4 *Quod ad Eubœam Bœotosque et Thessalos attinet, cui dubium est, quin, ut quibus nullæ, &c.*] Ms. *quod Eubœam, Bœotiosque, et Th. attinet, quid dub. esse, quin, &c.* Nimirum scribendum *cui*, seu potius antique *quoi*, (inde enim nobis natum illud *quid*,) *dubium esse, quin.* Vide ipsum Livium, mecum, quisquis es, facies. *Modius.* Priscæ edd. cum Lovel. 5. *quod ad Eubœam, Bœotios Thessalosque attinet.* Sed *Bœotios et Thessalos* Harl. Aldus deinde ex cod. Mog. *Bœotiosque et Thessalos,* consentientibus reliquis nostris Mss. pro quo recte *Bœotosque* posteriores substituerunt. De compositione hac orationis Livio familiari vide ad II. 31. § 1. Quod autem Modius lectori persuadere conatur, etiam præpositionem *ad* in cod. Mog. defuisse, vereor ne in eo erraverit. Certe Moguntini in excerptis ejus id non monuerunt. Licet deinde codicis Mog. lectioni in primis faveo, *esse* tamen, quod præ *est* admodum laudabat Modius, orationi Livii directæ minus convenire videtur.

Quin, ut quibus nullæ suæ vires sint] Pall. uterque, et vet. ed. *quin, cum utrisque nullæ suæ vires sint.* Gebh. *Quin utrisque nullæ* Voss. Lov. 1. 2. 3. 6. et Harleian. *cum utrisque nullæ* Mead. 1. *quin, cum utrisque nullæ* Lov. 4. 5. Mead. 1. in margine, Mead. 2. Gaertn. et edd. antiqq. Verum quum de tribus, Eubœa, Bœotis, et Thessalis, Hannibal loquatur, *utrisque* ferri non posse satis constat. Recte igitur Aldus ex cod. Mog. *quin, ut quibus nullæ* recepit. Recte etiam mox ex eodem cod. *ad impetrandam veniam* vulgavit, adsentientibus Lov. 2. 4. et Mead. utroque: *in impetrandam* legunt Voss. et Lovel. 6. Præpositionem omittunt Lovel. 1. et 3. Antea edebatur *ad impetrandum veniam,* quod superest in Lov. 5. Harl. et Gaertn.

§ 5 *Simul ac Romanum exercitum in Græcia viderint*] Sic omnes, nisi

Digitized by Google

quod Romæ datum est invito, credo, Andrea, *simile* ac. Suspicor transpositas particulas, dum alterius vis (sola enim facit tantum, quantum *simul ac*, vel *simul atque*) ignoratur, et scripsisse Nostrum, *eodem ad imp. veniam utantur, ac, simul Rom. exercitum in Græcia viderint, ad consuetum imperium se avertant?* J. F. Gronov. Gronovii conjecturam veram puto. Vis τοῦ *simul* inlustratur ad VI. 1. § 6. Quemadmodum hic *simul ac*, pro *ac simul*, inversis particulis, quasi perinde foret, datum est, ita *ut et* pro *et ut* eamdem ob caussam I. 25. § 14. Hinc in *Græciam viderint* Lov. 6. et Harleian. Mox *advertant* Lov. 2. 3. 6. et Gaertn. Sed *avertant*, nempe ab Antiochi obsequio. Vide ad hujus cap. § 1.

Nec iis noxæ futurum sit] *Noxia* Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. a m. pr. Harl. Mead. ambo, et edd. principes. Moguntini demum *noxæ* dederunt, sed in excerptis de cod. sui lectione silent; unde et ipsos *noxia* in eo invenisse, verisimile fit. Certe, ita in omnibus suis quoque exstitisse, testatur Gebh. ad X. 19. § 2. Vide ad II. 54. § 10. Mox *experiri noluerunt* Voss. Lov. 1. 4. 6. Harl. et ambo Mead. *voluerunt* Gaertn.

§ 6 *Cui, si semel in caussam descenderit, nihil integri futurum sit*] *Qui*, pro *cui*, Vossian. Lov. 1. 2. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Lov. 3. a m. pr. quod errantibus librariis adscribendum est. Eos autem ita sæpe obfendisse, vidimus ad IX. 34. § 14. Tum *cum semel* Lov. 3. at vocula *si* deest in Lov. 1. 6. et Voss. An voluerunt scribæ? *cui simul in caussam descenderit*, pro 'simul ac.' Vide ad § præc. Solent autem 'simul' et 'semel' in Mss. confundi. Vide ad XXIV. 22. § 14. Ea conjectura si placet, censendum erit, reliquorum codd. librarios adscribendo *si* indicare voluisse, se duplicem in exemplaribus suis lectionem *cui simul* et *cui semel* invenisse, et utramque ita junxisse. Præterea *nihil integrum* Lov. 5. et edd. principes; pro quo recte Aldus ex cod. Mog. dedit *nihil integri*, et ita reliqui nostri, nisi quod *nihil integre* sit in Lov. 3. *nihil integri futuri sint* in Lov. 6. Ita 'nihil sinceri' III. 35. 'nihil reliqui' VII. 35. XXVI. 35. lib. XXVIII. capp. 25. et 41. 'nihil præparati' IX. 16. 'nihil parati' XXII. 7. et XLIII. 18. 'nihil ejus' XXXVI. 4. 'nihil comperti' XXXVIII. 26. 'nihil occulti' XL. 7. 'nihil nostri' XLIV. 39. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Her. XIV. 82. Met. XIV. 396. et Corte ad Sallust. Catil. c. 11. § 7. et Plinii Ep. II. 11. Mox *adferet*, et *ad Romanum essent bellum* Lov. 3. Deinde *ipsæ* deest in Lov. 1. et Vossian. *nuper* in Harl. Tandem *potuerit* legunt Lov. 1. 3. et Harl.

§ 7 *Hoc ergo adjuncto (absit verbo invidia) quid dubitare*] In nostris archetypis legitur *ego*, et *qui*, non *quid*. Gelen. *Ergo* servant Lov. sex, Harl. Mead. uterque, Gaertn. et Hearnii L. 1. Solent autem hæ voces commutari a librariis. Vide ad XXXVII. 53. § 11. *Qui dubitare*, ut Gelenius emendat, Lovel. 3. cum edd. Tarvis. utraque, Venetis 1495. 1506. et Ascens. 1510. Vide ad XXV. 23. § 11. Tum *de adventu possim* Lovel. 6. et Gaertn. *de eventu possum* Voss. Mox *voluerunt* Lovel. 2. et 6. *aluerunt* Gaertn. *aluerint* Mead. 1. Deinde *cum his*, vel *iis, fore videam* Lovel. 2. et Harl. Hinc *oppugnantur* Lov. 3. *oppugnarentur* Voss.

§ 9 *Plurima fuit opera in eo bello*] *Plurima opera fuit* Gaertn. *plurima sint opera* Voss. *plurima fuerunt opera* Lov. 3. Vir doctus, licet vulgatum *plurima* non damnaret, si tamen Mss. favorent, præferendum putabat *plurimi*; quomodo Nepot. sæpius locutum esse, lexica observarunt.

§ 10 *Ut meam utramque fortunam taceam*] Non adsequor sententiam horum verborum: *suam utramque fortunam* dicit tam secundam, quam ad-

Digitized by Google

versam. Dum secundis rebus utebatur, populus Romanus ei impar erat; sed hoc dici non potest, postquam, conversa fortuna, cum adversis conflictari cœpit. In extrema oratione quidem dicit, se cum Romanis bellare ' bonis suis malisque ' didicisse; sed ex eo non efficitur Romanos malis illius rebus bellum cum eo gerentes ei impares fuisse. *Duk. Ut eam utramque fortunam* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *ut in eam utramque fortunam* Harl. contrario errore *quam colloquio*, pro *qua in colloquio*, datum erat cap. præc. § 4. *Ut jam utramque fortunam* Lov. 5. et edd. principes: *ut jam meam utramque fortunam* Ascens. 1513. Moguntini denique τὸ *jam* ex fide cod. sui exegerunt. Paullo ante *nunc maximi reges* Lov. 1.

Quidquid tandem erit vobiscum comparatus] Ms. *quid tandem erit v. c.* Modius. Conjeci, *patrum at. ne uni quidem Ep. regi parem* (*quid tandem erit vob. comparatus?*) *geretis bellum*. Vidi deinde *quid*, non *quicquid*, etiam in Magont. fuisse et spretum, quia interpunctione id animadvum non viderunt. *J. F. Gron. Quidquid tandem erit nobiscum comparatum* Lov. 1. et 3. *quidquid tandem erit vel vobiscum comparatum* Lov. 2. Gaertn. Harleian. et Mead. 1. *quid tandem erit nobiscum comparatum* Lov. 6. *quidquid tandem erit vobiscum comparatum* Voss. Lov. 4. 5. Mead. 2. et edd. principes. Moguntini deinde *comparatus* ex fide Mati sui dederunt. Doujatius legendum censet (*qui quid tandem erit vobiscum comparatus?*) et *qui* intelligit nempe rex Epirotarum: quum Gronov. parenthesim totam retulisset ad populum Romanum. Gronovii lectionem Clericus, Doujatii Crevierius receperunt. Sed cum priori cod. Mogunt. lectionem, quam cum altero nullius Mati fide firmatam conjecturam probare malui. Mox *gentis bellum* Lov. 5, et edd. Camp. Rom. 1472. ac Parm. *reicetis bellum* Vossian. *regetis bellum* Lovel. 1. 2. 4. Mead. uterque, et Gaertn. literis transpositis. Vide ad XXVII. 40. § 2. *Regents bellum* Lov. 3. Sed *duo maximi reges geretis*, ut *Achæi sustinebimus*. Vide ad XXXII. 21. § 16.

§ 11 *Quæ igitur res mihi fiduciam præbet*] Τὸ *res* male omittitur in Voss. Mox *vinculum* in Lov. 1. *maximum est vinculum*, et postea *vos auctores Ætoli* legit Lov. 6. Locum hunc Livii cum quodam Demosthenis ex oratione pro Ctesiph. confert Victor. Var. Lect. XX. 1.

§ 12 *Vester enim legatus hic Thoas inter cetera*] Superiore libro, ut ibidem quoque c. 32. annotavimus, altero in loco Dicmarchus, altero Thoas ad Antiochum missus dicitur, hic Thoantis rursus mentio. Sed hoc leviculum. Id autem mirum, quod superiore libro c. 18. Alexandrum Acarnana de Philippo hanc comparationem apud Antiochum introduxisse scribat Livius, hic vero Thoanta. Nisi quis ab utroque et Alexandro et Thoante dicta esse Antiocho intelligat: quod fieri quidem potuit. *Glar.* Vide quædam ad l. XXXV, c. 32. § 2. Hunc locum Livii cum loco Demosthenis ex eadem orat. pro Ctesiph comparat Victor. ibid. Ceterum mox *hæc semper adfirmavit* Lovel. 1. 4. 5. Harl. Mead. uterque, Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui ex cod. Mog. *hoc semper* vulgari curavit. Tum τὸ *pacis* deest in Lov. 1.

§ 13 *Ille quidem ut feræ bestiæ*] *Ut* redundat. Nam mox in nostris archetypis legitur *cupienti*, non *cupientes*. Gelen. Illud *ut* apud me superest in Voss. Lov. sex, Mead. utroque, et Gaertn. *cupientes* in Voss. Lov. 5. 6. Mead. 1. et Gaertn. *cupientis* in Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et Mead. 2. Sed *cupienti* vidi in edd. Ven. 1495. 1506. et Ascens. 1510.

Ut erumpere diu coërcita ira in hostes commune posset] Scribe cum Barb.

Digitized by Google

Pet. Voss. Mss. *coërcitam iram.* Cicero ad Att. XIII. 9. 'Ne in me stomachum erumpant, quum sint tibi irati.' Cæsar de B. Civ. II. 14. 'Portis se foras erumpunt, secundo magnoque vento ignem operibus inferunt.' Lib. III. ejusdem operis c. 8. 'In eas indiligentiæ suæ ac doloris iracundiam erupit:' nam ita leg. docti jam viderunt. Varro Marcipore, 'ventique frigido se ab axe eruperant.' *J. F. Gron. Diu coërcitam iram* etiam Lov. 1. 2. 3. 6. Harl. Hearnii codd. et Colbert. Donjatii. Ter. Eun. III. 5. 2. 'Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium?' Vide N. Heins. ad Silii VII. 355. et XII. 438. ubi etiam quædam notavi. Paullo ante *solvamus nos vincula ejus* Voss. Lov. 1. 3. 6. et Gaertn.

§ 14 *Legatio nostra moverit, at nos, quoniam nobis eum adjungere non possumus, ne hostibus nostris ille adjungi possit*] Totum hoc sic est in Ms. *Quod si nihil eum leg. nost. movebit, at nos, qu. nobis eum conjungere non poss., ne host. nostris ille conjungi possit, caveamus:* quæ lectio nescio quo pacto mihi non paullo vulgata concinnior videtur. *Modius.* Omnium nostrorum codd. nullus codici Mog. concinit: *moverit* perperam deerat in Harleian. Ceterum *ut hostibus nostris* operarum lapsu editio major Jac. Gronov. Id Clericus servavit. Sed Hearne priorem *ne hostibus* recepit. Et ita omnes nostri. Ipse etiam Jac. Gron. in minori ed. dedit *ne.*

§ 15 *Facile ab auxilio ferendo Romanis*] *Ab exilio* Gaertn. errore etiam alibi a librariis commisso. Vide ad II. 53. § 4. VI. 7. § 5. et alibi. Mox *Philippum* non adparet in Harl. quod quidem sine damno sensus abesse potest; ob aliorum tamen codd. auctoritatem servandum puto. Præterea *potissime* Lov. 6.

§ 16 *Chalcidem captam, et castellum Euripi expugnatum Romani, &c. audirent*] Ms. *et castellum Euripi expugnatum a Romanis.* Nihil audio: quo enim tum mihi illud *audirent*, quod statim sequitur? omnino vulgatam lectionem retinendam censeo. *Modius. Chalcidem exceptam* Harl. *Tum expugnatum a Romanis* etiam Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambo, et Gaertn. Mirabar unde factum foret, ut error hic omnes codd. etiam optimum Mog. invaserit. Verum, quum in Gaertn. scriptum invenissem, *castella Euripi expugnatum a Romani*, suspicatus sum, forte ex duarum lectionum, 'castella expugnata' et 'castellum expugnatum,' conjunctione mendum inrepsisse. At, unum Euripi castellum, per excellentiam sic dictum, indicari, ex fine libri præc. patet. Mox *sed Etruriæ Ligurumque, &c. oram* Harl. Male. Vide ad III. 16. § 2. et VII. 26. § 9. *Omnis* sive *ola*, pro *oram*, non melius Lov. 6. Deinde *terrorem*, pro *terror est*, Voss. errore ex compendio $\widehat{e}$, quo *rb est* in Mss. scribi solet, orto. Vide ad X. 37. § 13.

Hannibalem in Italia esse audirent] Pal. 1. *in Italiam esse.* Gebh. Ita et Lov. 4.

§ 17 *Nunc quoque accersendas censeo*] Quis fuit ille audacius, qui hanc labem Gruteri postremæ imposuit? nam ipsum sibi vix puto. Quid frequentius illis? Plaut. Stich. III. 2. 22. 'quid gravare? censeo eas.' Ciceronis Fam. VII. 13. 'Treviros vites, censeo.' Ad Att. l. II. c. 4. 'Censeo tamen, adhibeas Vettium.' Sallustii, 'misereamini, censeo.' Ac sic fecisse Livium, testes scripti, et Andreas Romana, ac Med. *arcessas censeo.* In aliis omnibus *accersas.* Semel dixerim, ubicumque id verbum occurrit, ibi scriptis in antiquioribus fere semper *arcessere*, non *accersere*, legi. Itaque facile accedo doctis viris, qui illo modo, non hoc, pronunciasse et scripsisse veteres censent, et me auctore faciet, qui cum apud Livium, tum apud alios bonos auctores ita refor-

Digitized by Google

rabit. *J. F. Gronov.* Omnes etiam nostri *arcessas*, vel *accersas*, *censeo*, aut transpositis vocibus *censeo arcessas*, vel *accersas*. De orthographia verbi 'arcessere' vide ad II. 19. § 10. Mox *sequanturque classem* Gaertn. Dein *propter inopiam commeatuum* Lovel. 6. Male. *Pro inopia* est habita ratione inopiæ, respectu inopiæ. Ita XXIX. 32. 'Copiis etiam, ut aliquanto majoribus, quam pro reliquiis belli, remissis.' XXXII. 16. 'Ornamentaque ejus generis plura, quam pro urbis magnitudine aut opibus ceteris, inventa.' Ita 'pro merito;' vide ad X. 43. § 3. 'pro numero;' vide ad XXI. 59. § 9.

§ 18 *Divisa classe partem Corcyræ in statione habebis*] Pall. *divisa partim classe partem Corcyræ in statione habebis.* Gebh. *Divisam classem partim Corc. &c. partim ad litus* edd. principes; quam lectionem, postea immutatam, Gronov. revocavit, et recentiores servarunt. In nullo tamen eam cod. inveni, nisi in Lovel. 5. et forte ita fuit in Mog. quia Moguntini similiter edentes nihil de scriptura Msti sui monuerunt. Proximi etiam accedunt Lov. 6. et Harl. quorum ille *divisam partem classis Corc. &c. partem ad litus* præfert, hic *divisam partim classem Corc. &c. partim ad litus.* Froben. 1535. edidit *divisa classe partem Corc. &c. partem ad litus*, quod secuti editores ad Gronov. usque probarunt, et in uno exstat Voss. *divisa partim classe Corc. &c. partim ad litus* legunt Mead. ambo: *divisa partim classe partim Corc. &c. partim ad litus* Gaertn. *divisa partim classe partem Corc. &c. partem ad litus* Lov. 2. neque differt Lovel. 4. nisi quod *classem* legat: *divisa parte classem parte coram te*, (pro *Corcyræ*) *&c. parte ad litus* Lov. 1. *divisa parte in classe partem Corc. &c. partem ad litus* Lov. 3. Lectio, quam Gronov. revocavit, non displicet; in qua *partim* positum accipio pro *partem*. Vide ad XXIII. 11. § 11. *Divisam classem partim*, sive *partem*, accipio per epexegesin, ut 'Volsci, magna pars, cæsi,' de quo vide ad VI. 24. § 11. et 'quod senatus juratus, maxima pars, censeat,' de quo vide Gronov. ad XXVI. 33. § 14. Et ita XXIV. 7. 'Interfectores, pars in forum, pars Syracusas pergunt.' XXXVI. 24. 'Ætoli, pars sopiti ex somno corpora moliebantur, pars vigilantes adhuc, &c. currunt.' Ejusdem fere generis est illud XXXIX. 5. 'Arma, tela, cetera spolia hostium, magnus numerus,' scilicet lata sunt ante currum. Nec tamen illa lectio, quæ vulgo exstitit, a stilo Liviano abhorret. Lib. XXXI. c. 36. 'Copiis divisis, partem ad consectandos vagos frumentatores emisit, cum parte ipse substitit.' Præterea vox *Romanis* non adparet in Voss. Lov. 2. 3. 4. 6. Harleian. Mead. utroque, et Gaertn.

§ 19 *Copiis in Billinum agrum procedes*] *Bellionum agrum* aut *Bellionium* legas, necesse est. Belliones, populi, qui inter Oricum et Apolloniam circa Nympheum habitavere, qua trajectus ex Macedonia in Italiam brevissimus. *Sabell.* Cum etiam Sabellicus hunc locum recte annotasset, quidam tamen mutarunt in *Byllinum*, quod *Bylionium* ex Strabone VII. p. 326. legendum est: ait enim, 'super Epidamnum ac Apolloniam sedes habent Bylliones ac Talantii.' Talantiorum meminit et Ptolemæus eodem in loco, quanquam nomina apud eum prope corrupta. *Glar.* Glareanus *Bullionium* legit. Puto tamen *Byllinum* ferri posse. *Byllidis* enim agrum intelligit, quæ urbs in Illyrio maritima est, auctore Stephano: Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία. Hæc autem verba Græca sic expressit Appianus in Syriaca p. 94. αὐτὸν δέ σε τῷ πεζῷ παντὶ προκαθήμενον τῆς Ἑλλάδος, ἀγχοῦ τῆς Ἰταλίας, δόξαν ἐμποιεῖν ἐσβολῆς, καὶ εἰ δύναιό ποτε καὶ ἐσβαλεῖν. Et Plutarchus in Bruto p. 996. τοὺς περὶ τὴν

Digitized by Google

Βυλλίδα τέλους. Idem Stephanus *Bullinos* populos esse ad Illyricum ait, *Sigon. Byllionum* Sabellicus reposuit, et Glareanus legendum contendit. Sigonius *Byllinum* sive *Bullinum* defendit, et ferri posse, imo debere, ex Stephano, Appiano, et Plutarcho probat, secundum quem et nostræ membranæ dicunt. *Modius. Trajiciens, ipse cum omnibus terrestribus copiis* Lov. 4. et Mead. 2. Vox *terrestribus* deest in Lov. 2. ea trajecta *copiis terrestribus* legit Gaertn. Deinde *in Bilirium agrum* Harl. *Nubilium agrum* Gaertn. *in Illirium agrum* Lov. 6. *in Ibillium agrum* Lovel. 4. *in Bellinum agrum* Hearnii L. 1. et Lov. 3. *in Billinum agrum* Lov. 2. 5. et primæ edd. *in Bullinum agrum* Mog. cod. Stephano Byz. diversi sunt Βουλῖνοι ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν ἢ Βουλίνη πόλις, et Βύλλις πόλις Ἰλλυρίδος. Illius gentile formari docet Βουλῖνος, id est *Bulinus;* hujus Βυλλιδεὺς, id est *Byllidensis.* Hæc differentia si vera esset, *in Bulinum agrum* scribendum foret. At servo potius, ut viri docti ediderunt, *Bylinum;* vel ex cod. Mog. legendum censeo *Bullinum.* Vide ad XLIV. 30. § 10. De agro *Byllino* et *Byllide* urbe vide Palmer. Græc. Ant. I. 30.

§ 20 *Inde Graciæ præsidebis, et speciem Romanis, &c. præbens*] *Unde Græciæ* Voss. a m. pr. et Lov. 6. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Tum *et spem Romanis* Lov. 2. 3. et Mead. 1. passim obvio scribarum lapsu. Vide ad III. 9. § 13. et mox cap. seq. § 4. Vox *Romanis* deest in Lov. 6. Hinc *præbes* Lov. 3. *præbebis* Lov. 5. et edd. principes, pro quo Aldus, consentientibus reliquis meis, *præbens* reposuit. Mox *si res poscerit* Lov. 1. 3. et Voss. neglecta duarum priorum literarum geminatione. Vide ad Epit. Liv. l. II. XXI. 44. § 4. XXXVIII. 33. § 3. viros doctos ad Suet. Tib. c. 55. Similia alia congessi ad l. XXXVII. c. 53. § 7. *Postulaverit* Lov. 3. Mox *non omnibus peritus sum belli,* pro *omnis,* Harl. Vide ad XXII. 8. § 7. Tum *præmonens meis* exulat a Lov. 1. et 6.

§ 21 *Quæ tibi optima visa fuerit*] *Quæ sibi* Mead. 1. quasi ipsis Diis optima visa fuerit. Male. Supra VI. 41. 'Quod faxitis, Deos velim fortunare.' X. 13. 'Dii adprobent, inquit, quod agitis, acturique estis, Quirites.' Lib. XXXIV. c. 4. 'Vos quod faxitis, Deos omnes fortunare velim.'

CAP. VIII. § 1 *Hæc ferme Hannibalis oratio fuit; quam laudarunt*] Quinque priora vocabula desunt in Lov. 1. *Hannibalis ratio* legunt Lov. 3. et Harl. Vide ad XXXV. 25. § 9. Tum *laudaverunt* Lov. 2. Harl. et Gaertn. Verum Livium in hoc tempore contractiones amasse, diximus ad XXI. 44. § 7. Mox *factum est* Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. et Mead. 2. Τὸ *est* deest in Gaertn.

Nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenida misit] Hoc sic Appianus in Syriac. 94. πλὴν ὅτι Πολυξενίδαν ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπέμφθη. *Sigonius. Ad classem, copias arcessendas,* omissa copula, Lov. 1. 3. 6. et Voss.

§ 2 *Ætolis Amynandroque dies ad conveniendum exercitui Pheras est indictus*] Libri omnes *est dictus.* Gebh. Forte *ad conveniendum cum exercitu Pheras.* J. F. Gron. Thuan. *est dictus.* Neque aliter voluit Voss. cum exhiberet *ductus,* cum superscripto *i.* Immo habet quoque *dictus* prima ed. atque ita certum est scripsisse Livium. Vide ad XXXV. 5. Sed etiam videtur dedisse Livius *ab Ætolis Amynandroque dies ad conv. exercitui Pheras est dictus.* Jac. Gron. Non video probabilem causam, cur hue inferciatur *ab.* Credibilius est ab Antiocho, quem imperatorem fecerant, l. XXXV. c. 45. diem ad conveniendum cum suis dictam fuisse Ætolis et Amynandro, quam ab hoc et principibus Ætolorum popularibus suis. Sic c. 15. Antiochus 'nuncios in Ætoliam mittit, ut omni contracta juventute convenirent.'

Digitized by Google

Duk. Locus doctis suspectus fuisse videtur, quod putarent, duplicem dativum, *Ætolis Amynandroque* et *exercitui*, non recte ad τὸ *indictus* referri posse. Ei quidem subvenietur, si, cum Crevierio Jac. Gronovii medicina probata, dicamus, facile præpositionem *ab* a primis literis vocis seq. *Ætolis* elidi potuisse ob similitudinem ductuum, quibus majusculæ literæ *B* et *E* formantur. Verum ita obstabit difficultas a Dukero mota, quæ gravissima est. Ea nisi premeret, dici posset, nulla emendatione opus esse, et *indictus exercitui Ætolis Amynandroque* poni pro ab Ætolis Amynandroque, vel per Ætolos Amynandrumque. Vide ad VI. 11. § 4. Ferri etiam posset J. F. Gronovii conjectura, ac credi, τὸ *cum* excidisse ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. *conveniendum*. Sed potius nihil muto, et voces ita cohærere puto: *Ætolis Amynandroque dies dictus est ad conveniendum exercitui Pheras*. Nulli placituram credo audacissimam Doujatii conjecturam *ad conveniendum eorumque exercitui*. Deinde *indictus* Aldus recepit ex cod. Mog. cujus hic patrocinium destituo. Nam, quod etiam Dukerus vidit, *indicere exercitum*, vel *indicere exercitum Pisas*, Livium dixisse invenio VI. 22. et XL. 41. ubi vide quæ notantur. Sed 'indicere diem alicui ad conveniendum' apud eum nondum notavi. *Dictus* præferunt omnes codd. nostri, Hearnii L. 1. et Crevierii Victorin. Id autem verbum Livio in hac re in usu fuisse, constat ex illis quæ notantur ad XXXV. 3. § 2. Si quid tamen mutandum, legerem *edictus*. Nam, et id Livio in hac re frequens esse, vidimus ad XXXI. 49. § 12.

§ 3 *Ibi dum opperiretur*] Ex Aldo propagatum. Superiores cum scriptis *dum opperitur*. J. F. Gron. Appian. in Syriac. p. 95. scribit Antiochum ipsum, quum ad Cynocephalas venisset, milites, quos insepultos reliquerat Philippus, magnifice sepelivisse. Magis credo Livio. In hos est epigramma Alcæi apud Plutarch. in vita Flaminini, cujus initium est Ἀκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι. *Duk. Opperiretur* Aldus ex fide Mog. cod. admisit, reclamantibus omnibus nostris, Hearnii L. 1. et Victor. Crevierii, quem recte priscam lectionem revocasse puto. Vide ad I. 40. § 7. Præterea *ubi* Voss. a m. pr. Lov. 4. 5. et Hearnii L. 1. cum edd. ante Aldum. Vide ad XXVII. 5. § 2. Mox *Megapolitanum* Lov. 2. *Megalispolitanum* Voss. et Lov. 1. *Megaliepolitanum* Lov. 4. Vide ad XXXII. 5. § 5. Hinc *Cynocephalas* Lov. 5. Harl. Mead. 1. et edd. vett. Sed recte Frob. 1535. *Cynoscephalas* ex cod. Mog. probavit. Vide viros doctos, et præsertim Dukerum, ad Flor. II. 7. § 11.

§ 4 *Specie amplum, re inane*] *Spem amplum* Gaertn. *spe amplum* Lov. 3. Vide ad cap. præc. § 20. Vox *specie* perperam exulat ab Harl. Mox § seq. τὸ *est* non adparet in Voss.

§ 6 *Itaque, qui ad id tempus fortunam, &c.*] Hanc sententiam sic etiam vertit Appian. Syriac. p. 95. Ὧν πυθόμενος ὁ Φίλιππος, ἐνδοιάζων ἔτι καὶ περισκοπῶν ὁποτέρωσε προσθεῖτο, αἰτίαν εἶλετο τὰ Ῥωμαίων Βαλβίδν τε, στρατηγὸν αὐτῶν, ἄρχοντά τινος πλῆθος στρατοῦ καλέσας ἐλθεῖν ἐς τὶ χωρίον, &c. *Sigon. Qui ad quid temptaturus fortunam esset* male Lov. 1. Mox *prætorem* Lovel. 2. 3. et Voss. *pro prætore* Pall. teste Gebhardo ad h. lib. c. 2. § 11. Tum *impetum Antiochum in Thessalia facisse* Harl. *in Thessalia* etiam Lov. 2. et 3.

CAP. IX. § 1 *Ubi conjunxerant ei se Ætoli*] *Ubi conjunxerunt se ei Ætoli* Lovel. 3. *se ei* etiam Lovel. 1. et Gaertn.

§ 2 *Quærentes, quod ob factum dictumve Thessalorum bello lacesseret eos*] Prima vox non adparet in Harl. Deinde *quod ob factum dictumve Thessalos bello lacesseret* legit Lov. 6. Mox *secum* exulat ab Harl.

Digitized by Google

§ 3 *Eodem tempore quingentos armatos, duce Hippolocho*] *Eodem in tempore* Mead. 1. Tum *duce Phipolocho* Lov. 6. *duce Hippoloco* Lov. 1. *duce Hypologa* Lov. 2. *duce Ypologo* Lov. 3. *duce Hippologo* Lov. 4. Mead. ambo, et Gaertn. Eadem ferme varietas etiam in Mss. est § 14. Male. Ἱππόλοχος Ætolus, et Ἱππόλοχος Thessalus, variis locis apud Polyb. memorantur. Mox *exclusi aditum* Lov. 3. 4. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Præterea *jam tum omnia itinera obsidentibus* Lov. 3. *Scotussam se receperunt*] *Scutosam* Gaertn. *Scotusam* Voss. Lov. 1. 2. 4. 5. 6. et edd. ante Moguntinam. Vide ad XXVIII. 5. § 15. Tum pronomen *se* deest in Voss. Lov. 1. 2. 4. 6. Harl. Mead. utroque, et Gaertn. *se Scotusam* Lov. 3. Tandem *ceperunt* Voss. *recipiunt* Lov. 6. a m. pr. Mox § seq. iterum pronomen *se* exsulat ab omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. et edd. ante Frob. 1535.

§ 5 *Phereæi ipsi suum legatum ad regem*] Membranæ nescinnt illud *suum*. Modius. Tuetur vulgatam lectionem vet. ed. at Pall. destituuntur τῷ *suum*. Gebhard. Codici Mog. vocem *suum* omittenti concinunt Lov. 1. 3. 4. 6. Harl. Gaertn. Mead. uterque, et Hearnii L. 1. quorum fide expunxi.

§ 7 *Ne id consilii caperent, cujus, dum in futurum minus cauti et providi essent*] Antiq. lectio *nimis cauti*. Gelen. *Id consilium* Harl. reliquis invitis. Vide ad VII. 26. § 12. *Minus cauti*, quod Gelenius damnavit, superest in Lov. 1. 5. 6. et Voss. Reliqui recte emendationem ejus probant. Solent sæpissime has voces librarii in Mss. confundere. Vide ad II. 64. § 7. III. 9. § 3. VI. 11. § 3. c. 3. § 5. VII. 11. § 11. c. 27. § 1. c. 30. § 2. VIII. 4. § 5. XXI. 3. § 5. XXII. 7. § 4. et c. 9. § 2. Adde viros doctos ad Plauti Amph. II. 2. 198. G. Canter. Nov. Lect. II. 28. et Corte ad Plinii Ep. III. 14. Similiter confunduntur 'nimium' et 'minimum:' vide ad XXXV. 31. § 2. et quæ docti commentatores notarunt ad Suet. Aug. c. 74. et ad Lucan. IV. 557. Paullo ante *debellare*, pro *deliberare*, Voss. a m. pr. *de bello* Lov. 1.

§ 8 *Ne paullum quidem dubitarunt*] *Ne paullo quidem* Lov. 2. *ne paululum quidem* Hearnii L. 1. et Voss. a m. sec. Ita etiam librarii in Mss. variare soliti fuerunt. Vide ad V. 38. § 2. VIII. 39. § 3. IX. 31. § 14. c. 35. § 2. X. 36. § 4. XXI. 46. § 7. XXII. 23. § 1. XXVI. 42. § 7. XXXV. 5. § 11. c. 36. § 3. XXXVI. 48. § 13. XXXVII. 40. § 7. XXXIX. 31. § 6. c. 44. § 8. et alibi. Vide etiam Corte ad Plinii Ep. IV. 30. § 2.

Quidquid sors belli tulisset] Ms. *quicquid fors belli tulisset*. Optime: sexcenties autem idem peccatum reperias apud bonos auctores. *Medius*. Nullus meorum, (præter solum Harl.) neque etiam Hearnii L. 1. comprobant lectionem cod. Mog. quam tamen recte Gronovius recepit: quod enim nunc *fors belli*, infra 'fortuna belli' vocatur XLIV. 8. Sæpius ita librarios peccasse, vidimus ad I. 9. § 15.

§ 9 *Et rex ab omni parte simul obpugnare mœnia est adgressus*] Pall. et vet. ed. continent *et rex omni parte simul*. Gebh. Similiter omnes nostri, Hearnii L. 1. et edd. priscæ. Moguntini *ab omni parte* ex cod. suo vulgarunt. Vide ad XL. 22. § 8. Præterea *res*, pro *rex*, sine sensu Voss. Sed ita sæpius errarunt scribæ. Vide ad II. 15. § 5. c. 48. § 5. VIII. 24. § 13. XXXII. 11. § 1. XXXV. 35. § 5. et ad Epit. Liv. l. XLVI. ac l. XCIII. Adde Cort. ad Sall. Jug. c. 13. § 4. Fons erroris est perpetua literarum *s* et *x* commutatio; de qua vide ad XXVI. 19. § 4.

§ 10 *Ut qui satis intelligeret*] Ms. Thuan. cum primis edd. *et ut qui satis int.* Quam particulam nec cur ejecerint, nec qui abesse possit, intelligo. *Jac. Gron.* Pari modo præferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. Mead. uterque, et

Digitized by Google

Gaertn. Primus Vascos. operarum lapsu edidit *et qui satis*, quod per proximas edd. propagatum est, donec Modiana substitueret *ut qui satis*. Mox *in eventum ejus urbis* Voss. Lov. 1. 3. 4. 5. 6. Harl. Gaertn. Hearnii L. 1. et edd. princc. Deinde *quam primum adgrederetur* Lov. 2. 6. Harl. et Gaertn. Sed frustra. Vide ad XXXIV. 14. § 6. Hinc *ab universa Thessalorum gente* Harl. Insuper *aut timeri, sic omnem* Lov. 5. et edd. priscæ. Primi Moguntini vulgarunt *aut timeri se, omnem*, codicem suum in eo secuti. Neque aliter omnes nostri, nisi quod *omnem* desit in Lov. 6.

§ 11 *Labare animi cœpere. Revocati deinde castigationibus principum*] Vox *cœpere* deest in Lov. 2. et Gaertn. Eadem et sequens *Revocati* non adparent in Harl. Hinc *castigatione principum* Lov. sex, Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. ante Aldum, qui *castigationibus* ex fide cod. Mog. dedit. Insuper *principium* Voss. Vide ad II. 27. § 12. et XXI. 2. § 4. Paullo ante *dein quum multi* cod. Mog. Vide ad III. 3. § 6.

§ 12 *In interiorem partem urbis concesserunt; cui brevior*] Ms. *in ulteriorem partem urbis c.* Mod. *Ulteriorem* aberrantis librarii esse, docet præcedens vox 'exteriore.' Pari modo 'intima' et 'ultima' commutantur in Mss. Vide ad XXXIV. 47. § 7. Præpositio *in* exulat a Lov. 1. intercepta a prima syllaba vocis seq. Vide ad XXXIV. 28. § 3. *Partem muri* legit Harl. Deinde *qui brevior* Voss. et Lov. 1. Vide ad IX. 34. § 14. Tum *circumvectus* Harl. Vide ad XXXI. 45. § 8. et mox ad cap. seq. § 2. *Circumventus* Gaertn. Vide ad X. 2. § 4. Paullo ante *deficientibus jam obpugnatoribus* Lov. 1.

Victi malis, quum timerent, ne vi captis nulla] Tò *malis* expungunt Voss. et Lov. 1. Sed 'malo domiti' infra est hoc cap. Tum *ne vi captis ulla* Voss. qui mox cum Lov. 1. et 6. a m. sec. præfert *dederunt sese*. Vide ad XXXIX. 50. § 9.

§ 13 *Nihil inde moratus rex, quatuor millia armatorum*] Ms. *mille trecentos armatorum*. Modius. Mog. cod. insuper *Nihil deinde moratus*, quod etiam inveni in Lov. 5. et edd. Frobeniana 1535. antiquioribus. Vox *millia* non adparet in Mead. 1.

Nec ibi mora deditionis est facta] *Mora deditionis* sine dubio recte dicitur: verum alio sensu. Sallust. Jug. c. 29. 'Quoniam mora deditionis inducisæ agitabantur.' Sed phrasi 'moram facere' vix credo alium, quam tertium, casum rei jungi. III. 2. 'Longam venire noctem ratus, quæ moram certamini faceret.' IV. 13. 'Se moram delectui non facere.' Et sic VI. 31. XXVIII. 7. XLII. 7. Adde Tacit. Hist. IV. 71. et Justin. V. 6. § 4. VI. 2. § 16. *Duk.* Usitatius esse *mora deditioni est facta* certum est. Vide ad III. 2. § 10. Adde IV. 53. lib. XXVII. capp. 6. et 33. Verum nulli hic codd. vulgatum mutant, nisi quod *mora deditionis facta est* legant Voss. et Gaertn. quæ si vera foret lectio, videri posset ultima litera *τοῦ certaminis* nata esse ex prima sequentis *facta*; quemadmodum librarios sæpe peccasse monui ad IV. 33. § 10. At reliqui codd. receptum ordinem vocum servantes, eum etiam verior rem esse persuadent. Videndum igitur an non locutio *mora certaminis* duplici sensu accipi possit, non tantum active pro mora, quam infert certamen, sed etiam passive pro mora, quæ infertur certamini. Ita sane 'facere moram dimicandi' Livius dixit VII. 27. XXI. 32. et XXIV. 15. 'facere moram concurrendi' XXXI. 33. Verum, ne quid proprium in eo gerundiis credatur, quod vulgo 'adferre moram supplicio' dici solet, id Cic. exprimit in Verr. V. 64. 'Ut teterrimi supplicii aliquam parvam moram saltem posset adferre.' Et eodem cap. 'Ne moram quidem mor-

Digitized by Google

tis mentione atque usurpatione civitatis adsequi potuit.' Et ita 'redimere moram belli' est redimere moram, sive tempus, per quod bellum non inferretur, apud Sallust. Jug. c. 29.

§ 15 *Magni momenti futuram rex ad conciliandos Larissæorum animos*] Non Bruto est opus: levior manus potest exigere possessione loci hujus regem. Satis est proxima tenere. Plena et sana oratio est: *Dim. ab rege inv. omnes, quod eam rem magni mom. futuram ad conc. Lariss. animos crederet.* Non verba ornat, non sententiam instruit repetita vox. Nisi malis tollere *ab rege*. Fortassis et legendum *magno momento*. J. F. Gron. Alterutro loco recte tolli *rex*, facile omnes adsentientur viro acutissimo; non æque, credo, perspicient, cur *magno momento* melius esse putaverit, quam *magni momenti*. Duk. Omnes quidem nostri vocem *rex* constanter tuentur, non convenit tamen de loco quem obtinere debeat. Nam *ad conciliandos rex* legunt Lov. 1. 3. 6. et Gaertn. Præterea *ad conciliandum Larissæorum animos* Harl. et Hearnii L. 1. Paullo ante *a rege* Voss. Lovel. 1. 6. Harl. Mead. 1. et Gaertn.

Cap. x. § 1 *Cramonem cum toto exercitu primo adventu cepit*] Strabo et Plinius non *Cramonem*, sed *Crannonem*, duplici n posuerunt. Sic Cic. et Fabius Quintil. *Crannonem Scopam* dixere, non *Cramonem*. Sabell. Pall. et vet. ed. *his perfectis Crannonem* (vet. ed. *Cramonem*) *cum toto exercitu primo impetu cepit*. Gebh. *Cramonem cum toto exercitu* Voss. Lov. 1. 2. 5. 6. a m. sec. (qui *Carmonem* a m. pr. præfert) Harl. et Gaertn. *Cramonem cum toto exercitu* Mead. 1. *Crannonem cum toto exercitu* Lov. 3. 4. et Mead. 2. Vox *profectus* deest etiam in Hearnii L. 1. et edd. antiqq. usque ad Mogruntinos, qui ex cod. suo *Crannonem profectus cum toto exercitu* ediderunt. Et quidem, *Cranonem* unico n scribendum esse, jam inter viros doctos constat; et ita nunc passim editur non tantum apud Græcos, Demosthenem, Diog. Laërtium, Pausaniam, Plutarchum, et Stephanum, sed etiam apud Latinos, Livium, Plinium, Quinctilianum, aliosque. Eadem itaque scriptura revocanda est lib. xlii. capp. 64. et 65. ubi etiam in recentissimis edd. male duplici n scribitur. Emendandus etiam est Cic. de Orat. ii. 86. ubi pro *Crannone* cod. Traj. *Granone* exhibens, *Cranone* legendum esse verisimile reddit. Vide etiam ad cap. 14. § 10. et Torren. ad Val. Max. i. 8. ext. 7. quibus locis prodigiose in hac voce scribæ aberrarunt.

§ 2 *Inde Cyrrum et Metropolin, et ibi circumjecta castella recepit*] *Cyerum* non invenio apud quemquam, sed *Cypara* in Ptolemæo legitur l. iii. c. 13. inter Thessaliæ urbes: atque ita legendum puto. *Glar. Inde Verum* Voss. a m. pr. et Lov. 1. *inde Cyeus* Hearnii L. 1. *inde Cyerum* Voss. a m. sec. Lov. 2. 3. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et Hearnii N. Glareani emendationem *inde Cyperum* Vascos. in contextum admisit. Tum *Metropolis* Hearnii L. 1. et N. Hinc *circumvecta castella* Voss. Vide ad cap. præc. § 12. et cap. 20. § 3. Tandem *recipit* Lov. 1. 2. 5. 6. Harl. et edd. Ascensianæ a. 1513. priores.

Præter ad Regem et Cyrtonem, in potestate erant] Vide ne *præter Atracem et Gyrtonem* legi oporteat. Plinius, Strabo, et Ptolemæus *Gyrtonem* vocant, juxtaque *Atracem*, non *ad Regem*, reperio. Sed tu nihil temere statuas. *Sabell.* Vet. ed. *præter ad regem et Cyrnonem*. Pal. *præter ad regem* (Pal. alter *aregem*) *et Cirtonem*. Gebh. *Ad Regem* omnes nostri, Hearnii L. 1. N. et edd. usque ad Ascensium, qui a. 1513. Sabellici conjecturam recepit. Eamdem probat cod. Mog. Vide ad xxxii. 15. § 8. Deinde *Cirrhonem* Lov. 1. 6. et Voss. *Cyr-*

Digitized by Google

onem Gaertn. *Ceritonem* Lovel. 2. et Harl. *Cytonem* Lov. 3. *Cintonem* Mead. 1. *Cirtonem* Lov. 4. et Mead. 2. *Cyrtonem* Hearnii N. et quædam edd. *Citronem* Hearnii L. 1. *Cyrnonem* Lov. 6. et edd. principes. *Gyrtonem*, ut Sabellicus emendat, Ascens. a. 1513. vulgavit; quod firmat cod. Mog. 'Gyrtonis' etiam mentio fit XLII. 54. Paullo ante *regionis ejus* omittit Harl.

§ 3 *Terrore ceterarum expugnatarum*] *Expugnaturum* Lov. 1. 3. 4. 5. Hearnii L. 1. et edd. princ. Mox vocula *tot* non adparet in Lov. 4. et *civitatium* præfert ed. Mediol. 1480. Vide ad XXXIII. 20. § 11.

§ 4 *Ut incerti fluctuarentur animi*] *Fluctuarent* Hearnii L. 1. Et quidem hoc verbum utroque modo, 'fluctuo,' et 'fluctuor,' efferri apud Latinos solet. Apud Livium vero, præterquam quod participium 'fluctuans' adhibeat, quod æque a deponenti, quam ab activo, declinari potest, semper forma deponenti obcurrit. Ita XXIII. 33. 'Utrius populi mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat.' XXX. 34. 'Principum quoque signa fluctuari cœperant:' ubi etiam ante Gronov. *fluctuare* edebatur. XXXII. 13. 'Ibi stativis rex per aliquot dies habitis fluctuatus animo est.' XL. 32. 'Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt.' Et ita alii in aliorum scriptorum codd. invenere. Vide viros doctos ad Val. Max. VIII. 1. ex. amb. 2. IX. 8. 1. ad Curt. IV. 12. § 21. et Burm. ad Suet. Claud. c. 4. Adde Salmas. ad Solin. p. 38. Paullo ante *Elephantibus agi ante signa jussis* Lov. 3. et Mead. 1. Vide ad XXXI. 36. § 4.

Inter metum præsentem hostium] Lege *præsentium*. Muret. Non adparet alia ratio emendationis Mureti, quam quod sibi videtur persuasisse, hoc debere casu convenire cum sequenti *absentium*. Sed hoc leve est. Si putavit, non Latine dici 'præsens metus hostium,' non recte sensit. Liv. XLII. 58. 'Victa tamen præsenti metu in deditionem concesserunt.' Vide ad Flori III. 4. § 5. *Duk.* Recte Duker. vulgatum contra Muretum defendit. Illa enim variandi orationem ratio stilo Livii convenit. Eo refer XXV. 15. 'Et frandis intestinæ et hostium insidiarum ignarus:' ubi vide.

§ 5 *Occupat Pellinæum*] Πελλιναῖον vocat Strabo lib. IX. Plinius vero IV. 8. *Pelinnam* vocare videtur. Aliud autem nomen est Πελιναῖον ὄρος τοῦ Χίου apud Dionysium geographum vs. 535. quanquam idem mons in Græcis plerisque Strabonis codd. Πελεναῖον legitur. Porro idem Strabo quatuor oppida circa Thamas numerat, 'Triccam,' 'Metropolin,' 'Pelinnæum,' ac 'Gomphos,' quæ Ptolemæus Estiæotarum ponit: quamvis *Atinæum* pro *Pelinæum* fortasse positum apud eumdem. 'Chyrætias' eodem loco reperias; at non item 'Malleolam.' *Glar.* Strabo IX. 437. Πελλιναῖον item vocat. At Stephanus Πελλίνας: inquit enim Πελλίνα πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. *Sigon.* Πέλινα Stephano urbs Thessaliæ in Phthiotide, Græcis Pindari interpretibus Πελιναῖον, neque aliter Straboni. At Πέλινα vel Πελιναῖον apud Stephanum, Strabonem, aliosque legendum, argnit non solum 'Pelinus,' loci conditor, eidem Stephano commemoratus, sed et antiqui nummi cum gentili, quod præteriit Stephanus, ΠΕΛΙΝΑΙΕΩΝ. *Spanhemius* de Præst. et Us. Numism. diss. IX. p. 902. ed. Amstel. 1671. *Pellinæum* etiam capp. 13. et 14. scribitur. Spanhemii sententiam probat Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. 679. Nec tamen minus recte scribi *Pelinnæum* duplici n, ex alio nummo, in quo est ΠΕΛΙΝΝΑΙΕΩΝ, ostendit Holstenius ad Stephan. in Πελίνα. In Strabone quoque est Πελιννᾶον et Πελιννάου. Adde Salmas. ad Solin. pag. 607. In recentioribus edd. Stephani est Πέλιννα, non Πελ-

Digitized by Google

λνα, ut hic, et ad XXXI. 39. descripsit Sigonius. *Duk. Pollinæum* Voss. *Polinæum* Lov. 3. *Penine* Hearnii L. 1. Harduinus in Numm. Popul. et Urb. duos profert nummos, alterum ex Museo suo, alterum ex Cimelio regio cum inscriptione ΠΕΛΙΝΝΑΙΕΩΝ. Vide etiam ad cap. 13. § 7. et c. 14. § 3. Copula, quæ mox sequitur, non adparet in Lov. 3. et Hearnii L. 1.

Malleolam et Cyrechias] Ptolemæus, quod magis placet, *Chyretias* habet III. 13. et non *Cyrechias*. Sabell. Pall. *Malleolam et Cyrenthias*. Vet. ed. *Cyrechias*. Gebh. *Meolam* Hearnii L. 1. *Maleolam* Lovel. 1. 2. 3. et Gaertn. *Malleolam* Voss. Lovel. 4. 5. 6. Harl. Mead. ambo, Hearnii N. et edd. ante Froben. a. 1531. quæ recte *Mallæum* admisit. Tum *Cyreneckias* Gaertn. *Cyrenchias* Lov. 3. 6. et Voss. *Cyrenthias* Lov. 4. Harl. Mead. 2. et Hearnii L. 1. *Cyrechias* Lov. 2. 5. et Mead. 1. *Cyrethias* Hearnii N. *Cyreckias* vel *Chyretias* edd. antiqq. usque ad Frob. qui 1531. *Cyretias* vulgavit. Vide ad XXXI. 41. § 5. de priori autem etiam ad XXXIX. 25. § 16. Mox *depopulatus est* sine copula Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. uterque, et Gaertn. Hinc *agrum Erepolitanum* Lov. 1. *agrum Cropolitanum* Gaertn. *agrum Crepolitanum* Voss. *agrum Trepolitanum* Harl. Mead. 1. et Hearnii N.

§ 6 *Quidnam agendum esset de Larissa*] Pall. *agendum de Larissa esset*. Gebh. Similiter Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Mead. uterque, et Gaertn. *de Larissa esset agendum* Harl.

§ 7 *Aliis vim adhibendum, et non differendum*] Ms. *aliis afferendam vim:* probe: et mox, *aliis tunc vires urbis*, pro vulgato *aliis nunc vires urbis*. Modius. Modii liber *afferendam:* forte *offerendam*. Gebh. *Adferendam vim*, quod ex cod. Mog. Modius probavit, Livio haud indignam locutionem, quin et alibi ab eo usurpatam esse, sponte agnosco. Vide ad XLII. 26. § 9. Hic tamen minus placet, quod mox sequatur *differendum*. Puto igitur ex glossa interpretis marginali in contextum irrepsisse: 'adhibere vim' etiam utitur Livius XXVI. 44. 'Tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat.' XXVII. 31. 'Vim etiam flagitiis adhibebat.' Ceterum nim *ad exhibendam* legunt Voss. et Lov. 1. quo forte indicavit, qui primus hujus lectionis auctor fuit, se in cod. suo duplicem lectionem, *adhibendam* et *exhibendam*, invenisse; quam utramque hac ratione servatam voluit. Vide ad III. 44. § 4. Paullo ante *in diversum finem tendebant* Voss.

Undique mœnia adgrederentur urbis sitæ in plano, a parte campestri undique facilis aditu] Pall. profitentur *undique mœnia aggrederetur: sitæ in plano apertæ camp. undique aditu*. Gebh. Valesius libro suo adscripserat *apertæ*. Editi quidam *facilis aditus*. Sed aliud latet. Istud *facilis* in Thuan. non extat, nec etiam in aliis Mss. Et cur non edidisse Livium credemus *urbis sitæ in plano a parte campestri undique aditu? I. 33.* 'Haud parvum munimentum a planioribus aditu locis.' *Jac. Gron.* Nihil vetat *facilis* ex auctoritate Mstorum Gronovianorum, quibus unus Hearnianus accedit, deleri: etsi alioqui ex ipso Livio defendi posset. 'A parte campestri undique aditu' itidem recte dicitur *απ' ἄλλεψιν* participii *existente*. Sed superest nodus in verbis *a parte campestri*, quem mihi explicari velim. Nam ea indicio sunt, partem urbis in loco non campestri, in monte, puta, tumulove, sitam fuisse. Sed huic repugnat, quod Livius urbem 'in plano sitam' fuisse scribit; quod cur tantum de parte quadam, vel de partibus quibusdam illius, non de tota urbe, accipi debeat, non major ratio est, quam quod iisdem verbis XXIV. 40. de situ urbis Orici scribit. Neque enim, si ita fuisset, Livius id hic magis præteriturum fuisse credo, quam in describendo situ multarum

Digitized by Google

aliarum urbium. Adde quod nemo, quod quidem sciam, hoc de Larissa Thessalica prodidit; quam totam in plano sitam fuisse, non obscure e Strab. IX. 440. colligitur. Unde et apud Horatium Carm. I. 7. est 'Lariseæ campus opimæ.' Hac de causa Valesius fortassis pro *a parte* maluit legere *apertæ:* cujus conjecturam tamen probare non possum. Nam quid est 'urbs aperta?' an 'non munita?' Sane non alio sensu videtur posse exponi. Sed eum non admittunt, quæ de illa hic scribit Livius, 'mœnia' illius memorans, ac dicens fuisse, qui 'operibus et machinis oppugnandam' censuerint; unde satis patet munitam fuisse. Plane mihi persuadeo, ulcus hærere in verbis *a parte;* verum, quomodo curandum sit, non video. Satis commodus, ni fallor, esset sensus, si sublatis, quæ Valesio corrupta fuerunt visa, solum scriptum fuisset *urbis sitæ in plano, campestri undique aditu.* 'Aditus campestris' dici potest, ut 'iter campestre,' id est, iter per loca plana et campestria, cui opponitur iter per loca aspera et montuosa. Cæsar B. Civ. I. 66. 'Quinque millia passuum proxima intercedere itineris campestris; inde excipere loca aspera et montuosa.' Curtius V. 3. § 16. 'Illum campestri itinere procedere, ipse cum pedestri agmine jugum montium cepit.' Sed hoc non tento. Nam ejicere velle, quæ omnium scriptorum et editorum librorum consensu nituntur, secare nodum foret, non solvere. Tolerabilior esset conjectura *aperto et campestri undique aditu.* 'Apertus aditus,' ut 'aperta loca' IX. 27. 'castra in aperto ponere, communire' XXIII. 46. et XXXVI. 17. id est, locis patentibus, ubi non est locus insidiis; puro et patenti campo, ut XXIV. 14. 'Signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo, ubi sine ullo insidiarum metu vera virtute geri res posset.' XXXIX. 30. 'Campum apertum usque ad hostium castra habebant, liberum a metu insidiarum.' Virgil. Georg. II. 280. 'campo stetit agmen aperto.' *Duk. Aggrederetur* Mead. 2. Deinde *a parte undique aditu,* reliquis omissis, Lovel. 1. *aperte,* vel *apertæ campestri undique aditu* Lovel. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. et edd. Camp. Rom. 1472. Parm. aliæque antiquiores. Vox vero *facilis* in nullo superest scripto, neque in ullo ante Ascensium edito adparet: exsulat etiam ab Hearnii L. 1. Crevier. in cod. Victor. invenit *urbis sitæ in plano, apertæ, campestri undique aditu,* idque probavit, ac recepit: 'apertam' autem urbem exponit, quam facile quivis intrare potest. Quum autem vulgatum in nullo mihi cod. obvium fuerit, ejus lectionem etiam in contextu exprimi jussi; profiteor tamen, magis placere Dukeri conjecturam, in nullo alio a scriptis plerisque et edd. vett. discedentem, quam quod τῷ *apertæ* substituat *aperto et.*

§ 8 *Obsidioni atque obpugnationi*] Duæ posteriores voces, quæ in omnibus scriptis nostris, Hearnii L. 1. N. et edd. antiquioribus desunt, primus Aldus ex cod. Mog. Livio restituit. Paullo ante *tunc vires urbis,* pro *nunc,* idem cod. Mog. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXVII. 4. § 9.

§ 9 *Qui ad dedendam urbem suam forte venerant, animos auxerunt*] *Ad dedendum urbem suam* Voss. Lovel. 5. Gaertn. et edd. vett. *ad dedendam* Mogruntini ex cod. suo recte vulgarunt; cui etiam reliqui codd. subscribunt. Tum *animos erexerunt* Harl. invitis ceteris omnibus.

§ 10 *M. Bæbius interim, cum Philippo in Dassaretiis congressus, &c.*] Appianus in Syriac. p. 95. hæc ita: καὶ ὁ Βαίβιος θαῤῥήσας αὐτίκα ἐπεμπε διὰ τῆς Μακεδονίας Ἄππιον Κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν εἰς Θεσσαλίαν. *Sigon. Interim Philippo,* omissa præpositione, Lov. 1. Tum *in Classaretis* Lov. 5. et edd. principes, litera *d* in *cl* divisa.

Digitized by Google

Vide ad x. 24. § 2. *In Dassaretes* Harl. et Mead. 1. *in Dasaretes* Lov. 2. *in Dasaretum* Lov. 3. *in Dassaretis* Lov. 4. 6. Mead. 2. et Hearnii N. *in Dassarachis* Lovel. 1. *in Dassarechis* Voss. et Gaertn. *in Dassaretiis* ediderunt Moguntini. Vide ad XXVII. 32. § 9.

§ 11 *Oppidum Conni triginta millia ab Larissa abest*] Ptolemæus III. 13. *Gonnos* appellat oppidum non longe a Larissa. *Sabell.* Quidam pro *XXX.* emendarunt *XX.* quod sequentia verba propinquitatem maximam ostendant Gonnorum ad Larissam, videlicet unde ignes ac castra Romanorum videri potuerint. At in Ptolemæi descriptione longius multo abest Gonnorum civitas a Larissa. Sed accipit hæc controversia veriam ac etiam veram excusationem. *Glarean. Conni* et § præc. *Connos* Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. Mead. ambo, Gaertn. Hearnii N. et priscæ edd. *Coñe* et *Conas* Lov. 6. *Connas* et hic *Conni* Voss. et Lov. 1. *Comeos* Hearnii L. 1. Steph. Byz. Γόννοι πόλις Παῤῥαιβίας. In quem locum Berkel. transcriptorum mendum inrepsisse arbitratur, quia nemo hoc urbis nomen numero multitudinis protulit. Verum non meminit Polybii, qui XVII. 23. Γόννους memorat. Numero plurali etiam effertur XXXIII. 10. at numero singulari l. XLII. capp. 54. 67. et XLIV. 6. Deinde *viginti millia*, quod Aldus ex cod. Mog. recepit, etiam firmant omnes nostri, exceptis Lov. 5. qui prioribus excusis adhæret, et Lov. 3. qui *viginti millibus* exhibet. Mox *in ipsis faucibus saltus, qui Tempe adpellatur* Lovel. 1. *in ipsis faucibus, quæ Tempe adpellantur* Lov. 4.

§ 12 *Ibi castra metatus latius, quam pro copiis, et plures, quam quot satis in usum erant*] *Ubi*, pro *Ibi*, Voss. Lov. 1. 4. 5. 6. Gaertn. et edd. vett. *Ibi* Aldus ex cod. Mog. reposuit; cui reliqui Mss. concinunt. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *metatus* exsulat a Voss. Lov. 1. 2. 3. 4. 6. Harl. Mead. ambobus, et Gaertn. Hinc voces *quam pro copiis et plures* in omnibus Mss. nostris, Hearnii L. 1. et edd. vett. desunt culpa librariorum, quod mox repetatur τὸ *quam*. Vide ad IX. 11. § 11. Primus Aldus illas ex cod. Mog. recepit. Deinde *quam in usum satis erant* Lov. 3. *quamquam in usum satis erant* Gaertn. *quam quod usum satis erat* Lov. 2. *quam quod satis usui erant* Harleian. *quam quod in usum satis erat* Lov. 6. *quam quod satis in usum erat* Voss. *quam quod satis in usum erant* Lov. 2. 4. 5. Mead. ambo, Hearnii L. 1. et edd. ante Aldum, qui iterum *quot* ex cod. Mog. restituit. Mox *ignesque quum ostendisset* Harl. *ignes quum accendissent* Lovel. 1. 2. 5. 6. et Mead. ambo.

Speciem, quam quæsierat, hosti fecit: omnem ibi Romanum] *Species, quam quæsierat, erat: hostes ut omnem ibi Rom.* Voss. et Lov. 6. a qua lectione non aliter abit Lovel. 1. quam quod *hostis* præferat: *spes, quam quæsierat, erat, hostis aut omnem ibi Rom. ex. cum rege Philippo esse ratus* Lov. 3.

§ 13 *Hiemem instare apud suos cunctatus*] Quomodo *instare* dicit hiemem, quæ jam 'ferme media' et bonam partem exacta erat, capp. 6. et 11.? Nempe *instare* dicuntur primum, quæ nondum quidem inchoata, sed mox futura sunt, ac diu differri non possunt. Cæsar B. Gall. I. 16. 'Diem instare, quo frumentum militibus metiri oporteret:' adde ibid. cap. 23. Terent. Adelph. III. 2. 6. Sallust. Cat. c. 56. Et sic accipi potest, quod sæpe est apud Livium 'hiemem instare,' ut XXIX. 35. XXXIII. 41. lib. XXXVII. c. 39. Nec tamen hoc ita intelligendum est, quasi *instare* hac significatione tantum ea dicantur, quæ brevi futura sunt: nam etiam 'instare' dicit XXI. 21. quod interjecto longiore spatio temporis, et post aliquot menses demum futurum erat. Deinde, quæ jam cœpta ac præsentia sunt. II. 48. 'Alia bella

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

Digitized by Google

3 2044 098 646 466

Digitized by Google